

Liber Epistolarum beati

Augustini episcopi Hipponensis ecclesiæ: Compluriumq; sanctorum & illustrium virorum ad ipsum Augustinum rescribentium.

Cum duplici indice: a fronte & a tergo posito.

IEHAN PETIT

Venundatur ab Joanne
Paruo & Iodoco Badio Ascensio.

LONGE VERENDO CLARISQVE NATALIBVS, MORIBVS, ET
literis illustri dño Francisco Demelun Attrebateñ. epõ dignissimo Io. Badius
Ascensius cum omni obseruantia felicitatem.



ARAE ADMODVM Felicitatis (hoc præsertim
tẽpore) esse mihi quidẽ videt̃ antistes integerrime/
populum quempiam nancisci præsulem vera gene-
rositate perspicuum: vt qui antiquo stemmate fultꝰ
a maiorum virtute non modo nõ degeneret: verum
illi christianæ religionis (quæ omnibꝰ electis suis re
gale proposuit sacerdotium) decora ornamẽtaq; ad-
iiciat. Rarioris: qui ad auitam generositatem præcla
ræ vitæ sanctorumq; morum speciositatem accumu
let. Multo autem rarissimæ / qui ad illustres natales:
præclarosq; mores sanctę laudatæq; doctrinæ gloriã
apponat: vt vere Christi bonus odor prędicari merea
tur. Quæ cum oĩa accumulatissime in re sint / gratu
lor Attrebateñ. tuis: eum antistitem deo miserãte ad
eptis / qui ad amplissimam nobilitatem / lepidissimos mores / omnis naturæ charites & virtu-
tum specimina: etiam sanctissimę doctrinæ adiecisti ornamenta: nequaq̃ negociis sęcularibus
implicitꝰ: sed diuinarũ scripturarũ lectioni / sacrisq; canonibꝰ penitus addictus. Quã rem cũ ex
aliis multis facile est perspicere / tum ex iis libris quos nuper Parisii agens curasti comparan-
dos: omnis quidem ab apostolica sede & Romana ecclesia probatos. Inter quos agnouimus &
bibliorum elucidamenta: & diui patris Augustini monumenta. Cuius cũ epistolas / quas spe
ciosi corporis alterum merito duxerim oculum / desyderari vbiq; gẽtium intelligeres: monu
isti imprimendas curarem. Qđ lubens feci / tuoq; nomini auspicatissimo nunc impressas nun
cupo ac dedico: precorq; vt reuerenda tua paternitas / si id audacule / certe ruditer / feci: æqui
boniq; consulat. Vale. Ad. xv. Calendas Iulias Anni a virginali partu sesquimillesimi decimi
quinti.

EPISTOLARVM DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI: EXIMIIQVE ECCLESIAE DOCTORIS ELEGANTISSIMO STILO DIGESTARVM BREVIS ANNOTATIO SINGVLARVM INITIA MATERIAM ATQVE ORDINEM EXPONENS.

Augustinus Volusiano: eundem salutans: & vt ipsum non pigeat sanctarum literarum studio curam impendere: & praecipue ad linguas apostolorum legendas exhortans. Epistola.I. Domino illustri &c. De salute tua.

Volusianus Augustino: petitionem eius exponens: habitamq; proxime confabulationem replicans: Et vnum e multis quaerens: quis sibi ambigua & dubios suos sensus possit aperire atq; dissoluere: Vtrum videlicet mundi dominus & rector intemeratae virginis corpus impleuerit: eademq; mater decem mensium longa pertulerit fastidia: ac virgo peperit & intacta permanserit. An etiam intra corpusculum vagientis infantiae ille latuerit: cui parua rerum putatur vniuersitas: caeterasq; humanae conditionis passiones & infirmitates pertulerit: introducens. Epistola.ii. Domino vere &c. Petis a me.

Augustinus Volusiano: quaestiones in superiori epistola introductas repetens: eisdemq; diserta ac subtili responsione satisfaciens: & illum ad firmam credulitatem diligenter admonens. Epistola.iii. Domino illustri &c. Legi literas tuas.

Marcellinus Augustino: dicta ipsius excellenter commendans: & vice cuiusdam precans vt ad ea vigilantius respondere dignetur: in quibus dispensationē dominicae incarnationis infamantes: nihil amplius dn̄m q̄ alii hoīes facere potuerūt: fecisse vel gessisse mētiant̄: Quęstionēq; adiungēs: Cur etiā de⁹: q & veteris testamenti de⁹ esse firmat̄: spretis veterib⁹ sacrificiis: delectatus sit & nouis. Q̄ꝫ p̄terea Christi p̄dicatio & doctrina reipublicę morib⁹ nulla ex parte cōueniat. Q̄ꝫ p per Christianos principes multa mala reipublicae euenerint obiiciens: & ad haec omnia responsionem postulans. Epistola.iiii. Domino nimiumq; &c. Vir illustris.

Augustinus Marcellino: superiores quaestiones & obiectiones clara ac diserta responsione dissoluens. Epistola.v. Domino eximio &c. Illustri viro.

Augustinus Italicae viduae: super morte eius mariti consolans: ac de interiori visione qua deus videri possit eleganter differens. Epistola.vi. Dominę eximię &c. Non solum literis.

Augustinus Marcellino: hanc quaestionem soluens: Quomodo conuersa in sanguinem tota aqua in terra Aegypti: magi Pharaonis inuenerint aquam vnde simile facerent: Notans praeterea aliam quaestionem ex suis libris sibi propositam: & probans nō solum ab aliis: sed & a seipso reprehendi debere si quid incautius vel indoctius ab eo positū sit. Humiliter quoq; cōfitēs se talē existimari nō debere vt nusq̄ in scriptis suis errauerit: Ac deinde a se posita exponens: & ita reprehensores suos cōpescens. Epistola.vii. Dn̄o eximio &c. Epistolam tuam.

Augustinus Hieronymo: gaudens q exiguum quiddam sui muneris habeat: & fratrem ei Profuturum commendans: eundemq; ad interpretationem graecorum scriptorum prouocans: ac de superflua post septuaginta interpretes editione: & de expositione epistolę ad Galatas carpens. Epistola.viii. Domino dilectissimo &c. Nunq̄ aeque quisq̄.

Augustinus Hieronymo: Gratiam habens q pro subscripta salutatione plenam sibi epistolam reddiderit: & ad literatoriam collocutionem inuitās: librumq; de viris illustribus: de cuius titulo se dubitare dicit: commendans: Ad expositionem praeterea epistolae ad Galatas rediens: adiungensq; illud eiusdem apostoli: Et factus sum iudaeis &c. Ac tandem vt opus istud corrigere velit obsecrās. Epistola.ix. Domino dilectissimo &c. Habeo gratiā.

Augustinus Hieronymo: ad rescribendum puocās: & ad interptationem scripturarum ex greco scd̄m septuaginta interptes exhortans. Epistola.x. Dn̄o vene. &c. Ex quo coepi.

Hieronymus Augustino: tribus superioribus epistolis: de libro videlicet virorum illustriū de expositione epistolae ad Galatas: & de sua ex hebręo scripturarum traductione respondēs. Epistola.xi. Domino vere sancto &c. Tres simul epistolas.

Augustinus Hieronymo: se de libro quem afferebatur contra eum Romam misisse expurgans. Epistola.xii. Domino chariss[illegible]mo &c. Audiui peruenisse.

Hieronymus Augustino: rationem reddens cur epistolae suę nō respōderit: & vt vel aperte scribat: vel veriora mittat exēplaria postulās: simulq; suadens ne iuuenis ipse scribendo senem prouocet: Libelli praeterea Calphurnii exemplaria sibi misisse significans. Epistola.xiii.

Domino vere sancto &c. In ipso profectionis.

Hieronymus Augustino: admirans q per crebras epistolas se compellat ad respondendum cuidam epistolae: cum illa eadem & Romae & in Italia a plerisque haberi dicatur: causasque cur respondere noluerit exponens: atque vt iuuenibus congrediatur & senem ac veteranum non vocet ad certamen commonens. Epistola. xiiii. Domino vere &c. Crebras ad me.

Augustinus Hieronymo: de commemoratis in superiori epistola accurate se purgans: veniam q si laeserit deprecans: In qua etiam deplorat inter Hieronymum & Rufinum quondam amicissimos tantam exortam esse discordiam: quos ad pristinam charitatem nititur reuocare. Epistola. xv. Domino venerando &c. Quis existimem.

Augustinus Praesidio: vt suprapositam epistolam beato Hieronymo aduersum se commoto transmittat rogans. Epistola. xvi. Domino beatissimo &c. Sicut praesens rogaui.

Hieronymus Augustino: vt sui meminerit obsecrans: & baiulum literarum sanctum Praesidium sibi germanissimum singulariter commēdans. Epistola. xvii. Domino vere sancto &c. Anno praeterito.

Hieronymus Augustino: vt pudori suo ignoscat obsecrans: & deinceps ad mutuam charitatem exhortans. Epistola. xviii. Domi no vere &c. Cum a sancto fratre.

Augustinus Hieronymo: ad omnia sibi respondens sententiamque suam tuens: & ostendens non dispensatoriam aut simulatam: sed veram & dignam fuisse a Paulo Petri reprehensionē Epistola. xix. Domino dilectissimo &c. Iam pridem tuae.

Augustinus Longiniano: nouiter in fide Christi imbutum quid agere debeat qui nihil se esse mauult q virum bonum: edocens. Epistola. xx. Longiniano Augustinus. Solere aiunt.

Longinianus Augustino: familiariter praetactae epistolae respondens: & ad quarundam quaestiuncularum eiusdem solutionem exhortans. Epistola. xxi. Domino venerando &c. Beatus sum & telucentis.

Augustinus Longiniano: an ad viam qua itur ad deum per virtutes: requiratur vt quis antiquorum sacrorum praeceptis & expiationibus expurgetur: inuestigans. Epistola. xxii. Longiniano Augustinus. Coepi fructum.

Augustinus Bonifacio: an parentes paruulis suis baptizatis noceant: cū eos demoniorum sacrificiis sanare conantur: & quomodo eis prosit cū baptizant parentū fides: quorum eis non pōt obesse perfidia: determinans. Epistola. xxiii. Bonifacio coepiscopo &c. Quaeris a me vtrum.

Hieronymus Alipio & Augustino episcopis: eorum opera atque auxilio haeresim Caelestianā extinctam gratulās: & quare contra libros Anniani pseudo diaconi rescribere distulissent: excusans. Epistola. xxiiii. Dominis vere &c. Sanctus Innocentius.

Hieronymus Augustino: de zelo fidei contra haereticos: & de odio & persecutione eorundem gratulans. Epistola. xxv. Domino sancto &c. Omni quidem tempore.

Hieronymus Augustino: salutationem fratrum illi committens: & sub similitudine de praua haereticorum doctrina in ciuitate Hierosolyma pullulante dolens. Epistola. xxvi. Multi vtroque claudicant pede.

Hieronymus Marcellino & Anapsychiae: de origine animae catholicorum atque haereticorū sententias referens. Epistola. xxvii. Dominis vere &c. Tandem ex Africa.

Augustin⁹ Hieronymo: de immortalitate animae: et si anima sit pars dei: aut icorporea: disputans: Deinde vbi contraxit anima reatum quo trahatur in condemnationem: etiam infantis: et si p sacramētū Christianae gratiae nō liberet: ingrēs. Epistola. xxviii. Deū nostrum q nos.

Augustinus Hieronymo: expositionem de eo quod scribitur in canonica Iacobi: Si quis totam legem seruauerit: offendat autem in vno: factus est omnium reus: petens. Plurima etiam de connexione virtutum ac vitiorum secundum philosophorum catholicorumque sententias pertractans. Epistola. xxix. Quod ad te scripsi.

Hieronymus Augustino: cur sibi ad quaesita non mox responderit: se excusans: Simul & sui amicitiam & charitatem eidem pollicens: & ad obuiandum haereticorum calumniae alterutrum adhortans. Epistola. xxx. Domino vere &c. Virum honorabilem.

Paulin⁹ Augustino: pro pentateucho ab illo cōtra Manichaeos composito: & sibi trāsmisso: gratias habens: eundemque pro salutari literarum doctrina & eruditione vitae aeternae deprecans. Epistola. xxxi. Domino fratri &c. Charitas Christi.

Augustinus Paulino: egre & dolenter ferens illius absentiam: simul & eius sanctum ppositū

& vehementissimam charitatem commendans:atq; ad syncere & recte scripta sua relegenda exorans.Epistola xxxii.Domino vere &c.O bone vir.

Paulinus Augustino iterato iuxta prioris epistolæ mentem scribens:ac illius præsentiam ex optans.Epistola.xxxiii.Domino fratri &c.Iam dudum frater.

Augustinus Paulino & Therasiæ:de præsentia & iucundo aduētu fratrum Romani & Agilis gratulans:& præsentiam illorum affectans:illorumq; vitæ & status integritatem cōmendans:atq; libros de libero arbitrio se ad illos transmisisse asserens. Epistola. xxxiiii. Dominis dilectissimis &c.Cū literas meas.

Paulinus Alipio:pentateuchum beati Augustini se recepisse:& ad illum Eusebii de temporū historia librū trāsmisisse attestās:ac de stirpe & vita illius certior fieri cupiēs: vitamq; & originem ppriā declarans.Epistola.xxxv.Domino merito &c.Hæc est vera charitas.

Paulin⁹.& Therasia Romaniano:de eo q; sanctus Augustinus dat⁹ esset coadiutor Valerio Hipponensi episcopo:illum certiorem reddentes:simul & pro salute Licentii adolescentis eru dirissimi comprecantes:& ad eundem carmina quadā Augustinianæ æmulationis prouocatiua:conscribentes.Epistola.xxxvi.Domino merito &c.Pridie q̄ has daremus.

Seuerus Augustino:familiariter virtutes eius commendans:& deo gratias propterea agēs. Epistola.xxxvii.Venerabili ac desyderabili &c.Deo gratias frater.

Augustinus Læto:tyrocinium illius,in dei militia/confortans:& quomodo odisse oportet patrem & matrem:etiam animā propriā:eum qui ad regnum cælorum tendit ostendens:& ad fugiendum blandimenta materna:a vita æterna retardantia:edocens.Epistola. xxxviii. Domino dilectissimo &c.Legi epistolam.

Augustinus Licentio:vt ad finem veræ sapientiæ cōsequendū:& vincula huius mundi tanq̄ perniciosa effugiendum:operam det:persuadens.Epistola.xxxix.Vix reperi occa.

Licentius Augustino:heroico carmine varium suum studium:simul & beniuolentiā suam & gratificandi animum erga eundē profitens & explanans.Epistola.xl. Arcanum Varronis.

Augustinus Licentio:ipsum eo q; ad diuinam legem & vitæ honestatem non tam ordinat⁹ q̄ ad carminum compositionem accedat increpans:& ad dimittendum vana huius sæculi: & dandum se totum deo exorans.Epistola.xli.Si versus tuus.

Augustinus fratribus Maudarensibus:ipsos eo q; idololatræ essent & tamen Christi nomē scriptis suis insererent:cum quadam charitatis ostensione increpans:ac illis omnia Christianæ fidei sacramenta in sacris libris preuisa: prædicta & scripta fuisse demonstrans: Simul & ad viam salutis:& vnius dei & hominis Iesu Christi fidem exhortans.Epistola. xlii.Dominis prædicabilibus &c.Si forte illi.qui inter vos.

Maximus grammaticus Maudarensis Augustino: religionem Christianam prophanans: vnumq; deum per vniuersum orbem:licet variis & diuersis vocabulis: a gentibus venerari contendens.Epistola.xliii.Habens crebro tuis.

Augustinus Maximo grammatico:errorem præcedentis epistolę refellens: & ad grauiora fidei studia illum commonens.Epistola.xliiii.Serium ne aliquid.

Augustinus Armentario Ripario & Paulinæ ei⁹ vxori: ad celerem salutis portū ppter incertū finē applicandū fore exhortās:& quales æternæ vitæ dilectores esse debeamus; ac qualia vota sint reddenda edocēs.Epistola.xlv.Dominis eximiis &c.Vir egregius filius meus.

Augustinus Valentino:In eos qui liberum arbitrium negant:atq; asserunt q; in die iudicii non sit deus redditurus vnicuiq; secundum opera eius inuehens.Epistola.xlvi.Domino dilectissimo &c.Venerunt ad nos.

Augustinus Valentino:iuxta materiam prioris epistolę acrius contra nouos hæreticos Pelagianos de voluntate & gratia disputans:Et istud Salomonis: Ne declines in sinistram neq; in dexteram:exponens.Epistola.xlvii.Domino dilectiss.&c.Cresconium feli.

Augustinus Vincentio Donatistæ & Rogatistę: de correctione multorum hęreticorum ex affectu gaudens:Quosdam etiam durius per sęculares potestates ad emendationem erroris coercendos esse docens:De correctionum etiam & persecutionum differentia:ac de hæreticorum baptismo & sacramentis pertractans: Qꝛ q; per vnitatem: & communionem malorum cum bonis:iusti non maculentur:atq; de duplici confusione adducente peccatum & adducente gratiam & gloriam determinans.Epistola.xlviii.Dilectissimo fratri &c.Accepi epistolā.

Augustinus Deo gratias presbytero: sex quæstionibus ab illo præpositis se responsurū pollicens. Epistola. xlix. Syncærissimo fratri &c. Quæstiones tibi propositas.

Augustinus Bonifacio comiti: quid intersit inter errorē Arrianorū & Donatistarum: Cūm deinde quare a cōmunione catholicę ecclesiæ Donatistæ recesserint insinuans: & q̃to etiam magna misericordia cum illis fiat: si legibus imperialibus ab errore suo coerceantur edocens. Epistola. l. Laudo & gratulor.

Macedonius Augustino: illius sapientiam admirans: Q̃ꝙ ob eius verecundam petitionē duos vinctos liberos explicuerit affirmans: & quę beata vita & verę virtutes sint scire optās. Epistola. li. Domino merito &c. Miro modo afficior.

Augustinus Macedonio: vñ vera amicitia emanet: & ob quā causam philosophi verā pietatem & beatitudinē inuenire nō potuerint: declarās. Q̃ꝙ eam sola spe in presenti vita consequi possimus: edocens. Epistola. lii. Augustinus episcopus &c. Quis sapientiā quā mihi.

Macedonius Augustino: An sit officium sacerdotii interuenire pro reis consulens. Epistola liii. Domino merito &c. Optabas admodum.

Augustinus Macedonio: solutionem prætactæ quæstionis expediens: & ad illius inquisita respondens. Epistola. liiii. Augustinus episcopus &c. Negotiosissimum in republica.

Dioscorus Augustino: super quibusdam Ciceronis dialogorum interrogatiunculis efflagitans. Epistola. lv. Procemiare apud te.

Augustinus Dioscoro: illum de superfluis & curiosis quæstiunculis inquirentem increpans: & ab inani vulgi applausu & fallaci hominum laude cauendum esse demonstrans: & de summo hominis bono accurate disputans. Epistola. lvi. Tu me innumerabilium.

Augustin⁹ Dardano: seipsum ꝙ tardius ad quæsita responderit excusans: & deinde ad interrogata per eum: Quomodo mediator dei & hominum homo Christus Iesus nunc esse credatur in cælo: cum pendens in ligno iamq̃ moriturus: latroni credenti dixerit: Hodie mecū eris in paradiso: respondens. Epistola. lvii. Fateor me frater.

Paulinus Augustino: Quid sit q̃d in psalmo decimoquinto dicitur: Sanctis qui sunt in terra eius: mirificauit omnes voluntates eius inter illos &c. Qui sint illi sancti qui sunt in terra interrogans: & de quibusdam aliis dubitatiunculis ex psalmis euangelio & epistolis sibi satisfieri desyderans. Epistola. lviii. De paucis quæ nunc iam.

Augustinus Paulino: quęstiunculis eiusdem in priori epistola prælibatis: magna cum modestia & vtilitate respōdens. Epistola. lix. Beatissimo & venerabiliter &c. Q̃ de peruentione.

Augustinus Cęciliano præsidi: vt circa Hipponensem dioecesim ita inuigilare velit contra hæreticos: quemadmodum in aliis Africæ partibus fecerit: exorans. Epistola. lx. Domino eximio &c. Administrationis tuæ.

Augustinus Dulcitio tribuno: quemadmodum oporteat hereticis respondere: qui cum cædibus ecclesiam vastare non possint: in seipsos tamen crudelissimi: proprio exitio eam terrere se credant instituēs: ac deinde authoritatibus plurimis: nemini sibiipsi mortem inferre licere: edocens. Epistola. lxi. Domino eximio &c. Non debui contemnere.

Augustinus Cælestino diacono: Quomodo charitas libenter gaudenterq̃ recipienda sit: receptaq̃ repetenda: & ꝙ cum redditur: adhuc debeatur: explanans. Epistola. lxii. Domino venerabili &c. Quis longe.

Augustinus eidē Cælestino: libros suos quos cōtra Manichæos cōscripsit repetēs: & de triplici natura & distributiōe disserēs. Ep̄la. lxiii. Augustin⁹ Cælestino. O vtinā possem assidue.

Augustinus Aurelio episcopo: eidem de sua beniuolentia gratias agens: de illiusq̃ sagacitate & integritate in ecclesia Africana plurimum fructum sperans: atq̃ de conuiuationibus & comessationibus ab ecclesia proiiciendis seuere laborans. Epistola. lxiiii. Aurelio episcopo &c. Qua gratia responderem.

Augustinus Paulino & Therasiæ: ꝙ quæstiunculam sibi propositam nimis breuiter explicuerit conquerens: & qualiter nostre voluntati diuinam voluntatem preferre debeamus enodans. Epistola. lxv. Sanctis & deo dilectis &c. Charissimus frater Celsus.

Augustinus & Alipius Maximo medico ciui: vt suos qui ecclesię catholicæ nondum sunt incorporati: docere non differat: quemadmodum vnum deum in trinitate cultu latriæ adorare debeant rogans: & quomodo de trinitate credere & sentire oporteat explanans. Epistola. lxvi. Domino eximio &c. Cum a sancto fratre.

Augustinus Alipio seni: de Gabiniani & Dioscori ad fidem catholicã cõuersione plurimũ gratulans. Eplá. lxvii. Augustinus Alipio seni. Frater Paulus hic est inco.

Clerici catholici regionis Hipponę Ianuario primę sedis partis Donati: de nouo genere & inauditę crudelitatis persecutione Donatistarũ & circũcellionũ cõtra catholicos perpetrata cõquerentes: Simul & iustas pœnas eisdem per imperiales leges impositas declarantes. Epistola lxviii. Ianuario: Clerici catholici &c. Clerici & circumcelliones.

Augustinus Restituto diacono: quomodo in ecclesia dei siqua forte peruersa vel etiã scelerata corrigere aut extinguere nõ valeamus: saluo vnitatis vinculo toleranda sint: pertractãs. Eplá. lxix. Domino desyderantissimo &c. Aestus indicantes.

Augustinus Bonifacio comiti: Cur post prioris vxoris obitum: alteram non baptizatã ducere voluit: & filiam ex ea genitã per hæreticos baptizari permiserit: cur etiã concubinali cõmixtione & vanitatibus huius sæculi se polluerit: paterne corrigens: & ad saniorẽ viuẽdi normam alliciens. Epistola. lxx. Domino filio &c. Fideliorem hominem & qui faciliores.

Nebridius Augustino: de phantasia & memoria inquirẽs. Epistola. lxxi. Augustino Nebridius. Epistolas tuas perplacet.

Augustinus Nebridio: ad priora interrogata perpulchre respondens: & de triplici vi imaginatiua pertractans. Eplá. lxxii. Augustinus Nebridio. Proœmio supersedebo.

Augustinus Possidio & qui cũ eo sunt: an & quib⁹ liceat se ornare auro vel vestib⁹ determinans. Epistola. lxxiii. Domino dilectissimo &c. Magis quid agas cum eis.

Augustin⁹ Deuterio episcopo: de errore & expulsione Victorini subdiacõi Manichæi: & de electis & auditoribus Manichęorũ & eorũ hæresi pertractans. Epistola. lxxiiii. Domino beatissimo &c. Nihil melius me facere.

Augustinus Auxilio episcopo: an pro peccato patris / filius: aut mariti / vxor: aut domini / seruus possit excõmunicari: Et quę sit causa iustæ excõmunicationis: explanãs. Epistola. lxxv. Domino dilectissimo &c. Vir spectabilis filius noster.

Augustinus Aurelio: ꝙ monachi desertores monasteriorũ ad militiã clericatus eligi non debeant determinans. Epistola. lxxvi. Domino beatissimo &c. Literas nullas tuæ.

Augustinus & Alipius Aurelio papæ: gratiarum actiones deo agẽtes pro fructuoso incremento ministrorꝫ ecclesię deuotorũ: per eundẽ institutorum. Eplá. lxxvii. Domino beatissimo &c. Impletũ est gaudio os nostrum.

Augustinus Esycio: de propheticis dictis siue prędictis & fine sæculi: mentem suam post beati Hieronymi scripta aperiens. Epistola. lxxviii. Domino beatissimo &c. Ad sanctitatẽ tuã filio tuo.

Esycius Augustino: Quid ipse de fine sęculi & aduentu domini sentiat declarãs: & vtrum signa euangelica & prophetica quæ in nobis completa sunt: finem mundi proxime instare manifestent: inquirens. Epistola. lxxix. Domino beatissimo &c. Desyderanti & expectanti.

Augustinus Esycio: declarans ꝙ singula scripturarum testimonia non sint sufficientia ad indicandum certũ & determinatũ tẽpus aduẽtus domini: & quẽadmodũ ille desyderãdus vel expectandus sit: docens. Epistola. lxxx. Domino beatissimo &c. Accepi literas venerationis tuæ.

Augustinus Eudoxio abbati insulæ Caprariæ: & qui cum eo sunt fratribus: exhortans vt memores sui & fratrum suorum sint in orationibus: atq; vt officia ecclesiastica ita subeãt: vt neq; auida elatione affectasse: neq; blandiẽte desyderio respuere videantur admonens. Eplá. lxxxi. Domino dilecto &c. Quando quietẽ vestram.

Augustinus Largo: vt fallaces suauitates huius sęculi & vanos eiusdem appetitus & amores contemnat: admonens. Epistola. lxxxii. Domino insigni & pręstantissimo &c. Accepi literas eximietatis tuæ.

Augustinus Crysino: illũ propter impatiẽtem mœrorem amissionis rerũ temporalium: & stultam eius propemodum desperationem increpãs: & ad meliora exhortãs. Epistola. lxxxiii. Domino vere &c. Rumor ad me detulit.

Augustinus Gaio: scripta sua familiariter illi commendans: & simul quid in his sentire: aut cui ascribere debeat declarans. Epistola. lxxxiiii. Gaio Augustinus. Vt abs te abscessimus.

Augustinus Consentio: de tribus generibus rerum quæ videntur: Vnum corporalium

Secundum simile corporalibus: Tertium ab vtroqꝫ discretum: quo ipsa sola trinitas videtur: & quædam pulchra de ipsa trinitate pertractans. Epistola. lxxv. Augustinus Cōsentio. Cogitationis carnalis compositionem.

Augustinus Casulano: an liceat sabbato ieiunare: eleganter determinans. Epistola. lxxxvi. Dilectissimo & desyderantissimo &c. Nescio vnde sit factum.

Augustinus Felicitati & Rustico & sororibus quæ cum eis sunt: de ineffabili iucunditate quam præparauit deus diligentibus se commemorans: & vt ipsi mutua dilectione vnitatem spiritus in vinculo pacis seruare studeant admonēs. Epistola. lxxxvii. Dilectissimæ & sanctissimæ &c. Bonus est dominus.

Hilarius Augustino: an homo possit esse sine peccato: & mandata dei facile custodire si velit: & an infantes non baptizati morte præuenti: perire possint: Deinde de diuite manente in diuitiis: an regnum dei ingredi possit: si non omnia sua vendiderit: & si sibi prodesse possit: si forte ex ipsis diuitiis fecerit mandata: & an liceat aliquo modo iurare: Postremo quæ sit ecclesia de qua scriptum est: ꝙ non habeat rugam neqꝫ maculam inquirens. Epistola. lxxviii. Domino sancto &c. Sanctitatis tuæ gratia.

Augustinus Hilario: interrogatiunculis prioris epistolæ tam eleganter q̄ diserte satisfaciens. Epistola. lxxxix. Augustinus episcopus &c. Ex literis tuis didici.

Patres Carthaginensis concilii: Innocentio pontifici maximo: quid in eo actum fuerit contra Pelagium & Cælestium hæreticos exponentes. Epistola. xc. Domino beatissimo &c. Cum ex more ad Carthaginensem ecclesiam.

Innocentius papa: patribus Carthaginensis concilii respondēs. Epistola. xci. Innocentius Aurelio &c. In requirendis de his rebus.

Augustinus & alii episcopi in concilio Mileuitano præsidentes: Innocentio papæ: de peruersa Pelagianorum & Cælestinorum hæresi & doctrina conquerentes. Epistol. xcii. Domino beatissimo &c. Quia te dominus gratiæ suæ.

Innocentius papa præfatis Mileuitani concilii patribus: eorūdem ordinata & cōstitutiones cōprobans. Ep̄la. xciii. Innocētius Syluano seni &c. Inter ceteras Romanę eccl'iæ curas.

Augustinus Hilario: illi Palladium fratrem cōmendans: & de prauo dogmate Pelagii duobus conciliis Carthagineñ. videlicet & Numidiæ reprobato commemorans. Epistola. xciiii. Domino beatissimo &c. Honorabilis filius noster Palladius.

Augustinus & alii episcopi: Innocentio papæ contra doctrinam Pelagii acrius inuehentes: atqꝫ ad diligentem expurgationis eius indagationem faciendam exhortantes. Epistola. xcv. Domino beatissimo &c. De conciliis duobus prouinciæ.

Innocentius papa præfatis episcopis: eorum scriptis respondens. Epistola. xcvi. Innocentius Aurelio &c. Fraternitatis vestræ literas plenas.

Innocentius Aurelio & Augustino ep̄is: vt in dn̄o gaudeant cupiens: & pro eo paria vota ad deum rependāt: precās. Ep̄la. xcvii. Innocētius Aurelio &c. Acceptissimi mihi.

Euodius episcopus Augustino: de ratione & deo: de corpore saluatoris an substātiam dei videat: de anima Christi: & qui sint spiritus de quibus Petrus dicit: Mortificatus carne & viuificatus spiritu: in carcere predicauit: scire cupiens. Epistola. xcviii. Euodius episcopus &c. Pridem quæstionem misi.

Augustinus Euodio: ad interrogata per eum copiose respondens: & sibi satisfaciēs. Epistola. xcix. Domino dilectissimo &c. Quæstio quā mihi proposuisti.

Augustinus Euodio: sibi fratrem Barbarum commēdans: & simul iuxta priora interrogata de egressu animæ a corpore quemadmodum ad corporalia loca ferri possit: vel locis corporalibus detineri: determinās. Epistola. c. Domino beatissimo &c. Frater iste nomine.

Augustinus Euodio: de difficultate ad importunas singulorū quæstiones respondēdi pręmittens: Vtrū etiā a'ia præsens sit cū in somnis videat: & vtrū oculis corporeis filius patrē videat aliqd tractans. Ep̄la. ci. Domino beatissimo &c. Multa queris ab homine.

Augustinus Euodio: de trinitate & columba qua spiritussanctus demonstratus est disserens. Epistola. cii. Augustinus episcopus &c. Si ea quæ me magis occupant.

Augustinus Quintiano: illi Gallam viduam & filiam eius Simpliciolam virginem cōmēdans: & per eas reliquias sancti Stephani sibi transmisisse profitens. Epistola. ciii. Domino beatissimo &c. Honorabiles dei famulas.

Augustin⁹ Sixto pſbytero:ꝙ perniciosum dogma Pelagianorum de gratia dei: literis suis dulcissimis ppalauerit:congratulans:& ad per hanc hæresim læsorum vulneribus remedium adhibendum & medelam:exhortans.Epistola.ciiii.Domino venerabili &c. Ex quo Hipponē.

Augustinus Sixto Romano presbytero:de gratia dei iuxta priorē materiā latius differēs. Epistola.cv.Dño in dño dñoꝝ &c.In epistola quā per charissimum fratrem.

Augustinus & Alipius Paulino:de Pelagio Britone:& libro illius de gratia dei differētes. Epistola.cvi.Dño beatissimo &c.Tandem aliquando puidit deus.

Augustinus Virali Carthaginēſi:illū p eo ꝙ dicebat p infidelib⁹ nō eē orādū:ſed tātūmo do vt cōuertant̄ prædicandū:obiurgās:ac inſuper duodecim de gratia dei regulas ſecūdū ca tholicā fidem tenendas tradens.Epistola.cvii.Augustinus eps &c.Cū de te mihi eſſent.

Augustinus Seleucianę:de baptiſmo & pœnitentia beati Petri:pertractans.Epistola.cviii. Religiosissimę & in Christi &c.Lectis literis tuis de salute vestra.

Augustinus sanctimonialibus:illas p alterna inter ſe diſcordia & contentione increpans:& ad fraternam concordiam cum præfinitione regulæ & modi in monasterio viuendi exhortās. Epistola.cix.Sicut parata est ſeueritas.

Narratio eorū quæ gesta ſunt:cū beat⁹ Augustinus eps Eradiū presbyterū designauit ac pnuntiauit ſucceſſorē ſibi.Epla.cx.Glorioſiſſimo Theodoſio duodecimo.

Augustinus Iuliano comiti:de perfectiſſima atꝙ pleniſſima iuſtitia tractans: & quomodo viuere debeat quo ad deum & pximos edocens.Epistola.cxi.O mi frater chariſſime.

Augustinus Paulinæ de videndo deo:ſubtiliter diligenterꝙ inquirens: vtrum per oculos corporeos deus videri poſſit:Imprimis cauſam dilationis promiſſi aſſignans:& plus valere in hac inquiſitione viuendi:ꝗ loquendi modum aſtruens.Epistola.cxii.Augustinus. Memor de biti qđ ex tua petitione.

Augustin⁹ Romaniano:ratiōnē cur in pellicula ad eum ſcripſerit reddēs: gratumꝙ habēs ꝙ ſe gaudii domeſtici participē facere voluerit.Epistola.cxiii.Nō hæc epistola ſic inopiā char tæ indicat.

Nebridius Augustino: illū deū amare:illi ſeruire:atꝙ inhærere atteſtans.Epistola.cxiiii. Ita ne eſt mi Auguſtine.

Augustinus Nebridio:epiſtolis ſuis reſpondendo eum conſolans: & quæſtioni qua contat̄ quomō fiat vt nobis a ſuperioribus poteſtatibus vel a dæmonibus:& cogitationes quædā in ſerantur & ſomnia:Illi quoꝙ qua quærit:vtrum ſumma illa veritas & ſumma ſapientia &c. generaliter hominis:an etiam vniuſcuiuſꝙ noſtrum rationem contineat:ſatiſfaciens.Epiſto la.cxv.Qꝗ mei animi cognitor ſis.

Augustinus Nebridio:literis eius vbi ipſum arguit ꝙ cōſulere negligat vt vna ſecum vi uere liceat:rñdēs:Simul etiā oſtendens quo pacto ad hoc pueniri poſſit vt ſyncerū illud bonū guſtetur atꝙ ametur.Epistola.cxvi.Nunꝗ æque quicꝗ tuarum.

Augustinus Nebridio:epiſtolæ qua petit vt tanto otio ſuo indicet quid inſenſibilis atꝙ in telligibilis naturæ diſcernentia profecerit:reſpondens.Epistola. cxvii. Mirum admodum eſt ꝗ mihi.

Augustinus Ianuario:inquiſitionibus eius de quibuſdam eccleſiaſticis obſeruationibus reſpondens:certaꝙ ratione diffiniens circa ſingula quid faciendum ſit: & ꝙ generaliter id quod neꝙ contra fidem:neꝙ contra bonos mores iniungitur:indifferenter ſit habendum: ac pro eorum inter quos viuitur ſocietate ſeruandum.Epistola.cxviii.Dilectiſſimo filio &c. Ad ea quæ me interrogaſti.

Augustinus Ianuario:reſiduis quæſtionibus eius reſpondendo:cauſam reddens cur anni uerſarius dies celebrandæ dominicæ paſſionis nō ad eundem redeat anni diē:ſicut dies qua traditur natus:& de ratione ac myſterio paſchæ:ſyderum:ſabbati: præceptorum decalogi: diei dominici:tridui crucifixi:ſepulturæ:reſurrectionis:quadrageſimæ ieiuniorum: numeri quadragenarii:ac quingenarii:diffuſe & ſubtiliter differens:Saluberrima quoꝙ regula iterū diffiniens quid de his quæ varie per diuerſa loca obſeruantur ſectandum ſit:quid etiam reſe candum.Epistola.cxix.Lectis literis tuis.

Augustinus Honorato:quæſtionem de gratia noui teſtamenti cum quinꝙ aliis per eum propoſitis:accurate:ampliſſime:ac diſerte pertractās atꝙ diſſoluens.Epistola.cxx.Quinꝙ mi hi propoſuiſti.

Auguſtinus Probæ:de orando deo:quod maximum viduitatis eſt negotium:eleganti copioſoq; ſermone ſcribens.Epiſtola.cxxi.Auguſtinus epiſcopus &c.Et petiſſe te.

Auguſtinus Victoriano:de tam magnis malis & preſſuris Chriſtianis imminentibus querentem:& ſibi reſpondere petentem:ſatiſfaciens:ac cum dolore talia commemorãdo & aggrauando eum ſanctarum ſcripturarum exemplis plurimum conſolans:Quemadmodum etiam pro captiuis ancillis dei orare debeat:& quid illas facere velit:admonens. Epiſtola.cxxii.Domino dilectiſſimo &c.Literæ tuæ impleuerunt.

Auguſtinus Orontio:gratia pro aduentu & literis eius agens:nuntiatamq; incolumitatem ipſius continuã optans:& ad quædam verba ab eodem ſcripta humiliter reſpondens.Epiſtola.cxxiii.Domino eximio &c.Ago gratias.

Auguſtinus Olympio:eum commendans:& honorem adeptum celſiorem non alta ſapere:ſed humilibus conſentire debere ſecundum ꝙ a domino didicerit:inſinuãs:petitionemq; Bonifacii epiſcopi ſibi faciens commendatam.Epiſtola.cxxiiii.Domino dilectiſſimo &c.Quicq̄d ſis ſecundum ſæculi huius curſum.

Auguſtinus Cornelio:epiſtolam conſolatoriam propter mortem vxoris Cyprianæ petentem:increpans:& vt vitam emendet exhortans.Epiſtola.cxxv.Domino dilectiſſimo &c.Scripſiſti mihi vt ad te.

Auguſtinus Antonio:ei de fide:ſpe:& charitate gratulans:& deo gratias agẽs: erroremq; cauendum:& quid deſyderet:exponens.Epiſtola.cxxvi.Auguſtinus Antonio.Cum a duobus tibi ſcripta deberentur.

Auguſtinus Donato proconſuli Africæ:vt a ſceleratis & ſacrilegis auſibus inimicos eccleſiæ cohibeat:non tamen occidat:illum exhortans. Epiſtola.cxxvii. Domino eximio &c. Nollẽ quidem in his afflictionibus.

Auguſtinus eidem Donato:illius virtutes & præconia extollens : veramq; famam: non in ore vulgi:ſed in virtutis fulgore & pondere conſiſtere demonſtrans.Epiſtola.cxxviii. Domino eximio &c.Q; te adminiſtrantem.

Auguſtinus Olympio:de illius erga eccleſiam dei amore gaudens:& de profectione & fuga multorum fratrum ob perſecutionem eccleſiæ querens : & illum pro præſidio ferendo obſecrans.Epiſtola.cxxix.Domino eximio &c.Quis mox.

Auguſtinus Circenſibus:vt bona quæ in eorum ciuitate per eum facta laudantur: non ſibi ſed deo attribuantur conteſtans:& illud exemplo atq; ſcriptura confirmans.Quid præterea occulte ſegregatis ab vnitate cogitandum & eligendum ſit exponẽs.Epiſtola.cxxx. Dominis honorabilibus &c Si id quod in veſtra ciuitate.

Auguſtinus Memorio: confitens ſe libros quos emendaturum ſe promiſerat mittere:cauſamq; cur id non fecerat exponens: Poſſidium præterea collegã ſuum non literis illis quas variarum libidinum ſerui liberales vocant:ſed vere liberalibus inſtitutum cõmendans:iniquoſq; & impios qui ſibi eruditi videntur confutans:ac pariter oſtendens ꝙ illorum literæ non recte liberales vocentur:& quemadmodum in hiſtoriarum ſcriptoribus poſſit eſſe aliqua ꝓpingtas libertatis:Petitioni quoq; illius de libris a ſe de rhythmo & melos compoſitis reſpondẽs & rationẽ cur non ſcripſerit quibus numeris verſus dauitici cõſtent reddens.Epiſtola.cxxxi. Domino beatiſſimo &c. Nullas iam reddere.

Auguſtinus Florentinæ:ſanctum propoſitum illius ob timorem domini commendans:atq; admonens vt ſi quid ab eo cupiat diſcere:id quod velit quærat: libere ſe ad ſatiſfaciendum exhibens:& ſuperbiæ vitium in docendo ſollicitiſſime cauendũ eſſe ſuadens. Epiſtola. cxxxii. Dominę eximiæ &c.Sanctum propoſitum.

Auguſtinus Italicæ:ternis illius literis ſe reſpondiſſe aſſerens:& cur fratres epiſcopi de tribulationibus ſuis nihil ſibi ſcripſerint admirans.Epiſtola.cxxxiii.Religioſiſſimę atq; in Chriſti &c.Tres epiſtolas tuæ benignitatis.

Auguſtinus Pãmachio:cauſam agnitionis eius abſentis:ſimul & dilectionis exponens : & ea de te plurimum exultans atq; gratulans:gratulatoriaſq; has literas ad eum ſe miſiſſe conteſtans.Epiſtola.cxxxiiii.Domino eximio &c.Bona opera tua.

Auguſtin9 Seuero:quãtũ debeat verę fraternę charitati oſtẽdẽs:& cum eo familiariter de mutua amicitia iocans.Epiſtola.cxxxv.Dño beatiſſimo &c.Epiſtola mea quam peruexit.

Auguſtinus Felici & Hilarino:illos ad pſeuerãtiã charitatis dei exhortãs:& de accuſatiõe

Bonifacii presbyteri se expurgans. Epistola.cxxxvi. Dominis dilectissimis &c. Non miror Sathanam.

Augustinus clero & vniuersae plebi ecclesiae Hipponensis: de his quae circa Bonifaciũ presbyterum gesta fuerint dolenter enarrans: ipsosq; propterea perturbatos paterne consolans. Epistola.cxxxvii. Dilectissimis fratribus &c. Vtinam scripturae dei.

Augustinus iterum clero & vniuersae plebi Hipponensi: ipsos ne absentiam suam moleste ferant obsecrans: & eos ad vnanimitatem & patientiam exhortans. Epistola.cxxxviii. Dilectissimis fratribus &c. In primis peto charitatem vestram.

Audax Augustino: In primis gratias habens ꝙ libenter sui sumpserit tentamenta sermonis et deinde ꝙ minus de desyderato sapientiae thesauro acceperit conquerens: ac post Augustini cõmendationem optans atq; petens: vt abundantius sapientiae floribus pascatur: & viui fontis haustibus irrigetur. Epistola.cxxxix. Domino vere &c. Habeo gratiam beatitudini tuae.

Augustinus Audaci: rationem quare epistolam eius laetus acceperit: & cur longam epistolã ad respondendum non conscripserit assignãs: breuiterq; verbis illius quibus se commendauit ac petitioni ipsius respondens. Epistola.cxl. Domino dilectissimo &c. Breuem epistolam tuã.

Augustinus Maximo: tantum se scribens contristari ꝙ per errores noxios & pernitiosissimos prouinciam eius periclitari intelligat: Quantum studium sanctum ipsius eum laetificauerit: causamq; cur deus ista permittat exponens: atq; ipsam commendãdo consolans. Epistola.cxli. Honorabili & eximiae &c. Quantum nos tuum studium.

Incertus author quidam Demetriadi: de virginitate & vita perfecta: qui post sui purgationem a temeritate & ambitione: in commendatione Demetriadis virginis quam instituturus est: humanae naturae bonum ac libertatem arbitrii nimis extollit atq; defendit: & eandem instituens: quae prima virginis cura primumq; studium esse debeat exponit: astruitq; virginem quae consilium amplexata est: multomagis seruare debere praeceptum: & animum optimis rebus occupare. Docet quoq; minima praecepta non esse negligenda: & omnia sine murmuratione complẽda. Virtutes praeterea vitiaq; discernere. Monet deinceps adulanti non debere credere: nec quenq̃ adulatione decipere: moderata seruare ieiunia de dignitate natalium nõ gloriari: raroq; in publicum procedere. Instruit eam post hoc: de congruo orationis tempore: & modo lectionis scripturarum: & qualis debeat esse ornatus in sponsa Christi. Erudit deniq; ipsam ad cautelam in discernendis cogitationibus: Exhortaturq; postremo illam ad omnem laborem ferendum: causam ex consyderatione instabilitatis humanae & futuri iudicii aduentu aeternitatisq; contemplatione assignans. Epistola.cxlii. Si summo ingenio.

Augustinus & Alipius Iulianae Demetriadis virginis matri: quantum illi debeant religionis affectum: & quantum eis apud deum & inter homines sit cura de ipsa: quantusq; fructus ex eorum ministerio exortus sit exponentes, ac sollicite admonentes vt contraria gratiae dei dogmata deuitet & caueat. & ob id errorem illorum notantes atq; carpentes qui putãt ex nobis ipsis nos habere siquid virtutis in nobis est. Quaedam quoq; ipsius libri verba qui ad Demetriadem scriptus: & sub titulo epistolae praemissus est commemorantes: sanctarumq; scripturarum testimoniis arguentes & condemnantes. Epistola.cxliii. Dominae debitis &c. Grate admodum.

Augustinus Anastasio: de periculoso mundi blandimento: & de effectu & operatione legis pertractans. Epistola.cxliiii. Domino fratri &c. Salutandi syncaeritatem.

Augustinus Sebastiano: epistolae illius qua taedium a peccatoribus delinquentibus legem dei habere significabat: respondens. Epistola.cxlv. Domino sancto & caetera. Quis ab animo.

Augustinus Consentio: illius quaestioni: vtrum nunc corpus domini ossa & sanguinem habeat: aut reliqua carnis liniamenta: respondens. Epistola.cxlvi. Dilectissimo fratri. &c. Quantum ad oculos.

Augustinus Proculiano: ostendens qua ratione bonum sit cum se inuicem ab errore reuocare conentur: idq; se agere asserens: & q̃tum illum diligat exponens: atq; petens ne in responsionibus sibi datis aliquid contumeliose in se dictum existimet: Ipsum praeterea rogans & obsecrans: vt promissionis suae meminerit: vt sic veritate discussa errores & dissensiones tollant. Epistola.cxlvii. Domino honorabili &c. Propter imperitorum.

Augustinus Valerio: petens vt de periculis officii episcopi aut presbyteri aut diaconi cogi-

tet:inidoneitatemq suiipsius humiliter recognoscens:& vt tempus sibi concedat:& in orati onibus adiuuet donec magis reddatur instruct⁹.Epistola.clxviii.Domino beatissimo &c. Ante omnia peto.

Augustinus Profuturo:eidem malam corporis sui valitudinem exponens:& quoniam id domino placeat:recte secum agi confitens:diesq & noctes suas oratiõibus illius cõmendans: De scandalis praeterea & moeroribus conquerens:& ad vigilandũ inter hęc ne cuiusq̃ odium cordis intima reneat:diligenter admonẽs.Epistola.clxix.Fratri Profuturo &c.Secũdũ spiritum.

Augustinus Helpidio: gratũ habere conrestans q se quia errare crediderit reuocare ab errore conatus fit:illiq optans vt deus eum nosse faciat quod nosse se putat:& ne in contumelię partem accipiat q tantae sibi cognitionis munus optauerit perens:atq ex subiuncta ratione filium non esse factum demonstrans.Epistola.cl.Domino eximio &c.Quis nostrum erret.

Augustinus Nebridio:de eo q se beatum appellauerit ampla ac subtili disputatione differens.Epistola.cli.Nebridio Augustinus.Vtrum nescio.

Syluanus ac caeteri episcopi:de concilio Zertensi Donatistis:reddentes causam:cur ad eos adhuc veritati acquiescere nolentes scripserint:episcoposq ipsorum esse mendaces ex narratione eorum quae in concilio gesta fuerunt:comprobantes.Epistola.clii.Syluanus senex &c.Cũ in auribus.

Publicola Augustino:ab eo vt in lege ac diuersis causis instruatur: exquirens: quaestionesq singulas ad quas sibi singillarim respondere postulat:per capitula signans.Epistola.cliii.Dilecto & venerabili &c.Scriptum est.

Augustinus Publicolae:singulis quaestionibus illius in superiori epistola annotatis: vere ac subtiliter satisfaciens.Epistola.cliiii.Honorabili & dilectissi.&c.Aestus animi.

Augustinus Marciano:ex diffinitione amicitiae probans illum nunc seuerũ habere amicum quem ante non habuerat:rationemq reddens cur ille prius amicus non fuerit:Eundem praeterea exhortans:vt ea praecepta teneat quibus ipsorum amicitia vera ac sempiterna esse possit.Epistola.clv.Domino merito &c.Abripui vel potius.

Augustinus Probae:dicta illius approbans:& eam q mala huius mundi tolerabiliora duxerit spe futuri commendans:sibiq a domino futurae vitae praemia & praesentis solatia poscens. Epistola clvi.Dominae insigni &c.Est quidem ita.

Augustinus Optato:de origine aiae differẽs:& se de quaestione per eundem mora:vtrũ videlicet aiae sicut corpa ꝓpagatiõe nascãt:an creator oĩpotẽs sine vlla ꝓpagatiõe nouas faciat singulas:nũq̃ fuisse ausum definitã ꝑferre sententiã cõfitens:Docẽs ꝑterea queadmodũ sine periculo origo aiae possit latere:astruensq neminem iuxta sanã fidem a contagione mortis & obligatiõe pcti liberari posse nisi p vnũ mediatorem dei & hoĩm:hominẽ Christũ Iesum.Cur etiã creent illi quos creator pſciuit ad dãnationẽ nõ ad gratiã ptinere:subtiliter explanãs: Et ad quaestiõe principalẽ redeũdo:diffuse de ea disputans:Optatũ quoq diligenter admonẽs: ne minus cautus nouã incurrat haeresim:ac postremo quid illũ de agitata quaestione diffinitiũ audire velit aperiens.Epistola.clvii.Domino beatissimo &c.Quis tuae san.

Augustinus Marcellino:qua ratione gesta per eum promissa vehemẽter expectet apeties : ac dubitationi illius respondendo vt poena sceleratorum praeter supplicium mortis fit:rogans et exhortans:vt sic catholicae ecclesiae mansuetudo & lenitas appareat:seq q libros de baptismo paruulorum & epistolam quandam ad ipsum non miserit excusans: & tandem ecclesiam in Numidia constitutam sibi commẽdans.Epistola.clviii.Domino merito &c. Gesta quae promisit.

Augustinus eidem Marcellino:sollicitudinem sibi afferens incussam: ne ipse circuncelliones et clericos partis Donati censeat tanta seueritate plectendos:vt qualia fecerunt:talia patiantur:eumq per dei misericordiam obtestãs: vt hoc nec faciat:nec fieri oĩno permittat:ac pluribus argumentis id suadens:ac postremo ac proconsulem quoq literas se dedisse significans. Epistola clix.Domino eximio &c.Circũcelliones illos.

Augustinus Apringio:beniuolentiam illius inprimis captans:ad deinde eũ deprecãs & obsecrãs vt circũcellionibus & clericis Donatistis p qbus & in superiori ep'la ad Marcellinũ scripsit:paria nõ retribuãt:& ne vel ipsi vel illi quorũ homicidiũ patefactũ est mulcteñ:pulchrisq rationibus hoc sua dens.Epistola.clx.Domino insigni &c.Non dubito in hac potestate.

Augustin⁹ Honorato Donatistę:consiliũ illius vt lris inter se res agat approbãs: breuiterq

quid ab illo responderi desyderet insinuans.Epistola.clxi.Honorato episcopo &c.Consiliū tuū.

Augustin⁹ Glorio:Eleusio:Felici grammatico:& cæteris:omnibusq; quibus hoc gratum est Primo causam reddens cur ad eos & ad nullos Donatistarum primarios tales literas miserit: ac deinde ad memoriam eis reducens:quæ cum ipsis in actione de cōmunione Christianæ vnitatis gesta ac recitata sint:quid etiā ipse responderit aperiens:& ex his aliisq; multis quæ acta sunt: acri inuectiuoq; sermone eos reprehendens & confutans.Post remoq; cuidam obiectioni ipsorum respondendo:plurimis exemplis ac testimoniis scripturarum comprobans: a bonis Christianis etiam malos esse tolerandos.Epistola.clxii.Dominis dilectissimis &c.Dixit quidem apostolus.

Augustinus iterum Eleusio:Glorio:& Felici:narrans quæ in disputatione habita cum Fortunio Tuburficii episcopo acta sint:eosq; exhortans & obsecrans:vt illū promissi sui cōmoneant:ac grauiter instent vt res cœpta peragatur:Simul etiam vt turbulentis turbis deuitatis: ad aliquā villā nō magnam conueniant suadens.Epistola.clxiii.Dominis dilec.&c.Fortunius.

Augustinus Emerito:diligenter ab eo inquirens originem schismatis & causam cur factum sit:instanterq; ac iterato petens vt quid sibi videatur respondere non grauet.Epistola.clxiiii. Desyderabili & dilecto &c.Ego cum audio.

Augustinus:Fortunatus:& Alipius Generoso:petentes vt ad Donatistarum presbyterum qui epistolam ad eum dederat:hāc præscripta perferat: Eidemq; recitet quæ apud diuersos gesta sunt:vt ea audiens taceat:& veritati insidiari desinat.Epistola.clxv.Dilectissimo & honorabili &c.Quoniam nobis notam.

Augustinus episcopus catholicus Donatistis:causas propter quas catholici ab eis odio habentur refellens ac confutans:eosq; ad amorem charitatis & vnitatis inuitans. Demonstrans præterea:q̄ vbi in scripturis Christus agnoscitur:ibi etiam ecclesia agnoscat. Epistola. clxvi. Augustinus episcopus &c.Charitas Christi.

Augustinus Festo:vt Christianæ veritatis assertores illam constanter manifestent suadens Et Donatistas de persecutione quam pro iniquitate sua patiuntur:non solum gloriantes: verum etiam honorem martyrum quærentes:cum eorum erroribus ac pertinacia cōdemnans: Significans quoq; homines qui in regione Hipponensi sunt:adhuc esse Donatistas: nec apud eos literas suas quicq̄ valuisse.Epistola.clxvii.Domino dilectissimo &c.Si pro errore.

Augustinus Eusebio:detestans sacrilega eorum facta qui in dissensione pacis Christianæ perseuerant:facinusq; cuiusdam iuuenis:matrem propriam cædētis:& in partem Donati se trāsferētis:cum magno animi dolore execrantis:& tandem petens vt de causa presbyteri ipsi⁹ Proculiani diligenter perquirat:& faciat vt tota quæstio dissensionis cum Proculiano placide pertractetur.Epistola.clxviii.Domino meritoq; &c.Scit deus cui.

Augustinus iterū Eusebio:dicta illius in se negās:& q̄d rogauerit ab eo ac etiā nūc roget cō memorās:ad excusationē p̄terea illi⁹ qui iuuenē matrē suam cædentem a cōmunione nō phibuit rn̄dens:Et p additionē quorūdā execrabiliū casuum crimē eiusdē exagerāsq; vt hæc Proculiano nota faciat deprecans.Epistola.clxix. Domino eximio &c.Non ego recusanti.

Augustinus Seuerino:rationem cur literas illius lætus susceperit exponens:catholicamq; ecclesiam extollens:& partē Donati condemnans:De obiectione quoq; criminum in collegas suos confutans.Epistola.clxx.Domino multum &c.Literas fraternitatis tuæ.

Augustinus Donatistis:inuectiua eos argutione q̄ se ab vnitate toti⁹ orbis nefario schismatis sacrilegio diuiserint reprehendens:manifestisq; sanctarum scripturarum testimoniis conuincens.Epistola.clxxi.Vobis Donatistæ catholica.

Augustinus Crispino: illum vt ad hanc epistolam respondeat prouocans:Et q̄ de hac re nihil cum ipso aliisq; Donatistis nisi per literas agere velit protestans: Facta illorum præterea redarguens:& singulis illorum obiectionibus verissima dissolutione respondens. Epistola. clxxii.Quia humilitatem nostram.

Augustinus iterum Crispino:eundem q̄ in baptizandis Mappaliensibus plus hoīem:q̄ deū timuerit reprehendens:atq; nō p hominem:sed Christum cui responsurus est perterrens: & vt in ea causa ambo ipsi audiantur postulans.Epistola.clxxiii.Deum quidem timere.

Augustinus Pascentio comiti Arriano:Causā cur ad eū scripserit reddens:& ex repetitione actorū in placito p̄terito:ipm̄ rephendēs ac confutās:fideq; suā clare cōfitēs & exponens: atq; manu p̄pria subscribens:& regrēs vt & ille hoc facere velit.Ep̄la.clxxiiii.Volueram quidem.

Augustinus iterum Pascentio: dicta eius falsa esse: & fidem suam se dicere noluisse astruens: & ob id ne vlterius iactetq fidem suam dixerit &c. commonens. Epistola. clxxv. Si dicis te.

Pascentius comes Arrianus Augustino: sibi q in errore permaneat mẽdaciter improperãs: ac conuitiosis comparationibus eum mordens: atq ad rescripta ipsius per fide respondẽs. Epistola. clxxvi. Optaueram te frater.

Augustinus iterũ Pascentio comiti Arriano: superiori epistolæ illius respondens: & vt ipse ad argumẽtũ ex verbis apostoli sumptũ rñdeat petẽs. Ep̃la. clxxvii. Literæ tuę nec ad reddẽda.

Narratio altercationis inter beatum Augustinum episcopum: & comitem Pascentium Arrianum: habitæ in domo Anicia Hippone: regio præsente Laurentio viro clarissimo iudice ab vtrisq partibus electo. Epistola. clxxviii. Laurentius vir clarissimus.

Augustinus Probæ & Iulianæ: de conuersione neptis Demetriadis gratulans: exultans: atq laudans q Christo sit desponsata: & ad perseuerantiam exhortans. Epistola. clxxix. Dominarum honore dignissimis &c. Implestis gaudio.

Augustinus Honorato: quęstioni illius qua sibi consuli petit quid in periculis occurrẽtibus sit faciendum: amplissime respondens: & firma ac dilucida sententia diffiniens: qua ratione tẽpore imminentis persecutionis episcopi & clerici dei ministri fugere possint: qua etiam conditione hoc ipsis nequaq̃ sit permissum. Epistola. clxxx. Sancto fratri &c. Charitati tuæ.

Augustinus Italicæ: eius petitioni vt de inuisibili deo vtrum per oculos corporeos possit videri scribat: satisfaciens. Epistola. clxxxi. Dominę eximiæ &c. Cum petiuisses.

Augustinus Bonifacio: illum vt mores suos ornet pudicitia coniugalis: ornet & sobrietas atq frugalitas: admonens. Epistola. clxxxii. Domino sublimi &c. Ornet mores.

Bonifacius Augustino: superiori epistolæ ipsius respondens. Epistola. clxxxiii. Domino merito. &c. Tuæ sanctitatis.

Augustinus iterum Bonifacio: astruens solam admonitionem sufficere: & ei qui templum domini violare ausus fuerit posse condonari: si tempus pœnitentiæ diuinitus cõcedatur. Epistola. clxxxiiii. Ego quos diligo.

Augustinus iterum Bonifacio: ei militem transmarinum Africæ littus attigisse: & ab Italia hostem publicum esse nuntiatum referens: ipsumq per directionem intentionis cordis ad dominum consolans. Epistola. clxxxv. Domino sublimi &c. Africæ littus.

Bonifacius Augustino: præcedenti epistolæ illius respondens: & vt deum pro se precetur petens. Epistola clxxxvi. Domino sancto &c. Scio q sit tua.

Augustinus iterum Bonifacio: eum vt pro commissis ausibus debitam agat pœnitentiam admonens: & oblationem interim atq communionem ipsi interdicens. Epistola. clxxxvii. Dilectissimo & spectabili &c. Miror quomodo.

Bonifacius Augustino: admonitionibus illius se velle obtẽperare affirmans: delictumq suũ confitens: & virum de foribus ecclesię abstractum: illæsum ei offerens: atq vt ecclesiæ introitus sibi non negetur: oblatio quoq eius non respuatur: humiliter depcans. Epistola. clxxxviii. Humilis saluto. Suscepi autem tremens.

Augustinus iterum Bonifacio: ea quæ vidit illi cum commendatione narrãs: & p Gudila fidelissimo ipsius seruo veniã deprecans. Ep̃la. clxxxix. Domino sublimi &c. Dum quodam.

Bonifacius Augustino: superiori ipsius epistolæ respondens: & veniam Gudilæ condonans Epistola. cxc. Domino beatissimo &c. Futens paratoq.

Bonifacius iterum Augustino: significans ei Castinum olim inimicum & persecutorem: suis se nunc defensionibus commisisse: & honorem de hoc diuinæ potentiæ tribuens: de puritate tamen nihilominus Castini adhuc dubitans: & vt Augustinus ab ipso integrum de suis sensibus accipiat sacramentum: postulans. Epistola. cxci. Domino venerabili &c. Castinus ille prius tus.

Augustinus Bonifacio: antecedenti epistolæ illius respondens: & Castinum sacramento se p didisse q ab omni culpa & erroribus alienus sit asserens: Exemplis quoq q inimicis parcendum sit: comprobans. Epistola. cxcii. Domino insigni &c. Vir illustrissimus.

Bonifacius Augustino: graue sibi bellum imminere conquerens: & vt preces pro se domino fundat precans. Epistola. cxciii. Domino venerabili &c. Graue nobis.

Augustinus Bonifacio: præmissæ epistolæ illius respõdens: & vt manibꝰ arripiat arma: & oratione aures pulset authoris consulẽs. Epistola. cxciiii. Dilectissimo &c. Graui de.

Bonifacius Augustino:multos ex aduersariis cecidisse:de suis autē nullos vulneratos esse narrans:& q̄ oret vt talis de inimicis vltio sæpe procedat petens. Epistola.cxcv. Domino venerabili &c.Manus superba.

Augustinus Bonifacio:Lecto se vacare & aduentum vltimæ diei exoptare scribens : victoriæq; illius gaudens:& ipsum quemadmodum se in regimine habere debeat instruens.Epistola.cxcvi.Domino insigni &c.Lecto me vacare.

Bonifacius Augustino:superiori eius epistolæ respondens:& mansionem ipsius in hac vita adhuc necessariam esse sibi confitens:vtq; & ipse oret vt salus aliquantulū temporis condonetur exhorrans.Epistola.cxcvii.Nunq̄ diuinitas.

Augustinus Fortunatiano:illum commonens vt fratrem eorum de quo collocuti fuerant rogare dignetur:vt sibi ignoscat si quid in ipsum durius & asperi⁹dictum acceperit in epistola ad eundem scripta.In qua dixit:istius corporis oculos nec videre deum nec esse visuros. Se quoq; modo q̄ scripserit non pœnitere contestans:Et causam cur hoc dixerit dilucide & subtiliter explicans:sanctorumq; doctorum authoritatibus ac diuinarum scripturarum testimoniis dicta sua corroborans.Epistola.cxcviii.Commonitorium sancto fratri.

Augustinus Editiæ:vehementer se doluisse narrans:q̄ ipsa sic cū marito egerit:vt in adulterii ruinam miserabiliter lapsus sit:& ob hanc causam atq; q̄ sine eiusdem mariti cōsensu pene omnia quæ habebat:duobus monachis tanq̄ pauperibus erogando donauerit: q̄ etiā præter illius arbitrium habitum mutauerit:acri reprehensione increpans : & quemadmodum se erga eundem iam ac de cætero habere debeat:diligenter instruens.Epistola.cxcix.Dominę religiosissimæ &c.Lectis literis re.

Augustinus Asellico: Literis illius de cauendi iudaismi disceptatione respōdēdo: testimoniis Pauli apostoli cōprobās: Christianos maxime ex gentibus venientes/iudaizare non oportere:& quæ sit vtilitas legis pulchre declarans:erroresq; aliquorum confutans: Tractādo pręterea quæstionem:vtrum qui Christianus est:etiam Iudęus vel Israelita dicendus sit: diffiniens:q̄ si hoc esse non carne sed spiritu intelligatur:non debere ipsum nomen sibi in consuetudine sermonis imponere:sed spiritali itelligētia retinere.Epistola.cc. Domino beatissimo &c. Literas sanctitaris tuæ.

Nectarius Augustino:quātum patriam diligat:& eam florere & incolumē esse cupiat: exponens:& Calamensem coloniam non leui populi sui erraro prolapsam conquerens:deposcēs q̄ vt si res defendenda sit:innoxius defendatur:& ab innocentibus molestia separetur. Epistola.cci.Domino insigni &c.Quanta sit charitas.

Augustinus Nectario:epistolæ illius aptissime & ad plenum cum multa admonitione ac reprehensione respondens.Epistola.ccii.Domino eximio &c.Iam senio frigescentibus.

Augustinus Maximino:primo rationem tituli huius epistolæ reddens:& deinde cum dubitet:vtrum ille diaconum quendam rebaptizauerit:obsecrans vt sibi quid gestum sit rescribere dignetur:rescribendi impedimenta repellendo:diligenterq; admonens:vt si non rebaptizet:libera voce hoc clamet.Quid ipse etiam vlterius facere decreuerit exponēs.Epistola.cciii. Domino dilectissimo &c.Priusq̄ ad rem.

Augustinus Donato presbytero partis Donati:illi dolorem cordis & sollicitudinem pro salute eius exponens:& errorem ipsius quo æstimat neminem ad bonum esse cogendum:scripturis sanctis atq; exemplis confutans:Euasiones quoq; eiusdem & obiectiones argute refellens:cum diligenti admonitione vt resipiscat & ad ecclesiæ vnitatem redeat. Epistola.cciiii. Donato presbytero &c.Si posses videre.

Augustinus Aurelio Carthaginēsis ecclesiæ episcopo:Causam exponens ob quā libros de sancta trinitate per se iuuenem inchoatos & postea relictos:iam terminare & illi mittere curauerit:petens quoq; vt hanc epistolam ad caput eorundem librorum iubeat anteponi.Epistola.ccv.Domino beatissimo &c.De trinitate quæ.

Augustinus Cyrillo hierosolymitano episcopo:de magnificis admirandisq; sancti Hieronymi virtutibus ac præconiis:elegantissimo stilo differens.Epistola.ccvi.Gloriosissimi christianæ fidei athletæ.

Cyrillus Augustino:de miraculis beati Hieronymi presbyteri post mortem celebratis: ac curare disertissimeq; scribens.Ep̄la.ccvii. Venerabili episcoporum &c.Illius sequi vestigia.

FINIS.

EPISTOLAE AVGVSTINI AD QUOS SCRIBANTUR SERIE LITERARIA & NUMERO EPISTOLARI.

FINIS.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONEN.EPISCOPI:LIBER EPISTOLARVM FELICITER INCIPIT.

Sancti Augustini ad Volusianum eundem salutantis:& vt ipsum non pigeat sanctarum literarum studio curam impendere:& præcipue ad linguas apostolorum legẽdas exhortantis. Epistola.I.

A OMINO ILLVSTRI: ET MERITO PRAESTANTISSIMO filio Volusiano: Augustinus episcopus. De salute tua: quam & in hoc sæculo & in Christo eẽ cupio: sanctę matris tuę votis sum fortasse etiam ipse non impar. Vnde meritis tuis reddens salutationis obsequium: hortor vt valeo: vt literarum vere certeq; sanctarum studio te curam non pigeat impendere. Syncera eñ & solida res est: nec fucatis eloquiis ambit ad animum: nec vllo linguæ tectorio inane aliquid ac pẽdulum crepitat. Multum mouet: nõ verborum sed rerũ auidum: & multum terret factura securum. Præcipue apostolorum linguas exhortor vt legas. Ex his eñ ad cognoscendos pphetas excitaberis: quorum testimoniis vtuntur apostoli. Si quid autem vel cum legis: vel cum cogitas tibi otiũ quæstionis: in quo dissoluendo videat necessarius: scribe vt rescribam. Magis enim hoc forte: domino adiuuante: potero q̃ præsentialiter loqui tecum: non solum propter occupationes varias & meas & tuas: quoniam nõ cũ mihi vacat: occurrit vt & tibi vacet: verũetiam pp̃ter eorum irruentem præsentiam: q plærunq; non sunt apti tali negocio: magisq; linguæ certaminibus: q̃ scientiæ luminibus delectãtur. Qđ autem scriptum habetur: semper vacat ad legendum: cum vacat legenti: nec onerosum fit præsens: quod cum voles sumitur: cum voles ponitur.

Volusiani ad beatũ Augustinũ: petitionẽ ei⁹ exponẽtis: habitãq; pxĩe cõfabulationẽ replicantis: Et vnum e multis querẽtẽ qs sibi ambigua & dubios suos sensus possit apire atq; dissoluere: Vtrum videlicet mundi dñs & rector / intemeratę virginis corp⁹ impleuerit: eadẽq; mater decẽ mensium longa ptulerit fastidia: ac virgo pepererit & intacta pmãserit. An etiam intra corpusculum vagiẽtis infantiæ ille latuerit: cui parua rerum putatur vniuersitas: cęterasq; humanæ conditionis passiones & infirmitates ptulerit: introducentis.

Epistola.II.


B OMINO Vere sancto ac merito venerabili patri Augustino epõ: Volusianus. Petis a me vir pbitatis iustitięq; documentũ: vt aliqua ex ambiguis lectionis peritę discenda pcõter. Amplector gratiam muneris imperati: meq; libens in disciplinas tuas offero: veteris sententiæ auctoritatẽ secutus: quæ nullã ad pdiscendã abundare credit ætatẽ. Neq; immerito sapiens prudentiæ studia nullis terminis neq; fine cõclusit: quando primordiis suis remota virtus nunq̃ adeo teferaẽ adeuntib⁹: vt omnis ptinus ad agnitionem patescat. Dñe vere sancte ac merito venerabilis pater: est operępretium cognoscere habitam inter nos pxime confabulationem. Quibusdam amicorũ conuentibus aderamus frequentes: p ferebantur illic p ingeniis studiisq; sentẽtię. Erat tamen sermonis rhetorica partitio (apud agnoscentẽ loquor: nam etiam ista pauloante docuisti) astruebaẽ qđ eẽt inuentio: quæ inuentionis acrimonia: quantus disponendi labor: quæ translationis gratia: quę iconismatũ pulchritudo: & p ingenio naturaq; materiæ: apposita etiam dicendi facultas. Alii rursus poeticam eleuabant fauẽtes. Nec quidem eloquentiæ partem tacitam aut inhonoram reliquis: vt conueniẽter poeta dixerit: Inter victrices hederas tibi serpere lauros. Dicebatur ergo quantus iconię esset ornatus: quæ metaphorarũ venustas: quanta in comparatione sublimitas: iam leues enodesq; versus: atq; vt ita dixerim: cęsurarum modulata variatio. Tunc ad familiarem tuã philosophiã sermo deflectit: quã ipse aristotelico more tanq̃ esocraticam fouere cõsueueras. Quęrebamus & quid egerit præceptor ex Lycio: quid academię multiplex & continuata cunctatio: quid ille disputator ex porticu: quid physicorum peritia: quid Epicureorum voluptas: qđ inter omnes infinita disputandi libido. Tũcq; magis ignorata veritas: postq̃ præsumptum est q possit agnosci. Dum in his confabulatio nostra remoratur: vnus e multis: & quis inquit est sapientia ad perfectum Christianitatis imbutus: qui ambigua in quibus hæreo possit aperire

Vir.in buc.

C

dubiosq; sensus meos vera:vel verisimili firmare credulitate! Stupemus tacentes. Tũc in hęc
sponte prorupit:Miror vtrum mundi dominus & rector:intemeratæ fœminæ corpus imple
uerit:pertulerit decem mẽsium longa illa fastidia mater:& tamen virgo enixa sit solennitate
pariendi:& posthęc virginitas putetur intacta.His & alia subnectit.Intra corpusculum vagi
entis infantiæ latet:cui parua putatur vniuersitas:patitur puerilitatis annos:adolescit:iuuẽ
tute solidatur:Tam diu a sedibus suis abest ille regnator:atq; ad vnum corpusculum totius
mundi cura transfertur.Deinde in somnos resoluitur:cibo alitur:omnes mortalium sentit af
fectus:nec vllis competentibus signis tantæ maiestatis indicia clarescunt:quoniam larualis il
la purgatio:debilium curæ:reddita vita defunctis:hæc & alia si cogites: deo parua sunt. In-
teruenimus vlterius inquirenti:solutoq; conuentu:ad potioris peritiæ merita distulimus:ne
dum incautius secreta temerantur:in culpam deflecteret error innocuus. Accepisti vir, toti⁹
gloriæ capax:imperitię confessionem:quid a partibus nostris desideretur agnoscis.Interest fa
mæ tuæ:vt quęsita nouerimus. Vtcunq; absq; detrimento cultus diuini in aliis sacerdotibus
toleratur iustitia:at cum ad antistitẽ Augustinũ venitur:legi deest quicquid contigerit igno
rari.Incolumem venerationem tuam diuinitas summa tueatur domine vere sancte ac meri-
to venerabilis pater.

Sancti Augustini ad Volusianum:Quæstiones in superiori epistola introductas repeten-
tis:eisdemq; diserta ac subtili responsione satisfaciẽtis:& illum ad firmam credulitatem dili-
genter admonentis. Epistola.III.



Omino illustri:& merito insigni:& præstantissimo filio Volusiano:Augusti D
nus in dño salutẽ.Legi literas tuas:in qbus vidi magni cuiusdã dialogi spe-
cimen:laudabili breuitate cõprehẽsum.Respõdere igit̃ debui: nec ꝑ dilatio
ne aliquid excusationis opponere. Accidit em̃ opportune:vt ab alienis nego
ciis mihi aliquãtulũ vacaret.Quibus aũt dictandis hoc otiũ statuerã impen
dere:paululũ distuli:nequaq̃ iustũ esse arbitratus:vt quem ad quærendum
exhortatus ipse fuerã:differrẽ q̃rentẽ.Quis aũt nostrũ: q Christi(vt possu-
mus)gratiã ministramus:cũ tua verba legerit:ita te velit doctrina instrui Christiana:vt tibi
tãtũ sufficiat ad salutẽ:nõ huius vitæ:quã vaporis esse simillimã:tãtillũ apparẽtis & ilico va-
nescentis atq; pereuntis:sermo diuinus admonere curauit:sed illã salutẽ ꝑpter quã adipiscẽ-
dã:& in ęternũ obtinendã Christiani sumus! Parũ est ergo nobis sic te instrui:vt tibi sit liberã
do satis.Ingeniũ quippe & eloquiũ tuum tam excellẽs tãq; luculentũ: ꝓdesse debet etiã cæte-
ris:cõtra quorũ tarditatẽ seu puersitatẽ:conuenientissime defendenda est tantæ gratiæ dispẽ
satio:quã supbæ animulæ nihilipendunt:quæ nimis affectant plurimum posse:& ad sua vitia
sananda vel etiam refrænanda:nihil possunt. Quæris igitur vtrum mundi dominus & re- E
ctor intemeratæ fœminæ corpus impleuerit:pertulerit decem mensium longa illa fastidia ma
ter:& tamen virgo enixa sit solennitate pariendi:& posthæc virginitas inuiolata permanse-
rit. Vtrum intra corpusculũ vagientis infantiæ latuerit:cui parua putatur vniuersitas:pas-
sus fuerit puerilitatis annos:adoleuerit:iuuentute solidatus sit:tam diu a sedibus suis abfue
rit regnator ille:atq; in vnum corpusculum totius mũdi cura translata sit:deinde in somnos
resolutus sit:cibo alitus:omnes mortalium senserit affectus:neq; vllis competentibus signis
claruerint tantæ maiestatis indicia: quoniam larualis illa purgatio:debilium curæ: reddita
vita defunctis:hęc & alia si cogites:deo parua sunt.Hanc scribis in quodam conuentu amico
rũ ab vno ex multis qui aderant illatam esse quęstionẽ:vos aũt interuenisse vlterius inquiren
ti:solutũq; conuentũ ad potioris peritiæ merita distulisse: ne dũ incautius secreta temerant̃:
in culpam deflecteret error innocuus.Deinde ad me literarũ tuarũ dirigis intentionẽ:& post
hanc imperitiæ confessionẽ:admones vt a partibus vestris quid desyderetur agnoscam. Ad-
iungis etiam famæ meæ interesse:vt quæsita noueritis:qd̃ vtcũq; absq; detrimẽto diuini cul-
tus in aliis sacerdotibus toleratur inscitia:at cum ad me antistitem venitur: legi deesse quic-
quid contigerit ignorari. Primum igitur hanc de me opinionem facile præsumptam: quæ F
so deponas:eũq; animum q̃uis erga me beniuolentissimũ soluas atq; exuas: ac de me mihi ma
gis q̃ vlli alteri credas:si mihi dilectionis vicẽ rependis. Tãta est em̃ Christianarũ ꝓfunditas
literarum:vt in eis quotidie ꝓficerem:si eas solas ab ineunte pueritia vsq; ad decrepitam se-
nectutem maximo otio:summo studio:meliore ingenio conarer addiscere. Nõ quo ad ea quæ
necessaria sunt saluti:tãta in eis perueniatur difficultate:sed cum quisq; ibi fidẽ tenuerit:sine

qua pie recteq̧ non viuit:tā multa:tamq̧ multiplicibus myſteriorū vmbraculis opaca intelli
genda proficientibus reſtant: tantaq̧ non ſolum in verbis quibus iſta dicta ſunt: verūetiam
in rebus quæ intelligendæ ſunt latet altitudo ſapientiæ:vt annoſiſſimis/acutiſſimis/flagran
tiſſimis cupiditate diſcendi hoc cōtingat: qđ eadem ſcriptura quodā loco habet:Cū cōſum
G mauerit homo:tunc incipit. Sed quid hinc plura! Veniendū potius eſt ad rem quam requi
ris: Vbi primum te ſcire volo:non hoc habere Chriſtianam doctrinam ꝙ ita ſit deus infuſus
carni qua ex virgine naſcereť:vt curam gubernandæ vniuerſitatis:vel deſeruerit: vel amiſe
rit:vel ad illud corpuſculum:quaſi contractam materiam collectamq̧ trāſtulerit.Hominum
iſte ſenſus eſt:nihil niſi corpora valentium cogitare: ſiue iſta craſſiora ſicut ſunt humor atq̧
humus:ſiue ſubtiliora:ſicut aeris & lucis:ſed tamen corpora quorum nullum poteſt eſſe vbi
ꝙ totum:quoniam per innumerabiles partes aliud alibi abeat:neceſſe eſt. Et quantūcunq̧ ſit
corpus ſeu quantulūcunq̧ corpuſculum loci occupet ſpacium:eundēq̧ locum ſic impleat:vt
in nulla eius parte ſit totum:ac per hoc denſari ac rareſcere:contrahi & dilatari: in minutias
deteri:& grandeſcere in molē:non niſi corporum eſt.Longe aliud eſt animæ natura q̄ corpo
ris:quanto magis dei:qui creator eſt & animæ & corporis.Non ſic deus dicitur implere mū
dum/velut aqua/velut aer/velut ipſa lux:vt minore ſui parte:minorem mundi impleat par
tem:& maiore maiorem.Nouit vbiq̧ totus eſſe:& nullo contineri loco.Nouit venire non re
H cedendo vbi erat.Nouit abire non deſerendo quo venerat.Miratur hoc mens hūana: & quia
non capit fortaſſe nec credit.Seipſam primitus migrata miretur:ſeipſam paululum ſi poteſt
attollat a corpore:& ab eis rebus quas ſolet ſentire ꝑ corpus:& videat ipſa qđ ſit quæ vtiť cor
pore.Sed forte non poteſt:Magni quippe eſt ingenii:vt ait quidam: ſeuocare mentem a ſenſi
bus:& cogitationem a conſuetudine abducere.Ipſos ergo corporis ſenſus:aliquanto inſueti⁹
& vigilantius perſcrutetur.Sunt certe quinq̧ partiti corporis ſenſus: q nec ſine corpore:nec
ſine anima eſſe poſſunt:quia neq̧ ſentire eſt niſi viuētis:qđ ab anima eſt corpori: neq̧ ſine cor
poreis inſtrumentis:& quaſi vaſis atq̧ organis videmus/audimus/cæteriſq̧ tribus vtimur
ſenſibus.Intendat hæc anima rationalis:& ſenſus corporis:non ſenſibus corporis: ſed ipſa mē
te atq̧ ratione conſyderet.Certe ſentire homo non poteſt niſi viuat:viuit autem in carne:an
teq̄ morte vtrūq̧ dirimatur.Quomodo igitur anima quæ ſunt extra carnē ſuam ſentit: quæ
non niſi in carne ſua viuit! An non ab eius carne lōgiſſime abſunt ſydera in cælo! An nō in cæ
lo videt ſolē! An ſentire nō eſt videre: cū ſit in quinq̧ ſenſibus cæteris excellentior viſus! An
& in cælo viuit:quia & in cælo ſentit:& ſenſus non poteſt eſſe vbi vita nō eſt! An ſentit:& vbi
non viuit:quia cum in ſua tantū carne viuat:ſentit etiam in his locis quæ præter eius carnē
continent ea quæ tangit aſpectu! Vides ne q̄ ſit hoc latebroſum in ſenſu tam conſpicuo qui vi
ſus dicitur! Attende & auditum:Nam & ipſe ſe foras quodammodo diffundit a carne. Vn
de enim dicimus:Foris ſonat:niſi ibi ſentiamus vbi ſonat! Ergo & illic extra carnem noſtram
viuimus.An ſentire poſſumus:& vbi non viuimus:cum ſenſus ſine vita eſſe non poſſit! Cæ
teri tres ſenſus:apud ſeipſos ſentiunt:q̄uis de olfactu vtrunq̧ poſſit dubitari. De guſtu autē
atq̧ tactu:nulla controuerſia eſt:ꝙ ea quæ guſtamus & tangimus:non alibi q̄ in carne noſtra
ſentimus.Proinde iſti tres ſenſus:ab hac conſyderatione ſemoueantur. Viſus audituſq̧ affe
runt mirabilem quæſtionem.Aut quomodo anima ſentiat vbi nō viuit: aut quomodo viuat
vbi non eſt.Neq̧ enim niſi in carne ſua eſt.Sentit autem etiam præter carnem ſuam.Ibi quip
pe ſentit vbi videt:quia & videre ſentire eſt.Ibi ſentit vbi audit: quia audire ſentire eſt. Aut
ergo & ibi viuit:ac per hoc etiam & ibi eſt:aut ſentit & vbi non viuit:aut viuit & vbi nō eſt.
Hæc omnia mira ſunt:nihil horum affirmari ſine quadam velut abſurditate poteſt.Et de ſen
ſu loquimur morticino.Quid igitur eſt ipſa anima: præter corporis ſenſum: id eſt in mente
I qua iſta conſyderat! Neq̧ enim ſenſu corporis:de ipſis ſenſibus corporis iudicat:Et putamus
nobis de omnipotentia dei incredibile dici aliquid:cum dicitur verbum dei ꝑ qđ omnia facta
ſunt:ſic aſſumpſiſſe corp⁹ ex virgine: & ſenſib⁹ apparuiſſe mortalibus:vt immortalitatē ſuā
non corruperit:vt æternitatem ſuam non mutauerit:vt poteſtatem ſuam nō minuerit:vt ad
miniſtrationem mundi non deſeruerit:vt a ſinu patris:id eſt a ſecreto quo cum illo & in illo
eſt:non receſſerit! Verbum dei ſic intellige ꝑ qđ facta ſunt oīa:nō vt eius trāſire aliquid cogi
tes:& ex futuro præteritū fieri.Manet ſicuti ē:& vbiq̧ totū eſt.Venit aūt cū manifeſtať:& cū
occultať abſcedit.Adeſt tñ ſiue occultū/ſiue manifeſtū:ſicut lux adeſt oculis & vidētiū & cęcis
ſed vidēti adeſt ꝓſenti:cæco vero abſenti.Adeſt & vox audiētib⁹ aurib⁹:adeſt etiā ſurdis: ſed

illis patet:istis latet. Quid autem mirabilius q̃ id quod accidit in vocibus nostris:verbisq; so-
nantibus:in re scilicet raptim transitoria? Cum enim loquimur:nec secundæ quidem syllabæ
locus est nisi prima sonare destiterit:& tamen si vnus assit auditor:totum audit qd dicimus:
et si duo assint:tãtũdem ambo audiunt:qd & singulis totum est. Et si audiat multitudo silẽs
non inter se particulatim cõminuunt sonos tanq̃ cibos:sed omne qd sonat & omnibus totum
est:& singulis totum. Ita ne iam non illud est potius incredibile:si verbum hominis transiens
qd exhibetur auribus:verbum dei permanens non exhibetur rebus:vt queadmodum hoc si-
mul auditur a singulis etiam totum:ita illud simul vbiq; sit totum? Nõ itaq; metuendũ est K
corpusculum infantię:ne in illo tantas deus angustias passus esse videatur. Neq; enim mole
sed virtute:magnus est deus: qui prudentia sua meliorem sensum magis formiculis & apicu
lis dedit: q̃ asinis & camelis: Qui ex grano minutissimo seminis tãtam ficulneæ arboris ma-
gnitudinem creat:cum ex multo maioribus seminibus longe minora multa nascãtur: Qui pu
pillam tam paruam ditauit acie:qua per oculos emicante:in ictu temporis cælum prope dimi
dium lustraret: Qui ex puncto & quasi centro cerebri:sensus oẽs quinaria distributione dif
fudit: Qui corde membro tam exiguo vitalem motum per corporis cuncta dispensat. His
itaq; huiusmodi rebus insinuans magna de minimis:q non est paruus in paruis. Ipsa eñ ma-
gnitudo virtutis eius:quæ nullas in angusto sentit angustias:vterum virginalem:non aduẽ
ticio:sed indigena puerpetio fœcundauit. Ipsa sibi animam rationalem:& per eandem etiã cor
pus humanum:totumq; omnino hominem in melius mutandum:nullo modo in deteri⁹ mu
tata coaptauit:nomen humanitatis ab eo dignanter assumens:diuinitatis ei largiter tribuẽs
Ipsa virtus per inuiolatæ matris virginea viscera:membra infantis eduxit:quæ postea p clau
sa ostia:membra iuuenis introduxit. Hic si ratio queritur:non erit mirabile:si exemplum po-
scitur:non erit singulare. Demus deum aliquid posse:qd nos fateamur inuestigare non posse.
In talibus rebus:tota ratio facti est potentia facientis. Iam illud qd in somnos soluitur: & ci L
bo alitur:& omnes humanos sentit affectus:hominem persuadet hominibus: quem non con-
sumpsit vtiq; sed assumpsit. Ecce sic factum est:& tamen quidam hæretici:peruerse mirando
laudandoq; eius virtutem:naturam humanam in eo prorsus agnoscere noluerũt:vbi est om-
nis gratiæ commendatio:qua saluos facit credentes in se:profundos thesauros sapiẽtiæ & sci
entiæ continens:& fide mentes imbuens:quas ad æternam contemplationem veritatis incõ-
mutabilis prouehat. Quid si omĩpotẽs:hominẽ vbicunq; formatũ:nõ ex materno vtero crea-
ret:sed repentinum inferret aspectibus? Quid si nullas ex paruulo in iuuentã mutaret ętates:
nullos cibos:nullos caperet somnos? Nõne opinionẽ cõfirmaret erroris:nec hominem verum
suscepisse vllo modo crederetur:& dum omnia mirabiliter facit:auferet qd misericorditer fe
cit? Nunc vero ita inter deum & homines mediator apparuit:vt in vnitate personæ copulans
vtranq; naturam:& solita sublimaret insolitis:& insolita solitis temperaret. Quid autem non
mirum facit deus in omnibus creaturæ motibus:nisi consuetudine quotidiana viluissent? De
niq; q̃ multa vsitata calcantur:quæ considerata stupentur? Sicut ipsa vis seminum:quos nu
meros habet:& q̃ viuaces/q̃ efficaces/q̃ latenter potentes/q̃ in paruo magna molientes: quis
adeat animo:quis promat eloquio? Ille igitur sibi hominem sine semine operatus est: qui in re
rum natura sine seminibus operatur & semina. Ille in suo corpore numeros temporum men-
surasq; seruauit ætatum:qui sine vlla sui mutabilitate mutando contexuit ordinem sæculo-
Ioan.1. rum. Hoc enim creuit in tempore:quod cœpit ex tempore. Verbum autem in principio:per
quod facta sunt tempora:tempus elegit quo susciperet carnem; non tempori cessit:vt verte-
retur in carnem. Homo quippe deo accessit:nõ deus a se recessit. Sic autem quidam reddi si M
bi rationem flagitant:quomodo deus homini permixtus sit: vt vna fieret persona Christi:
cum hoc semel fieri oportuerit:quasi rationem ipsi reddant de re quæ quotidie fit; quomo-
do misceatur anima corpori:vt vna persona fiat hominis. Nam sicut in vnitate personæ ani-
ma vtitur corpore vt homo sit:ita in vnitate personæ deus vtitur homine:vt Christus sit. In
illa ergo persona mixtura est animæ & corporis:in hac persona mixtura est dei & hominis: si
tamen recedat auditor a consuetudine corporum:qua solent duo liquores ita commisceri:vt
neuter seruet integritatem suam:q̃q̃ & in ipsis corporibus aeri lux incorrupta misceatur. Er
go persona hominis:mixtura est animæ & corporis:persona autem Christi:mixtura est dei &
hominis. Cum enim verbũ dei permixtũ est animæ habenti corpus:simul & aĩam suscepit &
corpus. Illud quotidie fit ad procreãdos hoĩes:hoc semel factum est ad liberandos homines. Ve

tū tamen duarum rerum incorporearum cōmixtio facilius credi debuit: q̄ vnius incorporeæ
& alterius corporeæ. Nam si anima in sua natura nō fallit: incorpoream se esse comprehēdit:
multo magis incorporeum est verbum dei. ac per hoc verbi dei & animę credibilior debuit eē
permixtio: q̄ animæ & corporis. Sed hoc in nobis ipsis experimur: illud in Christo credere iu-
bemur. Si autem vtrunq; nobis pariter inexpertum credendum præciperetur: quid horum ci
tius crederemus? Quomodo non fateremur duo incorporea q̄ vnum corporeum: alterumq;
incorporeum facilius potuisse misceri: si tamen non indigne ad ista mixtionis/vel mixturę no
men admittitur propter consuetudinem corporalium rerum: longe aliter se habentium ali-
N terq; notarum? Verbum igitur dei: idemq; dei filius: patri coæternus: eademq; virtus: & sapi
entia dei: a superno fine creaturæ rationalis vsq; ad infimum finem creaturæ corporalis attin Sap.8.
gens fortiter: & disponens omnia suauiter: præsens & latens: nusq̄ conclusa/nusq̄ discissa/nus
q̄ tumida: sed sine mole vbiq; tota: longe alio modo quodam: q̄ eo quo creaturis cæteris adest
suscepit hominem: seq; & illum fecit vnum Iesum Christum: mediatorem dei & hominum:
æqualem patri secundum diuinitatē: minorem patre secundum carnem: hoc est secundū ho-
minem: incōmutabiliter immortalem secundum æqualem patri diuinitatem: eundemq; mu-
tabilē atq; mortalem secundum cognitam nobis infirmitatem. In quo Christo eo tempore: qđ
opportunissimū ipse nouerat: & ante sæcula disposuerat: venit hominib⁹ magisterium & ad-
iutorium: ad capessendam sempiternam salutem. Magisterium quidem: vt ea quæ hic ante di
cta sunt vtiliter vera: non solum a ꝓphetis sanctis: qui omnia vera dixerunt: verūetiam a phi-
losophis atq; ipsis poetis: & huiuscemodi auctoribus literarum: quos multa vera falsis miscu
isse quis ambigat? illius etiam in carne præsentata confirmaret auctoritas: ꝓpter eos qui non
possent in ipsa intima veritate cernere atq; discernere. Quæ veritas & anteq̄ hominem assu-
meret: ipsa aderat omnibus qui eius participes esse potuerunt. Maxime vero suę incarnatiōis
exemplo id salubriter persuasit: vt quoniam homines plæriq; diuinitatis auidi: p potestates cę
lestes: quas deos putarent: ritusq; varios illicitorum non sacrorum sed sacrilegiorum: ambiē-
dum sibi arbitrarentur ad deum: magis superbe q̄ pie: qua in re ꝓ angelis sanctis: eis se dæmo
nes superbæ cogitationis supponunt: scirent homines tam ꝓximum esse deum pietati homi-
num: ad quem velut longe positum p interpositas potestates ambiebant: vt hominem suscipe
re dignaret: & cum illo vniri quodāmodo: vt ei sic coaptaret homo totus: quēadmodum ani-
mæ corpus: excepta concretione mutabili: in quā non conuertit deus: & quā videmus ꝙ ha-
beat & corp⁹ & animus. Adiutorium autē: ꝙ sine gratia fidei quæ ab illo est: nemo potest vin
cere concupiscentias vitiosas: & siqua earum residua non vicerit: veniali remissione purgari.
Qđ ergo ad magisterium eius attinet: quis nunc extremus idiota: vel quę abiecta mulier cu-
la: non credit animę immortalitatē: vitamq; post mortem futuram? Qđ apud gręcos olim pri
mus Pherecydes assyrius cum disputasset: Pythagoram Samium illius disputationis nouita Pherecydes
te ꝓmotum: ex athleta in philosophum vertit. Nunc ergo qđ Maro ait: & omnes videmus: Pythagoras
O amomū assyrium vulgo nascit. Quod autem ad adiutorium gratiæ pertinet quæ in Christo Vir. in buc.
est: ipse est omnino: quo duce siqua manent sceleris vestigia nostri irrita: perpetua soluent for
midine terras. Sed nulla inquiunt: competentibus signis claruerunt tantę maiestatis indicia
quia laruali illa purgatio: debilium curæ: reddita vita defunctis: si & alia consyderentur:
deo parua sunt. Fatemur quidem & nos/talia quædam fecisse prophetas. Nam in his signis
quid excellentius q̄ mortuos resurrexisse? Fecit hoc Helias: fecit hoc Helisæus. Nam de ma- 3.Reg.17.
gorum miraculis: vtrum etiam mortuos suscitauerint: illi viderint qui & Apuleium se con- 4.Reg.4.
tra magicarum artium crimina copiosissime defendentem: conantur non accusando: sed lau Apuleius.
dando cōuincere. Nos legimus magos ægyptiorum artium istarum peritissimos: a Moyse fa Exo.7.& se-
mulo dei fuisse superatos: cum illi quædam mira nefandis artibus agerent: ille deo supplici- quenti.
ter inuocato: machinamenta eorum cuncta subuerteret. Sed & ipse Moyses & cæteri ꝓphetę
veracissimi dominum Christum ꝓphetauerunt: & gloriam magnam ei dederunt: hunc non
tanq̄ parem sibi: nec in eadem miraculorum potentia superiorem: sed plane dominum deum
omnium: & hominem propter homines factum venturum prænuntiauerunt. Qui propter-
P ea & ipse talia facere voluit: ne esset absurdum: quæ per illos fecerat: si ipse non faceret. Sed ta
men & aliquid ꝓprium facere debuit: Nasci de virgine: a mortuis resurgere: in cælum ascen
dere. Hoc deo q parū putat: quid plus expectet ignoro. Arbitror enī talia flagitari: qualia ge-
rens hominē facere non debuit. Nā in principio erat verbū: & verbū erat apđ deū: & de⁹ erat Ioā.1.

verbum:& omnia per ipsum facta sunt. Num homine assumpto alium mundũ facere debuit: vt eum esse crederemus:per quem factus est mundus? Sed nec maior mundus: nec isti aequalis in hoc mundo fieri posset. Si autem minorem faceret infra istum: similiter hoc quoq parũ putaretur. Quia ergo non oportebat vt nouum faceret mundum:noua fecit in mundo. Homo enim de virgine procreatus:& a mortuis in aeternam vitam resuscitatus:& super caelos exaltatus:potenti us fortasse opus est q̃ mundus. Hic forte respondent:se factum hoc esse nõ credere. Quid ergo fiet hominibus:qui minima contemnunt: maiora non credunt?

Reddita vita defunctis:ideo creditur:quia & alii fecerunt:& parum est deo. Caro propria de virgine creata:& a morte in aeterna vita super caelos leuata: ideo non creditur: quia nemo
Sallustius. fecit:& competit deo:ac per hoc quae sibi quisq facilia non factu sed captu putat:aequo animo accipit:supra ea veluti ficta pro falsis ducit. Noli eis esse similis obsecro te. Disputantur haec latius:& omnis quaestionum necessariarum sinus perscrutati discussiq pandunt: sed intellectui fides aditum aperit:infidelitas claudit. Quem non moueat ad credendum tantus ab initio ipse rerum gestarum ordo:& ipsa connexio temporum:praeteritis fidem de praesentibus faciens:priora posterioribus: & recentioribus antiqua confirmans? Eligitur vnus ex gente
Gen.12. Chaldeorum:pietate fidelissima praeditus:cui promissa diuina post tantam saeculorum seriẽ nouissimis temporibus cõplenda prodantur:atq in eius semine omnes gentes habiturę benedictionem praenuntiantur. Sic vnum deum verum colens vniuersitatis creatorem: gignit filium senex:de coniuge quã spe pariendi penitus destitutam sterilitas aetasq iam fecerat. Propagatur ex illo numerosissimus populus:multiplicatus in Aegypto:quo illam stirpem ex orientalibus partibus promissis effectisq crebrescens:dispositio diuina transmiserat. Educitur ex Aegypti seruitute gens valida:horrendis signis atq miraculis: pulsisq impiis gentibus: in terram promissionis perducta & constituta:regno etiam sublimatur. Deinde praeualescente peccato:sacrilegis ausibus deum verum:qui eis tanta beneficia contulerat saepissime offendens:variisq flagellata cladibus:& prosperitatibus consolata:vsq ad Christi incarnationem declarationemq perducitur. Quem Christum:dei verbum:dei filium:deum in carne venturum/moriturum/resurrecturum/in caelum ascensurum:praepollentissimo suo nomine:in omnibus gentibus dicatos sibi populos habiturum:inq illo remissionem peccatorum:salutemq aeternam futuram esse credentibus:omnia gentis illius promissa: omnes prophetiae/sacerdotia/sacrificia/templum:& cuncta omnino sacramenta sonuerunt. Venit Christus: complentur in eius ortu/vita/dictis/factis/passionibus/morte/resurrectione/ascensione: omnia praeconia prophetarum. Mittit spiritum sanctum:implet fideles vna in domo congregatos: & hoc ipsum promissum orando:atq desyderando expectantes. Impleti autem spiritu sancto:loquũtur repente linguis omnium gentium: arguunt fidenter errores: praedicant saluberrimã veritatem:exhortantur ad poenitentiam praeteritae culpabilis vitae:indulgẽtiam de diuina gratia pollicentur:praedicationem pietatis veraeq religionis signa congruentia & miracula consequuntur. Excitatur aduersus eos saeua infidelitas:tolerant praedicta:sperant promissa:docẽt praecepta:numero exigui per mundum disseminantur:populos facilitate mirabili conuertũt inter inimicos augentur: persecutionibus crescunt:per afflictionum angustias vsq in terrarum extrema dilatantur. Ex imperitissimis/ex abiectissimis/ex paucissimis illuminantur: nobilitantur:multiplicantur praeclarissima ingenia:cultissima eloquia: mirabilesq peritias acutorum/facundorum/atq doctorum subiugant Christo:& ad praedicandum viam pietatis salutisq conuertunt. Alternis aduersitatibus & prosperitatibus rerum : patientiam & temperantiam vigilanter exercent:mundo declinante in extrema fessisq rebus aetatem vltimam protestante:multo fidentius:quia & hoc praedictum est : aeternam ciuitatis caelestis felicitatem expectant. Atq inter haec omnia contra ecclesiam Christi impiarum gentium infidelitas fremit:euincit illa patiendo:& inconcussam fidem inter obsistentium saeuitiam profitendo: reuelatae veritatis quę diu promissis mysticis velabatur:sacrificio succedente:illa sacrificia q̃ bus hoc figurabatur:templi ipsius euersione tolluntur:reproba per infidelitatem gens ipsa iudaeorum a sedibus extirpata:per mundum vsquequaq dispergitur : vt vbiq portet codices sanctos:ac sic prophetiae testimonium:qua Christus & ecclesia praenuntiata est:ne ad tempus a nobis fictum existimaretur:ab ipsis aduersariis proferatur : vbi etiam ipsos praedictum est non fuisse credituros. Templa & simulacra daemonum:ritusq sacrilegi paulatim atq alternatim secundum prędicta pphetica subuertuntur:hęreses aduersus nomen Christi sub vela-

mento tamen nominis Christi:ad exercendam doctrinam sanctæ religionis : sicut pnuntiatæ
sunt pullulant.Hæc omnia sicut leguntur prædicta:ita cernitur impleta:atq; ex his iam tot
R & tantis quæ restant expectantur implenda. Quæ tandem mens auida ęternitatis:vitæq;
præsentis breuitate permota:contra huius diuinæ auctoritatis culmen lumenq; contendat?
Quæ disputationes:quę literę quorumlibet philosophorum:quę leges quarūlibet ciuitatum
duobus præceptis:ex quibus Christus dicit totam legem pphetasq; pendere:vllo modo sint
comparandę:Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo:& ex tota anima tua:& ex to- Matth.xxii.
ta mente tua:& proximum tuum tanq̄ teipsum?Hic physica:quoniam omnes omnium natu
rarum causæ in deo creatore sunt.Hic ethica:quoniam vita bona & honesta:non aliunde for
matur:q̄ cum ea quę diligenda sunt:quēadmodum diligenda sunt:diligitur:hoc est deus &
proximus.Hic logica:quoniam veritas lumenq; animæ rationalis nō nisi deus est. Hic etiam
laudabilis reipublicæ salus.Neq; enim conditur & custoditur optima ciuitas: nisi fundamen
to & vinculo fidei:firmæq; cōcordię:cum bonum cōmune diligitur:qđ summum ac verissi
mum:deus est:atq; in illo inuicem syncerissime se diligant homines:cum propter illum se di-
S ligant:cui:quo animo diligant:occultare non possunt. Modus autē ipse dicendi:quo sancta
scriptura contexitur:q̄ omnibus accessibilis:q̄uis paucissimis penetrabilis?Ea quę aperta cōti
net quasi amic9 familiaris sine fuco ad cor loquitur indoctorum atq; doctorum.Ea vero quæ
in mysteriis occultat:nec ipso eloquio superbo erigit:quo non audeat accedere mens tardius-
cula & inerudita:quasi pauper ad diuitem:sed inuitat omnes humili sermone: quos non solū
manifesta pascat:sed etiam secreta exerceat veritate:hoc in promptis qđ in reconditis habēs.
Sed ne aperta fastidirentur:eadem rursus operta desyderantur:desyderata quodāmodo reno
uantur:renouata suauiter intimantur.His salubriter & praua corriguntur:& parua nutriū
tur:& magna oblectantur ingenia.Ille huic doctrinę inimicus est animus:qui vel errando eā
T nescit esse saluberrimam:vel odit ægrotando medicinam. Vides q̄prolixam epistolam fece
rim?Si quid ergo te mouet:atq; inter nos pertractari tanti habes:non tibi faciat angustias vsi
tatarum epistolarum velut custodiendus modus:quia & optime nosti q̄ grandes eas veteres
habuerunt:cum aliquid agerent qđ explicare breuiter non valerēt.Et si auctorum ad alias li-
teras pertinentium:mos esset alius:nostrorum nobis in hac re dignius imitanda præberetur
auctoritas.Inspice itaq; modum epistolarum apostolicarum : vel eorum etiam qui illa diuina
eloquia tractauerunt:& non pigeat te vel multa quærenda proponere:si multa te mouēt: vel
aliquando diutius versari quod quæris: vt quantum fieri per tales quales sumus potest : non
remaneat dubitationis nubilum:quod obstet lumini veritatis.Scio enim excellentiam tuam:
quorundam perpeti obstinatissimas contradictiones:qui propterea putant:vel putari volunt
Christianam doctrinam vtilitati non conuenire reipublicæ:quia nolunt stare rempublicam
firmitate virtutum:sed impunitate vitiorum.Nō autem sicut regi homini vel cuilibet prin
cipi ciuitatis:ita etiam deo quicquid a multis peccatur inultum est.Misericordia vero eius &
gratia prædicata hominibus per hominem Christum:impartita autem per deum : deiq; filiū
eundem ipsum Christum:non deserit eos qui ex fide viuunt:eumq; pie colunt:siue mala hu-
ius vitæ patienter fortiterq; experiantur:siue bonis eius misericorditer:ac temperanter vtā-
tur:ęternum pro vtroq; pręmium recepturi in ciuitate superna atq; diuina : vbi iam non sit
moleste toleranda calamitas:nec laboriose fręnanda cupiditas:sed sola sine vlla difficultate:&
perfecta libertate retinenda dei & proximi charitas.Incolumem felicioremq; te misericordissi
ma dei omnipotētia tueatur domine illustris : & merito insignis:ac pręstantissime fili.Sanctā
& in Christo dignissime honorandam matrem:cuius pro te deus preces exaudiat : pro meri-
tis vestris:officiosissime saluto.Sanctus frater & coepiscopus meus Possidius:pręstantiam ve
stram multum salutat.

Marcellini ad beatum Augustinum:dicta ipsius excellenter commendantis: & vice cuius
dam precantis:vt ad ea vigilantius respondere dignetur:in quibus dispensationem domini-
cæ incarnationis infamantes:nihil amplius dominum q̄ alii homines facere potuerunt:feciss-
se vel gessisse mentiantur:Quęstionemq; adiungens:Cur etiam deus:qui & veteris testamen
ti deus esse firmatur: spretis veteribus sacrificiis:delectatus sit & nouis. Q; propterea Chri-
sti prędicatio & doctrina reipublicæ moribus nulla ex parte conueniat.Q;q; per Christianos
principes multa mala reipublicę euenerint obiicientis:& ad hęc omnia responsionem postulā
tis.

Epistola.IIII.


Omino nimiūq; venerabili:& omnibus mihi officiis vnice percolendo:patri V
Augustino:Marcellinus. Vir illustris Volusianus beatitudinis tuæ mihi li
teras legit:immo me quidē cogēte pluribus legit.quę scilicet oīa q̄ a te di
cunt:qa vere mirāda sunt:vsquequaq; mirat⁹ sum. Sermonis em̄ diuini gra
tia humiliter tumēs:facile vt placeret emeruit. Hinc em̄ plurimū placuit q̄
hoīs gressus aliquāto titubātes boni ꝓposiri exhortatione statuere & firma
re cōtēdis. Est em̄ nobis cum eodem quotidiana ꝑ viribus nr̄is; & ꝑ ingenii
paupertate disputatio. Sanctę qdē matris eius precatione cōpulsus:cura mihi est eum frequē
tius salutādi gratia cōuenire:licet vicē in hac parte reddere etiā ipse digneẗ. Accepta autem
venerabilitatis tuæ epistola:homo qui a veri dei stabilitate:multorum (quorum in hac vrbe
copia est) ꝑsuasione reuocatur:ita motus est vt si quantū ipse cōfirmat:literarum prolixitatem
minime formidasset:omne beatitudini tuæ qd̄ habere pōt:insinuasset ambiguū. Sed tn̄ satis:
sicut etiam ipse probare dignaberis:culto accuratoq; sermone:& Romanæ eloquentiæ nitore
perspicuo:aliqua sibi exolui impēdio postulauit. Quæ quidē questio vsquequaq; detrita est:&
eorum super hac parte satis nota calliditas:q dispensationē dominicæ incarnationis infamāt.
Sed tn̄ etiam ego in hac pte:quia plurimis quicqd rescripseris ꝓfuturum esse confido:precā
tor accesserim:vt ad ea vigilantius respondere digneris:in quibus nihil amplius dominum q̄
Apollonius alii homines facere potuerunt:fecisse vel gessisse mentiunẗ. Apolloniū siquidem suum nobis:
Apuleius. & Apuleium aliosq; magicæ artis homines in medium proferunt: quorum maiora conten X
dunt extitisse miracula. Ipse autē vir illustris superius memoratus:multa esse dixit præsenti
bus aliquantis:quæ huic possent iungi nō immerito quæstioni:si vt ante dixit:non ab ei⁹ par
tibus:epistolaris consyderata breuitas fuisset. Quæ tamen licet scribere noluerit:tacere non
est passus. Dicebat em̄ q̄ etsi sibi hodie incarnationis dominicæ ratio redderet:reddi vix ad li
quidum possit:cur hic deus qui & veteris testamenti deus esse firmatur:spretis veteribus sa
crificiis delectatus est nouis. Nihil enim corrigi posse afferebat: nisi qd̄ ante factum non recte
ꝓbaret:vel qd̄ semel recte factum sit: immutari vllatenus nō debuisse. Recte em̄ facta dicebat
mutari nisi iniuste non posse:maxime quia ista vanitas inconstantiæ dominum possit argue
re. Tum deinde q̄ eius prædicatio atq; doctrina reipublicę moribus nulla ex parte conueniat
Matth.5. vtpote sicut a multis dicitur:cuius hoc constet præceptū:vt nulli malū ꝑ malo reddere debe
amus:& percutiēti aliam præbere maxillam:& pallium dare persistenti tunicam tollere: & cū
eo qui nos angariare voluerit ire debere spacio itineris duplicato. quæ omnia reipublicæ mo
ribus asserit esse contraria. Nam quis tolli sibi ab hoste aliquid patiatur:vel Romanæ prouin
ciæ depredatori non mala velit belli iure reponere? Et cætera quæ dici ad rem posse intelligit
venerabilitas tua. Hæc ergo omnia:ipsi posse adiungi æstimo quæstioni:intantum vt ꝑ Chri
stianos principes: Christianam religionem maxima ex parte seruantes:tanta (etiam si ipse de
hac parte taceat) reipublicæ mala euenisse manifestū sit. Vnde beatitudo tua mecū dignetur
agnoscere. Ad hęc oīa quoniā multorū manib⁹ fine dubio tradeẗ sanctitatis tuæ desyderata
responsio:plenus debet & elucubratus solutionis splendor ostēdi:maxime quia cum ista ge
rerentur:eximius Hipponensis regionis possessor:& dn̄s præsens aderat:qui & sanctitatē tuā
sub ironiæ adulatione laudaret:& sibi cum de his quęreret:minime satisfactum esse cōtende
ret. Ego vero ad hæc oīa promissionis non immemor:sed exactor:libros confici deprecor ec
clesiæ:hoc maxime tempore incredibiliter profuturos.

Sancti Augustini ad Marcellinum:superiores quæstiones & obiectiones clara ac diserta
responsione dissoluentis. Epistola. V.


Omino eximio:& merito insigni:charissimo:ac desiderantissimo filio Mar
cellino:Augustinus in dn̄o salutē. Illustri viro & eloquētissimo nobisq; dile Y
ctissimo filio Volusiano:nō amplius q̄ ad illud qd̄ inquirendū putauit re
spōdēdū fuit. Ad ea vero q̄ mihi ptractāda:atq; soluēda epistola tua ipse mi
sisti:siue ab illo:siue etiam ab aliis:vel suggeranẗ:vel ingeranẗ:ad te poti⁹ ꝑ
viribus nostris pertractata & soluta mitti debuerant: non sic quemadmo
dū agendum est de his librorum negocio:sed quemadmodum potis es epi
stolari adesse colloquio: vt si tibi visum fuerit:qui eorum motus quotidianis disputationi
bus experiris:& illis legantur hæ literæ. At si auriculis eorum minus pietate fidei præcultis:

ſermo iſte non ſufficit:prius inter nos q̄d eis putas ſufficere peragatur:tum demum ad illos
quod peractum fuerit perferatur.Multa eñ ſunt a quibus ſenſus eorum ſi adhuc abhorret &
reſilit:vel vberiore vel ſubtiliore ratione vel certe auctoritate:cui reſiſtere indignum putent
Z perſuaderi aliquãdo forſitan poſſit. Ergo in epiſtola tua poſuiſti:moueri quoſdã:cur hic de⁹
qui & veteris teſtamenti deus eſſe firmatur:ſpretis veteribus ſacrificiis:delectatus ſit nouis.
Nihil enim corrigi poſſe aſſerunt:niſi q̄d ante nõ recte factum probaretur:vel quod ſemel re
cte factum ſit nullatenus immutari debuiſſe.Recte enim facta dicunt mutari niſi iniuſte non
poſſe.Hæc verba ex literis tuis in has meas tranſtuli.Quibus ſi reſpondere copioſe velim:tẽ-
pus me citius q̄ exẽpla defecerint: quib⁹ rerum ipſa natura & opera humana certa ratione p
temporũ opportunitate mutentur:nec tamen eadẽ ratio ſit mutabilis qua iſta mutãtur.Vn
de pauca commemorem:vt ex his excitata quodãmodo iam p plura ſimilia vigil currat intẽ-
rio.Nonne hyemi æſtas addito ſenſim calore ſuccedit?Nonne diurnis:tẽpora nocturna vertũ
tur?Quoties noſtræ variantur ætates?Adoleſcentiæ pueritia nõn reditura cedit : iuuentus
adoleſcentiæ non manſura ſuccedit: finiens iuuẽtutẽ ſenectus:ſenectus autem morte finitur
Hæc oĩa mutantur:nec mutatur diuinæ pũidentiæ ratio:qua fit vt iſta mutentur.Non aũt
opinor cum agricola æſtate aliud iuſſerat q̄ iuſſerit hyeme:ratio mutetur agriculturæ.Et
cum mane ſurgit qui nocte quieſcebat : vitæ conſilium non mutauit.Aliud magiſter ado-
leſcenti q̄ puero ſolebat:impoſuit.Doctrina igitur conſtans:mutato præcepto non mutat in
ſtructionem.Nam magnus ille noſtrorum tẽporum medicus Vindicianus conſultus a quo- Vidician⁹.
dã:dolori eius adhiberi iuſſit q̄d in tempore congruere videbatur:adhibitum ſanitas conſe-
cuta eſt.Deinde poſt annos aliquot eadem rurſus corporis cauſa cõmota:hoc idem ille puta-
uit adhibẽdum.vertit in peius.Miratus currit ad medicum:indicat factũ.At ille vt erat acer
rimus:ita reſpondit:Ideo male acceptus es:quia non ego iuſſi:vt omnes qui audiſſent: parũ-
q̧ hominem noſſent:non eum arte medicinali fidere:ſed neſcio qua illicita potentia putarẽt.
Vnde cum eſſet a q̄bus poterat ſtupentibus interrogatus:aperuit q̄d non intellexerant:vide
& licet illi ætati iam non hoc ſe fuiſſe iuſſurum .Tantum igitur valet ratione atq̧ artibus non
mutatis:quid ſecundum eas ſit pro temporum varietate mutandum.Non itaq̧ verum eſt
q̄d dicitur:Semel recte factum nullatenus eſſe mutandum.Mutata quippe temporis cauſa:
q̄d recte ante factũ fuerat ita mutari vera ratio plerũq̧ flagitat:vt cum ipſi dicant recte non
fieri ſi mutetur:contra veritas clamet:Recte non fieri niſi mutetur:quia vtrunq̧ tunc erit
rectum: ſi erit p temporũ varietate diuerſum.Quod eñ in diuerſitate perſonarum vno tẽ-
pore accidere poteſt:vt huic liceat aliquid impune facere:quod non liceat illi:non q̧ diſſimi-
lis ſit res:ſed is qui facit:ita ab vna eademq̧ perſona diuerſis temporibus tunc oportet aliq̄d
fieri:tunc non oportet:non q̧ ſui diſſimilis ſit qui facit:ſed quando facit.Hæc queſtio q̄ late
pateat:profecto videt quiſquis pulchri aptiq̧ diſtantiam ſparſam quodammodo in vniuerſi-
tate rerum valet neq̧ negligit intueri.Pulchrum eñ p ſeipſum conſyderatur atq̧ laudatur:
cui turpe ac deforme contrariũ eſt.Aptum vero:cui ex aduerſo ineptũ:quaſi religatum pen-
det aliunde:nec ex ſemetipſo:ſed ex eo cui connectitur iudicatur.Nimirũ etiam decẽs atq̧ in
decens:vel hoc idem eſt vel p̄inde habetur. Age nunc:ea quæ diximus refer ad illud vnde
agitur.Aptum fuit primis temporibus ſacrificium :quod præceperat deus: nunc vero non
ita eſt.Aliud eñ præcepit quod huic tempori aptum eẽt:qui multomagis q̄ homo nouit:q̄d xii.de ciui-
cuiq̧ tẽpori accõmodate adhibeatur:quid quando impertiat:addat:auferat:detrahat:auge- tate dei.ca.
at:minuatve:immutabilis mutabilium ſicut creator ita moderator:donec vniuerſi ſeculi pul iiii.&.v.
chritudo:cuius particulæ ſunt quæ ſuis quibuſq̧ temporibus apta ſunt:velut magnum car
men cuiuſdam ineffabilis modulatoris excurrat:atq̧ ĩde tranſeant in æternam contẽplatio-
9 nem ſpeciei quid deũ rite colunt:etiam cũ tempus eſt fidei.Falluntur aũt qui exiſtimant hęc de x.de ciuita-
um iubere cauſa ſuæ vtilitatis vel voluptatis.Et merito mouentur:cur deus iſta mutauerit: te dei.ca.v.
quaſi delectatione mutabili aliud ſibi iubens offerri illo prius tẽpore: aliud iſto. Non autem
ita eſt.Nihil eñ deus iubet q̄d ſibi p̄ſit:ſed illi cui iubet.Ideo verus eſt domin⁹:qui ſeruo non
indiget:& quo ſeruus indiget.In ea quippe ſcriptura quæ vetus dicitur teſtamentum: & eo
tempore quo adhuc illa offerebantur ſacrificia:quæ hoc tempore non offerũtur:dictum eſt.
Dixi domino:deus meus es tu:quoniam bonorũ meorũ non eges.Nec illorũ ergo ſacrificiorũ
egebat deus:nec cuiuſq̄ eget vnq̄:ſed rerum diuinitus impertitarum: vel imbuendo virtu- Pſal.xv.
tibus animo:vel æternæ ſaluti adipiſcendæ quædam ſigna ſunt:quorum celebratiõe atq̧ fun

ctione:non deo:sed nobis vtilia pietatis officia exercent. Nimis autem longũ est cõuenienter
disputare de varietate signorũ:quæ cum ad res diuinas ptinent /sacramenta appellant. Sicut
autem non ideo mutabilis deus:quia mane aliud:aliud vespere:illud hoc mense:illud alio:nõ
hoc isto anno quod illo:ita non ideo mutabilis deus quia vniuersi sæculi priore volumine ali
ud:aliud posteriore sibi iussit offerri:quo conuenienter significationes ad doctrinã religionis
saluberrimã pertinentes:p mutabilia tempora sine vlla sui mutatione disponeret. Nam vt no A
uerint homines quos hæc mouent iam hoc fuisse in ratione diuina: ne cũ ista noua cõstitue
rent:subito priora displicuisse velut mutabili voluntate:sed hoc iam fixum & statutũ fuisse
Psal.ci. in ipsa sapientia dei:cui de maioribꝰ etiã rerũ mutationibꝰ:eadẽ scriptura dicit Mutabis ea
& mutabunt:tu aũt idẽ ipse es:insinuãdũ est eis mutationẽ istã sacramẽtorũ testamenti vete
ris & noui etiã prædictã fuisse ppheticis vocibus. Ita enĩ videbũt:si poterũt:id qđ in tempore
nouũ est:non esse nouũ apud eũ q cõdidit tpa:& sine tpe habet omnia quæ suis quibusq; tempo
ribus p eorum varietate distribuit. Nam & in illo psalmo vnde cõmemoraui aliquid quo de
monstrarẽ non egere deum sacrilegiis nostris cui dicit:Dixi dño:deus meus es tu quoniã bo
Psal.xv. norũ meorũ nõ eges:paulopost legit ex psona Christi. Nõ cõgregabo cõuenticula eorũ de san
guinibus:hoc est pecorũ victimis:qbus prius cõgregabant cõuenticula Iudæorũ. Et alibi di
Psal.lix. cit. Nõ accipiam de manu tua vitulos:neq; de gregibus tuis hircos. Et alius ppheta. Ecce(in
Hiere.xxxi. quit)dies venient:dicit dominus:& confirmabo sup domũ Iacob testamentum nouũ:non si
cut testamentũ quod disposui patribus eorũ:cum eduxi eos de terra Aegypti. Et alia multa
sunt de hac re testimonia:quibus hoc deum facturum esse prædictum est:quæ commemorare
nunc longum est. Hic iam si satis constitit:quod recte alio tẽpore constitutum est:itidem recte
alio tpe posse mutari:mutantis opere non dispositione mutata quã dispositionẽ intelligibilis
ratio continet vbi sine tempore simul sunt quæ in temporibus simul fieri non possunt : quia
tẽpora non simul currunt: Quispiã fortassis expectet causas a nobis ipsius mutationis ac B
cipere:qđ ipe nosti q̃ plixi sit negotii. Verũtamẽ breuiter dici potest ꝙ homini acuto fortas
se suffecerit:aliis sacramẽtis prænuntiari Christum cũ venturus esset:aliis cũ venisset annũ
tiari oportuisse:sicut modo nos idipsum loquẽtes diuersitas rerũ cõpulit etiã verba mutare.
Siquidẽ aliud est prænuntiari:aliud annuntiari:aliud cũ venturus esset:aliud cum venisset.

Nũc deinde videamus quale sit qđ in epl'a tua sequit. Adiecisti enĩ eos dicere ꝙ Christi pdi C
catio atq; doctrina reipublicæ moribus nulla ex parte cõueniat:cuius hoc constet esse præce
Matthæ.v. ptũ:vt nulli malũ pro malo reddere debeamus:& pcutienti aliã pbere maxillã:& palliũ dare
ei qui tunicã auferre pstiterit:& cum eo qui nos angariare voluerit:ire debere spacio itineris
duplicato. Quæ omnia reipublicæ moribus asserunt eẽ cõtraria. Nã qs(inquiunt) tolli sibi ab
hoste aliqd patiat:vel Romanæ puinciæ depdatoribꝰ nõ mala velit belli iure reponere? Hæc
atq; huiusmodi verba obtrectantiũ:siue non obtrectando:sed quærẽdo talia loquentiũ:opero
sius fortasse refellerẽ:nisi hæ disceptationes haberent cũ viris liberaliter institutis. Vnde D
quid opus est vt diutius laboremus:ac nõ ipsos potius percontemur:quomõ poterant guber
nare:atq; augere rempublicam:quã ex parua & inopi:magnã opulentamq; fecerunt:qui acce
Sallustius. pta iniuria ignoscere q̃ persequi malebant? Quomodo Cæsari vtiq; administratori republi
Tullius. cæ mores eius extollens Cicero dicebat:ꝙ nihil obliuisci soleret nisi iniurias? Dicebat enĩ hoc
tam magnus laudator:aut tam magnus adulator. Sed si laudator:talem Cæsarem nouerat.
Si autem adulator:talem esse debere ostendebat principem ciuitatis:qualem illum fallaciter
prædicabat. Quid est autem non reddere malum pro malo:nisi abhorrere ab vlciscendi libi
dine? Quid accepta iniuria ignoscere malle q̃ persequi:& nihil nisi iniurias obliuisci? Hæc
cum in eorum leguntur auctoribus:exclamatur & plauditur:describi atq; prædicari mores
videntur : quibus dignum esset exurgere ciuitatem : quæ tot gentibus imperaret :ꝙ acce
pta iniuria ignoscere q̃ persequi malebant. Cum vero legitur præcipiente auctoritate di
uina non reddendũ malum p malo:cũ hæc tã salubris admonitio cõgregationibꝰ populorũ:
tãq̃ publicis vtriusq; sexꝰ atq; oĩm ætatũ & dignitatũ scholis de supiore loco psonat:accusat re
Romulus. ligio tãq̃ inimica reipublicæ. Quæ si vt digna ẽ audiret: lõge meliꝰ Romulo:Numa:Bruto:cæte
Numa. risq; illis Romanæ gẽtis pclaris viris cõstitueret:cõsecraret:firmaret: augeretq; rempublicã.
Brutus. Quid enĩ est respublica nisi res populi? Res ergo cõmunis:res vtiq; ciuitatis. Quid est aũt ci
uitas:nisi multitudo hominum:in quoddã vinculũ redacta cõcordiæ? Apđ eos enĩ ita legi E

tur.Breuis multitudo diuersa atq; vaga:concordia ciuitas facta erat.Quæ porro præcepta
concordię in suis templis vnq̃ illi legenda censuerunt:quandoquidē miseri quærere cogeban
tur: quonam modo sine offensione cuiusq̃ eorum:discordes inter se deos suos colere possent?
Q; si imitari discordantes vellent: rupto concordiæ vinculo:ciuitas laberetur: quod post-
ea paulatim decoloratis corruptisq; moribus:agi cœpit per ciuilia bella.Quanta vero præce
pta concordiæ non humanis disputationibus exquisita:sed diuina auctoritate conscripta in
Christi ecclesiis lectitentur:quis vel ab illa religione alienus:ita surdus estvt ignoret?Ad hoc
enim & illa pertinent quæ malunt exagitare q̃ discere:alteram percutienti præbendam esse
maxillam:volenti auferre tunicam dandum etiam pallium:cum angariante duplicandam vi
am.Hoc quippe fit vt vincatur bono malus:immo in homine malo:vincatur bono malum:&
homo liberetur a malo:non exteriore & alieno:sed intimo ac suo:quo grauius & perniciosius
q̃ cuiusuis hostis extrinsecus immanitate vastatur. Qui ergo vincit bono malum: patien-
ter amittit temporalia commoda: vt doceat q̃ pro fide atq; iustitia contemnenda sint: quæ
ille nimis amando fit malus:ac sic iniuriosus ab eo ipso cui fecit iniuriam discat qualia sint p
pter quæ fecit iniuriam:atq; in concordiam:qua nihil est vtilius ciuitati:pœnitens acquirat:
victus non sæuientis viribus:sed beniuolentia patientis.Tunc enim recte fit:cum videtur ei
profuturum esse propter quem fit:ad operandum in eo correctionem atq; concordiam. Hoc
certe aīo faciendū est:etiā si alius exit⁹ cōsequat:nec corrigi velit atq; pacari: ppter quem cor
F rigendum atq; pacandum:velut curandum & sanandum adhibita est ista medicina. Aliogn
si verba attenderimus:eorumq; proprietati seruiendum putauerimus:non est præbenda ma Lib.1.de ser.
xilla dextera:si sinistra fuerit percussa.Quoniam si quis te(iqt) percusserit ī maxillā dexterā dñi ī mōte
præbe illi & sinistram.Magis autē sinistra pcutitur:q in eam potius partem: q̃ ad dexteram ca.20.&.21.
facilior ferientis ictus est.Sed sic intelligi solet:ac si dictum esset:Si quis in te meliora fuerit p Matthæ.5.
secutus:& inferiora ei præbe:ne vindictæ potius q̃ patientiæ studens contemnas æterna p tē
poralib⁹:cū potius temporalia p æternis contemnenda sint:tanq̃ sinistra p dextris.Hæc sem
p fuit sanctorꝫ martyrū intentio.Vindicta ēm vltima:iuste poscit:quando nullus iā restat cor
rectionis locus:extremo scilicet summoq; iudicio.Nunc vero cauendum est ne vindicādi cu
piditate amittat(vt nihil aliud dicam) ipsa patientia:quæ pluris est habenda q̃ omne quod
potest etiam inuito inimicus auferre.Namq; alius euangelista in eadem sententia nullā fecit Lucæ.6.
dexteræ mentionē:sed tantū maxillā & alterā nominauit:vt aliquanto distinctius intelligere
tur in altero:ipsum alterum simpliciter eandem patiētiā cōmendare.Paratus itaq; debet, eē
homo iustus & pius patienter eorū malitiā sustinere:quos fieri bonos quærit:vt numerus po
G tius crescat bonorū:non vt pari malitia se quoq; numero addat malorꝫ.Deniq; ista præcepta
magis ad præparationem cordis quæ intus est pertiere:q̃ ad opus quod in aperto fit:vt tene
atur in secreto animi patientia cū beniuolentia:in manifesto autem id fiat: quod eis videtur
prodesse posse:quibus bene velle debemus.Hinc liquido ostenditur q ipse dominus Iesus ex-
emplum singulare patientiæ:cū pcuteretur in faciem:respondit.Si male dixi exprobra de ma Ioan.18.
lo:si autem bene quid me cædis?Nequaq̃ igit pceptū suum si verba intueamur impleuit.Ne
q; ēm præbuit pcutienti alteram partem:sed potius prohibuit:ne qui fecerat iniuriam, auge
ret:& tamen paratus venerat:non solū in faciem percuti:verumetiam pro his quoq; a qui-
bus hæc patiebatur crucifixus occidi:pro quibus ait in cruce pendens:Pater:ignosce illis Lucę.22.
quia nesciunt quid faciunt.Nec Paulus apostolus præceptū domini & magistri sui videt im
plesse: vbi etiam ipse percussus in faciem dixit principi sacerdotum.Percutiet te deus pari- Act.23.
es dealbate:sedens iudicas me secundū legē:& cōtra legē iubes me percuti.Et cum a circun-
stantibus diceret:Iniuriam facis principi sacerdotum: incidenter eos admonere voluit quid
dixerit:vt qui saperent intelligerent iam destruendū esse aduentu Christi parietem dealba-
batū:hoc est hypocrisin sacerdotii Iudęorꝫ.Ait quippe.Nesciui fratres quia princeps est.Scri Exo.22.
ptū est ēm.Principi populi tui non maledices.Cum pculdubio qui in eodē populo creuerat
atq; ibi lege fuerat eruditus:illū principem sacerdotum nescire non posset:nec eos quibus ita
notus erat:vllo modo falleret quo nesciret.Sunt ergo ista præcepta patientiæ semp in cordis
p̃paratione retinenda:ipsaq; beniuolentia ne reddatur malum p malo:semp in voluntate cō
H plēda est. Agēda sunt autē multa etiā: cum inuitis benigna quadā aspitate plectēdis:quo-
rū potius vtilitati consulēdum est q̃ voluntati:quod in principe ciuitatis luculentissime il-
lorꝫ literæ laudauerunt.Nam in corripiēdo filio q̃libet aspere:nunq̃ profecto amor paternus

amittitur. Fit tamen quod nolit & doleat: qui etiam inuitus videtur dolore sanandus. Ac p
hoc si terrena ista respublica pręcepta Christiana custodiat: & ipsa bella sine beniuolentia nõ
gerentur: vt ad pietatis iustitięq; pacatã societatẽ victis facilius consulatur. Nam cui licen-
tia iniquitatis eripitur: vtiliter vincit. Quoniã nihil est infelicius felicitate peccantiũ: q̃ poena
lis nutrit impunitas: & mala volũtas velut hostis interior roborat. Sed puersa & aduersa cor
da mortaliũ: felices res humanas putant: cum tectorum splendor attendit: & labes nõ attẽdi
tur animoꝝ: Cum theatrorũ moles extruunt: & effodiuntur fundamenta virtutum: Cũ glo
riosa est effusionis insania & opa misericordiæ deridentur: Cum ex his quæ diuitibus abun-
dant: luxuriantur histriones: & necessaria vix habẽt pauperes: Cum deus qui doctrinæ suæ pu
blicis vocibus contra hoc malum publicum clamat: ab impiis populis blasphematur: & dii ta
les requiruntur: in quorũ honorẽ ea ipsa theatrica corpoꝝ & animorum dedecora celebrentur.
Hæc si deus pollere pmittat: tunc indignat grauius. Hęc si impunita dimittat: tunc punit in
festius. Cum vero euertit subsidium vitiorum: & copiosas libidines inopes reddit: misericor
diter aduersatur. Misericorditer em̃ si fieri posset etiam bella gererentur a bonis: vt licentio-
sis cupiditatibus domitis hęc vitia perderentur: quæ iusto imperio vel extirpari vel deprimi
debuerunt. Nam si Christiana disciplina omnia bella culparet: hoc potius militibus consiliũ
salutis petentibus in euãgelio diceret: vt abiicerent arma: seq; militiæ omnino subtraherẽt.
Lucę.iii. Dictum est autem eis. Neminem concusseritis: nulli calumniã feceritis: sufficiat nobis stipen
dium vestrũ. Quibus proprium stipendium sufficere debere præcepit: militare vtiq; nõ pro
hibuit. Proinde qui doctrinam Christi aduersam dicit esse reipublicæ: dent exercitum talẽ,
quales doctrina Christi esse milites iussit: dent tales puinciales: tales maritos: tales cõiuges:
tales parẽtes: tales filios: tales dominos: tales seruos: tales reges: tales iudices: tales deniq; debi
torum redditores & exactores ipsius fisci: quales esse præcepit doctrina Christiana: & aude-
ant eam dicere aduersam esse reipublicæ: immo vero dubitent eam confiteri magnã, si ei ob-
4.de ciuita tẽperet, salutem esse reipublicæ. Vt quid aũt ad illud respondeã q dicunt per quosdam i- I
te dei.ca.2. peratores Christianos multa mala imperio accidisse Romano? Hæc generalis conquestio ca-
lumniosa est. Nam si apertius certe de pteritis imperatoribus aliqua cõmemorarent: possem
similia vel fortasse etiam grauiora de imperatoribus non Christianis & ego cõmemorare: vt
intelligerent vel hominũ hæc esse vitia non doctrinæ: vel non imperatoꝝ: sed alioꝝ sine quib9
2.de ciuita imperatores agere nihil possunt. Ex quo enim tẽpore pessum ire cœperit Romana respublica
te dei.ca.18. satis liquet: literæ loquuntur ipsorum: longe anteq̃ Christi nomen eluxisset in terris: dictum
Sallustius. est. O vrbem venalem: & maturæ perituram: si emptorem inuenerit. In libro etiam belli Cati
linæ: ante aduentum vtiq; Christi idem nobilissimus historicus eoꝝ: non tacet quando pri-
mum insueuerit exercitus populi Romani amare: potare: signa: tabulas pictas: vasa celata mi
rari: & ea priuatim & publice rapere: delubra spoliare: sacra pphanaq; oĩa polluere. Quando
ergo nec hominibus nec ipsis etiã quos deos putabãt moꝝ corruptorũ & pditoꝝ auaritia ra-
pacitasq; parcebat: tunc cœpit perire laudabile illud decus salusq; reipublicæ. Quos deinde
vitia pessima successus habuerint: & quanto humanarum reꝝ malo illa iniquitas psperata
Iuuenalis. sit: nunc longum est dicere. Audiant satyricũ suum garriendo vera dicentẽ: Seruabat castas
humilis fortuna latinas Quondam: nec vitiis contingi parua sinebat Tecta labor: somniq;
breues & vellere rhusco Vexatæ duræq; manus: ac proximus vrbi Annibal: & stantes collina
in turre mariti. Nunc patimur longæ pacis mala: sæuior armis Luxuria incubuit: victumq; vl
ciscitur orbem. Nullũ crimẽ abest: facinusq; libidinis: ex quo Paupertas Romana perit. Quid
ergo expectas: vt ego exaggerem: quanta mala importauerit successu prospero iniquitas sub
leuata: quandoquidem & ipsi qui aliquanto prudentius attenderunt: plus dolendam vide-
runt paupertatem: q̃ opulentiam perisse Romanam? In illa enim morum integritas seruabat
per hanc autem non muros vrbis: sed mentes ipsius ciuitatis dira nequitia omni hoste peior
irrupit. Gratias domino deo nostro: qui contra ista mala misit nobis adiutorium singu-
lare. Quo enim non tolleret: quem non inuolueret: in quod pfundum non demergeret fluui- K
us istæ horrendæ nequitiæ generis humani: nisi crux Christi in tanta velut mole auctorita-
tis eminentius firmiusq; figeretur: cuius apprehenso robore: stabiles essemus: ne male suadẽ-
tium vel in mala impellentium: tam vasto huius mundi gurgite arrepti sorberemur? In ista
enim colluuie moꝝ pessimoꝝ: & veteris pdiræ disciplinæ: maxime venire ac subuenire debu
it cælestis auctoritas: quæ voluntariam paupertatem: quæ continentiã: beniuolentiam: iustitiã

atqꝫ concordiam:veramqꝫ pietatem ꝑsuaderet:cæterasqꝫ vitæ luminosas validasqꝫ virtutes:
non tantum ꝓpter istam vitam honestissime gerendam:nec tantum propter ciuitatis terre-
næ concordissimam societatem:verũetiam ꝓpter adipiscendam sempiternam salutẽ:& sem-
piternam cuiusdam populi cælestem diuinãqꝫ rempublicam:cui nos ciues asciscit fides:spes
charitas:vt q̃diu inde peregrinamur:feramus eos si corrigere non valemus qui vitiis impu-
nitis volũt stare rempublicã:quã primi Romani constituerunt auxeruntqꝫ virtutibꝰ: etsi nõ
habentes veram pietatem erga deum verum:quæ illos etiã in æternam ciuitatem posset salu
bri regione ꝑducere:custodientes tamen quandam sui generis ꝓbitatem:quæ posset terrenæ
ciuitati constituendæ:augendæ:conseruandæqꝫ sufficere.Deus enim sic ostendit in opulen-
tissimo & præclaro imperio Romanorum:quantum valerent ciuiles etiã sine vera religione
virtutes:vt intelligeref hac addita fieri hoíes ciues alterius ciuitatis:cuius rex veritas: cuiꝰ
L lex charitas:cuius modus æternitas. Quis aũt vel risu dignũ non putet:ꝙ Apollonium &
Apuleiũ cæterosqꝫ magicarum artium peritissimos cõferre Christo vel etiã præferre conan-
tur:q̃q̃ tolerabilius ferendum sit:quando istos ei potius comparant q̃ deos suos? Multo eñ
melior(qđ fatendum est)Apollonius fuit:q̃ tot stuprorum auctor & ꝑpetrator:quem Iouem
nominant.Ista(inqunt)fabulosa sunt.Adhuc ergo laudent reipublicæ luxuriosam: licentio-
sam:planeqꝫ sacrilegã felicitatem:quæ ista deorum probra cõfinxit:quę non solum in fabulis
audienda posuit:verumetiã in theatris spectanda ꝓposuit:vbi crimina plura essent q̃ nomi-
na:quæ ipsi dii sibi exhiberi habebant libenter:qui in suos cultores vindicare debuerunt ꝙ ea
saltem viderent patienter.Sed non ipsi(inqunt)sunt qui talium fabularum mẽdacio celebrã
tur.Qui ergo sunt isti:qui talium turpitudinum celebratiõe placanf?Horꝫ dæmonum puer
sitatem atqꝫ fallaciã:ꝑ quos & magicæ artes humanas mentes decipiunt:quia ꝓdidit Christi
ana doctrina:q̃a mundo vniuerso patefecit:quia angelos sanctos ab eorꝫ malignitate distinxit
quia cauendos potius & quemadmodũ cauerenf admonuit:reipublicæ dicif inimica: quasi
non si omnino ꝑ istos esset temporalis obtinenda felicitas:qualibet potius fuerat ĩfelicitas eli
genda.Sed neqꝫ hinc deus voluit dubitari:q primum populum vnum verum deũ colentem:
deos autẽ falsissimos contẽnentẽ:q̃diu oportuit vetus testamentũ /vbi velamentũ testamenti
noui est /obumbrari:tanta rerũ terrenarꝫ felicitate honestauit:vt quiuis intelligat : nec ipsam
esse in dæmonum potestate:sed in illius vnius:cui angeli seruiunt: quem dæmones contre-
M miscunt. Apuleius eñ /vt de illo potissimũ loquamur /q nobis afris afer est notior:nõ dico
ad regnũ:sed nec ad aliquã quidẽ iudiciariã potestatẽ reipublicæ:cum omnibus suis magicis
artibus potuit ꝑuenire:Honesto patriæ suæ loco natus:& liberaliter educatus:magnaqꝫ præ
ditus eloquentia.An forte ista vt philosophus volũtate cõtempsit:q sacerdos ꝓuinciæ ꝓ ma-
gno fuit:vt munera ederet:veneratoresqꝫ vestiret:& ꝓ statua sibi apud Coenses locanda:ex q̃
ciuitate habebat vxorẽ:aduersus contradictionẽ quorundã ciuium litigaret?Quod posteros
ne lateret eiusdem litis orationem scriptam memoriæ cõmendauit.Quod ergo ad istam ter
renam ꝑtinet felicitatẽ:fuit magus ille quoad potuit.Vnde apparet eum nihil amplius fuis-
se:nõ quia noluit:sed quia nõ potuit .Q̃q̃ & aduersus quosdam:qui ei magicarum artiũ cri-
men intenderant:eloquentissime se defendit.Vnde miror laudatores eius:qui eum nescio q̃
fecisse miracula illis artibus prædicant:contra eius defensionem testes esse conari. Sed vide-
rint vtrum verꝫ ipsi ꝓhibeant testimonium:& ille falsam defensionem.Illud si sapiunt atten-
dant:qui magicas artes:non vtiqꝫ nisi ꝓ felicitate terrena vel damnabili curiositate conqui-
runt:vel ab eis innocentes:periculosa tamen eas admiratione collaudant:& videãt Dauid no
strum sine vllis talibus artibus ex pastore ouium ꝑuenisse ad regiam dignitatem.Cuiꝰ & pec
cata & merita fidelis scriptura non tacuit:vt sciremus & quibus modis non offenderef deus
et q̃bus modis placaref offensus.Quantũ autẽ attinet ad miracula quæ humanis sensibꝰ stu-
penda monstranf:multum errant q ꝓphetis sanctis miraculorꝫ magnorꝫ nobilitate p̃stantibꝰ
magos cõparãt:quãtomagis si eos cõparẽt Christo:quem ꝓphetę illi quibꝰ magi quilibet nul
lo modo sunt comparandi:p̃nuntiauerũt esse venturum:& secundum carnem quam suscepit
ex virgine: & secundum diuinitatem qua nunc nunq̃ separatur a patre?Video me fecisse ꝓ-
lixissimã epistolam:nec tñ de Christo dixisse oĩa:quæ vel eis qui tardiore ingenio diuia nõ
valent assequi:vel eis qui licet acute moueanf cõtentiosum tamẽ studium & p̃occupatio diu
turni erroris:ab intelligendo impedit:sufficere vtcunqꝫ possint. Veruntamen agnosce : q̃d
eos contra moueat:atqꝫ rescribe:vt vel epistolis vel libris:si adiuuerit deus:ad omnia respon

dere cutemus. Sis in domino felix: gratia & misericordia eius: domine eximie & merito insignis: charissime ac desyderantissime fili.

Sancti Augustini ad Italicā viduam sup morte eius mariti consolantis: Ac de interiori visione qua deus videri possit eleganter disserentis. Epistola. VI.



Ominę eximię & merito praestantissimę atq; Christi charitate honorandae filiae Italicae: Augustinus episcopus in dño salutē. Nō solū literis tuis: verū etiā ipso referente q ptulit: cōperi multū te flagitare literas meas: credentē q ex eis consolatione habere plurimā possis. Tu itaq; videris qd exinde capias: ego tamē eas negare vel differre nō debui. Consolet aūt te fides & spes tua: & ipsa charitas q diffundit in cordibus pioꝝ p spiritū sanctū: cui⁹ nunc aliqd p pignore accepim⁹: vt ipsā plenitudinē desyderare nouerimus. Non eñ te desolatā putare debes: cū in interiore hoīe habeas psentē Christū per fidē in corde tuo. N

i.Thessal.4. Aut sic te cōtristari oportet quēadmodū gētes q spē non habēt: cū veracissima pmissione speremus nos in hac vita: vnde migraturi quosdā nostros migrantes nō amisimus: sed pmisimus ad eam vitam esse venturos: vbi nobis erunt quanto notiores: tanto vtiq; chariores: & sine timore vllius discessionis amabiles. Hic aūt & coniūx tuus: cui⁹ abscessu vidua diceris: tibi notissimus erit: q quis & hic tibi notus esset: sibi tñ notior erat q tibi. Et vnde hoc: cum tu eius

i.Corin.ii. corporalē faciē videres: quā ipse vtiq; non videbat: nisi quia notitia nostri certior intus est:

i.Corin.iiii. vbi nemo scit quae sunt hominis: nisi spiritus hoīs qui in ipso est? Sed cum venerit dñs & illuminauerit abscondita tenebraꝝ: & manifestauerit cogitationes cordis: tunc nihil latebit pximū in pximo: nec erit qd suis quisq; aperiat: abscondat alienis: vbi nullus erit alienus. Lux vero ipsa qua illuminabunt haec oīa quae modo in cordibus recondunt: qualis aut quanta sit

i.Joan.i. quae lingua pferat? quis saltē infirma mēte contingat? Profecto lux illa deus ipse est: quoniam deus lux est: & tenebrae in eo non sunt vllae: sed lux mentiū purgataꝝ: non istoꝝ corporis oculoꝝ. Erit ergo tunc mēs idonea: quae illā lucē videat: qd nunc videndū non est. Hoc autē oculus videre corporis neq; nūc pōt: neq; tūc poterit. Oē quippe qd oculis corporis cōspici potest: in loco aliquo sit necesse est: nec vbiq; sit totū: sed minore sui parte minorē locū occupet: et maiore maiorē. Non ita est deus inuisibilis: & incorruptibilis: qui solus habet immortalitatē: & lucē habitat inaccessibilē: quem nemo hominū vidit nec videre potest. Per hoc eñ videri ab homine non potest: per qd videt homo corpore corpora. Nā et si mentib⁹ pioꝝ esset inaccessibilis: non diceretur: Accedite ad eum & illuminamini: Et si mentibus pioꝝ esset inuisibilis: non diceretur: Videbimus eum sicuti est. Nam perspice totā ipsam in epistola Ioannis sententiā. Dilectissimi inquit: filii dei sumus: & nondū apparuit qd erimus. Scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. Intantum ergo videbimus: inquantum similes ei erim⁹: quia & nunc intantū non videmus: inquātū dissimiles sumus. Inde igitur videbimus: vnde similes erimus. Quis autem dementissimus dixerit: corpore nos vel esse: vel futuros esse similes deo? In interiore igit homine ista similitudo est: qui renouatur in agnitionem dei: secundū imaginē eius qui creauit illū. Et tanto efficimur similiores illi: quantomagis in eius cognitione & charitate proficimus: quia etsi exterior homo noster corrumpitur: sed interior renouatur de die in diē. Ita sane vt in hac vita quantuscūq; pfectus sit: longe absit ab illa pfectione similitudinis: quae idonea erit ad videndū deū: sicut dicit apostolus: facie ad faciem. In qb⁹ verbis certe: si corporalē faciē voluerimus accipere: consequens erit: vt etiā deus talē habeat faciē: & sit aliqd interuallū inter nostrā & ipsius cū eū videbimus facie ad faciē. Et si interuallū: vtiq; finis & mēbroꝝ habit⁹ terminat⁹ & caetera absurda dictuq; et cogitatu impia: quibus animalis homo non pcipiens ea quae sunt spiritus dei: fallacissimis vanitatibus ludit. Dicunt eñ quidā eoꝝ q talia garriunt: quātū ad me potuit puenire: nos deū videre nunc mēte: tunc corpore: ita vt etiam impios eū pari mō asseuerent esse visuros. Vide quantū in peius pficiūt: cū sine limite timoris vel pudoris: hac atq; illac vagabunda fertur impunita loquacitas. Antea dicebant carni suae tantum hoc pstitisse Christū: vt corporeis oculis videret deum. Deinde addiderunt etiam oēs sanctos receptis in resurrectione corporibus: eodem modo deum esse visuros: Nunc iam istam possibilitatem etiā impiis donauerunt. Donent sane quantum volunt & quibus volunt. Nam quis audeat contradicere hominibus de suo donantibus? Qui enim loquit mendaciū: de suo loquitur. Tu autem cum his qui sanam doctrinam tenent: nihil istorū audeas vsurpare de tuo: Sed cū legis: Beati O P

i.Timot.vi.
Psal.xxx.ii.
i.Ioānis.iii.
Col.iii.
ii.Cori.iiii.
Matthae.v.
Ioan.viii.

mundo corde:quoniam ipsi deum videbunt:intellige impios non visuros.Neq; eñ beati & mundo corde sunt impii.Item cum legis: Videmus nunc per speculum in ænigmate: tũc autem facie ad faciem:intellige inde nos tũc visuros facie ad faciem:vnde videmus nũc p speculum in ænigmate.Hoc aũt vtrunq; interioris hominis munus est:siue cum in ista peregrinatione adhuc per fidem ambulatur:in qua vtiĉ speculo & ænigmate:siue in illa patria cum p speciem contemplabitur .Pro qua visione positum est:Facie ad faciem.Audiat caro carnalibus ebria cogitationibus:Spiritus est deus:& ideo qui adorant deum in spiritu & veritate oportet adorare .Si adorare : quantomagis videre ! Quis enim audeat affirmare dei substantiam corporaliter videri:cum eam noluerit corporaliter adorari!Sed argute sibi videntur dicere:& quasi interrogando premere.Potuit Christus carni suæ præstare:vt oculis corporeis videret patrem:an non potuit! Vt si non potuisse responderimus:omnipotentię dei nos derogasse pclament.Si autem potuisse concesserimus:argumentationẽ suam ex nostra responsione concludant.Quanto iam tolerabilius desipiunt:qui carnẽ asserunt conuersum iri in substãtiam dei:& hanc futuram esse qđ deus est:vt sic eam saltemvidendo deo faciant idoneã non tãta diuersitate dissimilem!Quam vanitatem credo istos abigere a fide sua fortasse & ab auribus.Et tamen si interrogatione de hoc similiter vrgeantur:possit ne deus hoc:an non efficere possit:verũeius potestati detrahẽt si nõ posse responderint:an hoc futurũ fatebuntur:si posse concesserint!Quomodo ergo exierint de hoc laqueo alieno:sic exeãt de suo.Deinde cur solis oculis corporeis Christi:hoc donum attributum esse contendunt:nõ etiam cæteris sensibus!Sonus ergo erit deus:vt possit eius etiam auribus percipi!Et halitus erit:vt sentiri possit eius olfactu!Et liquor aliquis erit vt possit & bibi!Et moles erit vt possit & tãgi!Non inquiunt.Quid ergo!An illud potest deus:& hoc non potest!Si non posse dixerint : cur derogant omnipotentiæ dei!Si posse & nolle responderint:cur solis oculis fauent:inuident autem cęteris sensibus corporis Christi!An quousq; volunt desipiunt!Quanto nos melius:qui non eorum insipientiæ terminos figimus:sed vt desipiant prorsus nolumus!Multa pferri possunt: ad istam dementiam refutandam.Sed si aliquando irruerint auribus tuis:hæc interim eis lege:& quid respondeant:non pigeat te scribere vt potes.Ad hoc eñ fide corda nostra mundãtur:quia nobis fidei merces visio dei promittitur.Quę per corporis oculos erit:frustra ad eã percipiendam sanctorum animus exercetur:immo vero tam puerse sentiens animus non in se exercetur:sed totus in carne est.Vbi enim tenacius habitabit & fixius:nisi vnde se deumvisurum esse præsumit!Quod certe quantum malum sit:intelligentiæ potius dimitto tuæ:q̃ longo sermone moliar explicare.In protectione domini semp habitet cor tuũ domina eximia et merito præstantissima atq; Christi charitate honoranda filia.Honorabiles tecum nobisq; in domino dilectissimos filios tuos debito meritis nostris officio resaluta.

Sancti Augustini ad Marcellinũ hãc quæstionẽ soluentis:Qũo cõuersa in sanguinem tota aqua in terra Aegypti:magi Pharaonis inuenerint aquam vnde simile facerent:Notãtis præterea aliam q̃stionẽ ex suis libris sibi propositam:& probantis nõ solũ ab aliis:sed & a seipso reprehendi debere si qd incautius vel indoctius ab eo positũ sit:Humiliter quoq; cõfitẽtis se talem existimari non debere vt nusq̃ in scriptis suis errauerit:Ac deinde a se posita exponentis et ita reprehensores suos compescentis.

Epistola.VII.

R



Omino eximio:& merito insigni:multumq; charissimo filio Marcellino:Augustinus in domino salutem.Epistolam tuam quam per sanctum fratrem & coepiscopum meum Bonifacium accepi:quæsiui vt rescriberem nec inueni. Recolui tamen te in ea quæsisse:quomodo inuenerint magi Pharaonis:conuersa in sanguinem tota aqua Aegypti:vnde simile aliquid facerent . Quæ duobus modis solui quæstio solet:Siue cum marina aqua potuerit offerri: siue(qđ est credibilius)quia in ea regione:in qua erant filii Israel:istæ plagę nõ fiebant.Hoc eñ quibusdam scripturæ illius locis aptissime exp̃ssum /admonet etiã vbi nõ dictum est /quid intelligi debeat.Illæ autẽ literę tuę quas presbyter Vrbanus attulit: habent quæstionem mihi propositã ex libris nõ diuinis sed meis:quos scripsi de libero arbitrio.In talibus autẽ quæstionib⁹ non multum laboro:quia et si defendi sentẽtia mea liqda ratione non potest:mea est:non eius auctoris cuius sensum improbare fas non est:etiã cũ tu eo non intelligo hoc vnde sentitur quod improbandum est.Ego proinde fateor me ex eorum numero esse

I. Cori. xiii. Ioan. iiii. Li.iii.de libero arbitrio. iii.de trinitate i proemio.

conari:qui proficiendo ſcribunt:& ſcribendo ꝓficiunt. Vnde ſi aliquid vel incautius vel in-
doctius a me poſitum eſt:qđ non ſolum ab aliis qui videre id poſſunt/merito reprehendatur
verumetiam a meipſo:quia & ego ſaltem poſtea videre debeo ſi ꝓficio:nec mirandum eſt nec
dolendum:ſed potius ignoſcendum atq; gratulandum:non quia erratum eſt:ſed quia impro
batum. Nam nimis peruerſe ſeipſum amat:qui & alios vult errare:vt error ſuus lateat. Quã
ii.de trinita to enim melius & vtilius:vbi ipſe errauit:alii non errent: quorum admonitu errore careat.
te l pœmio Quod ſi noluerit:ſaltem comites erroris non habeat. Si enim mihi deus quod volo præſtite-
rit:vt omnium librorum meorum quæcunq; mihi rectiſſime diſplicent:opere aliquo ad hoc ip-
i.retrac.in ſum inſtituto colligam atq; demonſtrem:tunc videbunt omnes homines q̃ non ſim acceptor
pfatione. perſonæ meæ. Vos autem qui me multũ diligitis:ſi talem me aſſeritis aduerſus eos:quo-
rum malitia vel imperitia vel intelligentia rephendor:vt me nuſq̃ ſcriptorum meorum er-
raſſe dicatis:fruſtra laboratis:non bonam cauſam ſuſcepiſtis:facile in ea meipſo iudice ſupera
mini:Quoniam non mihi placet:cum a chariſſimis meis talis eſſe exiſtimor qualis non ſum.
Profecto enim non me:ſed ꝓ me alium ſub meo nomine diligunt:ſi non qđ ſum:ſed qđ non ſũ
diligunt. Nam inquantũ me nouerunt:vel de me verum credunt:ego ab eis diligor: inquãtũ
autem mihi tribuunt qđ in me non cognoſcunt:alium talem qualem me putant pro me dili-
Tullius. gunt. Nec Romani maximus auctor Tullius eloquii:nullũ vnq̃ verbum inquit qđ reuoca- S
re vellet emiſit. Quæ quidem laus q̃uis ꝓclariſſima videatur:tamen credibilior eſt de nimiũ
fatuo:q̃ de ſapiente perfecto. Nam & illi quos vulgo moriones vocant: quantomagis a ſenſu
cõmuni diſſonant:magiſq; abſurdi & inſulſi ſunt:tanto magis nullum verbũ emittunt:qđ re
uocare velint:quia dicti mali vel ſtulti vel incõmodi pœnitere:vtiq; cordatorum eſt. Sed ſi ĩ bo-
nam partem accipiaт:vt quẽpiam talem fuiſſe credamus:qui cum ſapienter om̃ia loqueretur
nullum vnq̃ verbum qđ reuocare vellet emiſit:hoc potius de hominibus dei:qui ſpiritu ſan-
cto acti locuti ſunt:q̃ de illo quẽ ſic Cicero laudat:ſaluberrima pietate credendum eſt. Ab hac
ego excellentia tam longe abſum:vt ſi nullũ verbũ qđ reuocare vellem protulero:fatuo ſim q̃
ſapienti ſimilior. Illi⁹ quippe ſcripta ſũma ſũt auctoritate digniſſima:q nullũ verbũ nõ qđ reuoca
re vellet:ſed qđ reuocare deberet emiſit. Hoc quiſquis nõdũ eſt aſſecut⁹:ſecũdas habeat ptes mo-
deſtiæ:quia primas non potuit habere ſapientiæ:quia non valuit om̃ia non pœnitenda dilig̃
ter dixiſſe:pœniteat quæ cognouerit dicenda non fuiſſe. Cum ergo non ſicut quidam chariſ-
ſimi mei putant:nulla vel pauca:ſed potius plura fortaſſe q̃ etiam maledici opinant̃ verba di
xerim quæ mallẽ reuocare ſi poſſem:non mihi Tulliana illa blanditur ſententia:qua dictũ eſt
Horatius. nullum vnq̃ verbũ qđ reuocare vellet emiſit:ſed angit me plane Horatiana ſententia: Neſcit
vox miſſa reuerti. Hinc eſt ꝙ periculoſiſſimarũ quæſtionũ libros:de Geneſi ſcilicet:& de tri-
nitate diutius teneo q̃ vultis & fertis:vt ſi non potuerint niſi habere aliqua quæ merito rep-
hendant̃:ſaltem pauciora ſint q̃ eſſe poſſent:ſi præcipiti feſtinatione inconſultius ederentur.
Vos enim vt veſtræ indicant literæ (nam hoc mihi etiam ſanctus frater & coepiſcop⁹ me
us ſcripſit Florentius) ideo vt edantur vrgeris:quo poſſint a me dum in hac carne viuo de-
fendi:cum vel ab inimicis mordentibus:vel etiam ab amicis parum intelligentibus: fortaſſe
in quibuſdam cœperint accuſari. Quod vtiq; ꝓpterea dicitis:quia non putatis eſſe in eis ali
quid qđ vera poſſit ratione culpari. Alioquin non me ad eorum editionẽ:ſed ad diligentiorẽ
emendationẽ potius hortaremini. Ego autem iudices veros:& veritate ſeueros magis intue-
or:inter quos & meipſum primitus conſtituere volo:vt ad illos ea tantũ rephendenda pue-
niant:quæ a me q̃uis ſedulo ꝑſcrutante:minime videri potuerunt. Quæ cũ ita ſint:hoc ta
Lib.iii.de li bero arbi- trio. men quod in tertio libro de libero arbitrio:cum de ſubſtantia rationali agerem: ſic a me poſi- T
tũ eſt:vt dicerẽ:In corporibus autem inferioribus aĩa poſt peccatũ ordinata regit corpus ſuũ
nõ om̃i modo pro arbitrio: ſed ſicut leges vniuerſitatis ſinunt:diligenter aduertant qui pu-
tant me aliquid de anima humana velut certũ ſtatuiſſe atq; fixiſſe: ꝙ vel ex parentibus per
propaginẽ veniat:vel in actibus vitæ ſuperioris atq; cæleſtis peccauerit:vt corruptibili car-
ne mereret̃ includi:& videãt ſic a me verba fuiſſe perpenſa:vt retento eo qđ certũ habeo:poſt
peccatũ primi hominis/natos eſſe atq; naſci cæteros hoĩes in carne peccati: cui ſanandæ ve-
nit in domino ſimilitudo carnis peccati:ita om̃ia ſonarent:vt nulli ꝑiudicarent opinioni qua
tuor illarum:quas poſtea digeſſi atq; diſtinxi:non confirmans aliquam:ſed interim qđ agebam
ſequeſtrata illarũ diſcuſſione determinans:vt quæcunq; illarum vera eſſet:deus ſine dubio lau-
daretur. Siue eñ ex illa vna om̃es animæ propagent̃:ſiue ſingillatim in ſingulis fiant:ſiue ex-

tra create mittantur: siue in corpora sponte mergantur: proculdubio creatura ista rationalis:
id est humanae animae natura: in corporibus inferioribus: hoc est terrenis: post peccatum or-
dinata regit corpus suum: nō omni modo pro arbitrio: interim q̄ cōstat peccatum primi ho
minis. Non enim dictum est: post peccatum suum: aut postea q̄ peccauit: sed dictum est: post
peccatum: vt qdlibet postea si fieri posset: discussa ratio declararet: siue peccatum ei⁹: siue pec
catum parentis carnis eius: recte dictum intelligeretur qd dictum est. Post peccatum in infe- Gal.5.
rioribus corporibus ordinata regit corpus suum: non omnimodo pro suo arbitrio: quia & ca 2.Cor.5.
ro cōcupiscit aduersus spiritum: & ingemiscimus grauati: & corpus qd corrumpitur aggra Sap.9.
uat animam. Et quis omnia enarret carnalis infirmitatis incommoda? Quae vtiq non erunt: 1.Cor.15.
cū corruptibile hoc induerit incorruptionem: vt absorbeatur mortale a vita. Tunc itaq spi-
ritale corpus reget omni modo p libero arbitrio: nūc vero non omni modo: sed sicut leges vni
uersitatis sinunt: per quas constitutum est vt corpora orta occidant: & aucta senescant. Nam
illius primi hominis anima: ante peccatum etiam si nondum spiritale corpus sed animale: ta
mē pro arbitrio regebat. Post peccatum autem: id est postea q̄ peccatum in illa carne commis
sum est: ex qua deinceps propagaretur caro peccati: anima rationalis sic est in inferioribus cor
V poribus ordinata: vt non omni modo pro arbitrio regat corpus suū. Quod si nōdum acquiescūt
in paruulis: qui nulla adhuc peccata propria cōmiserunt: iam tamē esse carnem peccati: quia
& huic sanādę cū baptizant necessaria est medicina: similitudo illa carnis peccati: nec sic istis
verbis nostris habent qd succenseant. Constat quippe nisi fallor: eandem carnem etiam si non
vitio sed natura infirma est: tamen post peccatum coepisse nasci: quia neq ita creatus est Adā
neq aliquem genuit ante peccatum. Quaerāt ergo alia quae recte reprehendant: non solum
in aliis festināntius editis: verūetiam in his ipsis libris meis de libero arbitrio. Neq enim eos
inuenturos nego vnde mihi beneficium conferant: quoniam si illi (q̄ iam in multorum ma-
nus exierunt) corrigi non possunt: ego certe quoniam viuo adhuc possum. Hęc autem verba
tam caute a me posita: vt nulli de animae exortu: quatuor illarum opinioni rationive praescri-
berem: hi tantum reprehendant: qui reprehendendam putāt eandem ipsam de re tam obscu
ra cunctationem meam. Cōtra quos me non defendo q̄ recte faciam in hac quaestione cuncta
ri: cum omnino nō dubitē & immortalē eē animā: nō ita vt deus qui solus habet immortalita 2.Timot.6.
tē: sed modo quodam sui generis: & eam esse creaturam non substantiam creatoris: et si quid
X aliud de natura eius certissimum teneo. Sed quia hoc me facere compellit de animę exortu ca
liginosissimae quaestionis obscuritas: manum potius porrigant cōfitenti: & quicquid illud est
nosse cupienti: & doceant si possunt: vel ostendant si quid de hac re vel certa ratione didice-
runt: vel aptissimo diuino elogo crediderunt. Si enī ratio cōtra diuinarū scripturarum aucto
ritatem redditur: q̄libet acuta sit: fallit veri similitudine: nam vera esse non potest. Rur-
sus si manifestissimae certęq rōni velut scripturarū sanctarū obiicit auctoritas: non intelligit
qui hoc facit: & nō scripturarū illarū sensum ad quem penetrare non potuit: sed suum potius
obiicit veritati. Nec qd in eis sed qd in seipso velut p eis inuenit opponit. Exempli gratia: di-
ligenter attēde quid dicam. Scriptum est prope finem libri qui vocatur Ecclesiastes: cum de so
lutione hominis: quę fit p mortem istā: qua dirimitur aīa a corpore: scriptura loqueret: Et cō Eccle.12.
uertatur puluis in terram sicut fuit: & spiritus reuertat ad deū qui dedit eū. Sententia huius 1.Retrac.1.
auctoritatis proculdubio certa est: nec quenq̄ decipit falsitate: sed si quispiam voluerit eam sic
interp̄tari: vt inde animarum propaginem: q̄ ex illa vna quā deus primo homini dedit: omēs
caeterae veniant: conetur astruere: videt illi suffragari qd ibi de carne dictum est pulueris no-
mine. Nam vtiq puluis & spiritus nihil aliud hoc loco q̄ anima & caro intelligitur: vt eo mo
do affirmet aīam reuerti ad deum q̄ sit de traduce illius aīae quā primo homini dedit deus:
quēadmodū conuertitur caro in terrā cum sit etiā ipsa de traduce illius carnis quę in primo
homine de terra facta est: ac si contendat ex hoc q̄ de carne notissimum est debere nos crede-
re illud qd de aīa occultū est. De traduce quippe carnis non ambigitur: sed de animę ambigit
Vtrūq aūt ita positum est in hoc testimonio: velut singula singulis parili ratione reddantur
Caro scilicet cōuertat in terrā sicut fuit. Inde enī sumpta est qn̄ factus est prim⁹ homo. Et spi
ritus reuertat ad deū q dedit eū: qn̄ insufflauit in faciē hoīs quē finxerat flatum vitę: & factus Gen.2.
est homo in aīam viuā: vt deinceps ex vtraq re vtriusq rei propago decurreret. Verūtamen si
illud est verū q̄ aīas nō ex illa vna propagatas: sed alibi creatas singulis singulas deus dat: etiā
huic sententiae cōgruit qd dictū est: Spiritus reuertat ad deum qui dedit eum. Solę ergo reli-

quæ duæ opiniones videntur excludi:quia si fieret in singulis hominibus animæ propriæ eis creantur:non putaretur dici debuisse:Spiritus reuertatur ad deū qui dedit eum: sed ad deū qui fecit eum. Dedit eñ veluti sic sonat quasi iam extra fuerit qd dari posset. Deinde quod Y dictum est:Reuertatur ad deū:vrgent verba & premūt dicētes. Quomodo reuertet vbi nun q̃ antea fuerit:Potius eñ dici debuisse asserūt:& ad deū vel pgat:vel vadat ad deum: q̃ reuertatur ad deum: si nunq̃ illic antea spiritus iste fuisse credēdus est. Itē quomodo animę sponte labantur in corpus:cū scriptum sit:Dedit eum:non tam in promptu est explicare.ac p hoc vt dixi duę istę opiniones sub verbis huius testimonii laborant. Vna qua putantur singulæ quę q animæ in singulis suis corporibus fieri singulæ: alia qua putanf in corpora sponte demergi. Duabus aūt illis siue de traduce illius vnius veniant:siue antea iam creatę & apud deum constitutę:singulis corporibus dentur:sine labore verba ista coaptanf. Et eñ si assertores eius sententiæ:qua credunf animæ in suis singulis corporibus fieri:affirment ita esse dictū de spiritu:qui p anima positus est:de⁹ dedit eū:quēadmodū recte dicitur dedisse nobis oculos: vel aures:vel manus:vel quodlibet aliud:quæ mēbra vtiq̃ non extra iam fecerat & alicubi reposita habebat:quæ cum opus esset daret: hoc est adderet & adiūgeret:sed illic ea fecit in corpore cui dedisse illa dicif:quid ei respondeat non video:nisi forte alia vel alia testimonia proferātur:vel certa ratio vnde ista opinio refellatur. Itemq̃ illi qui putant animas in corpora spōte defluere:sic accipiunt dictum:Dedit deus eum:quomodo dictū est. Tradidit illos deus in cōcupiscentiam cordis eorū. Proinde vnum verbum relinquif qd dictum est:Reuertatur ad deum:p peccato accipi possit reuerti:vbi ante nō fuit:si aīe in suis quæq̃ corporibus fiunt:quo solo verbo vna illarum quatuor angustatur opinio. Sed neq̃ pprer hoc vnum verbum temere existimo illam sententiam esse refutandam : ne forte possit ostendi aliquo genere locutionis:quo sancta scriptura vti solet:hoc quoq̃ recte dici potuisse:vt reuerti intelligatur ad deū spiritus creatus tanq̃ ad auctorem a quo creatus est:non tanq̃ ad eum apud quem primitus fuit. Hæc ideo scripsi:vt quisquis illarum quatuor de anima sententiarum aliquam voluerit Z astruere atq̃ defendere:talia proferat vel de scripturis in auctoritatē ecclesiasticam receptis: quæ non possint aliter accipi:sicuti est:q deus hominem fecit:vel ratione tam certa:vt cōtra dictio aut nulla exstat:aut insanię similis merito iudicetur:velut si quisq̃ dicat : nec veritatē cognoscere:nec falli quenq̃ posse nisi viuētem. Neq̃ eñ vt videamus q̃ sit hoc verum:scripturarum auctoritas necessaria est:ac non sensus ipse communis ita verum esse perspicua ratione proclamat:vt quisquis contradixerit:dementissimus habeatur. Hoc si in ista obscurissima

1.Retrac.1. quæstione quæ de anima est præstare aliquis potest: adiuuet imperitiam meam. Q: si nō po

2.Retrac.23 test:non culpet cunctationem meam. De virginitate autem sanctę Marię: si hoc qd scripsi non persuadet fieri potuisse:neganda sunt omnia quæ mirabiliter in corporibus acciderunt. Qd si propterea non creditur:quia semel factum est:quære ab amico quem hoc adhuc mouet vtrum nihil inueniatur in literis sęcularibus:qd & semel factum sit:& tamen creditum non fabulosa vanitate:sed sicut existimāt historica fide.quęre obsecro te. Si eñ tale aliquid in illis literis inueniri negauerit admonendus est:si autem fassus fuerit:soluta quæstio est.

Sancti Augustini ad beatum Hieronymum gaudentis q exiguum quiddam sui muneris habeat: & fratrem ei Profuturum commendantis:eundemq̃ ad interpretationem græcorum scriptorum prouocātis:ac de superflua post septuaginta interpretes editione:& de expositione epistolæ ad Galatas carpentis. Epistola. VIII.



Omino dilectissimo & cultu syncerissimo charitatis obsequendo: atq̃ amplectendo fratri & cōpresbytero Hieronymo:Augustinus. Nunq̃ æque q̃s q̃ tam facile cuilibet innotuit:q̃ mihi tuorum in domino studiorum quieta lætitia: & vere exercitatio liberalis. Q̃q̃ ego percupiam omnino te nosse: tamen exiguum quiddam tui munus habeo:præsentiā videlicet corpis quā ipsā etiā postea q̃ te beatissim⁹ nūc episcop⁹:tūc vero iā episcopatu dignus:frater Alipius vidit:remeāsq̃ a me visus est (negare nō possum) magna ex parte mihi esse relatu eius impressam:& ante reditum: cum te ille videbat : ego videbam sed oculis eius. Non enim animo me atq̃ illum:sed corpore duos qui nouerit dixerit:cōcordia duntaxat & familiaritate fidissima:nō meritis quibus ille antecellit. Quia ergo me primitus cōmunione spiritus:quo in vnū nitimur:deinde illi⁹ ex ore iā diligis:nequaq̃ ipudēter

quasi aliquis ignotus commendo germanitati tuę fratrem Profuturum:quem nostris cona-
tibus adiutorio tuo vere profuturum speramus:nisi forte ꝙ talis est: vt ipse tibi per eum fiā
commendatior:q̃ ille per me.Hactenus fortasse scribere debuerim: si esse vellem epistolarum
solennium more contentus.Sed scatet animus in loquelas communicandas tecum de studiis
nostris quæ habemus in Christo Iesu domino nostro:q nobis multas vtilitates & viatica quæ
dam demonstrati a se itineris etiam per tuam charitatem non mediocriter ministrare digna-
9 tur.Petimus ergo & nobiscum petit omnis africanarum ecclesiarum studiosa societas:vt in-
terpretandis eorum libris:qui græce scripturas nostras q̃ optime tractauerunt:curā atq ope
ram impendere non graueris.Potes enim efficere:vt nos quoq habeamus tales illos viros: &
vnum potissimum quem tu libentius in tuis literis sonas.De vertendis autem in latinam lin
guam sanctis literis canonicis:laborare te nollem:nisi eo modo quo Iob interpretatus es:vt si
gnis adhibitis quid inter hanc tuam & septuaginta:quorum est grauissima auctoritas: inter
pretationem distet:appareat.Satis autem nequeo mirari:si aliquid adhuc in hebręis exempla
ribus inuenitur:qd tot interpretes illius linguæ peritissimos fugerit. Omitto enim septua- 18.de Ciuita
ginta:de quorum vel consilii vel spiritus maiore concordia q̃ si vnus homo esset non audeo te dei.ca.42
in aliquam partem certam ferre sententiam:nisi ꝙ eis præminentem auctoritatem in hoc mu &.43.
nere sine controuersia tribuendam existimo.Illi me plus mouent: qui cum posteriores inter-
pretarentur:& verborum locutionumq hebræarum viam:atq regulas mordacius vt fertur
tenerent:non solum inter se non consenserunt:sed etiā reliquerunt multa:quæ tanto post eru
enda & prodenda remanerēt.Et aut obscura sunt:aut manifesta. Si enim obscura sunt:te quo
ꝙ in eis falli potuisse:non immerito creditur.Si autem manifesta: superfluum est te voluisse
explanare:qd illos latere non potuit.Huius rei pro tua charitate:expositis causis:certum me
facias obsecrauerim. Legi etiam quædam scripta quæ tua dicerentur:in epistolas apostoli
A Pauli:quarum vnam ad Galatas:cum enodare velles:venit in manus locus ille quo apostolus
Petrus a perniciosa simulatione reuocatur.Ibi patrocinium mendacii susceptum esse vel abs
te tali viro: vel a quopiam si alius illa scripsit (fateor) non mediocriter doleo donec refellan-
tur:si forte refelli possunt ea quæ me mouent.Mihi enim videtur exitiosissime credi aliquod
in libris sanctis esse mendacium:id est eos homines per quos nobis illa scriptura ministrata
est atq conscripta:aliquid in libris suis fuisse mentitos.Alia quippe quæstio est:sit ne aliquan
do mentiri viri boni. Et alia quæstio est : vtrum scriptorem sanctarum scripturam mentiri
oportuerit:Immo vero nō alia:sed nulla quæstio est. Admisso enim semel in tantum auctori-
tatis fastigium:officioso aliquo mendacio:nulla illorum librorum particula remanebit: quæ
non vtcunq videbitur:vel ad mores difficilis:vel ad fidem incredibilis:eadē perniciosissima
regula ad mentientis auctoris consilium officiumq referatur. Si enim mentiebatur aposto-
lus Paulus:cum apostolum Petrum obiurgans diceret:Si tu cum sis iudæus:gentiliter & nō Gal.2.
iudaice viuis:quemadmodum gentes cogis iudaizare? Et recte illi videbatur Petrus fecisse:
quem non recte fecisse:& dixit & scripsit:vt quasi animos tumultuantium deliniret:quid re-
spōdebimus:cum exurrexerint peruersi homines:prohibentes nuptias:quos futuros ipse prę
nunciauit:& dixerint totum illud quod idem apostolus de matrimoniorum iure firmādo lo
cutus est:propter homines qui dilectione coniugum tumultuari poterant fuisse mentitum:
scilicet non ꝙ hoc senserit:sed vt illorum placaretur aduersitas? Non opus est multa comme
morare.Possunt enim videri etiam de laudibus dei esse officiosa mendacia:vt apud homines
pigriores dilectio eius ardescat:atq ita nusq̃ certa erit in libris sanctis castæ veritatis auctori
tas.Nonne attendimus eundem apostolum:cum ingenti cura commendandæ veritatis dice
re:Si autem Christus non resurrexerit:inanis est prædicatio nostra:inanis est & fides nostra:
Inuenimur autem & falsi testes dei:quia testimonium diximus aduersus deum: ꝙ suscitauit 1.Cor.15.
B Christum quē nō suscitauit?Si quis huic diceret:quid in hoc mendacio perhorrescis cum id
dixeris:qd etiam si falsum sit ad laudem dei maxime pertinet? Nonne huius detestatus infa-
miam:quibus posset verbis & significatiōibus in lucem penetralia sui cordis aperiret: clamās
non minore aut fortasse etiam maiore scelere:in deo laudari falsitatem: q̃ vituperari verita-
tem? Agendum est igitur:vt ad cognitionem diuinarum scripturarum talis homo acce-
dat:qui de sanctis libris:tam sancte & veraciter existimet:vt nolit aliqua eorum parte delecta
ri per officiosa mendacia:potiusq id quod non intelligit transeat:q̃ cor suum præferat illi ve
ritati.Profecto em̄ cum hoc dicit:credi sibi expetit:& id agit vt diuinarum scripturarum au

ctoritatibus non credamus. Et ego quidem qualibuscunq; viribus quas dominus suggeritt omnia illa testimonia quę adhibita sunt astruendę vtilitati mēdaciiitaliter oportere intelligi ostenderem:vt vbiq; eorum firma veritas doceretur. Q̄ enim testimonia mendacia esse non debent:itam non debent fauere mendacio.Sed hoc intelligentiæ relinquo tuæ. Admota enim lectioni diligentiori consyderatione:multo id fortasse facilius videbis q̄ ego.Ad hanc autem consyderationem coget te pietas:qua cognoscis fluctuare auctoritatem scripturarum diuinarum:vt in eis qd vult quisq; credat:qd non vult non credat:si semel fuerit persuasum aliqua illos viros per quos nobis hæc ministrata sunt:in scripturis suis officiose potuisse mētiri.Nisi forte regulas quasdam daturus es:quibus nouerimus vbi oporteat mentiri:vbi nō oporteat.Qd si fieri potest:nullo modo mendacibus dubiisq; rationibus id explices quæso: nec me onerosum:aut impudentem iudices:per humanitatem veracissimam domini nostri.Nam vt non dicam nulla:certe non magna culpa meus error veritati fauet:si recte in te potest veritas fauere mendacio.Multa alia cum syncerissimo corde tuo loqui cuperem:& de Christiano studio conferre:sed huic desyderio meo nulla epistola satis est. Vberius idipsum possum per fratrem:quem miscendum & alendum dulcibus atq; vtilibus sermocinationibus tuis misisse me gaudeo.Et tamen quantum vellem:nec ipse(qd pace eius dixerim) forsitan capit: q̄q̄ nihilo me illi prætulerim.Ego enim me fateor tui capaciorem:sed ipsum video fieri pleniorem: quo me sine dubitatione antecellit: & posteaq̄ redierit(qd domino adiuuante prosperatum iri spero)cum eius pectoris abs te cumulati/particeps fuero:non est impleturus quod in me adhuc vacuum erit atq; auidum sensorum tuorum.Ita fiet vt & ego etiam tunc egentior sim:ille copiosior.Sane idem frater:aliqua scripta nostra fert secum:quibus legendis si dignationem adhibueris:etiam synceram atq; fraternam seueritatem adhibeas quæso. Non enim aliter intelligo qd scriptum est:Emendabit me iustus in misericordia & arguet me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum:nisi quia magis amat obiurgator sanans:q̄ adulator vngēs caput.Ego autem difficillime bonus iudex lego qd scripserim:sed aut timidior recto aut cupidior. Video etiam interdum vitia mea:sed hæc malo audire a melioribus:ne cum me recte fortasse reprehendero:rursus mihi blandiar: & meticulosam potius mihi videar in me q̄ iustam tulisse sententiam.

Psal.140. C

Sancti Augustini ad beatum Hieronymum:Gratiam habentis q̄ pro subscripta salutatione plenam sibi epistolam reddiderit:& ad literatoriam collocutionem inuitantis:librumq; de viris illustribus de cuius titulo se dubitare dicit commendantis: Ad expositionem præterea epistolæ ad Galatas redeūtis:adiungentisq; illud eiusdem apostoli: Et factus sum iudæis &c. Ac tandem vt opus istud corrigere velit obsecrantis. Epistola. IX.



Omino dilectissimo & cultu syncerissimo charitatis obseruādo: atq; amplectendo:fratri & compresbytero Hieronymo:Augustinus. Habeo gratiam q̄ pro subscripta salutatione plenam mihi epistolam reddidisti:sed breuiorem multo:q̄ ex te vellem sumere tali viro:a quo tempora quātalibet occupet/nullus sermo prolixus est. Q̄q̄ itaq; nos negociorum alienorum:eorūq; sæcularium curis circunstemur ingentibus:tamen epistolæ tuæ breuitati facile non ignoscerem:nisi cogitarem q̄ paucioribus verbis meis redderetur. Quare aggredere quæso istam nobiscum literariam collocutionem: ne multum ad nos disiungendos liceat absentiæ corporaliter:q̄q̄ simus in domino spiritus vnitate cōiuncti:etiam si ab stilo quiescamus & taceamus.Et libri quidem quos de horreo dominico elaborasti: pene totum te nobis exhibēt.Si enim propterea te non nouimus: quia faciem tui corporis non vidimus: hoc modo nec ipse te nosti. Nam tu quoq; non vides eam. Si autem tibi non ob aliud notus es:nisi quia nosti animum tuum:& nos eum non mediocriter nouimus in literis tuis: in quibus benedicimus domino:q̄ tibi & nobis omnibusq; fratribus qui tua legunt: te talem dedit.Liber quidem tuus/inter cætera non diu est vt venit in manus nostras:quæ sit eius inscriptio nescimus adhuc.Non enim hoc codex ipse vt assolet/in liminari pagina prętendebat Epitaphium tamen appellari dicebat frater:apud quem inuentus est. Qd ei nomen tibi placuisse vt videretur:crederemus:si eorum tantum hominum vel vitas vel scripta ibi legissemus qui iam defuncti essent.Cum vero multorū & eo tēpore quo scribebatur:& nunc vsq; viuentium ibi cōmemorentur opuscula:miramur cur hūc ei titulū vel imposueris:vel ipsuisse

D

E se credaris. Sane vtiliter a te conscriptum eũdem librum satis approbamus. In expositione quoq; epistolę Pauli apostoli ad Galatas: inuenimus aliquid qđ nos multum moueat. Si enim ad scripturas sanctas admissa fuerint velut officiosa mendacia: quid in eis remanebit auctoritatis? Quæ tandem de scripturis illis sententia proferetur: cuius pondere contentiosæ falsitatis obteratur improbitas? Statim enim vt protuleris: si aliter sapit qui contra nititur: dicit illud quod prolatum erit: honesto aliquo officio scriptorem fuisse meritum. Vbi enim hoc nõ poterit: si potuit in ea narratione: quã exorsus apostolus ait: Quæ autem scribo vobis: ecce coram deo quia non mentior: credi affirmariq; mentitus: eo loco vbi dixit de Petro & Barnaba: Cum viderem quia non recte ingrediuntur ad veritatem euangelii? Si enim recte illi ingrediebantur: iste mentitus est. Si autem ibi mentitus est: vbi verum dixit? An ibi verum dixisse videbitur: vbi hoc dixerit quod lector sapit? Cum vero contra sensum lectoris aliquid occurrerit: officioso mendacio deputabitur? Non enim deesse poterit causæ: cur existimetur non solum potuisse: verumetiam debuisse mentiri: si huic regulæ conceditur locus. Non opus est hanc causam multis verbis agere: præsertim apud te cui sapienter prouidenti dictum sat est. Nequaq̃ vero mihi arrogauerim: vt ingenium tuum diuino dono aureum: meis obolis ditare contendam: nec quisq̃ te magis idoneus: qui opus illud emendet. Neq; enim a me docendus es: quomodo intelligatur: quod idem dicit: Factus sum iudæis tanq̃ iudæus: vt iudæos lucrifacerem: & cætera: quæ ibi dicuntur compassione misericordiæ: non simulatione fallaciæ. Fit enim tanq̃ ægrotus qui ministrat ægroto: non cum se febres habere mentitur: sed cũ animo condolentis cogitat quemadmodum sibi ministrari vellet si ipse ægrotaret: & sic ipse aliis ægrotantibus ministrando compatitur. Nam vtiq; iudæus erat: Christianus autem factus: non iudæorum sacramenta reliquerat: quæ conuenienter ille populus & legitimo tempore quo oportebat acceperat. Ideoq; susceperat ea celebranda: cum iam Christi esset apostolus: vt doceret non esse perniciosa his qui ea vellent sicut a parentibus per legem acceperant custodire: etiam cum Christo credidissent: non tamen in eis iam constituerent spem salutis: quoniam per dominum Iesum salus ipsa quæ illis sacramentis significabatur aduenerat. Ideo q; gentibus q; insuetos a fidei reuocarent onere graui & non necessario: nullo modo imponenda esse censebat. Quapropter non ideo Petrum emendauit: q; paternas traditiones obseruaret: quod si facere vellet: nec mendaciter nec incongrue faceret. quis enim iam superflua tamen solita non nocerent. Sed quoniam gentes cogebat iudaizare: quod nullo modo posset nisi ea sic ageret tanq̃ adhuc etiam post domini aduentum necessaria saluti forent: quod vehementer post apostolatum Pauli veritas dissuasit. Nec apostolus Petrus hoc ignorabat: sed id faciebat: timens eos qui ex circuncisione erant. Itaq; & ipse vere correctus est: et Paulus vera narrauit: ne sancta scriptura quæ ad fidem posteris edita est: admissa auctoritate mendacii: tota dubia nutet & fluctuet. Non enim potest aut oportet literis explicari: quanta & q̃ inexplicabilia mala consequãtur: si hoc cõcesserimus. Posset autem opportune minusq; periculose demonstrari: si coram inter nos colloqueremur. Hoc ergo iudæorum Paulus dimiserat quod malum habebant: & in primis illud q; ignorantes dei iustitiam: & suam iustitiam volentes constituere: iustitiæ dei non sunt subiecti. Deinde q; post passionem & resurrectionem Christi dato ac manifestato sacramento gratiæ: secundum ordinem Melchisedech: adhuc putabant sacramenta vetera: non ex consuetudine solennitatis: sed ex necessitate salutis esse celebranda. Quæ tamen si nunq̃ fuissent necessaria: infructuose atq; inaniter pro eis machabæi martyres fierent. Postremo illud: q; prædicatores gratiæ Christianos: iudæi tanq̃ hostes legis persequebantur. Hos itaq; atq; huiusmodi errores & vitia dicit se damnare: & vt stercora arbitratum: vt Christum lucrifaceret: nõ obseruationes legis: si more patrio celebrarentur: sicut & ab ipso celebratæ sunt: sine vlla salutis necessitate sicut iudæi celebrandas putabant: aut fallaci simulatione: qđ in Petro reprehenderat. Nam si propterea illa sacramenta celebrauit: quia simulauit se iudæum vt illos lucrifaceret: cur non etiam sacrificauit cum gẽtibus: quia & his qui sine lege erãt tanq̃ sine lege factus est: vt eos quoq; lucrifaceret: nisi quia & illud fecit: vt natura iudæus: & hoc totum dixit: non vt fallaciter se fingeret esse quod non erat: sed vt misericorditer eis ita subueniendum esse sentiret: ac si ipse in eodem errore laboraret: non scilicet mentientis astu: sed compatientis affectu? Sicut eo ipso loco generaliter intulit. Factus sum infirmis infirmus: vt infirmos lucrifacerem: vt sequens conclusio: Omnibus omnia factus sum vt omnes lucrifacerem: ad hæc referenda intelligatur: vt cuiusq; infirma

Marginal references: Gal.1. · Gal.2. · 1.Cor.9. · Ro.10. · 1.Cor.9.

mitatem tanq̄ in seipso miseratus appareat. Nō enim & cum diceret: Quis infirmatur & ego
non infirmor: infirmitatem alterius simulasse potius q̄ condoluisse volebat intelligi. Qua- G
re arripe obsecro te ingenuam & vere Christianam cum charitate seueritatem: ad illud opus
corrigendum atq̧ emendādum: & ϖαλινῳδιαν (vt dicitur) cane. Incomparabiliter eñ pul-
chrior est veritas Christianorum: q̄ Helena græcorum. Pro ista enim fortius nostri martyres
aduersus hanc Sodomam: q̄ pro illa illi heroes aduersus Troiā dimicauerunt. Neq̧ hoc ideo
dico: vt oculos cordis recipias: quos absit vt amiseris: sed vt aduertas quos cum habeas sanos
& vigiles: nescio qua dissimulatione auertisti: vt non intenderes: quæ consequantur aduersat
si semel creditum fuerit: posse honeste atq̧ pie accipi: scriptorem diuinorum librorum in ali-
qua sui operis parte mentiri. Scripseram hinc iam aliquando ad te epistolā: quæ non perlata
est: quia nec perrexit cui perferendam tradideram. Ex qua illud mihi suggestum est: cū istam
dictarem: qđ in hac quoq̧ prætermittere non debui: vt si alia est sententia tua: eadēq̧ est meli
or: timori meo libenter ignoscas. Si enim aliter sentis: verumq̧ tu sentis: Nam nisi verum sit:
melius esse non potest: vt nō dicam nulla certe non magna culpa meus error veritati fauet:
si recte in quoquā veritas potest fauere mēdacio. De Origene autem quod rescribere digna-
tus es: iam sciebam: non tantum in ecclesiasticis literis: sed in omnibus recta & vera quę inue H
nerimus approbare atq̧ laudare: falsa vero & praua improbare atq̧ reprehēdere. Sed illud de
prudentia doctrinaq̧ tua desyderabam: & adhuc desydero: vt nota nobis facias ea ipsa eiꝰ er-
rata: quibus a fide veritatis ille vir tantus recessisse conuincitur. In libro etiam quo cunctos
quorum meminisse potuisti scriptores ecclesiasticos: & eorum scripta commemorasti: cōmo-
dius vt arbitror fieret: si nominatis eis quos hæresiotas esse nosti (quādo ne ipsos quidem prę
termittere voluetis) subiungeres etiam in quibus cauendi essent. q̄q̄ nonnullos etiam pręter
ieris: quod scire cuperem quo consilio factum sit. Aut si illud volumen forte onerare nolui-
sti: vt commemoratis hæreticis: non adderes in quibus eos catholica damnarit auctoritas: pe
to ne graue sit literario labori tuo: quo non mediocriter per domini dei nostri gratiam in lati
na lingua sanctorum studia & accendisti & adiuuisti: id quod tibi per humilitatem meam fra
terna charitas indicit: vt si occupationes tuæ sinunt omnium hęreticorum peruersa dogma
ta: qui rectitudinem fidei Christianæ: vsq̧ ad hoc tempus: vel imprudentia: vel peruicacia de
prauare conati sunt: vno libello breuiter digesta edas in noticiam eorum: quibus aut non va-
cat propter alia negocia: aut non valent propter alienam linguam: tam multa legere atq̧ cog
noscere. Diu te rogarem: nisi hoc soleret esse indicium minus præsumentis de charitate. Hūc
interea fratrem nostrum Paulum: in Christo multum commendo benignitati tuæ: cuiꝰ in no
stris regionibus existimationi bonum coram deo testimonium perhibemus.

Sancti Augustini ad beatum Hieronymum: ad rescribendum prouocantis: & ad inter-
pretationem scripturarum ex græco secundum septuaginta interpretes exhortantis.

Epistola.X.



DOmino venerabili & desyderabili sancto fratri: & compresbytero Hierony- I
mo: Augustinꝰ in domino salutem. Ex quo cœpi ad te scribere: aut tua scri
pta desyderare: nunq̄ mihi melior occurrit occasio: q̄ vt per dei seruum ac
ministrum fidelissimum mihiq̧ charissimum mea tibi afferretur epistola:
qualis est filius noster Cyprianus diaconus. Per hunc certe ita spero literas
tuas: vt certius in hoc rerum genere quicq̄ sperare nō possim. Nam nec stu
dium in petendis rescriptis memorato filio nostro deerit: nec gratia in pro-
merendis: nec diligentia in custodiendis: nec alacritas in perferendis: nec fides in reddendis:
tantum si aliquo modo merear: adiuuet dominus: & assit cordi tuo: & desyderio meo
vt fraternam voluntatem nulla maior voluntas impediat. Quia ergo duas iam epistolas
misi: nullam autem tuam postea recepi: easdem ipsas rursus mittere volui: credens eas non p-
uenisse. Quæ et si peruenerunt: ac fortasse tuæ potius ad me peruenire minime potuerunt:
ea ipā scripta quæ iam misisti iterum mitte si forte reseruata sunt. Sin minus: rursus dicta qđ
legam: dum tamen his respondere ne graueris: quod iam diu est vt expecto. Primas etiam
quas ad te adhuc presbyter literas pręparaueram: mittendas per quendam fratrem nostrum
Profuturum: qui postea collega nobis factus iam ex hac vita migrauit. Nec eas tunc ipse per-

fere: potuit:quia continuo dum proficisci disponit; episcopatus sarcina detentus; ac deinde in breui defunctus est:etiam nunc mittere volui: vt scias in tua colloquia q̃ olim inardescam:& quã vim patiar:q̃ a me tam longe absunt sensus corporis tui:per quos adire possit ad
K animum tuum animus meus:mi frater dulcissime & in domini mẽbris honorande. In hac autem epistola:hoc addo:q̃d postea didicimus:Iob ex hebræo a te interpretatum: cũ iam quandam haberemus interpretationem tuam eiusdem prophetę ex græco eloquio versam in latinum:vbi tamen asteriscis notasti quæ in hebræo sunt:& in græco desunt.Obeliscis autẽ quæ in græco inueniuntur:& in hebræo non sunt:tam mirabili diligentia: vt quibusdam in locis ad verba singula: stellas significantes videamus eadem verba esse in hebræo:in græco autem non esse.Porro in hac posteriore interpretatione:quæ versa est ex hebræo:non eadem verborum fides occurrit:nec parum turbat cogitantem: vel cur in illa prima tanta diligentia figantur asterisci:vt minimas etiam particulas orationis indicent deesse codicibus græcis quę sunt in hebræis:vel cur in hac altera quæ ex hebræis est negligentius hoc curatum fit:vt non eædem particulæ locis suis inuenirentur. Aliquid inde:exempli gratia:volui ponere.Sed mihi ad horam codex defuit qui ex hebræo est. Veruntamen quia præuolas ingenio:non solum quid dixerim:veruneriam quid dicere voluerim:satis vt opinor intelligis: vt causa reddita:
L quod mouet edisseras.Ego sane te mallem græcas potius canonicas nobis interpretari scripturas:quæ.lxx.interpretum auctoritate perhibentur. Perdurum erit enim si tua interpretatio:per multas ecclesias frequentius cœperit lectitari:q̃ a græcis ecclesiis latinę ecclesiæ dissonabunt:maxime quia facile contradictor conuincitur:græco prolato libro:id est linguæ notissimæ.Quisquis autem in eo q̃d ex hebræo translatum est: aliquo insolito permotus fuerit: & falsi crimen intendet:vix aut nunq̃ ad hebræa testimonia peruenitur:quibus defendatur obiectum. Q̃ si etiam peruentum fuerit: tot latinas & græcas auctoritates damnari quis ferat?Huc accedit:quia etiam consulti hebræi:possunt aliud respondere:vt tu solus necessarius videaris:qui etiam ipsos possis conuincere:sed tamen qui iudicet:mirum si potueris inuenire.Nam quidam frater noster episcopus:cum lectitare instituisset in ecclesia cui præest:interpretationem tuam:mouit quiddam longe aliter abs te positũ apd̃ Ionã prophetam:q̃ erat omnium sensibus ibi memoriæq̃ inueteratum:& tot ætatum successionibus decantatum.Factus est tantus tumultus in plebe:maxime græcis arguentibus & inflammantibus calumniã falsitatis:vt cogeretur episcopus(ea quippe ciuitas erat) iudæorum testimonium flagitare. Vtrum autem illi imperitia:an malitia hoc esse in hebræis codicibus responderunt: quod & græci & latini habebant atq̃ dicebant.Quid plura?Coactus est homo velut mẽdositatem corrigere:volens post magnum periculum non remanere sine plebe. Vnde etiam nobis videtur aliquando te quoq̃ in nonnullis falli potuisse.Et vide hoc quale sit in eis literis:quæ non pos
M sunt collatis vsitatarum linguarum testimoniis emendari. Proinde non paruas deo gratias agimus de opere tuo; q̃ euangelium ex græco interpretatus es; quia pene in omnibus nulla offensio est:cum scripturam gręcam contulerimus. Vnde si quispiam veteri falsitati contentiosus fauerit:prolatis collatisq̃ codicibus:vel docetur facillime; vel refellitur.Et si quædam rarissima merito mouẽt:quis tam durus est: qui labori tam vtili non facile ignoscat:cui vicem laudis referre non sufficit?Quid tibi autem videtur:cur in multis aliter se habeat hebræorum codicum auctoritas:aliter græcorum quę dicitur.lxx.vellem dignateris aperire.Neq̃ enim paruum pondus habet illa:quæ sic meruit diffamari:& qua vsos apostolos nõ solum res ipsa indicat:sed etiam te attestatum esse memini.Ac per hoc plurimum profueris: si eam græcam scripturam quã.lxx.operati sunt:latinę veritati reddideris; quæ in diuersis codicibus ita varia est:vt tolerari vix possit:& ita suspecta ne in græco aliud inueniatur:vt inde aliquid proferri aut probari dubitetur. Breuem putabam futuram hanc epistolam; sed nescio quomodo ita mihi dulce factum est in ea progredi:ac si tecum loquerer.Sed obsecro te per dominum:ne te pigeat ad omnia respondere: & præstare mihi quantum potueris præsentiam tuam.

Sancti Hieronymi ad beatum Augustinum:tribus superioribus epistolis: de libro videlicet virorum illustrium:de expositione epistolę ad Galatas: & de sua ex hebreo scripturarum traductione respondentis. Epistola.XI.



Omino vere sancto & beatissimo papæ Augustino: Hieronymus in domino
salutem. Tres simul epistolas: immo libellos breues: p diaconum Cyprianũ N
tuæ dignationis accepi: diuersas vt tu nominas quęstiones: vt ego sentio re
prehensiones opusculorum meorum continentes. Ad quas si respõdere vo-
luero: libri magnitudine opus erit. Tamen conabor quãtum facere possum
modum non egredi longioris epistolæ: & festinanti fratri moram non face-
re: qui ante triduum q̃ profecturus erat a me epistolas flagitauit: vt pene in
procinctu hæc qualiacunq; sunt effutire compellar: & tumultuario respondere sermone: non
maturitate scribentis: sed dictantis temeritate: quæ plęrunq; non in doctrinam: sed in casum
vertitur: vt fortissimos quoq; milites subita bella conturbant: & ante coguntur fugere: q̃ pos
sint arma corripere. Cæterũ nostra armatura Christus est: & apostoli Pauli institutio: qui scri
Eph.6. bit ad Ephesios. Assumite arma dei vt possitis resistere in die malo. Et rursum. State succincti
lumbos vestros in veritate: & induti loricam iustitię: & calceati pedes in præparationẽ euan
gelii pacis: super omnia accipientes scutum fidei in quo possitis vniuersa tela maligni ignita
1.Reg.17. extinguere: & galeam salutis accipite: & gladium spiritus: qd̃ est verbum dei. His quondã te-
lis rex Dauid armatus procedebat ad prælium: & quinq; lapides de torrẽte accipiens leuiga-
tos: nihil asperitatis & sordium inter huius sæculi turbines in sensibus suis esse monstrabat:
bibẽs de torrente in via: & idcirco exaltatus caput / superbissimum Goliam suo potissimũ mu
crone truncauit: percutiens in fronte blasphemũ: & in ea parte corporis vulnerans: in qua &
Psal.4. pręsumptor sacerdotii Ozias lepra percutitur: & sanctus gloriatur in domino dicens: Signa-
Psal.107. tum est super nos lumen vultus tui domine. Dicamus igitur & nos: Paratum cor meum de9
Psal.80. paratum cor meum: cantabo & psallam in gloria mea: Exurge psalterium & cithara: exurgã
Psal.67. diluculo: vt in nobis possit impleri: Aperi os tuum: & ego adimplebo illud. Et dominus dabit
verbum euangelizantibus virtute multa. Te quoq; ipsum orare non dubito: vt inter nos
contendentes veritas superet. Non enim tuam quæris gloriam: sed Christi. Cunq; tu viceris
& ego vincam: si meum errorem intellexero: & econtrario me vincente tu superas: quia nõ fi-
2.Cor.12. lii parentibus: sed parentes filiis thesaurizant. Et in Paralipomenon libro legimus: q̄ filii Isra
el ad pugnandum pcesserint mente pacifica: inter ipsos quoq; gladios & effusiones sanguinis
& cadauera prostratorum / non suam sed pacis victoriam cogitantes. Respondeamus igitur O
ad omnia: ac multiplices quęstiones si Christus iusserit: breui sermone soluamus. Prætermit-
to salutationis officia: quibus meum demulces caput: taceo de blanditiis: quibus reprehensio
nem mei niteris consolari. Ad ipsas causas veniam. Dicis accepisse te librum meum a quodam
fratre qui titulum non haberet: in quo scriptores ecclesiasticos tam græcos q̃ latinos enume-
rauerim. Cunq; ab eo quæreres: vt tuis verbis vtar: cur liminaris pagina non esset inscripta:
vel quo censeretur nomine: respondisse: appellari epitaphium. Et argumentaris q̄ recte sic vo
caretur: si eorum tantum vel vitas vel scripta ibi legisses: qui iam defuncti essent. Cum vero
multorum & eo tempore quo scribebatur: & nunc vsq; viuentium commemorarẽtur opuscu
la: mirari te: cur ei hunc titulum imposuerim. Puto intelligere prudentiam tuam: q̄ ex opere
ipso titulum potueris intelligere. Legisti enim & græcos & latinos: qui vitas virorum illustri
um descripserunt: q̄ nunq̃ epitaphium huic operi scripserint: sed de illustribus viris: Verbi
gratia: ducibus / philosophis / oratoribus / historicis / poetis / epicis / tragicis / comicis: Epitaphi
um autem proprie scribitur mortuorum. Qd̃ quidem in dormitiõe (sanctæ memorię) Nepo
tiani presbyteri olim fecisse me noui. Ergo hic liber vel de illustribus viris: vel proprie de scri
ptoribus ecclesiasticis appellãdus est: licet a plærisq; emendatoribus imperitis: de auctoribus
dicatur inscriptus. Secundo loco quæris: cur dixerim in cõmentariis epistolæ ad Galatas: P
Paulum id in Petro non potuisse reprehendere qd̃ ipse fecerat: nec in alio arguere simulatio-
nem cuius ipse tenebatur reus: Et asseris reprehensionem apostolicam non fuisse dispensato-
riam sed veram: & me non debere docere mendacium: sed vniuersa quæ scripta sunt ita sona-
re vt scripta sint. Ad quæ primum respondeo: debuisse prudentiam tuam præfatiunculæ
commentatiorum meorum meminisse dicentis ex persona mea. Quid igitur ego stultus aut
temerarius: qui id polliceor: quod ille nõ potuit? Minime. Quin potius in eo mihi videor cau
tior atq; timidior: q̄ imbecillitatem virium mearum sentiens: Origenis commentarios secu-
tus sum. Scripsit enim ille vir in epistola Pauli ad Galatas quinq; proprie volumina: & deci-
mum stromatum suorum librum / comatico super explanationem eius sermone compleuit.

Tractatus quoq; varios & excerpta:quæ vel sola possent sufficere:cōposuit.Prætermitto Didymum videntem meum:& Apollinarem Laodicenum:de ecclesia nuper egressum: & Alexādrum veterem hæreticum:Eusebium quoq; Emisenum:& Theodorum Heracleotem:qui & ipsi nōnullos super hac re cōmentarios reliquerunt.E quibus vel si pauca decerperem:fieret aliquid quod non penitus contemneretur.Itaq; vt simpliciter fatear:legi hæc omnia:& in mēte mea plurima coaceruans:accito notario:vel mea vel aliena dictaui:nec ordinis:nec verborum interdum:nec sensuum memor.Iam domini misericordiæ est:ne per imperitiam nostrā ab aliis bene dicta dispereant:& non placeant īter extraneos:quæ placent inter suos. Si quid igitur reprehensione dignum putaueras in explanatione nostra:eruditionis tuæ fuerat quęrere:vtrum ea quæ scripsimus haberentur in græcis:vt si illi non dixissent:tunc meam proprie sententiam condemnares:præsertim cum libere in pręfatione confessus sim:Origenis cōmentarios me esse secutum:&vel mea vel aliena dictasse:& in fine eiusdem capituli quod rep̄hendis:scripserim.Si cui iste non placet sensus:quo nec Petrus peccasse:nec Paulus procaciter ostenditur arguisse maiorem:debet exponere qua consequētia Paulus in altero reprehendat qđ ipse cōmisit.Ex quo ostendi me non ex definito id defendere qđ in græcis legeram:sed ea expressisse quæ legeram:vt lectoris arbitrio derelinquerem:vtrū probāda essent an improbanda.

Q

Tu igitur ne qđ ego petieram non faceres:nouum argumentum reperisti:vt asseres gentiles qui in Christum credidissent:legis onere liberos:eos autē qui ex Iudæis crederent legi esse subiectos:vt per vtrorūq; psonam:& Paulus recte reprehenderet eos qui legem seruarent:quasi doctor gentium:& Petrus iure reprehenderet:qui princeps circūcisionis id imperauerit gētibus:qđ soli qui ex Iudæis erant debuerūt obseruare.Hoc si placet:immo qa placet:vt quicunq; credunt ex Iudæis debitores sint legis faciendæ:tu vt episcop⁹ in toto orbe notissimus:debes hanc pmulgare sententiam:& in assensum tuum omnes coepiscopos trahere.Ego in paruo tuguriunculo: cum monachis:id est cū cōpeccatoribus meis: de magnis statuere non audeo:nisi hoc ingenue cōfiteri:me maiorū scripta legere:& in cōmentariis secūdum omnium consuetudinem varias ponere explanationes:vt e multis sequatur vnusquisq; quod velit.Quod quidem te puto & in sæculari literatura:& ī diuinis libris legisse & pbasse Hanc autem explanationem:quā primus Origenes in decimo stromatum libro: vbi epistolā Pauli ad Galatas interpretatur:& cæteri deinceps interpretes sunt secuti:illa vel maxime causa subintroducunt:vt Porphyrio respondeant blasphemanti:qui Pauli arguit pcacitatem:q̄ principem apostolorum Petrum ausus est reprehendere:& arguere in faciem:ac ratione constringere q̄ male fecerit:id est in eo errore fuerit : in quo fuit ipse qui alium arguit delinquentem.Quid dicam de Ioanne:qui dudum in pontificali gradu Constantinopolitanam rexit ecclesiam:& proprie sup hoc capitulo latissimum exarauit librum:in quo Origenis &veterum sententiam est secutus?Si igitur me reprehendis errantem:patere me quæso errare cum talibus:& cum me erroris mei multos socios habere pspexeris:tu veritatis tuæ saltem vnū astipulatorem proferre debebis.Hæc de explanatione vnius capituli epistolę ad Galatas.

Origenes. Porphyri⁹. Ioan. Chrysostomus.

R

Sed ne videat aduersus rationem tuam niti testium numero:& occasione virorum illustriū subterfugere veritatem:nec manum audere conferere:breuiter de scripturis exempla proponā. In actibus apostolorū:vox facta est ad Petrum dicens:Surge Petre:occide & manduca:id est omnia animalia quadrupedum & serpentium terræ:&volatilium cęli.Quo dicto:ostenditur nullum hominem secundum naturam esse pollutum:sed æqualiter omnes ad Christi euangelium puocari.Ad qđ respondit Petrus:Absit:quia nunq̄ manducaui cōmune & immundū. Et vox ad eum de cælo secundo facta est dicens:Quæ deus mundauit:tu ne cōmune dixeris. Iuit itaq; Cæsaream:& ingressus ad Cornelium aperiens os suum dixit:In veritate comperi quia non est personarum acceptor deus:sed in omni gente qui timet eum & operatur iustitiam:acceptus est illi.Deniq; cecidit spiritus sanctus super eos:& obstupuerunt ex circuncisione fideles qui venerant cum Petro:q̄ & in nationes gratia spiritus sancti fuisset effusa.Tūc respondit Petrus:Nunquid aquam quis prohibere potest:vt non baptizentur hi qui spiritum sanctum acceperunt sicut & nos?Et iussit eos in nomine Iesu Christi baptizari.Audierūt autem apostoli & fratres qui erant in Iudæa:quia & gentes receperunt verbum dei.Cum autē ascendisset Petrus Hierosolymam:disceptabant aduersus illum qui erant ex circūcisione dicentes.Quare introisti ad viros præputium habentes:& manducasti cum illis?Quibus omni ratione exposita:nouissime orationem suam hoc sermone conclusit.Si ergo eandem gratiā

Act.10. Act.11.

dedit illis deus sicut & nobis qui credidimus in dominum Iesum Christum:ego quis eram q
possem phibere deum! His auditis tacuerunt:& glorificauerunt deum:dicentes:Ergo & gē
Act.14.&. tibus deus poenitentiam ad vitam dedit. Rursum cum multo post tempore:Paulus & Bar- S
15. nabbas venissent Antiochiā: & cōgregata ecclesia:retulissent quāta fecisset deus cū illis:& qa
aperuisset deus gentibus ostium fidei:qdam descendentes de Iudæa docebant fratres atq di
cebant:Nisi circuncidamini secundū morem Moysi:non potestis salui fieri. Commota igit se
ditione non minima aduersus Paulum & Barnabbam: statuerūt ascendere & ipsi qui accusa
bantur:& hi qui accusabant:ad apostolos & p̄sbyteros Hierosolymam sup hac quæstione. Cū
q Hierosolymā peruenissent:exurrexerunt qdā de hæresi Pharisæorum:q crediderāt in Chri
stū:dicētes:Oportet circūcidi eos & p̄cipere illis:vt seruent legem Moysi. Et cum magna sup
hoc verbo oriret quæstio: Petr⁹ solita libertate: Viri (inquit) fratres:vos scitis qm ab antiqs
diebus in nobis elegit deus p os meum audire gentes verbum euangelii & credere:& qui no-
uit corda:de⁹ testimonium phibuit: dans illis spiritū sanctum sicut nobis: & nihil discreuit
inter nos & illos:fide purificans corda illorum. Nūc autē quid tentatis deū: imponere iugū
sup ceruicē discipulorū:qd neq patres nostri neq nos portare potuimus! Sed per gratiam do
mini nostri Iesu Christi credimus saluari quemadmodū & illi. Tacuit aūt omnis multitudo
et in sententiam eius Iacobus apostolus & omnes simul presbyteri transierunt. Hæc non de-
bent molesta esse lectori:sed & illi & mihi vtilia:vt probemus ante apostolum Paulum non
ignorasse Petrum:immo principem huius esse decreti:legē post euangelium non esse seruan-
Gal.1. dam. Deniq tantæ Petrus auctoritatis fuit:vt Paulus in epistola sua scripserit. Deinde post
Gal.2. annos tres veni Hierosolymam videre Petrū: & mansi apud eum diebus.xv. Rursum in con-
sequentibus:Post annos.xiiii.ascēdi iterū Hierosolymam cū Barnabba assumpto & Tito. Ascē
di autem secūdum reuelationem:& exposui eis euangelium qd prædico inter gētes:ostēdens
se non habuisse securitatē euangelii prædicandi:nisi Petri & q cum eo erant fuisset sententia
Vbi supra. roboratum. Statimq sequitur. Separatim autem his qui videbantur aliquid esse: ne forte in
vacuum currerem aut cucurrissem. Quare separatim & non publice! Ne forte fidelibus ex
numero Iudæorum:qui legem putabant esse seruandam:& sic credendum in domino salua-
tore: fidei scandalum nasceretur. Ergo & eo tempore cum Petrus venisset Antiochiam: licet
hoc apostolorum acta non scribant:sed affirmanti Paulo credendum sit:in faciem illi Paulus
restitisse se scribit:quia reprehēsibilis erat. Prius eīm q̄ venirent quidam a Iacobo:cum genti
bus edebat:cum autem venissent:subtrahebat se & segregabat:timens eos qui ex circuncisio
ne erant. Et consenserunt cum illo cæteri Iudæi:ita vt & Barnabbas adduceretur ab his in il
lam simulationem. Sed cum vidissem inquit q non recte ingrediuntur ad veritatem euange
lii:dixi Petro coram omnibus. Si tu cum sis Iudæus:gentiliter & non iudaice viuis:quomodo
cogis gentes iudaizare! Et cætera. Nulli ergo dubium est:q Petrus apostolus sententiæ hu-
ius cuius nunc præuaricator arguitur:primus auctor extiterit. Causa autem præuaricatio-
nis:timor est Iudæorum. Dicit enim scriptura:q primum edebat cum gentibus:cum autem
venissent quidā a Iacobo:subtrahebat se & segregabat:timens eos qui ex circuncisione erant.
Timebat autem Iudęos quorum erat apostolus:ne per occasionem gētilium a fide Christi re
cederēt:& imitator pastoris boni:perderet gregem sibi creditum. Sicut ergo ostendimus Pe-
trum bene quidē sensisse de abolitione legis Mosaicæ:sed ad simulationem obseruandæ eius
timore compulsum:videamus an ipse Paulus qui alium arguit: tale quid fecerit. Legimus
Act.15.&. in eodem libro: Perambulabat autem Paulus Syriam & Ciliciam: confirmans ecclesi- T
16. as:peruenitq in Derben:& Listram:& ecce discipulus quidam erat ibi nomine Timotheus:
filius mulieris viduæ fidelis:patre autem gentili. Huic testimonium reddebant qui Listris
erant & Iconio fratres. Hunc voluit Paulus secum pficisci:& assumens circuncidit eum pro
pter Iudæos:qui erant in illis locis. Sciebant enim omnes q pater eius gentilis esset. O beate
apostole Paule:qui in Petro rephēderas simulationem quare subtraxisset se a gētibus pp̄ter
metum Iudæorum qui a Iacobo venerant:cur Timothęum filium hominis gētilis vtiq & ip
sum gētilem (neq eīm Iudæus erat qui non fuerat circūcisus) contra sententiam tuam circū-
cidi coegisti! Respondebis mihi:Propter Iudæos qui erant in illis locis. Qui igitur tibi igno-
scis in circūcisione discipuli veniētis ex gētibus:ignosce & Petro pręcessori tuo:q aliq̄ fecerit
Act.18. metu fideliū Iudæoꝝ. Rursū scriptū est:Paul⁹ vero cū adhuc sustinuisset dies mltos: fratrib⁹
valedicens nauigauit Syriā:& cū eo Priscilla & Aqla:& totōdit sibi in Cēcris caput:votū eīm

habuerat. Esto vt ibi timore Iudæorū cōpulsus sit facere qđ nolebat: quare comā nutriuit ex
voto: & postea eam in Cenchris totondit ex lege: qđ nazarei qui se deo vouerint iuxta præce-
ptū Moysi facere consueuerunt? Verum hæc ad cōparationem eius rei quæ sequitur: parua
sunt. Refert Lucas sacræ historiæ scriptor: Cum venissemus Hierosolymam: libenter suscepe- Act.21.
runt nos fratres: & sequenti die Iacobus & omnes seniores qui cum eo erant: euangelio illius
comprobato: dixerunt ei: Vides frater quot milia sunt in Iudæa qui crediderunt in Christo:
& hi omnes æmulatores sunt legis. Audierunt autem de te ꝙ discessionem doceas a Moyse
eorum qui per gentes sunt Iudæorum: dicens non debere eos circūcidere filios suos: neq; secū
dum consuetudinem ingredi. Quid ergo est? Vtiq; oportet conuenire multitudinem: Audie
runt eñ te superuenisse. Hoc ergo fac quod tibi dicimus. Sunt nobis viri quatuor votū habē
tes super se: his assumptis: sanctifica te cum ipsis: & impende in eos vt radant capita: & sciēt
omnes: quia quæ de te audierunt falsa sunt: sed ambulas & ipse custodiens legem. Tunc Pau
lus assumptis viris: postera die purificatus cum illis intrauit in templum: annuntians exple-
tionem dierum purificationis: donec offerretur pro vnoquoq; eorum oblatio. O Paule: & in
hoc te rursus interrogo: Cur caput raseris: cur nudipedalia exercueris de cerimoniis Iudæo-
rū: cur obtuleris sacrificia: & secūdū legē hostiæ ꝓ te fuerit imolatę? Vtiq; rñdebis: Ne scādali
zarentur qui ex Iudæis crediderant. Simulasti ergo Iudæum: vt Iudæos lucrifaceres: & hanc
ipsam simulationem Iacobus & cæteri te docuere presbyteri: sed tamen euadere non potuisti
Orta enim seditione cum occidendus esses: raptus es a tribuno: & ab eo missus Cæsareā: sub
custodia militum diligenti: ne te Iudæi quasi simulatorem ac destructorem legis occiderent:
atq; inde Romam perueniens: in hospitio qđ tibi cōduxeras: Christum & Iudæis & gentibus
prædicasti: & sententia tua Neronis gladio confirmata est. Didicimus ꝙ propter metum
Iudæorum & Petrus & Paulus æqualiter finxerint se legis præcepta seruare. Qua igiť fron-
te: qua audacia Paulus in altero reprehendat qđ ipse cōmisit? Ego/immo alii ante me exposue
runt causam quā putauerant: non officiosum mendaciū defendētes sicut tu scribis: sed docē-
tes honestam dispensationem: vt & apostolorum prudentiam demonstrarent: & blaspheman
tis Porphyrii imprudentiā coercerent: qui Petrum & Paulum puerili dicit inter se pugnasse
certamine: immo exarsisse Paulum in inuidiam virtutum Petri: & ea scripsisse iactanter: vel
quæ non fecerit: vel si fecerit: procaciter fecerit: id in alio reprehendens quod ipse cōmiserit.
Interpretati sunt illi vt potuerunt: tu quomodo istum locum edisseras: vtiq; meliora dictur⁹
V quiveterum sententiam reprobasti? Scribis ad me in epistola tua: (Neq; enī a me docend⁹
es) quomodo intelligatur quod idem apostolus dicit: Factus sum Iudæis tanq̄ Iudæus: vt Iu 1.Corin.9.
dęos lucrifacerem: & cætera quæ ibi dicuntur compassione misericordiæ: non simulatiōe fal
laciæ. Fit enim tanq̄ æger qui ministrat ægroto: non cum se febres habere mentitur: sed cum
animo condolentis cogitat quemadmodum sibi seruiri vellet: si ipse ægrotaret. Nam vtiq; Iu
dæus erat: Christianus autem factus: non Iudæorum sacramenta reliquerat: quæ conueni-
enter ille populus & legitimo tempore quo oportebat acceperat. Ideoq; suscepit ea celebranda
cum iam Christi esset apostolus: vt doceret non esse perniciosa his qui ea vellent sicut a pa-
rentibus per legem acceperant custodire: etiam cum in Christo credidissent: non tamē in eis
iam constituerent spem salutis: quoniam per dominum Iesum salus ipsa quæ illis sacramen-
tis significabatur aduenerat. Totius sermonis tui: quem disputatione longissima protraxisti
hic sensus est: vt Petrus non errauerit in eo ꝙ his qui ex Iudæis crediderant: putauerit legē
esse seruandam: sed in eo a recta linea deuiarit: quo gentes coegerit iudaizare. Coegerit autē
non docentis imperio: sed conuersationis exemplo: Et Paulus non contraria sit locutus his
quæ ipse gesserat: sed quare Petrus eos qui ex gentibus erant iudaizare compelleret. Hæc er
go sūma est q̄stionis: immo sentētiæ tuæ: vt post euāgeliū Christi bñ faciāt Iudæi credētes si
legis mādata custodiant: hoc est si sacrificia offerāt: q̄ obtulit Paul⁹: si filios circūcidāt: si sab-
batū seruēt: vt Paul⁹ ī Timotheo: & oēs obseruauere Iudæi. Si hoc verū ē: ī Cherinthi & Hebiōis
hęresim dilabimur: q credētes in Christo: ꝑpter hoc solū a patrib⁹ anathematizati sūt ꝙ legis
cerimonias Christi euāgelio miscuerunt: & sic noua cōfessi sūt: vt vetera nō amitterēt. Quid
dicā de Hebionitis q Christianos esse se simulāt? Vsq; hodie ꝑ totas orientis synagogas inter
Iudæos hæresis est quæ diciť Mineoꝝ: & a Pharisæis nūc vsq; damnať: quos vulgo Nazareos
nūcupant: qui credunt in Christum filiū dei natum de virgine Maria: & eum dicunt esse qu

ſub Pontio Pilato paſſus eſt & reſurrexit:in quem & nos credimus.Sed dum volunt & Iudæi
eſſe & Chriſtiani:nec Iudæi ſunt nec Chriſtiani.Oro ergo te:vt qui noſtro vulnuſculo medē
dum putas:qđ acu foratum:immo punctū dicitur:huius ſententiæ medearis vulneri: quod
lancea:&(vt ita dicam)phalaricę mole percuſſum eſt.Neq; enī eiuſdem eſt criminis in expla
natione ſcripturarum diuerſas maiorum ſententias ponere:& hæreſim ſceleratiſſimam rur
ſum in eccleſiam introducere. Sin autē hæc nobis incumbit neceſſitas:vt Iudæos cum legiti X
mis ſuis ſuſcipiamus:& licebit eis obſeruare in eccleſiis Chriſti qđ exercuerunt in ſynagogis
Sathanæ:dicam qđ ſentio:non illi Chriſtiani fient:ſed nos Iudæos facient.Quis enī hoc Chri
ſtianorum patienter audiat:qđ in tua epiſtola continetur:Iudæus erat Paulus : Chriſtianus
autem factus:non Iudæorum ſacramenta reliquerat:quæ conuenienter ille populus & legiti
mo tempore quo oportebat acceperat:Ideoq; ſuſcepit celebrāda ea cum iam Chriſti eſſet apo
ſtolus:vt doceret non eſſe perniciosa his qui ea vellent ſicut a parentibus p legem acceperant
cuſtodire?Rurſum obſecro te:vt pace tua meum dolorem audias.Iudæorum Paulus cerimo
nias obſeruabat:cum iam Chriſti eſſet apoſtolus:& dicis eas nō eſſe perniciosas his qui eas ve
lint ſicut a parentibus acceperant cuſtodire?Ego econtrario loquar:& reclamante mundo:li
bera voce pnūtiem:cerimonias Iudæorum & pniciosas eſſe & mortiferas Chriſtianis.Et qui
cunq; eas obſeruauerit:ſiue ex iudæis:ſiue ex gētibus:eum in barathrum diaboli deuolutum
Ro.10. Finis enī legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti: Iudæo ſcilicet et gentili.Neq; enī omni
Lucę.16. credenti erit finis ad iuſtitiam:ſi Iudæus excipitur.In euangelio legimus:Lex & prophetę vſ
Ioan.5. q; ad Ioannem baptiſtam.Et in alio loco:Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interi
Ioan.1. ficere:q̄a non ſolum ſoluebat ſabbatum:ſed & patrem ſuum dicebat eſſe deum:ęqualem ſe fa
ciens deo.Et iterū.De plenitudine eius nos omnes accepimus:& gratiam p gratia:quia lex p
Moyſē data eſt:gratia autem & veritas p Ieſum Chriſtū facta eſt.Pro legis gratia quæ pręter
iit gratiā euangelii accepimus pmanentem : & p vmbris & imaginibus veteris inſtrumenti:
Hie.31. veritas p Ieſum Chriſtum facta eſt.Hiere mias quoq; ex pſona dei vaticinatur:Ecce dies ve
niunt dicit dominus:& conſummabo domui Iſrael & domui Iuda teſtamentum nouum: non
ſecundum teſtamentum quod diſpoſui patribus eorum:in die quando apprehendi manū eo
rū:vt educerem eos de terra Aegypti.Obſerua qnid dicat:q; non populo gentilium:ei qui nā
non receperat teſtamentum:ſed populo Iudæorum cui legem dederat p Moyſen:teſtamentū
nouum euangelii repromittat:vt nequaq̄ viuant in vetuſtate literæ:ſed in nouitate ſpiritus
Paulus autē ſuper cuius nomine nunc quęſtio ventilatur:crebras huiuſcemodi ponit ſenten
Gal.5. tias:e quibus breuitatis ſtudio pauca ſubnectam.Ecce ego Paulus dico vobis:quoniam ſi cir
cuncidamini:Chriſt⁹ vobis nihil prodeſt.Et iterum.Euacuati eſtis a Chriſto:qui in lege iuſti
ficamini:a gratia excidiſtis.Et infra.Si ſpiritu ducimini:iam non eſtis ſub lege.Ex quo appa
ret:qui ſub lege eſt:non diſpenſatiue vt noſtri voluere maiores:ſed vere vt tu intelligis: eum
Ezechi.20. ſpiritum ſanctum non habere.Qualia ſint autem præcepta legalia:deo docēte diſcamus.Ego
inquit dedi eis pcepta non bona:& iuſtificationes in quibus non viuant in eis.Hæc dicimus:
non quo legem iuxta Manichæū & Marcionem deſtruamus:quam &.ſanctam & ſpiritalē iu
Gal.4. xta apoſtolū nouimus:ſed quia poſtq̄ fides venit:& temporum plenitudo:miſit de⁹ filium ſu
um natum ex muliere factum ſub lege:vt eos qui ſub lege erant redimeret:vt adoptionem fi
liorum reciperemus:& nequaq̄ ſub pædagogo:ſed ſub adulto & domino & hærede viuamus
Sequitur in epiſtola tua.Non ideo Petrum emendauit q; paternas traditiones obſeruaret Y
qđ ſi facere vellet:nec mendaciter nec incongrue faceret.Iterum dico:Epiſcopus es eccleſiarū
Chriſti magiſter:vt probes verum eſſe qđ aſſeris:ſuſcipe aliquē Iudæorum qui factus Chri
ſtianus natum ſibi filium circūcidat:qui obſeruet ſabbatum:qui abſtineat a cibis quos deus
creauit ad vtendum cum gratiarum actione:qui quartodecimo die menſis primi agnū ma
ctet ad veſperam:& cum hoc feceris:immo non feceris(ſcio enī te Chriſtianū:& tē ſacrilegam
non eſſe facturū)velis nolis tuam ſententiam reprobabis:& tunc ſcies opere difficilius eſſe cō
firmare ſua:q̄ aliena reprēhēdere.Ac ne forſitan tibi non crederemus:immo non intelligerem⁹
quid diceres:(Frequēter enī in longum ſermo ptractus:caret intelligētia:& dum non ſentiē
ab imperitis minus reprēhēditur)inculcas & replicas:Hoc ergo Iudæorū Paulus dimiſerat qđ
malum habebant.Qđ eſt malū Iudæorū:qđ Paulus dimiſerat?Vtiq; illud qđ ſeqt:q; ignoran
Ro.10. tes inquit dei iuſtitiam:& ſuam volētes cōſtituere:iuſtitię dei nō ſunt ſubiecti.Deinde q; poſt
paſſionē & reſurrectionē Chriſti:dato ac manifeſtato ſacramēto gratiæ: ſecundum ordinem

Melchiſedech:adhuc putabant vetera ſacramenta nõ ex conſuetudine ſolennitatis:ſed ex ne-
ceſſitate ſalutis eſſe celebrãda: Quæ tñ ſi nunq̃ fuiſſent neceſſaria:infructuoſe atq; inaniter ꝓ
eis Macchabæi martyres fierent. Poſtremo illud ꝙ prædicatores gratiæ Chriſtianos: Iudæi
tanq̃ hoſtes legis ꝑſequerent̃. Hos atq; huiuſmodi errores & vitia: dicit ſe damnare: & vt ſter- Philip.3.
Z cora arbitratur: vt Chriſtum lucrifaceret. Didicimus per te: quæ apoſtolus Paulus mala reli
querit Iudæorum: rurſum te docente diſcamus: quæ bona eorum tenuerit. Obſeruationes
inquies legis quas more patrio celebrãt: ſicut ab ipſo Paulo celebratæ ſunt: ſine vlla ſalutis ne
ceſſitate. Id quid velis dicere: ſine vlla ſalutis neceſſitate: non ſatis intelligo. Si em̃ ſalutẽ non
afferunt: cur obſeruant̃? Si autem obſeruanda ſunt: vtiq; ſalutem afferunt: maxime quę obſer
uata martyres faciunt. Non enim obſeruarentur: niſi ſalutem afferrent. Neq; em̃ indifferẽtia
ſunt inter bonũ & malũ: ſicut philoſophi diſputant. Bonum eſt continentia: malum eſt luxu-
ria. Inter vtrũq; indifferẽs ambulare: digerere alui ſtercora: capitis naribus purgamẽta proice
re: ſputis rheumata iacere. Hoc nec bonũ eſt nec malũ eſt. Siue em̃ feceris: ſiue non feceris: nec
iuſtitiã habebis nec iniuſtitiã. Obſeruare autem legis cerimonias: non poteſt eſſe indifferens
ſed aut malum eſt: aut bonum eſt. Tu dicis bonũ: ego aſſero malum: & malum non ſolum his
qui ex gentibus: ſed et his qui ex Iudaico populo crediderunt. In hoc niſi fallor loco: dum
aliud vitas: in aliud deuolueris. Dũ em̃ metuis Porphyriũ blaſphemantẽ: in Hebionis incur
ris laqueos: his qui credũt ex Iudæis obſeruandam legem eſſe decernens. Et quia periculoſũ
intelligis eſſe quod dicis: rurſum illud ſuperfluis verbis temperare conaris: ſine vlla ſalu-
tis neceſſitate: ſicut Iudæi celebranda putabant: aut fallaci ſimulatione: qđ in Petro reprehen
derat Paulus. Petrus igit̃ ſimulauit legis cuſtodiam: iſte autem reprehenſor Petri: audacter ob
& ſeruauit legitima. Sequit̃ em̃ in ep̃la tua. Nam ſi propterea illa ſacramenta celebrauit: quia ſi
mulauit ſe Iudæum: vt illos lucrifaceret: cur non etiam ſacrificauit cum gẽtibus: quia & his
qui ſine lege erant tanq̃ ſine lege factus eſt: vt eos quoq; lucrifaceret: niſi quia & illud fecit vt
natura Iudæus: & hoc totum dixit: vt non Paulus ſe fingeret eſſe quod non erat: ſed vt miſe
ricorditer ita ſubueniẽdum eſſe ſentiret: ac ſi ipſe in eo errore laboraret: non ſcilicet mentien
tis aſtu: ſed compatientis affectu? Bene defendis Paulum: ꝙ non ſimulauerit errorẽ Iudæorũ:
ſed vere fuerit in errore: neq; imitari voluerit Petrũ mentiẽtẽ: vt qđ erat metu Iudæorũ diſ-
ſimularet: ſed tota libertate Iudęũ ſe eẽ diceret. Noua clementia ap̃li: dũ Iudæos Chriſtianos
vult facere: ipſe Iudæus factus eſt. Nõ em̃ poterat luxurioſos ad frugalitatẽ reducere: niſi ſe
luxurioſum probaſſet: & miſericorditer / vt ipſe dicis / ſubuenire miſeris: niſi ſe miſerum
ipſe ſentiret. Vere enim miſelli: & miſericorditer deplorandi: qui contentione ſua & amore
legis abolitæ: apoſtolũ Chriſti fecere Iudæũ. Nec multũ intereſt inter meã & tuã ſententiam
quia dico & Petrũ & Paulũ timore fideliũ Iudæorũ: legis exercuiſſe / immo ſimulaſſe mãdata.
Tu autem aſſeris hoc eos feciſſe clementer: non mentientis aſtu: ſed compatientis affectu: dũ-
modo illud conſtet vel metu vel miſericordia eos ſimulaſſe ſe eſſe qđ non erant. Illud autem
argumentũ quo aduerſus nos vteris ꝙ & gentilibus debuerit gentilis fieri: ſi Iudæis Iudæus
factus eſt: magis ꝓ nobis facit. Sicut em̃ non fuit vere Iudæus: ſic nec vere gentilis erat: & ſi-
cut non fuit vere gentilis: ſic nec vere Iudęus erat. In eo autem imitator gentiliũ eſt: quia præ
putium recipit in fide Chriſti: & ĩdifferenter ꝑmittit veſci cibis quos damnant Iudęi: nõ cul
tum vt tu putas idolorũ. In Chriſto enim Ieſu nec circũciſio eſt aliquid: nec pręputium: ſed ob Gal.5.&.6.
ſeruatio mãdatorũ dei. Quæſo igitur te & iterum atq; iterũ depcor: vt ignoſcas diſputati
unculæ meæ: & ꝙ modum meum egreſſus ſum: tibi imputes qui coegiſti vt reſcriberẽ: & mi-
hi cum Steſichoro oculos abſtuliſti. Nec me putes magiſtrum eſſe mendacii: qui ſequor Chri
ſtum dicentem. Ego ſum via: veritas: & vita. Nec poteſt fieri vt veritatis cultor mẽdacio col Ioan.14.
la ſubmittam. Neq; mihi imperitorum plebeculam concites qui te venerant̃ vt epiſcopum:
& in eccleſia declamantem ſacerdotii honore ſuſcipiunt: me autem ætatis vltimæ: & pene
decrepitum: ac monaſterii & ruris ſecreta ſectantem paruipendunt: & quæras tibi quos
9 doceas ſiue reprehendas. Ad nos enim tantis maris atq; terrarum a te diuiſos ſpatiis: vix
vocis tuæ ſonus peruenit. Et ſi forſitan literas ſcripſeris: ante eas Italia ac Roma ſuſcipient:
q̃ ad me cui mittendæ ſunt deferantur. Quod autem in aliis quæris epiſtolis: cur mea
prior in libris canonicis interpretatio aſteriſcos habeat: & virgulas prænotatas: & poſtea ali-
am tranſlationem abſq; his ſignis ediderim: Pace tua dixerim: videris mihi non intelligere
quod quæſiſti. Illa enim interpretatio .lxx. interpretum eſt: & vbicunq; virgulę .i. obeli ſunt: ſi

gnificatur ꝙ.lxx.plus dixerint q̃ habetur in Hebræo:vbi aũt asterisci:id est stellę prælucẽtes
ex Theodotionis editione ab Origene additum est.Et ibi græca transtulimus:hic de ipso He
braico qđ intelligebamus expressimus:sensuum potius veritatẽ q̃ verboꝝ interdum ordinẽ
conseruantes.Et miror quomodo.lxx.interpretum libros legas:non puros vt ab eis editi sũt:
sed ab Origene emẽdatos:siue corruptos ꝑ obelos & asteriscos:& Christiani hominis interp̃-
tatiunculã non sequaris:præsertim cum ea quæ addita sunt ex hominis Iudæi atq; blasphe-
mi post passionem Christi editione transtulerit.Vis amator esse verus.lxx.interpretum!non
legas ea quæ sub asteriscis sunt:immo rade de voluminib⁹:vt veteꝝ te fautorem probes.Qđ
si feceris:omnes ecclesiaꝝ bibliothecas condemnare cogeris.Vix enim vnus aut alter inueni
etur liber:qui ista non habeat. Porro ꝙ dicis non debuisse me interpretari post veteres:& A
nouo veteris syllogismo:Aut obscura fuerunt quæ interpretati sunt.lxx.aut manifesta.Si
obscura:te quoq; in eis falli potuisse credendum est.Si manifesta:illos in eis falli non potuis-
se perspicuum est.Tuo tibi sermone respondeo.Omnes veteres tractatores qui nos in do-
mino præcesserunt:& qui scripturas sanctas interpretati sunt:aut obscura interpretati
sunt:aut manifesta.Si obscura:quomodo tu post eos ausus es differere:quod illi explanare
non potuerunt!Si manifesta:superfluum est te voluisse differere:quod illos latere non potu-
it:maxime in explanatione psalmoꝝ:quos apud græcos interpretati sunt multis voluminib⁹
primus Origenes:Secundus Eusebius Cæsariensis:Tertius Theodorus Heracleotes:Quar
tus Asterius Scythopolitan⁹:Quintus Apollinaris Laodicenus:Sextus Didymus Alexãdri
nus.Ferunt & diuersoꝝ in paucos psalmos opuscula.Sed nũc de ĩtegro psalmoꝝ corpore di-
cimus.Apud latinos autẽ Hilari⁹ Pictauẽsis:& Eusebius Vercellensis episcopi:Origenem &
Eusebium transtulerunt:Quoꝝ priorem & noster Ambrosius in quibusdam secutus est.Re-
spondeat mihi prudentia tua:quare tu post tantos & tales interpretes in explanatione psal-
moꝝ diuersa senseris!Si eñ obscuri sunt psalmi:te quoq; in eis falli potuisse credendum est.
Si manifesti:illos in eis falli potuisse non creditur:ac per hoc vtroq; modo sup̃flua erit interp̃
tatio tua:& hac lege post priores nullus loqui audebit:& qđcunq; alius occupauerit:ali⁹ de
eo scribendi nõ habebit licentiam.Quin potius humanitatis tuæ est:in quo veniam tibi tribu
is:indulgere & cæteris.Ego enim non tam vetera abolere conatus sum quæ linguæ meæ ho-
minibus emendata de græco in latinum transtuli:q̃ ea testimonia:quæ a Iudæis prætermissa
sunt:vel corrupta:proferre in medium:vt scirent nostri qd Hebræa veritas contineret.Si cui
legere non placet:nemo compellit inuitum.Bibat vinum vetus cum suauitate:& nostra mu
sta contemnat:quæ in explanatione priorũ edita sunt:vt sic vbi illa non intelliguntur:ex no-
stris manifestiora fiant. Quod autẽ genus interp̃tationis in scripturis sanctis sequendum
sit:liber quem scripsi de optimo genere interpretandi:& omnes p̃fatiunculæ diuinoꝝ volu-
minum quas editioni nostræ p̃posuimus explicant:ad illasq; prudentẽ lectorẽ remittendum B
puto.Et si me vt dicis in noui testamenti emendatione suscipis:exponisq; causam cur suscipi
as:qa plurimi linguæ græcæ habentes scientiam:de meo possent opere iudicare:eandem inte
gritatẽ debueras etiã in veteri credere testamẽto:ꝙ nõ nr̃a cõfinxim⁹:sed vt apud Hebræos ĩ
uenim⁹ diuĩa trãstulim⁹.Sicubi dubitas:Hæbræos ĩterroga.Sed forte dices:Quid si Hebræi
aut r̃ndere noluerit:aut mẽtiri voluerit!Tota frequẽtia Iudæoꝝ ĩ mea ĩterp̃tatiõe reticebit:
nullusq; ĩueniri poterit:q Hebrææ ligũę habeat notionẽ:aut oẽs imitabũt illos Iudæos quos
dicis in Africę reptos oppidulo:in meã cõspirasse calumniam.Huiuscemodi eñ ĩ epistola tua
texis fabulam.Quidam frater noster coepiscopus:cum lectitare instituisset in ecclesia cui prę
est interpretationẽ tuam:mouit quiddam longe aliter a te positum apud Ionam ꝓphetam:q̃
erat omnium sensibus memoriæq; inueteratum:& tot ætatum successionibus decantatum.
Factus est tantus tumultus in plebe:maxime græcis arguentibus & inflammantibus calum
niam falsitatis:vt cogeretur episcopus(ea quippe ciuitas erat)Iudæorum testimonium flagi
tare.Vtrum autem illi imperitia:an malitia:hoc esse in Hebræis codicibus responderunt:qđ
& græci & latini habebant atq; dicebant.Quid plura!Coactus est homo velut mendositatẽ
corrigere:volens post magnũ periculum non remanere sine plebe.Vnde etiam nobis videtur
aliqñ te quoq; in nonnullis falli potuisse. Dicis me in Iona ꝓpheta male quiddam interp̃ta- C
tum:& seditione populi conclamante:ꝓpter vnius verbi dissonantiam:episcopũ pene sacer-
dotium ꝑdidisse:Et quid sit illud quod male interpretatus sim subtrahis:auferens mihi occa
sionem defensionis meæ:ne quicqd dixeris me respondente soluatur:nisi forte vt ante annos

plurimos cucurbita venit in medium: afferente illius temporis Cornelio & Asinio Pollio ne me hederam ꝑ cucurbita transtulisse. Super qua re in commentatio Ionæ ꝓphetę plenius respondimus. Hoc tantum nunc dixisse contenti: ꝙ in eo loco vbi . lxx. interpӗtes cucurbitam et Aquila cum reliquis hederam transtulerunt: id est Katiacon: in Hebręo volumine Ciceiō scriptum habet: quam vulgo Syri Ceceiam vocant. Est autem genus virgulti: lata habens folia in modū pampini. Cumq; plantarū fuerit: cito cōsurgit in arbusculā: absq; vllis calamorū & hastiliū adminiculis: quibus & cucurbitæ & hederæ indigent: suo trunco se sustinens. Hoc ergo verbum de verbo edisserens: si ciceion trāsferre voluissem: nullus ītelligeret: si cucurbitam/id dicerem quod in hebraico non habetur: hederam posui: vt cæteris interpretibus consentirē. Sin autem iudæi vestri: vt ipse asseris: malitia vel imperitia hoc dixerunt esse in voluminibus hebræorum: quod in græcis & latinis codicibus continetur: manifestum est eos aut hebræas ignorare literas: aut ad irridendos cucurbitarios voluisse mētiri. Peto in fine epl'æ: vt quiescentē senē: olimq; veteranū: militare nō cogas: & rursum de vita periclitari. Tu q iuuenis es: & in pōtificali culmine cōstitutus: doceto pp'los: & nouis Africę frugibus: Romana tecta locupleta. Mihi sufficit cū auditore & lectore paupculo ī angulo monasterii susurrare.

Sancti Augustini ad beatum Hieronymū se de libro quē asserebatur contra eum Romā misisse expurgantis. Epistola. XII.



D Omino charissimo & desyderantissimo & honorando in christo fratri & cōpresbytero Hieronymo: Augustinus in dn̄o salutē. Audiui peruenisse in manus tuas literas meas: sed ꝙ adhuc rescripta non merui: nequaq̄ imputauerim dilectioni tuę. Aliqd proculdubio impedimēti fuit. Vnde agnosco a me dn̄m potius deprecandū: vt tuæ voluntati det facultatē mittendi qđ rescripseris. Nā rescribendi iā dedit: quia cū volueris facillime poteris. Etiam hoc ad me sane perlatū: vtrū quidē crederem dubitaui: sed hinc quoq; tibi aliqd vtrū scriberē dubitare nō debui. Hoc aūt breue est: suggestū esse charitati tuæ/a nescio quibus fratribus mihi dictū est: ꝙ librū aduersus te scripserim: Romāq; miserim. Hoc falsum esse noueris: deū nostrū testor hoc me nō fecisse. Sed si forte aliqua in aliquib9 scriptis meis reperiunt: in quibus aliter aliquid q̄ tu sensisse reperiat: nō contra te dictū sed qđ mihi videbatur a me scriptū esse: puto te debere cognoscere: aut si cognosci nō potest: credere debere. Ita sane hoc dixerim: vt ego non tm̄ paratissimus sim si quid te in meis scriptis mouerit fraterne accipere: quid cōtra sentias: aut de correctione mea: aut de ipsa tua beniuolentia gauisurus: verū etiā hoc a te postulē ac flagitē. O si licuisset & si nō cohabitante saltē vicino te in dn̄o perfrui ad crebrū & dulce colloquiū. Sed quia id nō est datum: peto vt hoc ipsum: ꝙ in Christo quapossumus simul sumus: conseruari studeas & augeri ac perfici: & rescripta quis rara nō spernere. Saluta obsequio meo sanctū fratrē Paulinianū: & oms fratres qui tecum ac de te in dn̄o gaudēt. Memor nostri exaudiaris a dn̄o in omni sancto desyderio tuo: dn̄e charissime & desyderantissime & honorande in christo frater.

Sancti Hieronymi ad beatū Augustinū: rationem reddētis cur epistolæ suæ nō responderit: & vt vel aperte scribat: vel veriora mittat exemplaria postulantis: simulq; suadētis ne iuuenis ipse scribendo senē ꝓuocet. Libelli præterea Calphurnii exemplaria sibi misisse significantis. Epistola. XIII.



B Omino vere sancto: ac beatissimo papæ Augustino: Hieronymus in christo salutē. In ipo ꝓfectionis articulo: sancti filii nr̄i Asterii hypodiaconi necessarii mei beatitudinis tuę literę supuenerūt: quib9 satisfacis: te cōtra paruitatē meā librū Romā non misisse. Hoc nec ego factū audieram: sed epistolæ cuiusdā quasi ad me scriptæ: per fratrem nostrum Sysinniū diaconū huc exemplaria peruenerunt. In quibus hortaris me vt παλιρρωδιαν sup quodā apostoli capitulo canā: & imiter Stesichorꝫ īter vituperatiōes & laudes Helenæ fluctuātem: vt q detrahēdo ocl'os ꝑdiderat: laudādo receperit. Ego simpliciter fateor dignationi tuę: licet stilus & επιχειρηματα tua mihi viderent: tm̄ nō temere exēplaribus litterarū credendū putaui: ne forte me respondente læsus: iuste expostulares: ꝙ probare ante debuissem tuum esse sermonem: & sic rescribere. Accessit ad moram sanctæ & venerabilis Paulæ longa infirmitas. Dum enim languenti multo tempore assedimus: pene epistolæ tuæ: vel eius qui sub tuo nomine scripserat: obliti sumus: memores illius versiculi: Musica in lu-

ctu importuna narratio.Itaq̃ si tua est epistola:aperte scribe:vel mitte exẽplaria veriora: vt absq̃ vllo rancore stomachi:in scripturarum disputatione versemur:& vel nostrum emende mus errorem:vel alium frustra reprehendisse doceam⁹.Absit autem a me:vt quicq̃ de libris
70.dist. vti beatitudinis tuæ attingere audeam:Sufficit enim mihi probare mea:& aliena nõ carpere.Cę
nã. terum optime nouit prudentia tua: vnumquenq̃ in suo sensu abundare:& puerilis esse ia-ctantiæ(quod olim adolescentuli facere consueuerant)accusando illustres viros:suo nomini famam quærere.Nec tam stultus sum:vt diuersitate explanationum tuarum me lędi putem:qa nec tu lęderis si nos contraria senserimus.Sed illa est vera inter amicos reprehensio:si nostrã
Persius. peram non videntes:aliorum iuxta Persiũ manticam consyderemus.Supest vt diligas diligen-tem:& in scripturarum campo iuuenis:senem non prouoces.Nos nostra habuimus tempora:& cucurrimus quantũ potuimus.Nunc te currente:& longa spatia transmeãte:nobis debetur
Vir.5.ęnei. ocium:simulq̃(vt cum venia & honore tuo dixerim)ne solus mihi de poetis aliquid propo-suisse videaris:memento Daretis & Entelli:& vulgaris puerbii:q̃ bos lassus fortius figat pe-dem. Tristes hæc dictauim⁹. Vtinam mereremur complexus tuos:& collatiõe mutua vel doceremus aliqua vel discerem⁹.Misit mihi temeritate solita:maledicta sua Calphurnius co gnomẽto lanarius:quæ ad Africam quoq̃ studio ei⁹ didici peruenisse.Ad quæ breuiter ex p te respondi:& libelli eius vobis misi exemplaria:latius op⁹ cum opportunũ fuerit primo mis surus tempore.In quo illud cauebam:ne in quoq̃ existimatiõe læderem Christianam:sed tã-tum vt delirantis imperiti mendacium ac vecordiam confutarem.Memento mei sancte ac venerabilis papa.Vide quantum te diligam:vt ne prouocatus quidem voluerim respondere nec credam tuum esse quod in altero forte reprehenderem. Frater Cõmunis suppliciter te sa lutat.

Sancti Hieronymi ad beatum Augustinum:admirantis q̃ per crebras epistolas se compel lat ad respondendum cuidam epistolæ:cum illa eadem & Romæ & in Italia a plærisq̃ habe-ri dicatur:causasq̃ cur respondere noluerit exponentis: atq̃ vt iuuenibus congrediatur & se nem ac veteranum nõ vocet ad certamen cõmonentis.

Epistola.XIIII.


Omino vere sancto & beatissimo papæ Augustino:Hieronymus in domino salutem.Crebras ad me epistolas dirigis:& sæpe cõpellis vt respõdeam cui dam epistolæ tuæ:cuius ad me vt ante iam scripsi:per fratrem Sysinniũ dia conum exemplaria puenerunt:absq̃ subscriptione tua:& quę primum p fra trem Profuturum:secundo per quendam alium te misisse significas:& inte-rim Profuturum retractum de itinere:& episcopum constitutũ:veloci mor te subtractum:illum cuius nomen reticesmaris timuisse discrimina & naui gationis mutasse cõsilium.Q uæ cũ ita sint:satis mirari nequeo:quomodo ipsa epistola & Ro mę & in Italia haberi a plerisq̃ dicatur:& ad me solum nõ puenerit:cui soli missa est:præser tim cum idem frater Sysinnius inter cæteros tractat⁹ tuos dixerit eã se non in Africa:nõ apd̃ te sed in insula Adriæ ante hoc ferme quinquennium repperisse.De amicitia omnis tollenda suspitio est:& sic cum amico quasi cum altero se est loquendum.Nonnulli familiares mei & vasa Christi:quorum Hierosolymis & in sanctis locis pmagna copia est:suggerebant non sim plici a te animo factum:sed laudem atq̃ rumusculos & gloriolã populi requirẽtem: vt de no bis cresceres:vt multi cognoscerent:te prouocare:me timere:te scribere:vt doctum:me tacere vt imperitum:& tandem repperisse qui garrulitati meæ modum imponeret.Ego autẽ vt sim pliciter fatear:dignationi tuæ primum idcirco respondere nolui:quia tuam liquido episto-lam non credebam:nec(vt vulgi de quibusdam puerbium est) litum melle gladium . Dein-de illud cauebam:ne episcopo cõmunionis meæ:viderer pcaciter respondere:& aliqua in rep hendentis epistola rephendere:præsertim cum quædam in illa heretica iudicarem.Ad extre mum ne tu iure expostulares & diceres.Quid enim!Epistolam meã videras:& notæ tibi ma-nus in subscriptione signa dephenderas:vt tam facile amicum lęderes:& alterius malitiam i meam verteres contumeliam! Igit vt ante iam scripsi:aut mitte eandem epistolã tua sub-
scriptã manu:aut senem latitantem in cellula lacessere desine.Sinautem tuam vis vel exerce re vel ostendere doctrinam:quære iuuenes & disertos & nobiles:quorum Romæ dicunt esse q̃ plurimi:qui possint & audeant tecum congredi:& in disputatione sanctarum scripturarum iugũ cum episcopo ducere.Ego quondam miles:nunc veteranus:& tuas & aliorum debeo lauda-

re victorias:non ipse rursus effoeto corpore dimicare:ne si me frequenter ad rescribendū impuleris:illius recorder historiæ:q Annibalem iuueniliter exultantem.Q. Maximus patientia sua fregerit.Omnia fert ætas:animum quoq:sæpe ego longos Cantando puerum memini me condere soles.Nūc oblita mihi tot carmina:vox quoq moerim Iam fugit ipsa.Et vt magis de scripturis sanctis loquar: Berzellai ille galaadites:regis Dauid beneficia:omnesq delitias iuueni delegans filio:ostendit senectutem hæc appetere non debere : nec oblata suscipere. Titus Liui⁹ Vir.in buc. 2.Reg.19.

Quod autem iuras te aduersum me librum non scripsisse:neq Romā misisse quem non scripseris:sed si forte aliqua in tuis scriptis reperiantur: quæ a meo sensu discrepent ; non me a te læsum:sed a te scriptum qđ tibi rectum videbatur:Quæso:vt me patienter audias. Non scripsisti librum:& quo modo mihi reprehensionis a te meæ:per alios scripta delata sunt? Cur habet italia:qđ tu nō scripsisti?Qua ratione poscis vt rescribam ad ea quæ scripsisse te denegas? Nec tam hebes sum:vt si diuersa senseris:me a te læsum putē.Sed si mea cōminus dicta reprehendas:& rationem scriptorum expetas:& quæ scripserim emendare compellas:& ad παλινῳδίαν prouoces:& oculos mihi reddas:in hoc læditur amicitia:in hoc necessitudinis iura violantur : ne videamur certare pueriliter:& fautoribus inuicem vel detractoribus nostris tribuere materiam contendendi.Hæc scribo:quia te pure & christiane diligere cupio:nec quicquam in mea mente retinere:qđ distet a labiis.Non enim conuenit:vt ab adolescētia: vsq ad hāc ætatem:in monasteriolo cum sanctis fratribus labore desudans:aliquid contra episcopum cōmunionis meæ scribere audeam:& eum episcopum:quē ante coepi amare q nosse: qui me primus ad amicitias prouocauit:quem post me orientem in scripturarū eruditione lætatus sum. Igitur aut tuum negato librum:si forte non tuus est:& desine flagitare rescriptum ad ea quæ non scripsisti:aut si tuus est:ingenue cōfitere:vt si in defensione mei aliqua scripsero:in te culpa sit qui prouocasti:non in me qui respondere compulsus sum. Addis præterea te paratum esse:vt si quid me in tuis scriptis mouerit:aut corrigere voluero:fraterne accipias: & non solum mea in te beniuolentia gauisurum:sed vt hoc ipsum faciam deprecaris.Rursum dico qđ sentio.Prouocas senem:tacentem stimulas:videris iactare doctrinam. Non est autem ætatis meæ:putari maliuolum erga eum:cui magis fauorem debeo.Et si in euangeliis ac prophetis peruersi homines inueniunt qđ nitantur reprehendere:miraris si in tuis libris & maxime in scripturarum expositione:quæ vel obscurissimæ sunt:quædam a recta linea discrepare videātur?Et hoc dico:non q in operibus tuis quædam reprehendēda iam censeam.Neq enī lectioni eorum vnq operam dedi:nec horum exemplariorum apud nos copia est:præter soliloquiorum tuorum libros:& quosdam commentarios in psalmos:quos si vellem discutere: non dicam a me (qui nihil sum) sed a veterum græcorum docerem interpretationibus discrepare. Vale mihi amice charissime:ætate fili:dignitate parens:& hoc a me rogatus obserua:vt quicquid mihi scripseris:ad me primum facias peruenire.

Sancti Augustini ad beatum Hieronymum:de commemoratis in superiori epistola accurate se purgantis:veniamq si læserit deprecātis.In qua etiam deplorat inter Hieronymum & Rufinum quondam amicissimos tantam exortam esse discordiam:quos ad pristinam charitatem nititur reuocare. Epistola. XV.



I Omino venerando & desyderantissimo fratri & cōpresbytero Hieronymo: Augustinus in dño salutē.Quis existimem anteq istas sumeres: venisse in manus tuas literas meas:quas p dei seruū filium nostrum Cyprianū diaconū misi:quibus certissime agnosceres meam esse epistolā. Cuius exēplaria illuc peruenisse commemorasti:vnde iam me arbitror rescriptis tuis velut entellinis grandibus atq acribus cestibus/tanq audacem Daretem coepisse pulsari atq versari. Nunc tamē eis ipsis respondeo literis tuis: quas mihi p sanctū filiū nostrū Asteriū mittere dignatus es.In qb⁹multa in me cōperi tuę beniuolētissimę charitatis:& rursus quędā nōnulli⁹ a me tuę offensionis indicia. Itaq vbi mulcebar legēs:ibi continuo feriebar:hoc sane vel maxime admirans:q cum dicas te exēplaribus literarum mearum ideo temere non putasse credendum:ne forte te respondente læsus iuste expostularem: q probare ante debuisses meum esse sermonē: & sic rescribere:postea iubeas si mea est epistola apte me scribere:aut mittere exēplaria veriora:vt absq vllo rancore stomachi in scripturarū

diſputatione verſemur.Quo pacto enim poſſumus in hac diſputatione ſine rancore verſari:
ſi me lædere paras?Aut ſi non paras:quomodo ego te non lædente:abs te læſus iuſte expoſtu-
larē: ꝙ ꝓbare ante debuiſſes meū eſſe ſermonē:& ſic reſcribere: Hoc eſt & ſic lædere? Niſi eñ
reſcribendo læſiſſes:ego iuſte expoſtulare nō poſſem.Proinde cum ita reſcribis vt lædas:quis
locus nobis relinquit in diſputatione ſcripturarū:ſine vllo rancore verſandi?Ego quidē abſit
vt lædar:ſi mihi certa ratione volueris & potueris demonſtrare illud ex epiſtola apoſtoli vel
quid aliud ſcripturarū ſanctarū te verius intellexiſſe q̄ me.Immo vero abſit:vt non cum gra-
tiarum actione lucris meis deputem:ſi fuero te docente inſtructus:aut emendante correctus.
Verūtamen tu mihi frater chariſſime:niſi te putares lęſum ſcriptis meis:non me putares læ
di poſſe reſcriptis tuis.Nullo eñ modo id de te opinatus fuero: ꝙ non te arbitraris læſum:ſi
ſic tamen reſcribis vt lędas.Aut ſi te non reſcribente:ego ꝓpter nimiā ſtultitiam meam lædi
poſſe putatus ſum:hoc ipſo læſiſti plane:ꝙ de me ita ſenſiſti.Sed nullo modo tu me:quem nū
q̄ talem expertus es:temere talem crederes:qui literarum mearum exemplaribus etiam cum
ſtilum meum noſſes:temere credere noluiſti.Si eñ non immerito vidiſti me iuſta expoſtula-
turum fuiſſe:ſi temere crederes eſſe literas meas: quę non eſſent meæ:quanto iuſtius expoſtu
larem me ipſum temere putatum talem:qualē me expertus non eſſet qui putauiſſet?Nequaq̄
ergo ita prolabereris:vt te non reſcribente quo lęderer:me tamen exiſtimares nimis inſipien-
tem/etiam tali tuo reſcripto lædi potuiſſe.Reſtat igitur vt lędere me reſcribendo diſponeres
ſi certo documento meas eſſe illas literas noſceres.Atq; ita quia non credo ꝙ iniuſte me lędē-
dum putares:ſupereſt vt agnoſcam peccatum meum:ꝙ prior te illis literis læſerim:quas me-
as eſſe negare non poſſum.Cur itaq; conor contra fluminis tractum:ac non potius veniā pe-
to?Obſecro te ergo per manſuetudinem Chriſti : vt ſi læſi te:dimittas mihi: nec me viciſſim
lædendo:malum ꝓ malo reddas.Lædes autem me ſi mihi tacueris errorem meum:quem for- K
te inueneris in factis vel dictis meis.Nam ſi ea in me reprehēderis quæ rep̄hendenda nō ſunt
te lædis magis q̄ me:qđ abſit a moribus:& ſancto propoſito tuo:vt hoc facias voluntate lędē
di:culpans in me aliquid dente maledico:quod mente veridica eſſe ſcis non culpandum.Ac ꝓ
hoc:aut beniuolo corde arguas:etiam ſi caret delicto: qđ arguendum putas : aut paterno af-
fectu mulceas:quem abiicere nequeas.Poteſt enim fieri vt tibi aliud videatur q̄ veritas habet
dum tamē abs te aliud non fiat q̄ charitas habet. Et ego amiciſſimam reprehenſionem gratiſ
ſime accipiam:etiam ſi reprehendi non meruit qđ recte defendi poteſt: Aut agnoſcam ſimul
& beniuolentiā tuam:& culpam meam:& quātum dominus donat in alio gratus:in alio emē
datus inueniar.Quid ergo?Fortaſſe dura ſed certe ſalubria verba tua/tanq̄ ceſtus Entelli per
timeſcam.Cædebatur ille:non curabatur:& ideo vincebatur:nō ſanabatur. Ego autem ſi me
dicinalem correptionem tuam trāquillius accepero : non dolebo.Si vero infirmitas velut hu
mana mea(etiam cum veraciter arguor)non poteſt niſi aliquantulum contriſtari:melius tu
mor capitis dolet dum curatur:q̄ dum ei parcitur & non ſanatur.Hoc eſt enim qđ acute vi-
dit:qui dixit: Vtiliores eſſe plærunq; inimicos iurgantes:q̄ amicos obiurgare metuentes. Illi
enim dum rixantur dicunt aliquando vera quæ corrigamus:iſti autem minorem q̄ oportet
exhibent iuſtitiæ libertatem:dum amicitiæ timent exaſperare dulcedinem. Quapropter &
ſi bos vt tibi videris:laſſus ſenectute forte corporis:non vigore animi : tamē in area domini-
ca fructuoſo labore deſudans:ecce ſum:ſi quid perperam dixi:fortius fige pedem.Non mihi eſ
ſe debet moleſtum pondus ætatis tuæ:dummodo conteratur palea culpæ meæ.Proinde illud L
qđ in extremo epiſtolæ tuæ poſuiſti:cum magni deſyderii ſuſpirio vel lego vel recolo. Vtinā
inquis mereremur complexus tuos:& collatione mutua:vel doceremus aliqua : vel diſcere-
mus.Ego autem dico:vtinam ſaltem propinquis terrarū locis habitaremus:vt ſi non poſſent
miſceri nr̄a colloquia:literę poſſent eē crebriores. Nunc vero tanto locorū interuallo abſum⁹
a ſenſibus noſtris:vt de illis verbis apoſtoli ad Galatas:iuuenem me ad tuam ſanctitatem ſcri
pſiſſe meminerim:& ecce iam ſenex/necdum reſcripta meruerim:faciliuſq; ad te exemplaria
epiſtolæ meæ peruenerint:neſcio qua occaſione proueniente:q̄ ipſa epiſtola me curante. Ho-
mo enim qui eam tunc acceperat:nec ad te pertulerit:nec ad me retulerit. Tantę autem mihi
in literis tuis:quæ in manus noſtras venire potuerunt:apparent res: vt nihil ſtudiorum meo
rum mallem ſi poſſem:q̄ inhærere lateri tuo. Qđ ego quia non poſſum: aliquem noſtrorū in
domino filiorum:erudiendum nobis ad te mittere cogito:ſi etiam de hac re tua reſcripta me
ruero.Nam neq; in me tantum ſcientiæ ſcripturarum diuinarum eſt:aut eſſe iā poterit: quā

tum inesse tibi video. Et si quid in hac re habeo facultatis: vtcunq; impendo populo dei. Vacare autem studiosis diligentius q̃ quæ populi audiunt instruendis: propter ecclesiasticas occupationes omnino non possum. Nescio quæ scripta maledica: super tuo nomine ad Africam peruenisse audiuimus. Accepimus tamen qd dignat⁹ es mittere: illis respõdens maledictis. Quo perlecto: fateor multum dolui: inter tam charas familiaresq; personas: cunctis pene ecclesiis notissimo amicitiæ vinculo copulatas: tantum malum extitisse discordiæ. Et tu quidem quantum tibi modereris: quantumq; teneas aculeos indignationis tuę: ne reddas maledictum pro maledicto: satis in tuis literis eminet. Verũtamen eas ipsas cum legissem: contabui dolore & obrigui timore: Quid de me illa facerent: quæ in te ille scripsit: si in manus meas forte venissent? Vę mundo ab scandalis. Ecce fit: ecce prorsus impletur quod veritas ait: Quoniam abũdabit iniquitas: refrigescet charitas multorum. Quæ sibi enim iam fida pectora tuto refundãtur? In cuius sensu tota se proiiciat secura dilectio? Quis deniq; amicus non formidetur: quasi futurus inimicus: si potuit inter Hieronymum & Ruffinum hoc qd plangimus exoriri? O misera & miseranda conditio. O infida in voluntatibus amicorum scientia præsentium: vbi nulla est præscientia futurorum. Sed quid hoc alteri de altero gemendum putem: quãdo nec ipse quidem sibi homo est notus imposterum? Nouit enim vtcunq; vix forte nunc qualis sit: qualis autem postea futurus sit ignorat. Hæc porro non tantum scientia qualis quisq; sit: verum etiã præscientia qualis futurus sit: si est in sanctis & beatis angelis: quomodo fuerit diabolus beatus aliquando cum adhuc angelus bonus esset: sciens futuram iniquitatem suam & sempiternum supplicium: omnino non video. De qua re si tamen eam nosse opus est: vellem audire quid sentias. Vide quid faciant terræ ac maria: quæ nos corporaliter dirimunt. Si hęc epistola mea quam legis ego essem: iam mihi diceres quod quæsiui: Nunc vero quando rescribes? Quando mittes? Quando perueniet? Quando accipiam? Et tamen vtinam quandoq; fiat: quod tam cito fieri non posse q̃ volumus: quanta possumus tolerantia sustinemus. Vnde recurro ad illa verba epistolæ tuæ dulcissima: sanctiq; desyderii tui plenissima: & ea facio vicissim mea. Vtinam mereremur complexus tuos: & collatione mutua vel doceremus aliqua vel disceremus. Si tamen esse vllo modo posset: q; ego te docerem. In his autem verbis non iã tuis tantum: sed etiam meis vbi delector & reficior: & ipso q̃uis pendente & nõ attingente vtriusq; nostrum desyderio: non parua ex parte consolor. Vbi rursus acerrimis dolorum stimulis fodior: dum cogito inter " s: quibus deus hoc ipsum qd vterq; nostrum optauit: largum prolixumq; concesserat: vt coniunctissimi & familiarissimi mella scripturarum sanctarum pariter lamberetis: tantæ amaritudinis irrepsisse perniciem: quando non: vbi non: cui non homini formidandam: cum eo tempore quo abiectis iam sarcinis sæcularibus: iam expediti dominum sequebamini: & in ea terra viuebatis simul: in qua dominus humanis pedibus ambulans Pacem meam inquit do vobis: pacem meam relinquo vobis: viris ætate maturis: & in eloquio domini habitantibus vobis accidere potuit? Vere tentatio est vita humana super terram. Heu mihi qui vos alicubi simul inuenire non possum. Forte vt moueor: vt doleo: vt timeo: prociderem ad pedes vestros: flerem quantum valerem: rogarem quantum amarem: nunc vnũquẽq; vestrum pro seipso: nunc vtrunq; pro alterutro: & p aliis: & maxime infirmis: pro quibus Christus mortuus est: qui vos tanq̃ in theatro vitæ huius cum magno sui periculo spectant: ne de vobis ea conscribendo spargatis: quæ quãdoq; concordantes delere non poteritis: qui nunc concordare nolitis: aut quæ concordes legere timeatis: ne iterum legeretis.

Verum dico charitati tuæ: nihil me magis q̃ hoc exẽplum tremuisse: cum quædam ad me in epistola tua legerẽ tuæ indignationis indicia: non tam illa de Entello & boue lasso: vbi mihi potius hilariter iocari: q̃ iracunde minari visus es: q̃ illud qd serio te scripsisse satis apparet: Vnde supra elocutus sum: plus fortasse q̃ debui: sed non plus q̃ timui: vbi aisti: ne forte læsus iuste expostulares. Rogo te si fieri potest: vt inter nos quæramus & disseramus aliquid: quo sine amaritudine discordiæ corda nostra pascantur: fiat. Si autẽ non possum dicere quid mihi emendandum videatur in scriptis tuis: nec tu in meis: nisi cum suspitione inuidiæ aut lęsione amicitię: quiescamus ab his: & nostræ vitæ salutiq; parcamus. Minus certe assequatur illa quæ inflat: dum non offendatur illa quæ ædificat. Ego me lõge esse sentio ab illa perfectione: de qua scriptum est: Si quis in verbo non offendit: hic perfectus est vir. Sed plane in dei misericordia puto me posse facile abs te petere veniã: si quid offendi: qd mihi apire debes: vt cũ te audiero lucreris fratrẽ tuũ. Neq; n. quia hoc pper longinquitatẽ terrarũ nõ potes facere inter

Matth. 18.
Matth. 24.
Ioan. 14.
Iob. 7.
Iacobi. 3.

me & te: ppterea debes finere errare me. Prorsus qđ ad ipsas res quas nosse volumus attinet si qd veri me tenere vel scio vel credo vel puto: in quo tu aliter sentis: quantũ dat dñs sine tua iniuria conabor asserere. Qđ aũt ptinet ad offensionẽ tuã: cũ te indignatũ sensero: nihil aliud q̃ veniam depcabor. Nec omnino arbitror te succẽsere potuisse: nisi aut hoc dicerem quod nõ debui: aut non sic dicerem vt debui: qa nec miror minus nos scire inuicem q̃ scimur a coniunctissimis & familiarissimis nostris. In quorum ego charitatem/fateor/facile me totũ proiicio: præsertim fatigatum scandalis sæculi: & in ea sine vlla sollicitudine requiesco. Deum quippe illic esse sentio: in quem me securus piicio: & in quo securus requiesco. Nec in hac mea securitate crastinum illud humanæ fragilitatis incertũ: de quo superius gemui: omnino formido. Cũ enim hoiem Christiana charitate flagrantẽ: eaq; mihi fidelem amicum factũ esse sentio: qc qd ei cõsiliorum meorũ cogitationũq; cõmitto: nõ homini cõmitto: sed illi in quo manet: vt P
1. Joan. 4. talis sit. Deus eñ charitas est: & qui manet in charitate in deo manet: quã si deseruerit: tantũ faciat necesse est dolorem: quantũ manens fecerat gaudium. Verũtamẽ ex amico intimo fact⁹ inimicus: quærat sibi potius qđ fingat astutus: non inueniat quod pdat iratus. Hoc aũt vnusquisq; facile assequitur: non occultando qđ fecerit: sed non faciẽdo qđ occultare velit. Qđ misericordia dei bonis piisq; cõcedit: vt iter inimicos quoslibet futuros liberi securiq; versentur aliena peccata sibi cõmissa non prodant: quæ prodi timeant ipsi nulla cõmittant. Cum eñ falsum quid a maledico fingitur: aut omnino nõ credit: aut certa itegra salute sola fama vexat. Cum autem malum perpetratur: hostis est intimus: etiam si nullius intimi loquacitate aut lite vulgetur. Quapropter quis prudentium non videat: etiam tu q̃ tolerabiliter feras amicissimi quondam & familiarissimi incredibiles nũc inimicitias: consolante conscientia: & quẽadmodum vel qđ iactitat: vel quod a quibusdam forsitan creditur: in sinistris armis deputes: q̃bus non minus q̃ dextris contra diabolum dimicatur? Verũtamẽ illum maluerim aliquo modo mitiorem q̃ te isto modo armatiorem. Hoc magnum & triste miraculũ est: ex amicitiis talibus ad has inimicitias peruenisse; lætum erit & multo maius/ex inimicitiis talibus ad pristinam concordiam reuertisse.

Sancti Augustini ad Præsidium: vt suprapositam epistolam beato Hieronymo aduersum se commoto transmittat rogantis. Epistola. XVI.



Omino beatissimo & merito venerando fratri & consacerdoti Præsidio: Augustinus in dño salutẽ. Sicut pšens togaui synceritatẽ tuã: nunc quoq; commoneo: vt literas meas sancto fratri & cõpresbytero nso Hieronymo mittere nõ grauetis. Vt autẽ nouerit charitas tua: quẽadmodũ etiã tu illi p mea causa scribere debeas: misi exẽplaria literarũ & mearũ ad ipsum: & ad me ipsius. Quib⁹ lectis p tua sancta prudẽtia facile videas & modũ meũ quẽ seruãdũ putaui: & motũ ei⁹ quẽ nõ frustra timui. Aut si ego qđ nõ debui: vł quo modo nõ debui: aliqd scripsi: nõ ad illũ de me: sed ad meipsum potius fraterna dilectione mitte sermonem: quo correctus petam vt ignoscat: si meam culpam ipse cognouero. Q

Sancti Hieronymi ad beatũ Augustinũ: vt sui meminerit obsecrãtis: & vt baiulũ literarũ sanctũ Præsidiũ sibi germanissimum: singulariter commendantis. Epistola. XVII.



Omino vere sancto & beatissimo papę Augustino: Hieronym⁹ in Christo salutem. Anno præterito per fratrem nostrum Asterium hypodiaconũ dignationi tuæ epistolam miseram: promptũ reddẽs salutatiõis officiũ: quã tibi arbitror redditam. Nunc quoq; per sanctũ fratrẽ meum Præsidiũ diaconum: obsecro primum vt memineris mei. Deinde vt baiulũ literarũ habeas cõmẽdatũ & mihi scias germanissimum: & in quibuscũq; necessitas postulauerit foueas atq; sustẽtes: nõ quo aliqua re (Christo tribuente) indigeat: sed quo bonorũ amicitias auidissime expetat: & se in his cõiungẽdis maximũ putet beneficium consecutum. Cur autẽ ad occidentẽ nauigauerit: ipso poteris narrante cognoscere. Nos in monasterio constituti variis hincinde fluctibus quatimur: & peregrinationis molestias sustinemus. Sed credimus in eo qui dixit: Confidite: ego vici mundum: q; ipso tribuente & præsule: contra hostem diabolum victoriam consequamur. Sanctum & venerabilem fratrẽ nostrum papam Alipium: vt meo obsequio salutes obsecro. Sancti fratres qui nobiscũ in monasterio dño seruire festinant: oppido te salutãt. Incolumẽ te & memorem mei: Christus dñs noster tueatur omnipotens: domine vere sancte & suscipiende papa. R
Joan. 16.

Sancti Hieronymi ad beatum Augustinum: vt pudori suo ignoscat obsecrantis: & deinceps ad mutuam charitatem exhortantis. Epistola.XVIII.

S DOmino vere sancto & beatissimo papę Augustino: Hieronym⁹ in dño salutē. Cū a sancto fratre nostro Firmo sollicite q̃rerē qd ageres: sospitē te lætus audiui. Rursum cū tuas literas nō dico sperarē sed exigerē: nesciēte te/de Africa se pfectū esse dixit. Itaq̧ reddo tibi p eū salutationis officia: qui te vnico amore cōplectit: simulq̧ obsecro vt ignoscas pudori meo: q̧ diu præcipienti vt rescriberem negare non potui. Nec ego tibi: sed causę causa respondit. Et si culpa est respondisse: quęso vt patienter audias: multo maior est puocasse. Sed facessant istiusmodi querimoniæ. Sit inter nos pura germanitas: & deinceps non quæstionum: sed charitatis ad nos scripta mittamus. Sancti fratres q nobiscum dño seruiunt affatim te salutant. Sanctos qui tecum Christi leue trahūt iugum: pcipue sanctum & suscipiendū papā Alipiū: vt meo obsequio salutes precor. Incolumē te & memorē mei Christus deus noster tueatur omnipotēs. Dñe vere sancte & beatissime papa. Si legisti librū explanationū in Ionā: puto q̧ ridiculā cucurbitæ non recipias quęstionem. Si autē amicus qui me primus gladio petiit stilo repulsus est: sit humanitatis tuæ atq̧ iustitiæ accusantem reprehendere non respōdentem. In scripturarum campo/si placet/sine nostro inuicem dolore ludamus.

Sancti Augustini ad beatum Hieronymum: ad om̄ia sibi respondētis: sententiamq̧ suam tuentis: & ostendentis non dispensatoriam aut simulatam: sed veram & dignam fuisse a Paulo Petri reprehensionem. Epistola.XIX.

T DOmino dilectissimo: & in Christi visceribus honorādo: sancto fratri & cōpresbytero Hieronymo: Augustinus in domino salutem. Iam pridem tuę charitati prolixam epistolam misi: respondens illi tuæ: quā per sanctum filium tuum Asterium: nunc iam non solum fratrem: verūetiam collegam meum misisse te recolis. Quæ vtrū in manus tuas peruenire meruerit: adhuc nescio: nisi q̧ p fratrem syncerissimū Firmum scribis: Si ille q me primum gladio petiit: stilo repulsus est: vt sit hūanitatis meę atq̧ iustitiæ accusantē reprehēdere nō respondentē. Hoc solo tenuissimo iudicio/vtcūq̧ cōiicio legisse te illā epistolā meā. In ea quippe deploraui tantam inter vos extitisse discordiam: de quorū tāta amicitia quaquauersum eam fama diffuderat: charitas fraterna gaudebat. Qđ non feci reprehendendo in aliquo germanitatē tuā: cuius in ea te aliquā culpā me cognouisse nō ausus sum dicere: sed dolendo humanam miseriā: cui⁹ in amicitiis mutua charitate retinēdis: quātalibet illa sit icerta pmāsio est. Verū illud maluerā tuis nosse rescriptis: vtrū mihi veniā quā poposcerā dederis. Qđ apertius mihi intimari cupio: q̃uis hilarior quidā vultus literarum tuarū etiā hoc me impetrasse significare videatur: si tamē post lectam illam missę sunt: qđ in eis minime apparet. Petis vel potius fiducia charitatis iubes: vt in scripturarum campo/sine nostro inui-
V cem dolore ludamus. Et quidem quantum ad me attinet: serio nos ista q̃ ludo agere mallem. Q; si hoc verbum tibi pter facilitatē ponere placuit: ego (fateor) maius aliquid expeto a benignitate virium tuarum prudentiaq̧ tam docta & ociosa/annosa/studiosa/ingeniosa diligētia: hæc tibi non tantum donante: verumetiam dictante spiritu sancto: vt in magnis & laboriosis quæstionibus: non tanq̃ ludentem in campo scripturarum: sed in montibus anhelātem adiuues. Si autem propter hilaritatem quā esse inter charissimos differentes decet: putasti dicendum esse: ludamus: siue illud apertum & planum sit vnde colloqmur: siue arduū atq̧ difficile: hoc ipsum edoce obsecro te: quonā modo assequi valeamus: vt cum forte aliquid nos mouet: qđ nobis etsi non cautius attendentibus: certe tardius intelligentibus nō pbatum est: & quid nobis videatur contra conamur asserere: si hoc aliquādo securiore libertate dicamus: nō incidamus in suspitionē puerilis iactātiæ: quasi nostro nomini famā/viros illustres accusando quæramus. Si autē aliquid asperum qđ refellēdi necessitate deprōptū fuerit: quo tolerabile fiat: leniore circūfundamus eloquio: ne litū melle gladiū stringere iudicemur. Nisi forte ille modus est quo vtrunq̧ hoc vitiū vel vitii suspitionē caueamus: si cum doctiore amico sic disputemus: vt quicquid dixerit: necesse sit approbare: nec quęrēdi saltē causa liceat aliquantulū reluctari. Tū vero sine vllo timore offensiōis tanq̃ in cāpo ludit: sed mirū si nobis nō illudit.
Ego.n. fateor charitati tuę: solis eis scripturaꝝ librꝪ q iā canonici appellāt/didici hūc timorē Distictio.9.
honorēq̧ deferre: vt nullū eoꝝ auctorē scribēdo aliqd errasse firmissime credā. Ac si i eis offē cap.ego sol.

dero literis:qđ videatur contrariũ veritati:nihil aliud q̃ vel mendosum esse codicem: vel in-
terpretem non assecurum esse qđ dictum est:vel me minime intellexisse non ambigam. Alios
aũt ita lego:vt quãtalibet sanctitate doctrinaq; præpolleãt:non ideo verum putem : quia ipsi
ita senserũt:sed quia mihi vel per illos auctores canonicos: vel probabili ratione : ꝙ a vero nõ
abhorreat:ꝑsuadere potuerũt.Nec te mi frater sentire aliquid aliter existimo. Prorsus inquã
non te arbitror sic legi tuos libros velle:tanq̃ ꝓphetarum vel apostolorum : de quorum scri-
ptis ꝙ omni errore careãt : dubitare nefarium est.Absit hoc a pia humilitate:& veraci de te-
metipso cogitatione:qua nisi esses ꝑditus:non vtiq; diceres. Vtinã mereremur cõplex⁹ tuos
& collatione mutua vel doceremus aliqua vel disceremus.Qđ si teipsum: consyderatione vi- X
tæ:ac morum tuorum:non simulate:nõ fallaciter dixisse credo:quãtomagis æquũ est me cre-
dere apostolũ Paulũ non aliud sensisse q̃ scripserit:vbi ait de Petro & Barnabba:Cũ viderẽ qa
Gal.2. non recte ingrediuntur ad veritatẽ euangelii:dixi Petro corã omnib⁹:Si tu cũ sis iudæus gen
tiliter & non iudaice viuis:quomodo gẽtes cogis iudaizare?De quo eñ certus sim ꝙ me scri
Gal.4. bẽdo vel loquẽdo nõ fallat:si fallebat apl's filios suos quos iterũ parturiebat donec in eis Chri
stus:id est veritas formaret?Quibus cum præmisisset dicens:Quæ aũt scribo vobis:ecce corã
Gal.1. deo quia nõ mẽtior:nõ tñ veraciter scribebat:sed nescio qua dispẽsatoria simulatione fallebat
vidisse se Petrum & Barnabbã nõ recte ad euãgelii veritatem ingrediẽtes:ac Petro in faciẽ re
stitisse:non ob aliud nisi ꝙ gentes cogeret iudaizare.At enim satius est credere apostolũ Pau-
lum aliquid non vere scripsisse:q̃ apostolum Petrum recte non aliquid egisse. Hoc si ita est:di
camus(qđ absit)satius esse credere mentiri euãgelium:q̃ negatum esse a Petro Christum: &
mentiri regnorum librum:q̃ tantum prophetam a domino deo tam excellẽter electum / & in
concupiscenda atq; abducenda vxore aliena commisisse adulterium:& in marito eius necan-
do tam horrendum homicidium:immo vero sanctam scripturam:in summo & cælesti aucto
ritatis culmine collocatam:de veritate eius certus ac securus legam:& in ea homines vel ap-
probatos:vel emendatos:vel damnatos veraciter discam:potius q̃ facta humana: dum in qui
busdam laudabilis excellentiæ personis aliquando credere timeo reprehendenda: ipsa diuina
eloquia mihi sint vbiq; suspecta.Manichæi plurima diuinarum scripturarum:quibus eorum
nefarius error clarissima sententiarũ ꝑspicuitate conuincitur:quia in alium sensum detorq̃re
non possunt:falsa esse contendunt:ita tamen vt eandem falsitatem non scribentibus aposto-
lis tribuant:sed nescio quibus codicum corruptoribus.Qđ tamen quia nec pluribus siue an-
tiquioribus exemplaribus:nec præcedentis linguæ auctoritate(vnde latini libri interpretati
sunt)probare aliquando potuerunt:notissima omnibus veritate superati confusiq; discedũt.
Ita ne non intelligit prudentia sancta tua quãta malitiæ illorum patescat occasio:si non ab ali
is apostolicas literas esse falsatas:sed ipsos apostolos falsa scripsisse dicamus?Non est inq̃s cre-
dibile:hoc in Petro Paulum quod ip̃e Paulus fecerat arguisse. Non nunc inquiro quid fecerit Y
sed quid scripserit quæro:hoc ad quæstionem quã suscepi maxime pertinet:vt veritas diuina
rum scripturarum:ad nostram fidem ædificandam memoriæ cõmendata:non a quibuslibet:
sed ab ipsis apostolis:ac per hoc in canonicum auctoritatis culmẽ recepta: ex omni parte ve-
rax atq; indubitanda persistat.Nam si hoc fecit Petrus qđ facere debuit:mentitus est Paulus
ꝙ eum viderit non recte ingredientem ad veritatem euãgelii.Quisquis enim hoc facit:quod
facere debet:recte vtiq; facit:Et ideo falsum de illo dicit:qui dicit eum non recte fecisse:quod
eum nouit facere debuisse.Si autem verum scripsit Paulus:verum est ꝙ Petrus non recte tũc
ingrediebatur ad veritatem euãgelii.Id vero faciebat qđ facere nõ debebat. Et si tale aliquid
Paulus ipse iam fecerat:correctum potius etiam ipsum credam coapostoli sui correctionẽ nõ
potuisse negligere:q̃ mendaciter aliqd in sua ep'la posuisse: Et ep'la qualibet:quãtomagis in il
la in qua prælocutus ait:Quæ autem scribo vobis:ecce coram deo:quia non mentior?Ego q-
Gal.1. dem illud Petrum sic egisse credo:vt gentes cogeret iudaizare.Hoc enim lego scripsisse Pau-
lum:quem mentitum esse non credo:& ideo non recte agebat hoc Petrus. Erat enim contra
euangelii veritatem:vt putarent qui credebant in Christum:sine illis veteribus sacramentis
saluos se esse non posse.Hoc enim contendebant Antiochiç:qui ex circuncisione crediderant.
Contra quos Paulus perseueranter acriterq; confligit.Ipsum vero Paulum non ad hoc id ges
sisse:ꝙ vel Timotheum circuncidit : vel Cenchris votum persoluit : vel Hierosolymis a Ia-
cobo admonitus cum eis qui vouerant / legitima illa celebranda suscepit:vt putari videretur
per ea sacramenta etiam Christianam salutem dari.Sed ne illa quæ prioribus vt congruebat

temporibus:in vmbris rerum futurarum deus fieri iusserat:tanq̃ idololatriã gẽtiliũ damnã
re crederetur.Hoc est enĩ qđ illi Iacobus ait:auditum de illo esse ꝙ discissionẽ doceat a Moy-
se.Qđ vtiq; nefas est:vt credentes in Christum discindãtur a prophetis Christi:tanq̃ ei⁹ do-
ctrinam detestantes atq; dãnantes:de quo ipse Christus dicit:Si crederetis Moysi: crederetis Ioan.5.
Z & mihi:de me enim ille scripsit.Attende enim obsecro ipsa verba Iacobi.Vides inquit frater Act.21.
quot milia sunt in iudæa qui crediderunt in Christum:& hi omes æmulatores sunt legis.Au
dierunt aũt de te quia discissionem doces a Moyse eorum q pet gentes sunt iudęorum:dicens
non debere circũcidere eos filios suos neq; secundum cõsuetudinem ingredi. Quid ergo est?
Vtiq; oportet conuenire multitudinem:audierunt enim te superuenisse:hoc ergo fac qđ tibi
dicimus:Sunt nobis viri quatuor votum habentes super se:his assumptis sanctifica te cum ip
sis:& impende in eos vt radant capita:& scient omnes:quia quæ de te audierũt falsa sunt:sed
sequeris & ipse custodiens legem. De gentibus autem qui crediderũt nos mandauimus:iudi
cantes nihil eiusmodi seruare illos:nisi vt se obseruent ab idolis immolato: & a sanguine:& a
fornicatione.Nõ vt opinor obscurum est:& Iacobum hoc ideo monuisse: vt scirent falsa esse
quæ de illo audierant hi qui cum Christum ex iudęis credidissent:tamen æmulatores erant
legis:ne per doctrinam Christi velut sacrilega:nec deo mandante conscripta damnari puta-
rentur:quę per Moysen patribus fuerant ministrata.Hoc enim de Paulo iactauerant: non illi
qui intelligebant quo animo a iudæis fidelibus obseruari tunc ista deberent:propter commẽ-
dandam scilicet auctoritatem diuinam:& sacramentorum illorum propheticam sanctitatẽ:
non propter adipiscendam salutem quæ iam in Christo reuelabatur:& per baptismi sacramẽ
tum ministrabatur.Sed illi hoc de Paulo sparserant:qui sic ea volebãt obseruari:tanq̃ sine his
in euangelio salus credentibus esse non posset.Ipsum enim senserant vehementissimum gra-
tiæ prædicatorem:& intentioni eorum maxime aduersum:docẽtem non per illam hominem
iustificari:sed per gratiam Iesu Christi:cuius prænuntiandæ causa:illæ vmbræ in lege man-
datæ sunt.Et ideo illi inuidiam & persecutionem molientes concitare: tanq̃ inimicum legis
mandatorumq; diuinorum criminabantur:cuius falsæ criminationis inuidiam congruẽtius
deuitare non posset:q̃ vt ea ipse celebraret quæ damnare tanq̃ sacrilega putabat: atq; ita ostẽ
deret nec iudæos tunc ab eis tanq̃ a nefariis prohibendos:nec gentiles ad ea tanq̃ ad necessa-
ria compellendos.Nam si reuera sic ea reprobaret:quemadmodum de illo auditũ erat:& ideo
celebranda susciperet:vt actione simulata suam posset occultare sententiam:non ei diceret Ia-
cobus:Et scient omnes:sed diceret:& putabunt oẽs:quoniam quę de te audierunt falsa sunt:
præsertim quia in ipsis Hierosolymis apostoli iam decreuerant: ne quisq̃ gentes cogeret iu-
daizare:non autem decreuerant ne quisq̃ tunc iudæos iudaizare ꝓhiberet: quis etiam ipsos
& iam doctrina Christiana non cogeret.Proinde si post hoc apostolorum decretum: Petrus ha-
buit illam in Antiochia simulationẽ:qua gẽtes cogeret iudaizare:quo iam nec ipse cogebat:q̃
uis ꝑpter cõmẽdanda eloqa dei/quę iudęis sunt credita/non ꝓhibebat:Quid mirũ si constri-
gebat eum Paulus libere asserere:qđ cũ cæteris apostolis se Hierosolymis decreuisse memine
rat?Si aũt hoc(qđ magis arbitror)ante illud Hierosolymitanum concilium Petrus fecit:nec
sic mirum est: ꝙ eum volebat Paulus non timide obtegere:sed fidenter asserere: qđ eum pa-
riter sentire iã nouerat:siue qđ cũ eo contulerat euangeliũ:siue qđ in Cornelii cẽturionis vo
catione etiã diuinitus eũ de hac re admonitũ acceperat:siue ꝙ anteq̃ illi quos timuerat ve-
nissent Antiochiã:cum gentibus eum conuesci viderat. Neq; enĩ negamus in hac sententia
fuisse iam Petrũ:in qua & Paulus fuit.Nõ itaq; tũc eũ qđ i ea re verũ esset docebat:sed eius si 33.q.5.Si nia3.
mulationẽ:qua gẽtes iudaizare cogebant:arguebat:nõ ob aliud:nisi qa sic illa oĩa simulatoria
gerebant:tanq̃ verũ esset qđ illi dicebant:q sine circũcisione ꝑputii:atq; aliis obseruationibus
vmbræ futurorum:putabant credentes saluos esse non posse.Ergo & Timotheum circunci-
dit propterea:ne iudæis & maxime cognationi eius maternæ:sic viderentur qui ex gentibus Gal.2.
in Christum crediderant:detestari circuncisionem:sicut idololatria detestanda est:cũ illã de-
us fieri pręceperit:hanc sathanas persuaserit.Et Titum ꝑpterea non circũcidit: ne occasionẽ
daret eis qui sine vlla circũcisione dicebant credentes saluos esse non posse:& ad deceptionem
gentium hoc etiam Paulum sentire iactaret.Qđ ipse satis significat:vbi ait.Sed neq; Titus q
mecũ erat:cũ eẽt græc⁹:cõpulsus est circũcidi: ꝑpter subintroductos aũt falsos q fratres sub-
introierant perscrutari libertatẽ nostram:vt nos in seruitutẽ redigerent:quibus nec ad horã
cessim⁹ subiectioni:vt veritas euãgelii ꝑmaneat apđ vos.Hic appet qđ eos captare itellexerit

vt nõ faceret q̃d in Timotheo fecerat:& q̃d ea libertate facere poterat:qua ostẽderat illa sacra
menta nec tanq̃ necessaria debere appeti:nec tanq̃ sacrilega debere dãnari. Sed cauẽdum est 9
videlicet in hac disputatione:ne sicut philosolophi quædam facta hominum media dicamus
inter recte factum & peccatum:quæ neq̧ in recte factis:neq̧ in peccatis numerentur: & vrge
amur eo:q̧ obseruare legis cerimonias non potest esse indifferens:sed aut bonum aut malum
Vt si bonum dixerimus:eas nos quoq̧ obseruare cogamur.Si autem malum:non vere:sed si-
mulate ab apostolis obseruatas esse credamus.Ego vero apostolis non tam exemplum philo-
sophorum timeo:quando & illi in sua disputatione veri aliquid dicunt:q̃ forensium aduoca-
torum:quando in alienarum causarum actione mentiuntur.Quorum similitudo:si in ipsa ex
positione epistolę ad Galatas ad confirmandã simulationem Petri & Pauli putata est decẽter
induci:quid ergo apud te timeam nomen philosophorum:qui non propterea vani sunt:quia
oĩa falsa dicũt:sed quia & falsis plęrisq̧ confidũt:& vbi vera inueniunt dicere a Christi gra
tia:qui est ipsa veritas:alieni sunt.Cur aũt nõ dicã p̃cepta illa veterũ sacramentorũ:nec bona
esse:q̃a nõ eis hoĩes iustificant:Vmbræ eñ sunt prænũtiantes gratiã qua iustificamur:nec ta
men mala:quia diuinitus p̃cepta sunt:tẽporib⁹ psonisq̧ congruentia:cum me adiuuet etiã p
phetica sententia:qua dicit deus se illi populo dedisse præcepta nõ bona?Forte eñ propterea
non dixit mala:sed tantum non bona:id est non talia vt illis homines boni fiãt:aut sine illis bo
ni non fiant.Vellem me doceret benigna synceritas tua:vtrum simulate quisq̃ sanctus orien A
Dis.12.Illa. talis:cum Romã venerit ieiunet sabbato:excepto illo die paschalis vigiliæ?Q̃d si malum esse
dixerimus:non solũ Romanã ecclesiã:sed etiã multa ei vicina:& aliquanto remotiora damna
bimus:vbi mos idem tenetur & manet.Si aũt nõ ieiunare sabbato malũ putauerimus:tot ec-
clesias oriẽtis & multo maiorem orbis Christiani partem:qua temeritate criminabimur?Pla-
cet ne tibi vt medium quiddã eẽ dicam⁹:q̃d tñ acceptabile sit ei:q hoc nõ simulate:sed cõgruẽ
ti societate atq̧ obseruãtia fecerit?Et tñ nihil inde legimus in canonicis libris p̃ceptũ eẽ Chri
stianis:quãtomagis illud malũ dicere nõ audeo:q̧ deũ p̃cepisse ipsa Christiana fide negare nõ
possum:qua didici:non eo me iustificari:sed gratia dei p Iesum Christũ dñm nřm?Dico ergo
circũcisionẽ præputii:& cętera huiusmodi:priori populo p testamentũ q̃d vetus dicit:diuini
tus data:ad significationẽ futurorũ:quę p Christũ oportebat impleri:quibus aduenientibus:
remansisse illa Christianis legenda tantũ ad intelligẽtiã pręmissę prophetię:nõ aũt necessario
facienda: quasi adhuc expectandum esset vt veniret fidei reuelatio:quæ his significabatur eẽ
ventura.Sed q̃uis gentibus imponẽda nõ essent:nõ tñ sic debuisse auferri a consuetudine iu-
dæorum:tanq̃ detestanda atq̧ dãnanda. Sensim proinde atq̧ paulatim feruente sane prædi
catione gratiæ Christi:qua sola nossent credentes se iustificari saluosq̧ fieri: non illis vmbris
rerum antea futurarum:tunc iam venientium atq̧ præsentium:vt in illorum iudęorũ vocati
one:quos p̃sentia carnis dñi:& ap̃lica tẽpora sic inuenerãt:oĩs illa actio consumeret vmbrarũ
hoc eis suffecisse ad cõmẽdationẽ:vt non tanq̃ detestanda:& similis idololatrię vitaret: vltra
vero nõ haberet pgressum:ne putaret necessaria tanq̃ vel ab illa salus esset:vel sine illa esse nõ
posset.Q̃d putauerunt hęretici:q dũ volũt & iudæi esse & Christiani/nec iudęi/nec Christia
ni esse potuerunt.Quorum sententiam mihi cauendam:q̃uis in ea nunq̃ fuerim: tamen beni
uolentissime admonere dignatus es.In cuius sententiæ non consensionem sed simulationẽ ti-
moris Petrus inciderat:vt de illo Paulus verissime scriberet:q̧ cum eum vidisset non recte in
gredientem ad veritatem euangelii:eiq̧ verissime diceret q̧ gentes iudaizare cogebat:quod
Paulus vtiq̧ non cogebat.Ob hoc illa vetera veraciter vbi opus esset obseruans: vt dãnanda
non esse monstraret:prædicans tamen instãter:non eis:sed reuelata gratia fidei:fideles saluos
fieri:ne ad ea quenq̃ velut necessaria suscipienda compelleret.Sic aũt credo apostolum Paulũ
veraciter cuncta illa gessisse:nec tamen nunc quenq̃ factum ex iudæo Christianum:vel cogo/
vel sino talia veraciter celebrare:sicut nec tu cui videtur Paulus ea simulasse:cogis istum vel
sinis talia simulare.An vis vt etiã ego dicã hanc esse summã quęstionis:immo sententiæ tuæ
vt post euãgeliũ Christi:bene faciant credentes iudæi:si sacrificia offerant quæ obtulit Pau-
lus:si filios circumcidant:si sabbatũ obseruẽt:vt Paulus in Timotheo:& oẽs obseruauere iudęi
dum hęc simulate ac fallaciter agant?Hoc si ita est:nõ iam in hęresim Hebionis:vel eorũ quos
vulgo nazaræos nũcupant:vel quãlibet aliam veterem:sed nescio in quam nouam dilabimur
quæ sit eo perniciosior:quo non errore sed proposito est ac voluntate fallaci. Q̃ si rñdeas:vt
te ab hac purges sententia:tunc ap̃los ista laudabiliter simulasse:ne scãdalizarent infirmi q ex B

iudæis multi crediderant:& ea respuenda nondũ intelligebant. Nunc vero confirmata p tot gentes doctrina gratię christianæ confirmata etiã per omnes Christi ecclesias lectiõe legis & prophetarũ:quomodo hæc intelligenda nõ obseruãda recitent:quisq̃s ea simulãdo agere voluerit:videatur insanire:cur mihi non liceet dicere apostolum Paulum:& alios tectę fidei christianos:tunc illa vetera sacramenta paululum obseruando veraciter commendare debuisse: ne putarentur illæ propheticæ significationis obseruationes a piissimis patribus custoditæ: tanq̃ sacrilegia diabolica a posteris detestatæ!Iam enim cum venisset fides: quæ prius illis obseruationibus prænuntiata:post mortem & resurrectionem domini reuelata est:amiserãt tãq̃ vitã officii sui. Veruntamen sicut defuncta corpora necessariorum officiis deducẽda erãt quodammodo ad sepulturam:nec simulate sed religiose:non autem deserenda continuo: vel inimicorum obtrectationibus tanq̃ canum morsibus proiicienda. Proinde nunc quisq̃s christianorum/quis sit ex iudæis/similiter ea celebrare voluerit:tanq̃ sopitos cineres eruans:nõ
C erit pius deductor vel baiulus corporis:sed impius sepulturæ violator. Fateor sane in eo: qđ epistola continet mea:q̃ ideo sacramenta iudæorum Paulus celebranda susceperat:cum iam christi esset apostolus:vt doceret non esse perniciosa his qui ea vellent:sicut a parentibus per legem acceperant:custodire:minus me posuisse:illo duntaxat tempore: quo primũ fidei gratia reuelata est. Tunc enim hoc non erat perniciosum:progressu vero temporis erat perniciosũ:nisi illę obseruationes ab omnib⁹ christianis desererent: ne si tunc fierent:non discerneretur quod deus populo suo per Moysen præcepit:ab eo quod in templis dæmoniorum spiritus immundus instituit. Proinde potius culpanda est negligentia mea:quia hoc non addidi: q̃ obiurgatio tua. Verũtamen longe anteq̃ literas tuas accepissem scribens contra Faustum manichæum:quomodo eundem locum q̃uis breuiter explicauerim:& hoc illic non prætermiserim:& legere poterit si non dedignet benignitas tua:& a charissimis nostris pquos nũc hęc scripta misi:quomodo volueris tibi fides fiat:illud me ante dictasse:mihiq̃ de animo meo crede:qđ coram deo loquens iure charitatis exposco:nunq̃ mihi visum fuisse:etiam nũc christianos ex iudæis factos sacramenta illa vetera quolibet affectu celebrare:& quouis animo debere ab eis vllo modo coli:cum illud de Paulo semper ita senserim:ex quo illius mihi literę innotuerunt:sicut nec tibi videtur hoc tempore:cuiq̃ esse simulanda ista:cum hoc fecisse apostolos credas. Proinde sicut tu econtrario loqueris:& licet reclamante (sicut scribis) mundo
D libera voce pronũtias cerimonias iudæorũ & pniciosas esse & mortiferas christianis: & qcũq̃ eas obseruauerit siue ex iudæis siue ex gentib⁹ eũ i barathrũ diaboli deuolutũ:Ita ego hãc vocẽ tuã oĩno cõfirmo:& addo. Quicũq̃ eas obseruauerit:siue ex iudęis/siue ex gẽtib⁹:nõ solũ veraciter:verũetiã simulate:eũ ĩbarathrũ diaboli deuolutũ. Quid quęris ampli⁹?Sed sicut tu simulationem apostolorum ab huius temporis ratione secernis:ita ego Pauli apostoli veracem tunc in his omnibus conuersationem:ab huius temporis q̃uis minime simulata cerimoniarum iudaicarũ obseruatione secerno:quoniã tunc fuit approbanda:nunc detestanda. Ita q̃uis legerimus:Lex & prophetæ vsq̃ ad Ioannem baptistam:& quia propterea quęrebant iudæi Lucæ.16.
Christum interficere:quia non solum soluebat sabbatũ: sed & patrem suum dicebat deũ:æqualem se faciens deo:& quia gratiam pro gratia accepimus:& quoniam lex per Moysen data est Ioã.5.
gratia autem & veritas per Iesum christum facta est:Et per Hieremiam promissum est:daturum deum testamentum nouũ domui Iuda:non scđm testamẽtum quod deposuit patribus Ioã.1. Hiere.31.
eorum:non tamen arbitror ipsum dñm fallaciter a parentibus circuncisum. Aut si hoc propter ætatem minime prohibebat:nec illud arbitror eum dixisse fallaciter leproso: quem certe non illa per Moysen præcepta obseruatio:sed ipse mundauerat: Vade & offer pro te sacrificium quod præcepit Moyses in testimonium illis. Nec fallaciter ascendit ad diẽ festum:vsq̃ adeo non causa ostentationis coram hominibus:vt non euidenter ascenderit sed latenter.

At enim dixit idem apostolus. Ecce ego Paulus dico vobis:quia si circũcidamini:christ⁹ Gal.5.
vobis nihil proderit. Decepit ergo Timotheum:& fecit ei nihil prodesse Christum? An quia hoc fallaciter factum est:ideo non obfuit? At ipse hoc non posuit nec ait: si circũcidamini veraciter:sicut nec fallaciter:sed sine vlla exceptione dixit. Si circuncidamini christus vobis nihil proderit. Sicut ergo tu vis hic locum dare sententiæ tuæ:vt velis subintelligi nisi fallaciter ita non impudenter flagito:vt etiam nos illic intelligere sinas eis dictum Si circuncidamini qui propterea volebant circuncidi: q̃ aliter se putabant in christo saluos esse non posse. Hoc ergo animo:hac voluntate:ista intentione:quisquis tunc circuncidebat:christus ei nihil om

Gal.2. nino proderat. Sicut alibi aperte dicit: Nam si per legem iustitia: ergo Christus gratis mor-
Gal.5. tuus est. Hoc ergo declarat & qd ipse commemorasti: Euacuati estis a Christo: qui in lege iu
stificamini: a gratia excidistis. Illos itaq; arguit qui se iustificari in lege credebant: non qui le
gitima illa in eius honore a quo mandata sunt obseruabant: intelligentes & qua praenuntian
Gal.5. dae veritatis ratione mandata sint: & quousq; debeant perdurare. Vnde est illud qd ait: Si spi
ritu ducimini: non adhuc estis sub lege. Vnde velut colligis apparere: qui sub lege est non dis
pensatur: vt nostros putas voluisse maiores: sed vere vt ego intelligo: eum spiritum sanctum
non habere. Magna mihi videtur quaestio: quid sit esse sub lege sic: quemadmodum apsto- E
lus culpat. Neq; enim hoc eum propter circuncisionem arbitror dicere: aut illa sacrificia quae
tunc facta a patribus: nunc a christianis non fiunt: & caetera huiusmodi: sed hoc ipsum etiam
Exo.20. quod lex iubet: Non concupisces: qd fatemur certe christianos debere obseruare: atq; euange
Ro.7. lica maxime illustratione praedicari. Legem dicit esse sanctam: & mandatum sanctum: & iu
stum: & bonum. Deinde subiungit. Quod ergo bonum est: mihi factum est mors? Absit: Sed
peccatum vt appareat peccatum: per bonum mihi operatum est mortem: vt fiat supra mo-
dum peccator: aut peccatum per mandatum. Quod autem hic dicit: peccatum per manda-
Ro.5. tum fieri supra modum: hoc alibi ait: Lex subintrauit vt abundaret delictum. Vbi autem
abundauit delictum: superabundauit & gratia. Et alibi: cum superius de dispensatione gra-
Gal.3. tiae loqueretur: ꝙ ipsa iustificet: velut interrogans ait. Quid ergo lex? Atq; huic interroga
tioni continuo respondit: Praeuaricationis gratia posita est: donec veniret semen cui promis-
sum est. Hos ergo damnabiliter dicit esse sub lege: quos reos facit lex non implentes legem:
dum non intelligendo gratiae beneficium ad facienda dei praecepta: quasi de suis viribus su
Ro.13. perba elatione praesumunt. Plenitudo enim legis charitas. Charitas vero dei diffusa est in cor
Ro.5. dibus nostris: nõ per nos ipsos: sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. Sed huic rei quã-
tum satis est explicandae: prolixior fortasse & sui proprii voluminis sermo debetur. Si ergo il
lud quod lex ait: Non concupisces: si humana infirmitas gratia dei adiuta non fuerit: sub se
reum tenet: & praeuaricatorem potius damnat: q̃ liberat peccatorem: quantomagis illa quae
significationis causa praecepta sunt: circuncisio & caetera: quae reuelatione gratiae latius in
notescente necesse fuerat aboleri: iustificare neminem poterant? Non tamen ideo fuerant tan
q̃ diabolica gentium sacrilegia fugienda: etiam cum ipsa gratia iam coeperat reuelari: q̃ vm-
bris talibus fuerat praenuntiata: sed permittenda paululum eis maxime qui ex illo populo
cui data sunt venerant. Postea vero tanq̃ cum honore sepulta sunt: a christianis omnibus ir- F
reparabiliter deferenda. Hoc autem qd dicis: non dispensatiue vt nostri voluere maiores:
quid sibi vult oro te? Aut enim hoc est quod ego appello officiosum mẽdacium: vt haec dispẽ
satio sit officium velut honeste mentiendi: aut quid aliud sit omnino non video: nisi forte ad
dito nomine dispensationis fiat vt mendacium non sit mendacium. Quod si absurdum est:
cur ergo non aperte dicis officiosum mendacium defendendum? nisi forte nomen te mouet:
Ambrosius quia non tam vsitatum est in ecclesiasticis libris vocabulum officii: quod Ambrosius noster
non timuit: qui suos quosdam libros vtilium praeceptionum plenos: de officiis voluit appel-
lare? An si officiose mentiatur quisq; / culpandus est: si dispensatiue / approbandus? Rogo te
mentiatur vbi legerit qui hoc putat: quia & in hoc magna quaestio est: sit ne aliquando mẽ-
Matth.5. tiri viri boni: immo viri christiani quamlibet dictum est: Sit in ore vestro est est: non non:
Psal.5. vt non sub iudicio decidatis. Et qui cum fide audiunt: Perdes omnes qui loquuntur men-
dacium: Sed vt dixi & alia magna quaestio est: eligat quod voluerit qui hoc existimat vbi
mentiatur: dum tamen a scribentibus auctoribus sanctarum scripturarum & maxime cano-
nicarum: inconcusse credatur & defendatur omnino abesse mendacium: ne dispensato-
1.Cor.5. res Christi: de quibus dictum est: Hic iam quaeritur inter dispensatores: vt fidelis quis
inueniatur: tanq̃ magnum aliquid sibi fideliter didicisse videantur: pro veritatis dispen-
satione mentiri: cum ipsa fides in latino sermone ab eo dicatur appellata: quia fit quod
dicitur. Vbi autem fit quod dicitur: mentiendi vtiq; non est locus. Fidelis igitur dispensa-
tor apostolus Paulus: proculdubio nobis exhibet in scribendo fidem: quia veritatis dispen-
sator erat: non falsitatis: Ac per hoc verum scripsit vidisse se Petrum non recte ingredien-
tem ad veritatem euangelii: eiq; in faciem restitisse: ꝙ gentes cogeret iudaizare. Ipse ve
ro Petrus: quod a Paulo fiebat vtiliter libertate charitatis: sancta ac benigna pietate hu-
militatis accepit: atq; ita rarius & sanctius exemplum posteris praebuit: quo non dedignaren

tur:ficubi forte recti tramitem reliquiffent:etiam a pofterioribus corrigi:q̃ Paulus:quo con-fidenter auderent etiam minores maioribus pro defendenda euangelica veritate falua frater na charitate refiftere. Nam cum fatius multo fit a tenendo itinere in nullo q̃ in aliquo decli-nare:multo eft tamen mirabilius & laudabilius libenter accipere corrigentem:q̃ audacter cor rigere deuiantem. Eft laus itaq; iuftæ libertatis in Paulo:& fanctæ humilitatis in Petro: quæ quantum mihi pro modulo meo videtur: magis fuerat aduerfus calũniantem Porphyriũ de fendẽda:q̃ vt ei daretur obtrectandi maior occafio:qua multo mordacius criminaretur chri ftianos fallaciter:vel fuas literas fcribere:vel dei fui facramenta tractare. Flagitas a me vt ali-quem faltem vnum oftendam:cuius in hac re fententiam fim fecutus:cum tu tam plures no

G minatim commemoraueris:qui te in eo quod aftruis præcefferunt: petens vt in eo fi te repre hẽdo errantem:patiar te errare cum talib⁹: quorum ego/fateor/neminem legi: fed cum fint ferme fex vel feptem: horum quatuor authoritatem tu quoq; infringis. Nam Laodicenũ cu-ius nomen taces:de ecclefia dicis nuper egreffum. Alexandrum autem veterẽ hæreticũ. Ori-genem vero ac Didymum:reprehenfos abs te lego in recentioribus opufculis tuis:& nõ me-diocriter:nec de mediocribus quæftionibus:quis Origenem mirabiliter ante laudaueris. Cũ his ergo errare puto quia nec te ipfe patieris:quis hoc perinde dicatur:ac fi in hac fentẽtia nõ errauerint. Nam quis eft qui fe velit cum quolibet errare? Tres igitur reftant: Eufebius Emi fenus:Theodorus Heracleotes:& quem paulo poft commemoras Ioannes:qui dudum in põ-tificali gradu Conftantinopolitanam rexit ecclefiam. Porro fi quæras vel recolas:qd hinc fen-ferit nofter Ambrofius:quid nofter itidẽ Cyprian⁹:inuenies fortaffe nec nobis defuiffe quos in eo quos afferimus fequeremur: q̃q̃ ficut pauloante dixi:tantummodo fcripturis canoni-cis hanc ingenuam debeam feruitutem:qua eas folas ita fequar:vt confcriptores earum nihil in eis omnino erraffe:nihil fallaciter pofuiffe non dubitem. Proinde cum quæro tertium:vt tres etiam ego tribus opponam:poffem quidem (vt arbitror) facile reperire fi multa legiffem Veruntamen ipfe mihi pro his omnibus:immo fupra hos omnes apoftolus Paulus occurrit. Ad ipfum confugio:ad ipfum omnes qui aliud fentiunt:literalibus fuis tractatib⁹ prouoco: ipfum interrogans interpello & requiro:in eo quod fcriptum eft ad Galatas: vidiffe fe Petrũ non recte ingredientem ad veritatem euangelii:eiq; in faciem propterea reftitiffe:q illa fimu-latione gentes iudaizare cogebat: Vtrum verum fcripferit:an forte nefcio qua difpenfatiua falfitate mentitus fit: Et audio eum paulo fuperius in eiufdem narrationis exordio:religiofa voce mihi clamãtem. Quæ autẽ fcribo vobis:ecce coram deo quia nõ mentior. Dent veniam quilibet aliud opinantes:ego magis credo tanto apoftolo in fuis & pro fuis literis iuranti:q̃ cuiq; doctiffimo de alienis literis difputãti. Nec dici timeo:fic Paulum defendere q nõ fimu larit errorem iudæorum:fed vere fuerit in errore. Quoniam neq; fimulabat errorẽ:qui liber-tate apoftolica:ficut illi tempori congruebat:vetera illa facramenta vbi opus erat agendo:cõ mendabat ea:non folum fathanę verfutia decipiendis hominibus:fed dei prouidentia prenũ tiandis rebus futuris prophetice conftituta. Nec vere fuerat in errore iudæorum:qui nõ fo-lum nouerat fed etiam inftanter & acriter prędicabat eos errare qui putabant gentibus im-ponenda:vel iuftificationi quorumcunq; fidelium neceffaria. Q; autem dixi eum factum iu Gal.2.

H dæis tanq̃ iudæum: & tanq̃ gentilem gentilibus:non mentientis aftu:fed compatientis af-fectu:quemadmodum dixerim parum mihi vifus es attendiffe: immo ego fortaffe non fatis hoc explanare potuerim. Neq; enim hoc ideo dixi:q mifericorditer illa fimulauerit:fed quia fic ea non fimulauit:quæ faciebat fimilia iudæis:quemadmodum nec illa quę faciebat fimilia gẽtibus:quæ tu quoq; commemorafti:atq; in eo me/qd non ingrate fateor/adiuuifti. Cum enim abs te quæfiffem i epiftola mea:quomodo putetur ideo factus iudæis tanq̃ iudæus quia fallaciter fufcepit facramẽta iudæorum:cum & gentibus tanq̃ gentilis factus fit: nec tamen fufcepit fallaciter facrificia gentium? Tu refpondifti in eo factum gentibus tanq̃ gentilem:q preputium receperit:q indifferenter permiferit vefci cibis quos dãnant iudæi: Vbi ego quę ro:vtrum & hoc fimulate fecerit? Quod fi abfurdiffimũ atq; falfiffimum eft: fic ergo & illa in quibus iudæorum confuetudini congruebat libertate prudenti:non neceffitate feruili: aut qd eft indignius difpenfatione fallaci potius q̃ fideli. Fidelibus enim & his qui cognouerunt veritatem:ficut & ipfe teftatur:nifi forte & hic fallit:omnis creatura dei bona eft:& nihil ab-iiciendum:qd cum gratiarumactione accipitur. Ergo & ipfi Paulo non folum viro: verũetiã difpenfatori maxime fideli:non folum cognitori:verumetiam doctori veritatis:omnis vtiq;

in cibis creatura dei non simulate:sed vere bona erat.Cur igitur nihil simulate suscipiēdo sa
crorum cerimoniarumq; gentilium:sed de cibis & præputio vera sentiendo atq; docendo:ta
men tanq̄ gentilis factus est gentibus : & non potuit fieri tanq̄ iudæus iudæis:nisi fallaciter
suscipiendo sacramenta iudæorum?Cur oleastro inserto seruauit dispensationis veracem fi
dem:& naturalibus ramis:non extra sed in arbore constitutis:nescio qđ dispensatoriæ simu
lationis velamen obtendit?Cur factus tanq̄ gentilis gētibus:qđ sentit docet:qđ ait sentit: Fa
ctus autem tanq̄ iudæus iudæis:aliud in pectore claudit:aliud promit in verbis : in factis: in
scriptis?Sed absit hoc sapere. Vtrisq; enim debebat charitatem de corde puro & conscientia
1.Cor.9. bona: & fide non ficta. Ac per hoc omnibus omnia factus est:vt omnes lucrifaceret:non menti
entis astu:sed compatientis affectu:Id est non omnia mala hominū fallaciter agendo: sed alio
rum omnium malis omnib⁹:tanq̄ si sua essent misericordis medicinæ diligentiam procuran
do.Cum itaq; illa testamenti veteris sacramenta etiam sibi agenda minime recusabat: nō mi
sericorditer fallebat:sed omnino non fallens:atq; hoc modo a domino deo illa vsq; ad certi tē
poris dispensationem iussa esse commendans:a sacrilegis sacris gentium distinguebat.Tunc
autē non mentientis astu:sed compatientis affectu:iudæis tanq̄ iudæus fiebat:quādo eos ab
illo errore quo vel in Christum credere nolebant:vel per vetera sacerdotia sua cerimoniarūq;
obseruationes:se a peccatis posse mundari:fieriq; saluos existimabant:sic liberare cupiebat:tā
q̄ ipse illo errore teneretur.Diligens vtiq; proximum tanq̄ seipsum:& hæc aliis faciens:quę si
Matth.22. bi ab aliis fieri vellet:si hoc illi opus esset.Qđ cum dñs monuisset/adiunxit: Hæc est enim lex
Gal.6. & prophetæ.Hunc compatientis affectum:in eadem epistola ad Galatas præcipit dicēs:Si p̄
occupatus fuerit homo in aliquo delicto:vos qui spirituales estis:instruite huiusmodi in spiri
tu lenitatis:intendens teipsum ne & tu tenteris. Vide si non dixit:fiere tanq̄ ille:vt illum lu
crifacias.Nō vtiq; vt ipsum delictum fallaciter ageret:aut se id habere simularet:sed vt in al
terius delicto:quid etiam sibi accidere posset:attenderet:atq; ita alteri tanq̄ sibi ab altero vel
let/misericorditer subueniret:hoc est non mentientis astu:sed compatientis affectu:sic iudęo
sic gentili:sic cuilibet homini Paulus in errore:vel peccato aliquo constituto: nō simulando
qđ non erat:sed compatiendo quia esse potuisset:tanq̄ qui se hominē cogitaret:omnibus om
nia factus est:vt omnes lucrificaret. Teipsum si placet obsecro te paulisper intuere: teipm
inquam erga memetipsum: & recole : vel si habes conscripta relege verba tua in illa epistola
quā mihi per fratrem nostrum iam collegam meum Cyprianum breuiorem misisti: q̄ veraci
q̄ germano:q̄ pleno charitatis affectu:cum quędam me in te commisisse expostulasses graui
ter subiunxisti:In hoc læditur amicitia:in hoc necessitudinis iura violantur:ne videamur cer
tare pueriliter: & fautoribus inuicem:vel detractoribus nostris tribuere materiā contendēdi
Hæc abs te verba:non solum ex animo dicta sentio:verumetiam benigno animo ad cōsulēdū
mihi.Deniq; addis: quod etiam si nō adderes apparet: & dicis:Hæc scribo quia pure & chri
stiane diligere te cupio:nec quicq̄ in me mea mēte retinere quod distet ab labiis.O vir sancte:
mihiq;(vt deus videt animam meam)veraci corde dilecte:hoc ipsum qđ posuisti in literis tu
is:quod te mihi exhibuisse non dubito:hoc ipm omnino apostolum Paulum credo exhibuisse
in literis suis:non vnicuilibet homini:sed iudęis:& gręcis:& oibus gentibus filiis suis quos ī
euāgelio genuerat:& quos pariēdo parturiebat. Et deinde posteriorꝫ tot milib⁹ fideliū christia
norū:propter quos illa memorię mādabat epl'a:vt nihil in sua mente retineret:qđ distaret ab
labiis.Certe factus es etiā tu tāq̄ ego: nō mētientis astu:sed cōpatiētis affectu:cū cogitares tā
me non relinquendum in ea culpa in quam me prolapsū existimasti:q̄ nec te velles:si eo mō p
lapsus esses. Vnde agens gratias beniuolæ menti erga me tuæ:simul posco vt etiam mihi nō
succenseas:quod cum in opusculis tuis aliqua me mouerent:motum meū intimaui tibi: Hoc er
ga me ab omnibus seruari volens:quod erga te ipse seruaui:vt quicquid improbādum putāt
in scriptis meis:nec laudent subdolo pectore:nec ita reprehendant apud alios vt taceant apđ
me.Hinc potius existimans lædi amicitiam & necessitudinis iura violari. Nescio enī vtrum
Terentius. christianæ amicitiæ putandæ sint:in quibus magis valet vulgare prouerbium : Obsequium
Prouer.27. amicos veritas odium parit:q̄ ecclesiasticum:Fideliora sunt vulnera amici:q̄ voluntaria oscu
la inimici.Proinde charissimos nostros qui nostris laboribus syncerissime fauent: hoc potius
quanta possumus instātia doceamus:quo sciant fieri posse:vt inter charissimos aliquid alter
utro sermone contradicatur:nec tamē charitas ipsa minuatur:nec veritas odium pariat
quæ debetur amicitiæ:siue illud verum sit quod contradicitur:siue corde veraci qualecunq;

K fit dicitur:non retinendo in mente quod distet a labiis.Credant itaq; fratres nostri familiares
tui:quibus testimonium perhibes ꝙ sint vasa Christi:me inuito factum:nec mediocrē de hac
re dolorem inesse cordi meo: ꝙ literæ meæ prius in multorum manus venerunt: q̃ ad te ad
quem scriptæ sunt peruenire potuerunt.Quo aūt modo id acciderit:& longum est enarrare:
& nisi fallor superfluum:cum sufficiat si quid mihi in hoc creditur: nō eo factum animo quo
putatur:nec omnino meæ fuisse voluntatis aut dispositionis aut consensionis aut saltem co-
gnitionis vt fieret.Hoc si non credunt:qđ teste deo loquor:quid amplius faciam non habeo.
Ego tamen absit vt eos credam hæc tuæ sanctitati maliuola mente suggerere: ad excitandas
inter nos inimicitias:quas misericordia domini dei nostri auertat a nobis:sed sine vllo nocen
di animo facile de homine humana vitia suspicari.Hoc enī me de illis æquū est credere si va-
sa sunt Christi:non in cōtumeliam:sed in honorem facta & disposita in domo magna a deo in
opus bonum.Quod si post hanc attestationem meā (si in notitiam eorum venerit) facere vo
luerint:q̃ nō recte faciant & tu vides. Q; sane scripseram:nullum me librum aduersus te Ro
L mam misisse:ideo scripseram:quia & libri nomen ab illa epistola discernebam. Vnde omnino
nescio quid aliud te audisse existimaueram:& Romam nec ipsam epistolā:sed tibi miseram: &
aduersus te non esse arbitrabar:qđ synceritate amicitię siue ad admonendū:siue ad te/vel me
abs te corrigendum fecisse me noueram.Exceptis autē familiaribus tuis:teipsum obsecro per
gratiam qua redempti sumus:vt quæcunq; tua bona quæ tibi pietate domini concessa sunt:
in literis meis posui:non me existimes insidioso blandiloquio posuisse.Si quid autem in te pec
caui:dimittas mihi.Nec illud quod de te nescio cuius poetę factum:ineptius fortasse q̃ litera
tius a me commemoratū est:amplius q̃ dixi:ad te trahas:cum continuo subiecerim non hoc
ideo me dixisse:vt oculos cordis reciperes:quos absit vnq̃ vt amiseris.sed vt aduerteres quos
sanos ac vigiles haberes.Propter solam ergo παλινωδιαν si aliquid scripserimus:qđ scripto
posteriore destruere debeamus:imitādā:nō ꝓpter Stesichori cæcitatē: quā cordi tuo nec tri-
bui nec timui:attingendū illud existimaui:atq; identidem rogo:vt me fidenter corrigas:vbi
mihi hoc opus esse prospexeris.Q̄q̃ enī secundū honorum vocabula:q̃ iam ecclesiæ vsus ob-
tinuit:episcopatus presbyterio maior sit:tñ in multis rebus Augustin⁹ Hieronymo minor ē:
M licet etiā a minore quolibet nō sit refugiēda vel dedignāda correctio. De interꝓtatiōe tua
iā mihi ꝑsuasisti:qua vtilitate scripturas volueris trāsferre de hebræis:vt scilicet ea q̃ a iudæ
is ꝓtermissa vł corrupta sunt:ꝓferres ī mediū.Sed īsinuare digneris peto a quib⁹ iudęis:vtrū
ab eis ipsis q ante aduentū dñi interꝓtati sunt:& si ita est:quib⁹ vel quonā eorū:an ab istis po-
sterius:qui propterea putari possunt aliqua de codicibus græcis vel subtraxisse vel in eis cor-
rupisse:ne illis testimoniis de christiana fide cōuincerētur.Illi autem anteriores:cur hoc face
re voluerint:nō inuenio.Deinde nobis mittas obsecro interpretationem tuam de septuagin-
ta:quā te edidisse nesciebam.Librum quoq; tuum cuius mentionem fecisti: de optimo ge-
nere interpretandi cupio legere: & adhuc nosse quomodo coæquanda sit in interprete peri
tia linguarum: coniecturis eorum qui scripturas edifferendo pertractant; quos necesse eti-
am si rectę atq; vnius fidei fuerint:varias parere in multorum locorum obscuritate sententi-
as: q̃uis nequaq̃ ipsa varietas ab eiusdem fidei vnitate discordet.Sicut etiam vnus tractator
secundum eandē fidem:aliter atq; aliter eundem locum potest exponere:quia hoc eius obscu
ritas patitur. Ideo autē desydero interpretationem tuā de septuaginta: vt & tanta latinorū
interpretum: qui qualescunq; hoc ausi sunt:quātum possumus imperitia careamus: & hi q
me inuidere putant vtilibus laboribus tuis:tandē aliquando:si fieri potest:intelligant:ꝓpter
ea me nolle tuā ex hebræo interpretationem in ecclesiis legi: ne contra septuaginta auctori-
tatem:tanq̃ nouū aliquid proferentes:magno scandalo perturbemus plebes Christi:quarum
aures & corda illam interpretationem audire consueuerunt:quæ etiam ab apostolis appro-
bata est. Vnde illud apud Ionam Virgultum:si in hebræo nec hedera est nec cucurbita: sed
nescio quid aliud qđ trunco suo nixum nullis sustentādum adminiculis erigatur:mallem iā
in omnibus latinis cucurbitam legi.Non enim frustra hoc puto septuaginta posuisse nisi qa
& huic simile sciebant. Satis me immo fortasse plus q̃ satis:tribus epistolis tuis respōdis-
se arbitror:quarum duas per Cyprianum accepi:vnā per Firmum.Rescribe qđ visum fuerit
ad nos vel alios instruendos. Dabo aūt operam diligentiorem quantū me adiuuat dominus
vt literæ quas ad te scribo prius ad te perueniant:q̃ ad quēq̃ a quo latius dispergant. Fateor
enim:nec mihi hoc fieri velle de tuis ad me:qđ de meis ad te factum iustissime expostulas.Tū

placeat nobis inuicem non tantum charitas:verumetiam libertas amicitiæ: ne apud me tace
as:vel ego apud te: quod in nostris literis vicissim nos mouet:eo scilicet animo:q oculis dei in
fraterna dilectione nõ displicet.Qđ si inter nos fieri posse sine ipsius dilectionis perniciosa of-
fensione non putas:non fiat.Illa eñ charitas quã tecũ habere vellẽ/profecto maior est:sed meli
or hæc minor q̄ nulla est.

Sancti Augustini ad Longinianũ nouiter in fide Christi imbutũ:quid agere debeat qui
nihil se esse mauult q̄ virũ bonũ:edocẽtis. . Epistola.XX.



Onginiano Augustinus.Solere aiũt quendã veterũ dicere:quibꝰ satis psua N
sum esset:vt nihil mallent se esse q̄ viros bonos:his reliquã facilẽ esse doctri
nã.Hæc sentẽtia si rite recolo:socratica est:lõge antiquior pphetica præcess
serat:præcipiens hominibꝰ breuiter & simul:non tãtum vt se nihil malint
Matth.22. esse q̄ bonos:verũetiã vnde fiãt boni.Diliges inquit dñm deũ tuum ex toto
corde tuo: & ex tota aĩa tua:& ex tota mente tua: & diliges proximũ tuũ tã
q̄ teipm̃.Hoc cui psuasum esset:nõ ei reliquã facilẽ:sed eã totã esse doctrinã
dũtaxat vtilẽ ac salubrẽ.Multæ eñ doctrinæ sunt:si tñ doctrinę dicẽdæ sunt : vel supfluę vel
noxiæ.Veterũ libris Christus attestãs:In his inquit duobꝰ pręceptis tota lex pendet & pphe
tæ.Proinde quia mihi videor inspexisse tanq̄ in speculo sermocinatiõis tuæ:nihil te esse mal-
le q̄ virum bonũ:deũ quo nihil est melius: & vñ humanus animus haurit vt bonꝰ sit : quonã
modo colendũ credas:audeo pcõtari:nã ꝙ eũ colendũ credas:iã teneo.Quęro etiã qd de Chri
sto sentias.Qꝫ eñ eũ nõ paruipẽdas aduerti: sed vtrũ ea & sola via q̄ ab illo demõstrata est:ad
vitã beatã perueniri posse existimes:& aliqua ex causa nõ eã negligas ire:sed differas:an & ali
am vel alias ad tã optimã & præ omnibꝰ appetendã possessionẽ vias esse arbitreris:& aliquam
earũ iã te ĩgredi credas:nosse cupio vt opinor nõ impudẽter.Diligo eñ te ppter id qđ supra
dixi:meq; abs te diligi non temere existimo:nec vlla de te alia inter eos qui se beniuole noue-
runt:sermo fructuosior:vel impẽditur:vel reposcitur:vel accipitur:vel recipitur:q̄ vnde bo-
ni beatiq; simus.

Longiniani ad beatũ Augustinũ familiariter prætactæ eplæ respõdẽtis: Et ad quarundã
quæstiuncularũ eiusdẽ solutionẽ exhortantis. Epl'a.XXI.



Omino venerãdo & vere ac merito percolẽdo sctõ pri Augustino:Lõginia O
nus.Beatꝰ sum & relucẽtis puto virtutis tuæ lumine admodũ illustratus
qui dignũ me diuini tui affaminis honore cumulãdũ esse duxisti.Sed gra
ue mihi onus & difficillimã respõdẽdi pudẽtiã dñe venerãde satis impo-
nis:& præcipue tuis pcunctationibꝰ: & sub hoc tpe in talibꝰ explicandis:p
meę opinionis sententiã:id est a pagano hoĩe:quæstionibꝰ.siquidẽ abũdet:
qđ ex parte vel iãdudũ inter nos cõuenerit:vel nũc idẽtidẽ lr̃is magis ma-
gisq; cõueniat pręceptis nõ dicã tãtũ socraticis:nec tuis Romanorũ vir vero optime pphetí-
cis:aut paucis hierosolymiticis:sed etiã orpheicis atq; ageticis:& trimegisticis: lõge añ illis
antiquioribus & pene rudibus adhuc sæculis:diis auctoribus enatis:& toti orbi terræ certis
limitibus partiti trifariam diuinitus ostensis:priusq̄ nomẽ aut europa caperet: aut e asia acci
peret:aut libya possideret:virum bonum vt tu medi ustidius & eris & fuisti.Siquidem adhuc
post hominum memoriam:nisi Xenophontis figmentis compositę fabulæ schema concedas:
adhuc audierim:legerim:viderim neminem:aut certe post vnum nullum:qđ deo teste: bono
periculo certoq; dixerim : nisi te : deum conniti semper agnoscere:& posse puritatem animi
corporisq; proiecta grauedine sectari facillime:& spe perfectæ conscientiæ non dubia creduli
tate tenere.Verũ qua via effici possit magis est vt tu nõ nescias:& mihi nõ insinuato extrin-
secus aliquo differas:q̄ vt me dñe pcolende scias.Qua tũc fateor huius boni in sedẽ pfecturus P
sufficiẽs:vt mea experũt sacerdotia.Minime necdũ:& si tñ potuero:viaticũ colligo.Verũ qd
traditum sancte atq; antiquitus teneam atq; custodiã vt potuero paucis edicã.Via est in de-
um melior qua vir bonus:piis: puris:iustis:castis:veris dictis factisq; suis:sine vlla tẽporũ no
minũ mutatorum captata iactatione probatus:& deorum comitatu vallatus:dei vtiq; pote-
statibꝰ emeritus:id est eius vnius & vniuersi & incomprehensibilis & ineffabilis infatigalisq;
creatoris impletus virtutibus:Qđ(vt verũ est)angelos dicitis:vel quid alterum post deum
vel cum deo:aut a deo:aut in deũ intentione animi mentisq; ire festinat.Via est inquã q̄ pur-

gati antiquorum sacrorũ piis pręceptis expiationibusq̧ purissimis & obscœnis obseruationi bus decocti:anima & corpore constantes deproperant.De Christo autem tuæ iam credulita tis carnali & spiritu dei:per quem in illum summum beatum virum & patrẽ omnium ire se curus es domine pater percolende:nõ audeo nec valeo quid sentiam exprimere: qa qd nescio difficillimum credo definire. Vt autem me cultorem tuarumvirtutum dignatus es iã olim scienti insinuare q̧ diligas:satis ad bonæ vitæ testimonium habeo:q̧ cum ne tibi displiceam: qui deo per te animamq̧ tuam quotidie insinuas: custodio: intelligis proculdubio q̧ & ego te delectabiliter diligam:cum tui iudicii de me habiti normam lineamq̧ accipiens teneã.Sed ante omnia quæso te:vt exiguæ opinioni meæ veniã concedas:& sermoni meo ad te:quia coe gisti:remisso forte incongruo facile indulgeas:& me quid de his existimes: vel tu quid senti as sanctis scriptis tuis: vt ille ait: iam non melle sed nectare dulcioribus:si mereor informari digneris.Dei pietate perfruaris domine pater:ac perpetua sanctitate deo placeas:quod neces se est.

Sancti Augustini ad Longinianum:An ad viam qua itur ad deum per virtutes: requira tur vt quis antiquorum sacrorum præceptis & expiationibus expurgetur: inuestigantis. Epistola.XXII.



Q Onginiano Augustinus.Cepi fructum scripti mei:rescriptum scilicet be niuolentiæ tuæ. Vnde iam video exortũ & exorsum inter nos magnæ hac de re magna disputationis quasi sementem:hoc est qd volebam prius: de inde quod adhuc volo:deus adiuuabit.Id autem est vt hoc cœptum debi to ac salubri fine claudatur.Proinde q̧ de Christo nihil temere tibi vel ne gandum vel affirmandum putasti:hoc in pagani animo temperamentum non inuitus acceperim.Q vero etiam scriptis meis doceri te cupis de hac re:nequaq̃ abnuam neq̧ desistam huic tam bonæ mihiq̧ charissimæ seruire voluntati tuæ. Sed prius opus est eliquare:quomodo respiciam sententiam tuam de antiquis sacris. Cũ eñ dixisses eam viam in deum esse meliorem:qua vir bonus:piis:iustis:puris:castis: veris dictis factisq̧ fine vlla temporũ mutatorũ captata iactatione probatus:& deorum comitatu valla tus:dei vtiq̧ potestatibus emeritus:id est eius vnius & vniuersi & incomprehensibilis & inua stigabilis ineffabilisq̧ creatoris adimpletus virtutibus.Quod vt verũ est angelos dicitis: vel quid alterum post deum vel a deo vel cum deo aut in deum intentione animi mentisq̧ ire fe stinat.Quæ verba ex epistola tua recognoscis:cum addidisti & aisti:Via est inquã qua purga ti antiquorum sacrorum piis præceptis:expiatiõibusq̧ purissimis: & obscœnis obseruationi bus decocti:anima & corpore constantes deproperant.In his verbis sentio(ni fallor)videri ti bi non sufficere ad viam qua itur ad deum:vti vir bonus:piis:iustis:puris:castis:veris:dictis factisq̧ promereatur deos:quorũ comitatu vallatus in illum summũ deum omnium creato rem ire festinet:nisi etiam sacrorum antiquorum piis præceptis expiationibusq̧ purgetur. Q̃obrem velim scire quid arbitreris esse per sacra purgandum:in eo qui pie:iuste:pure:vera citerq̧ viuendo promeretur deos:& per eos vnum illum deorum deum.Si enim adhuc sacris purgandus est:vtiq̧ mundus non est:& si mundus non est:pie:iuste:pure: casteq̧ non viuit.

R Si enim iam ita viuit:iam mundus est.Porro iam mundum atq̧ purum:quid opus est sacris expiando purgari?Itaq̧ hic nodus est disputationis nostræ:quo soluto consequẽtia videbim⁹ Viuat ne homo bene vt sacris purgetur?An sacris purgetur vt bene viuat?An ipse quantus bene viuendi in homine modus nondum sit idoneus ad beatam vitam quæ ex deo capit:nisi accedant adiumenta sacrorum?An bene viuendi quędam velut portio sit etiam sacra perci pere:scilicet vt non aliud sit bene viuere:aliud sacrate viuere:sed bene viuendi terminus eti am sacrata vita claudatur.Horum quatuor quæ proposui:qd potissimum ꝓbes:quæso te li teris aperire non pigeat.Plurimum quippe interest ad id quod suscepimus:inter nos colloq̃n do peragere:ne cum multa non necessaria:tanq̃ ea sentias:quæ forte non sentis:refellere moli or:tempus necessarium in superfluis insumatur.Onerare te itaq̧ epistola nolui:vt te cito re scribẽte cætera contexamus.

Sancti Augustini ad Bonifacium:An parẽtes paruulis suis baptizatis noceãt:cũ eos dæ moniorũ sacrificiis sanare conanẽ:Et quomodo eis prosit cũ baptizanẽ parentum fides: quo rum eis nõ potest obesse perfidia:determinantis. Epistola.XXIII.



De cõſe.diſ.4.queris. Onifacio coepiſcopo: Auguſtinus in dño ſalutem.Quæris a me vtrũ parẽ- S
tes baptizatis paruulis ſuis noceant:cum eos dæmoniorum ſacrificiis ſana
re conantur.Et ſi non nocent:quomodo eis proſit cum baptizantur paren-
tum fides:quoꝝ eis non poteſt obeſſe perfidia. Vbi reſpondeo tantam illius
ſacramenti/hoc eſt baptiſmi ſalutaris eſſe virtutem in ſancta compage cor-
poris Chriſti:vt ſemel generatꝰ per aliorum carnalem voluptatem: cum ſe
mel regeneratus fuerit per aliorum ſpiritalẽ voluntatẽ:deinceps nõ poſſit
vinculo alienæ iniquitatis obſtringi:cui nulla ſua voluntate conſentit.Et anima enim patris
Ezech.18. mea eſt inquit:& anima filii mea eſt:Anima quæ peccauerit ipſa morieẛ:non autẽ peccat ipſa:
cum parentes ei omnino neſciẽti:vel quilibet alius adhibet ſacrilegia dæmoniorum.Sed ideo
ex Adam traxit:ꝙ ſacramenti illius gratia ſolueretur:quia nõdum erat anima ſeparatim vi-
1.q.4.iã ita ꝙ. uens:id eſt altera anima: de qua diceretur:Et anima patris mea eſt:& anima filii mea eſt.Iam
itaꝗ cũ homo in ſeipſo eſt:ab eo q genuit alter effectus:peccato alterius ſine ſua cõſenſiõe nõ
teneẛ obnoxius. Traxit ergo reatũ qa vnus erat cũ illo & in illo a quo traxit qñ qđ traxit ad- T
miſſum eſt.Non autem trahit alter ab altero:quando ſua vnoquoꝗ propria vita viuẽre iam
eſt vnde dicaẛ:Anima quæ peccauerit ipſa morietur. Vt aũt poſſit regenerari per officiũ vo-
Ioan.3. luntaris alienæ:cum offertur conſecrandus:facit hoc vnus ſpiritus ex quo regeneratur obla-
tus.Non enim ſcriptum eſt:Niſi quis renatus fuerit ex parentum voluntate:aut ex offeren-
tium vel miniſtrantium fide:ſed niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu. Aqua igitur exhi
bens forinſecus ſacramentum gratiæ & ſpiritus: operans intrinſecus beneficium gratiæ:ſol-
uens vinculum culpæ:reconcilians bonum naturæ:regenerat hominẽ in vno Chriſto:ex vno
Adam generatum.Regenerans ergo ſpiritus in maioribus offerẽtibus: & paruulo oblato re
De cõſe.diſtin.4.cap.queris. natoꝗ communis eſt.Ideo per hanc ſocietatem vnius eiuſdemꝗ ſpiritus prodeſt offerentium
voluntas paruulo oblato.Quando autẽ in paruulum maiores peccant:offerentes eũ atꝗ ob-
ligare conantes dæmonum ſacrilegis vinculis:non eſt anima vtroruꝗ communis:vt etiã cul
pam poſſint habere communem.Non enim ſic communicaẛ culpa per alterius voluntatem:
quemadmodum communicaẛ gratia per ſancti ſpiritus vnitatem. Poteſt enim & in hoc & in
illo homine eſſe vnus ſpiritusſanctus:etiam ſi inuicem neſciant per quẽ ſit vtriuſꝗ gratia cõ
munis.Non autem poteſt ſpiritus hominis eſſe & huius & illius:per quem peccãte altero: &
altero non peccante:ſit tamẽ culpa cõmunis.Ac per hoc poteſt paruulus ſemel ex parentum
carne generatus:dei ſpiritu regenerari:vt & illius obligatio contracta ſoluatur. Non poteſt
autem ſemel dei ſpiritu regeneratus ex parentum carne regenerari:vt obligatio ꝗ ſoluta eſt
iterum contrahatur.Et ideo ſemel perceptam paruulus Chriſti gratiam:non amittit niſi ꝓ-
pria impietate ſi ætatis acceſſu tam malus euaſerit.Tũc eñ etiã propria incipiet habere pec-
cata:quæ non regeneratione auferanẛ:ſed alia curatione ſanenẛ. Verũtamen recte dicunẛ pa-
rentes:vel quicunꝗ maiores filios ſeu quoſlibet paruulos baptizatos dæmoniorum ſacrilegi V
is obligare conantes:ſpiritaliter homicidæ.Nam in illis quidem interfectionem non faciunt:
ſed quantũ in ipſis eſt interfectores fiunt.Recteꝗ illis dicitur:quãdo ab hoc ſcelere prohiben
1.Theſſal.5. tur:Nolite occidere paruulos veſtros.Dicit enim & apoſtolus: Spiritum nolite extinguere:
non quia ille extingui poteſt:ſed quantum in ipſis eſt:extinctores eius merito dicuntur qui ſic
Cyprianus agunt vt extinctum velint.Iſto ſenſu recte intelligi poteſt:qđ ſcripſit beatꝰ Cyprianus in epi
ſtola de lapſis:cum eos qui tempore perſecutionis idolis immolauerant arguens: At ne quid
deeſſet inquit ad criminis cumulum:infantes quoꝗ parentum manibꝰ impoſiti vel attrecta-
ti amiſerũt paruuli quod in primo ſtatim natiuitatis exordio fuerant conſecuti. Amiſerunt
dixit:quantum attinuit ad illorum ſcelus a quibꝰ amittere coacti ſunt.Amiſerunt in eorum
mente ac voluntate:qui in illos tantũ facinus commiſerunt.Nã ſi in ſeipſis amiſiſſent:remã-
ſiſſent vtiꝗ diuina ſententia ſine vlla defenſione damnandi.Qđ ſi ſanctus Cyprianus arbitra
retur:non eorum defenſionem continuo ſubiiceret dicens:Non illi cum iudicii dies venerit
dicent:Non nihil fecimus:nec derelicto cibo & poculo domini:ad ꝓphana contagia ſponte ꝓ
perauimus:perdidit nos aliena perfidia:parentes ſenſimus parricidas. Illi nobis eccleſiam ma
trem:illi patrem deum negauerunt:vt dum parui & improuidi & tanti facinoris ignari per
alios ad conſortium criminis iungimur:aliena fraude caperemur.Hanc defenſionem nõ ſub-
necteret:niſi iuſtiſſimam crederet:& in dei iudicio paruulis profuturam.Si enim vere diciẛ:
Nos nihil fecimus:anima quæ non peccauerit:ipſa cur morietur? Nec illi peribũt ſub dei iu

sto iudicio:quos parentes suo scelere quantum ad seipsos attinet perdiderunt. Illud vero qđ
in eadem commemoraſ epistola:quandã paruulã turbatis in fugam parentibus/nutrici dere
lictam:atq̃ ab eadem nutrice dæmonum sacrilegiis impactam:postea in ecclesia illatã sibi eu
charistiam miris motibus respuisse:Ideo mihi videtur diuinitus factum: ne maiores putarẽt
nihil se in paruulos in illa iniquitate peccare:sed potius intelligerent per illum significãtem
quodammodo gestũ corporis eorum:qui loqui nõ poterant:se mirabiliter admoneri quid ipsi
facere deberent:qui post tantũ illud nefas sacramentis salutarib⁹ irruebant: vnde se vtiq̃ poe
nitendo abstinere deberent. Nec cum tale aliquid diuina ꝓuidentia per infantulos agit: ipsos
id agere scientia vel ratione credendum est. Neq̃ enim quia cuiusdam prophetæ dementiam
deus voluit etiam asina loquente coercere: ideo admiranda est asinorum sapientia. Porro si
per animal irrationale sonuit aliquid homini simillimũ:quod miraculo diuino non cordi asi
nino tribuendum sit:ita potuit omnipotẽs per infantis animam:non vbi ratio nulla erat: sed
vbi adhuc sopita erat:gestu corporis eius ostẽdere:quid illi qui & ĩ se & in paruulos suos pec
cauerant:curare deberent. Cæterum cum infans non redeat in parentem:vt cum illo & in il
lo vnus homo sit:sed omnino alter sit:habens carnem suam & animã suam: Anima quę pecca
X uerit ipsa morietur. Nec illud te moueat ꝙ quidã non ea fide ad baptismum percipiendũ par Ezech.18.
uulos ferũt:vt gr̃a spiritali ad vitã regenerenſ æternã:sed ꝙ eos putant hoc remedio tempo
ralem retinere vel recipere sanitatem. Non enim propterea illi non regenerantur:quia nõ ab
istis hac intentione offeruntur. Celebrantur enim per eos necessaria ministeria. Filios autem
seu quoslibet paruulos:dæmoniorum sacrilegiis obligare conantes:spiritaliter sunt homici De cõse. dis.
dæ. Nam in illis quidem interfectionem non faciunt: sed quantum in ipsis est: interfectores 4. quæris.
fiunt. Et recte illis dicitur quando ab hoc scelere prohibentur: Nolite occidere paruulos ve
stros. Non autem recte his dicitur: Nolite verba sacramentorum:sine quibus consecrari par
uulus non potest:recitare. Spiritus autem ille sanctus qui habitat in sanctis:ex quibus vna il
la columba deargentata charitatis igne conflatur: agit qđ agit etiã per seruitutẽ aliquando
nõ solum simpliciter ignorantium:verumetiam damnabiliter indignorum. Offerunſ quip
pe paruuli ad percipiendũ spiritalem gratiam:nõ tam ab eis quorũ gestanſ manibus: q̃uis &
ab ipsis si & ipsi boni fideles sunt:q̃ ab vniuersa societate sanctorũ atq̃ fidelium. Ab omnib⁹ nã
ꝙ offerri recte intelligunſ:quibus placet ꝙ offerunſ: & quorum sancta atq̃ indiuidua cha
ritate ad communicationem sancti spiritus adiuuantur. Tota hoc ergo mater ecclesia quæ in
sanctis est facit:quia tota omnes:tota singulos parit. Nam si Christiani baptismi sacramentũ
quod vnũ atq̃ idipsum est:etiam apud hæreticos valet & sufficit ad consecrationem:q̃uis ad
vitæ æternæ participationem non sufficiat:quæ cõsecratio reũ quidẽ facit hæreticum extra
domini gregem habentem dominicum characterem:corrigendum tamen admonet sana do
ctrina: non iterum similiter consecrandum: quanto potius in catholica ecclesia etiam per
stipulæ ministerium frumenta purganda portantur:vt ad massæ societatem mediante area
Y perducantur. Illud autem nolo te fallat:vt existimes reatus vinculum ex Adam tractum:ali
ter non posse dirumpi nisi paruuli ad percipiendam Christi gratiam a parentibus offerãtur.
sic eñ scribens dicis:vt sicut parentes fuerunt auctores ad eorum poenam: per fidem parẽtũ
identidem iustificenſ:cum videas multos non offerri a parentib⁹:sed etiam a quibuslibet ex
traneis:sicut a dominis seruuli aliquando offeruntur. Et nonnunq̃ mortuis parentibus suis:
paruuli baptizantur ab eis oblati qui illis huiusmodi misericordiam præbere potuerunt.
Aliquando etiam quos crudeliter parentes exposuerunt:nutriendi a quibuslibet/nonnunq̃ a
sacris virginibus colligunſ:& ab eis offerunſ ad baptismum: quæ certe ꝓprios filios non ha
buerunt vllos:nec habere disponunt. Ac per hoc nihil aliud hic fieri vides: nisi qđ in euange
lio scriptum est:cum domin⁹ interrogasset:quis illi a latronibus sauciato: & semiuiuo in via
derelicto proximus fuisset: Responsum est enim: Qui in illum fecit misericordiam. Diffi Lucæ.10.
cillimam sane quæstionem tibi proposuisse visus es:in extremo inquisitionis tuæ:ea videlicet
intentione qua soles vehementer cauere mendacium. Si cõstituã inquis ante te paruulum:&
interrogem:vtrũ cum creuerit futurus sit castus:vel fur non sit futurus:sine dubio respon
debis:nescio. Et vtrum in eadem paruula ætate constitutus:cogitet aliquid boni vel mali: di
ces:nescio. Si itaq̃ de moribus eius futuris nihil audes certi promittere: & de eius præsenti
cogitatione:quid est illud:ꝙ quando ad baptismũ offerunſ:pro eis parentes tanq̃ fidei docto
res respõdẽt:& dicũt illos facere:qđ illa ætas cogitare non põt:aut ſi potest occultum est: Ine

terrogamus eũ eos a quibus offerunt:& dicimus:credit in deũ:de illa ætate quę vtrũ sit de⁹
ignorat:respõdent:credit:& ad cætera sic respõdetur:singula quę geruntur. Vnde miror pa
rentes in istis rebus:tam fidenter pro paruulo respondere:vt dicant eum tanta bona facere q̃
ad horã qua baptizatur:baptizator interrogat:tamẽ eadẽ hora si subiiciã:erit cast⁹qui bapti
zatus:aut nõ erit fur:nescio vtrũ audet dicere aliquis:aliqd horũ erit aut non erit:sicut mihi
sine dubitatione respõdet:ꝙ credat in deũ & ꝙ se cõuertat ad deũ. Deinde scripta tua con Z
cludens:adiungis & dicis:Ad istas ergo quæstiones peto breuiter respondere digneris: ita vt
non mihi de cõsuetudine præscribas:sed rationem reddas.His literis tuis lectis & relectis: &
quantũ tẽporis angustię sinebant consyderatis:recordatus sum Nebridiũ amicũ meũ:qui cũ
esset rerũ obscurarũ ad doctrinã pietatis maxime pertinentium diligentissimus & acerrim⁹
inquisitor: valde oderat de quęstione magna responsionem breuem.Et quisquis hoc poposcis
set: ægerrime ferebat:eumq̧ si eius persona pateretur:vultu indignabundus & voce cohibe
bat:indignũ deputans qui talia quæreret: cũ de re tanta:tã multa dici possent deberentq̧:ne
sciret.Sed ego tibi nõ similiter:vt solebat ille:succenseo.Es enim ẽps multis curis occupatus
vt ego. Vnde nec tibi facile vacat prolixum aliquid legere:nec mihi scribere.Nã ille tũc ado
lescens qui talia breuiter volebat audire:& multa in nostra sermocinatione quærebat:ab ocio
so quærebat ociosus. Tu vero cogitans nunc:quis & a quo ista flagites:breuiter de re tanta re
De cõse.dis. spondere me iubes.Ecce facio quantũ possum:dominus adiuuet:vt qđ postulas possim.Nem
4.quęris. pe sępe ita loquimur:vt pascha ꝓpinquante dicam⁹:crastinã vel perendinã domini passionem
cũ ille ante tam multos annos passus sit:nec omnino nisi semel illa passio facta sit. Nempe ipõ
die dominico dicimus:Hodie dominus resurrexit: cum ex quo resurrexit tot anni trãsierũt. &
Cur nemo tam ineptus est:vt nos ita loquentes arguat esse mentitos:nisi quia istos dies secũ
dum illorum quibus hæc gesta sunt similitudinẽ nuncupamus:vt dicatur ipẽ dies qui nõ est
ipse:sed reuolutione temporis similis eius:& dicatur illo die fieri:propter sacramenti celebra
tionẽ:quod nõ illo die:sed iam olim factum est:Nonne semel immolatus est Christus in seipõ
& tamen in sacramento non solum per omnes paschæ solẽnitates:sed omni die populis immo
latur:nec vtiq̧ mentitur qui interrogatus eum responderit immolari? Si enim sacramenta
quandam similitudinem earum rerum quarum sacramenta sunt non haberẽt:omnino sacra
menta non essent.Ex hac autem similitudine plærunq̧ etiam ipsarum rerum nomina accipi
4.sentẽ.dis. unt.Sicut ergo secundum quendam modum sacramentum corporis Christi corpus Christi
6.ca.si vero. est:sacramentum sanguinis Christi sanguis Christi est:ita sacramentum fidei fides est. Nihil
4.sentẽ.dis. est aũt aliud credere:q̃ fidem habere.Ac per hoc cum respõdetur paruulus credere:qui fidei 9
4.c. nec tñ nondum habet affectum:respondetur fidem habere propter fidei sacramentum:& conuerte
re se ad deũ ꝓpter cõuersionis sacramentũ:quia & ipã responsio ad celebrationem pertinet sa
Ro.6. cramenti.Sicut de ipõ baptismo apostolus.Consepulti inquit sumus Christo per baptismum
in mortem.Non ait:sepulturã significauimus:sed prorsus ait: consepulti sumus. Sacramẽtũ
ergo tantæ rei nõ nisi eiusdem rei vocabulo nuncupauit.Itaq̧ paruulum:& si nondũ fides il
De cõse.dis. la quæ in credentium voluntate consistit:iam tamẽ ipius fidei sacramẽtũ fidelem facit. Nam
4.nihil est. sicut credere respõdet:ita etiã fidelis vocat:non rem ipã mente annuendo:sed ipius rei sacra
mentũ percipiendo.Cum autem homo sapere cœperit:non illud sacramentum repetit sed in
De cõse.dis. telligit:eiusq̧ veritati consona etiam voluntate coaptabitur. Hoc q̃diu non potest valebit
4.quæris. sacramentum ad eius tutelam aduersus contrarias potestates:& tãtum valebit vt si ante ra
tionis vsum ex hac vita emigrauerit:per ipsum sacramentum cõmendante ecclesiæ charita
te:ab illa commendatione quæ per vnum hominem intrauit in mundũ:christiano adiutorio
liberetur.Hoc qui nõ credit & fieri nõ posse arbitrat:profecto infidelis est: etsi habeat fidei sa
cramentũ:longeq̧ melior est ille paruulus: qui etiam si fidem nõdum habeat in cogitatione:
non ei tamen obicem contrariæ cogitationis opponit:vnde sacramentũ eius salubriter perci
pit.Respondi sicut existimo quæstionibus tuis quantum attinet ad minus capaces & ad con
tentiosos non satis:quantum autẽ ad pacatos & intelligentes/plus forte q̃ sat est. Nec tibi ad
excusationem meam obieci firmissimam cõsuetudinem:sed saluberrimę consuetudinis reddi
di quam potui rationem.

Sancti Hieronymi ad Alipium & Augustinũ episcopos:eorum opera atq̧ auxilio hęre
sim Cęlestinam extinctam gratulãtis:& quare cõtra libros Anniani pseudodiaconi re scribe
re distulisset:excusantis. Epistola.XXIIII.

A DOminis vere ſanctis atq; omni affectione ac iure venerandis: Alipio & Au
guſtino epiſcopis: Hieronymus in Chriſto ſalutem. Sanctus Innocentius
preſbyter q huius ſermonis eſt portitor: anno præterito quaſi nequaq̄ in
Africam reuerſurus: mea ad dignationem veſtrã ſcripta non ſumpſit. Tñ
deo gratias agimus: ꝙ ita euenit vt noſtrum ſilentiũ veſtris epl'is vincere
tis. Mihi eñ ois occaſio gratiſſima eſt per quã ſcribo vſæ reuerentiæ: teſtẽ
inuocans deũ: ꝙ ſi poſſet fieri: aſſumptis alis columbę: veſtris amplexibus
implicarer. Semp quidẽ pro merito virtutũ veſtrarũ: ſed nũc maxime quia cooperatoribus &
auctorib9 vobis hæreſis Cęleſtina iugulata eſt: q̄ ita infecit corda multorum: vt cũ ſuperatos
damnatoſq; eſſe ſe ſentiant: tñ venena mentium non omittant: & qđ ſolũ poſſunt nos oderint
B per quos putant ſe libertatẽ docendæ hæreſeos perdidiſſe. Qꝫ aũt quæritis vtrũ reſcripſerim
contra libros Anniani pſeudodiaconi Celedẽſis: qui copioſiſſime paſcitur vti alienæ blaſphe
miæ verba friuola ſubminiſtret: ſciatis me ipſos libros in ſcedulis miſſos a ſancto fratre Euſe-
bio preſbytero ſuſcepiſſe nõ ante multum temporis: & exinde vel ingruentibus morbis vel
dormitione ſanctæ & venerabilis filiæ veſtrę Euſtochii ita doluiſſe: vt propemodum cõtem-
nendos putarem. In eodẽ enim luto hæſitat: & exceptis verbis tinnulis atq; emendicatis nihil
aliud loquitur. Tamen multum egimus: vt dum epiſtolæ meæ reſpondere conatur: apertius
ſe proderet: & blaſphemias ſuas omnibus pateſaceret. Quicquid enim in illa miſerabili ſyno-
do Dioſpolitana dixiſſe ſe denegat: in hoc opere pfitet. Nec grande eſt ineptiſſimis neniis re
ſpondere. Si autem dominus vitam tribuerit: & notariorum habuerimus copiam: paucis lu-
cubratiunculis reſpondebimus: non vt conuincamus hæreſim emortuam: ſed vt imperitiam
atq; blaſphemiam eius noſtris ſermonibus confutemus. Meliuſq; hoc faceret ſanctitas veſtra
ne compellamur contra hæreticum noſtra laudare. Sancti filii communes Albina Pinianus
& Melania plurimum vos ſalutant. Has literulas de ſancta Bethleem ſancto preſbytero In-
nocentio dedi perferendas. Neptis veſtra Paula miſerabiliter precatᷣ: vt memores eius ſitis: &
multũ vos ſalutat. Incolumes vos & memores mei dñi noſtri ieſu Chriſti tueatur clemẽtia do
mini vere ſancti atq; omni affectione venerabiles patres.

Sancti Hieronymi ad beatum Auguſtinum: de zelo fidei contra hæreticos: & de odio & perſecutione eorundem gratulantis. Epiſtola.XXV.

C DOmino ſancto ac beatiſſimo papę Auguſtino: Hieronymus. Omni quidem
tempore beatitudinem tuam eo quo decet honore veneratus ſum: & habi-
tantem in te dilexi dominum ſaluatorem: ſed nũc ſi fieri poteſt cumulo ali-
quid addimus: & plena complemus: vt abſq; tui nominis mẽtione ne vnam
quidẽ horam præterire patiamur: qui contra flantes vẽtos ardore fidei per-
ſtitiſti: maluiſtiq; quantũ in te fuit ſolus liberari de Sodomis: q̄ cum pereũti
bus commorari. Scit quid dicã prudẽtia tua. Macte virtute in orbe celebra
ris: catholici te cõditorem antiquæ rurſum fidei venerantur: atq; ſuſpiciunt: & quod ſignum
maioris gloriæ eſt: omnes hęretici deteſtantur: & me pari perſequuntur odio: vt quos gladiis
nequeant: voto interficiant. Incolumem & mei memorem te Chriſti dñi clemẽtia tueatur do
mine venerande & beatiſſime papa.

Sancti Hieronymi ad Auguſtinum: ſalutationem fratrum illi cõmittentis: & ſub ſimi-
litudine de praua hæreticorum doctrina in ciuitate Hieroſolyma pullulante dolentis.
Epiſtola.XXVI.

MVlti vtroq; claudicant pede: & nec fractis quidẽ ceruicibus inclinantᷣ: habẽ
D tes affectum erroris priſtini: cum prædicandi eandem non habeãt libertatẽ
Sancti fratres qui cum noſtra ſunt paruitate: præcipue ſanctæ ac venerabi-
les filiæ tuæ ſuppliciter te ſalutant. Fratres tuos dominum meum Alpium
& dominum meũ Enodium: vt meo nomine ſalutes: precor coronam tuam.
Capta Hieruſalem tenetur a Nabuchodonoſor: nec Hieremiæ vult audi-
re conſilia: quin potius ægyptum deſyderat vt moriatur in Taphnes: & ibi
ſeruitute pereat ſempiterna.

Sancti Hieronymi ad Marcellinum & Anapſychiã: de origine animæ catholicorũ atq; hæ
reticorũ ſententias referentis. Epiſtola.XXVII.



Dominis vere sanctis atque omni officiorum charitate venerandis filiis Marcellino & Anapsychiae: Hieronymus in Christo salutem. Tandem ex Africa vestrae literas vnanimitatis accepi: & non me poenitet impudentiae: qua tacentibus vobis epistolas meas frequenter ingessi: vt rescriptum mererer & vos esse sospites non aliis nuntiantibus: sed vestro potissimum sermone cognoscerem. Super animae statu memini vestrae quaestiunculae: immo maxime ecclesiasticae quaestionis: Vtrum lapsa de caelo sit: vt Pythagoras philosophus: omnesque Platonici: & Origenes putant: anima: An a propria dei substantia: vt stoici: Manichaeus & Hispaniae Priscilliani haereses suspicantur: An in thesauro habeantur dei olim conditae: vt quidam ecclesiastici stulta persuasione confidunt: An quotidie a deo fiant: & mittantur in corpora: secundum illud quod in euangelio scriptum est: Pater meus vsque modo operatur: & ego operor. An certe ex traduce: vt Tertullianus: Apollinaris: & maxima pars occidentalium autumant: vt quomodo corpus ex corpore: sic anima nascatur ex anima: & simili cum brutis animantibus conditione subsistant. Super quo quid mihi videatur: in opusculis contra Rufinum scripsisse me noui: aduersus eum libellum: quem sanctae memoriae Anastasio episcopo Romanae ecclesiae edidit: In quo lubrica & subdola: immo stulta confessione: dum auditorum simplicitati illudere enititur: suae fidei: immo perfidiae illusit. quos libros reor sanctum parentem vestrum habere Oceanum. Olim enim editi sunt multis Rufini libris aduersus calumnias respondentes. Certe habes ibi virum sanctum & eruditum Augustinum episcopum: qui viua (vt aiunt) voce docere te poterit: & suam: immo per se nostram explicare sententiam. Et Ezechielis volumen olim aggredi volui: & sponsionem creberrimam studiosis lectoribus reddere: sed in ipso dictandi exordio: ita animus meus occidentalium prouinciarum: & maxime vrbis Romanae vastatione confusus est: vt iuxta vulgare prouerbium: proprium quoque ignorarem vocabulum: diuque tacui: sciens tempus esse lachrymarum. Hoc autem anno cum tres explicassem libros: subitus impetus barbarorum: de quibus tuus dicit Virgilius: Lateque vagantes Barcei: Et sancta scriptura de Ismahel: contra faciem omnium fratrum suorum habitabit: sic Aegypti limitem: Palaestinae: phoenicis: Syriae percurrit in star torrentis cuncta secum trahens: vt vix manus eorum misericordia Christi potuerimus euadere. Quod si iuxta inclytum oratorem silent inter arma leges: quanto magis studia scripturarum: quae & librorum multitudine: & silentio: ac librariorum sedulitate: quodque proprium est securitate & ocio dictantium indigent! Duos itaque libros misi sanctae filiae meae Fabiolae: quorum exempla si volueris: ab ipsa poteris mutuari. Pro angustia quippe temporis alios describere non potui: quos cum legeris & vestibula videris: facilis coniectura erit: qualis ipsa sit futura domus. Sed credo in dei misericordia qui nos adiuuit in difficillimo principio supradicti operis: quod ipse adiuuet & in penultimis prophetae partibus: in quibus Gog & Magog bella narrantur: & in extremis in quibus sacratissimi & inexplicabilis templi aedificatio: varietas: mensuraque describitur. Sanctus frater noster Oceanus cui vos cupitis commendari: tantus & talis est: & sic eruditus in lege domini: vt absque nostro rogatu instruere vos possit: & nostram super cunctis quaestionibus scripturarum pro modulo communis ingenii explicare sententiam. Incolumes vos & prolixa aetate florentes: Christus deus noster tueatur omnipotens domini vere sancti.

Ioan. 5. Tertullianus Apollinaris. Virgilius.

E F

Beati Augustini ad sanctum Hieronymum: de immortalitate animae: Et si anima sit pars dei: aut incorporea: disputantis. Deinde vbi contraxit anima reatum quo trahatur in condemnationem: etiam infantis: & si per sacramentum christianae gratiae non liberetur: inquirentis. Epistola.XXVIII.



Deum nostrum qui nos vocauit in suum regnum & gloriam: & rogaui & rogo: vt hoc quod ad te scribo sancte frater Hieronyme: consulens te de his quae nescio: fructuosum esse nobis velit. Quanquam enim te multo quam ego sum aetate maiorem: tamen etiam ipse iam senex consulo. Sed ad discendum quod opus est: nulla mihi aetas sera videri potest: quia etsi senes magis decet docere quam discere: magis tamen discere quam quid doceant ignorare. Nihil equidem molestius fero in omnibus angustiis meis quas patior in difficillimis meis quaestionibus: quam in tam longinqua tuae charitatis absentia: vt vix possim meas dare/vel recipere literas tuas: per interualla non dierum/non mensium/sed ali G

quot annorũ:cũ si fieri posset:quotidie præsentẽ te habere vellẽ:cum quo loquerer quicquid vellẽ. Nec ideo tamẽ nõ debui facere quod potui:si non potui totum qđ volui. Ecce venit ad me religiosus iuuenis:catholica pace frater:ætate filius:honore cõpresbyter:noster Orosius: vigil ingenio:paratus eloquio:flagrãs studio:vtile vas in domo dñi esse desyderans: ad refellendas falsas perniciosasq; doctrinas: quæ animas Hispanorũ multo infelicius q̃ corpora barbaricus gladius/ trucidarũt. Nã inde ad nos vsq; ab oceani littore ꝑperauit:fama excitus: q̃ a me posset de his q̃ scire vellet quicquid vellet audire. Neq; vllum cœpit aduẽtus sui fructũ primo:ne de me multũ famæ crederet. Deinde docui hominẽ qđ potui:qđ autem non potui: vnde discere posset admonui:atq; vt ad te iret hortatus sum. Qua in re cõsiliũ vel præceptũ meũ cũ libẽter & obediẽter acciperet:rogaui eũ vt abs te veniens: per nos ad ꝓpria remearet. Quã eius pollicitationẽ tenẽs:occasionẽ mihi credidi a dño esse cõcessam:qua tibi scriberem de his quę per te scire cupio. Quærebam em̃ quem ad te mitterem: nec mihi facile occurrebat idoneus & fide agendi:& alacritate obediendi:& exercitatione peregrinandi. Vbi ergo istum

H iuuenẽ expertus sum:eũ ipsum esse qualẽ a dño petebam:dubitare nõ potui. Accipe igit̃ quæ mihi peto aperiri ac disserere non graueris. Quæstio de aĩa multos mouet: in quib⁹ & me esse cõfiteor. Nam qđ de anima firmissime teneã non taceo. Deinde subiungã quid mihi adhuc expediri velim. Anima hominis immortalis est:secundũ quendã modũ suum. Non em̃ omni modo sicut deus:de quo dictum est:quia solus habet immortalitatem. Nam de animæ mortibus sancta scriptura multa cõmemorat. Vnde illud est. Sine mortuos sepelire mortuos suos. Sed q̃ ita moritur alienata a vita dei:vt tamen in natura sua viuere non omnino desistat: ita mortalis ex aliqua causa inuenitur: vt etiam immortalis non sine ratione dicat̃. Non est pars dei anima. Si em̃ hoc esset:omnimodo incõmutabilis atq; icorruptibilis esset. Qđ si esset: nec deficeret in deterius:nec ꝓficeret in melius:nec aliquid in semetipsa vel inciperet habere qđ nõ habebat:vel desineret habere qđ habebat:quantũ ad eius ipsius affectiones ptinet. Q̃s vero aliter se habeat:non opus est extrinsecus testimonio:quisquis seipsum aduertit:agnoscit. Frustra aũt dicit̃ ab eis q̃ animã dei partẽ esse volunt:hãc eius labẽ ac turpitudinẽ quã videmus in equissimis hominibus:hanc deniq; infirmitatẽ & ægritudinẽ quã sentim⁹ in omnib⁹ hominibus:non ex ipsa illi esse sed ex corpore. Quid interest vnde ægrotet:quæ si esset incommutabilis aliquo modo: vndelibet ægrotare non posset? Nam qđ vere incommutabile & incorruptibile est:nullius rei accessu commutari vel corrumpi potest. Alioquin non achillea tãtum/sicut fabulæ ferunt/sed omnis caro esset inuulnerabilis:si nullus ei casus accidisset. Nõ est ita. ꝑ natura incommutabilis:quæ aliquo modo:aliqua causa:aliqua parte mutabilis est. Deum autem nefas est nisi vere summeq; incommutabilẽ credere. Non est igitur anima pars dei. Incorpoream quoq; esse animam:etsi difficile tardioribus persuaderi potest:mihi ta-

I men fateor esse persuasum. Sed ne verbi controuersiam vel superfluo faciam vel merito patiar:quoniam cum de re constat:non est opus certare de nomine: si corpus est omnis substãtia vel essentia:vel siquid aptius nuncupatur:id qđ aliquo modo est in seipso: corpus est anima. Itẽ si eã solã incorporeã placet appellare naturã:quæ summe incommutabilis & vbiq; tota ẽ: corpus est anima:quoniam tale aliquid ipsa non est. Porro si corpus nõ est:nisi qđ per loci spatium aliqua longitudine:latitudine:altitudine ita sistitur vel mouetur: vt maiore sui parte maiorem locum occupet:& breuiore breuiorem:minusq; sit in parte q̃ in toto: nõ est corpus anima. Per totum quippe corpus quod animat nõ locali diffusione:sed quadam vitali intensione porrigitur. Nam per omnes eius particulas tota simul adest: nec minor in minoribus: & in maioribus maior:sed alicubi intensius:alicubi remissius:& in omnibus tota: & in singulis tota est. Neq; em̃ aliter quod in corpore etiam non toto sentit:tamẽ tota sentit. Nam cum exiguo puncto in carne viua aliquid tangitur:quis locus ille non solum totius corporis non sit:sed vix in corpore videatur:animam tamen totam nõ latet:neq; id quod sentitur per corporis cuncta discurrit:sed ibi tantum sentitur vbi sit. Vnde ergo ad totam mox peruenit:qđ non in toto sit: nisi quia & ibi tota est vbi sit:nec vt tota ibi sit cætera deserit? Viuunt enim & illa ea præsente:vbi nihil tale factum est. Quod si fieret: & vtrunq; simul fieret:simul vtrũ q̃ totam pariter non lateret. Proinde & in omnibus simul & in singulis particulis corporis sui:tota simul esse non posset:si per illas ita diffunderetur: vt videmus corpora diffusa per spacia locorum/minoribus suis partibus minora occupare: & amplioribus ampliora. Quapropter si anima corpus esse dicenda est: non est certe corpus quale terrenum est:nec quale

1.Timoth.6.
Lucæ.9.
I sent.dist. 37.ca.i setis

le humidum:aut aerium:aut ætherem.Omnia quippe talia maiora sunt in maioribus locis:
& minora in minoribus:& nihil eorum in aliqua sui parte totum adest:sed vt sunt partes lo-
corum:ita occupantur partibus corporum. Vnde intelligitur anima siue corpus siue incor-
porea dicenda sit:propriam quandam habere naturam:omnibus his mundanæ molis elemen
tis excellentiore substantia creatam:quæ veraciter non possit in aliqua phantasia corporaliũ
imaginum quas per carnis sensus percipimus cogitari:sed mente intelligi:vitaq; sentiri.Nec K
hæc perinde loquor:vt te quæ tibi nota sunt doceam:sed vt aperiam quid firmissime de ani-
ma teneam:ne me quisq̃ cum ad ea venero quæ requiro:nihil de anima vel scientia vel fide te
nere arbitretur.Certus etiam sum animã nulla dei culpa:nulla dei necessitate vel sua:sed ꝓpria
voluntate in peccatum esse collapsam:nec liberari posse de corpore mortis huius vel suæ vo-
luntatis virtute tanq̃ sibi ad hoc sufficiẽte vł ipsius corporis morte:sed gratia dei per Iesum
Christum dominum nostrũm:nec omnino esse animam vllam in genere humano: cui non sit
necessarius ad liberationem mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Quæcunq; au-
tem sine gratia mediatoris & sacramento eius in qualibet corporis ætate de corpore exierit:
& in pœnam futuram & in vltimo iudicio recepturam corpus ad pœnam.Si autem post ge-
nerationem humanam quæ facta est ex Adam:regeneretur in Christo:ad eius pertinens so-
cietatem:& requiem post mortem corporis habituram:& corpus ad gloriam recepturã.Hæc L
sunt quæ de anima firmissime teneo.Nunc accipe quæso quid requiram: & noli me spernere:
ne te spernat qui pro nobis dignatus est sperni.Quæro vbi cõtraxerit anima reatum:quo tra
hatur in condemnationem:etiam infantis morte præuenti:si ei per sacramentum quo etiam
paruuli baptizantur Christi gratia non subuenerit?Non enim es ex illis qui modo noua quæ
dam garrire cœperunt: dicentes nullum reatum esse ex Adam tractum:qui per baptismum
in infante soluatur. Quod te sapere si scirem: immo nisi te id non sapere scirem:nequaq̃ hoc
abs te quærerem aut quærendum putarem.Sed quia tenemus de hac re sententiam tuã con-
Iob.15. tinentem catholicæ fundatissimæ fidei: quia & Iouiniani vaniloquia redarguens: adhibuisti
testimonium ex libro Iob.Nemo mundus in conspectu tuo:nec infans cuius est diei vnius vi
ta super terram:Deinde subiunxisti:Tenemurq; rei in similitudinem præuaricationis Adæ:
Et liber tuus in Ionam prophetã satis hoc insigniter diluc ideq; declarat:vbi ieiunare paruu-
los propter ipsum originale peccatum merito coactos esse dixisti:non inconuenienter abs te
quæro:hunc reatum anima vbi contraxerit:vnde oporteat eam etiam in illa ætate per sacra-
mentũ christianę gr̃æ liberari.Ego quidẽ ante aliquot annos cũ libros quosdam scriberem de M
Li.3. de libero abitrio. libero arbitrio:qui in multorum manus exierunt:& nunc habentur a plurimis: quatuor opi
niones de animæ incarnatione:Vtrum ex illa vna quæ primo homini data est cæteræ propa
gentur:An singulis quibusq; nouę etiam modo fiant:An alicubi iam existentes vel mittãtur
diuinitus:vel sponte labantur in corpora:ita putaui esse tractandas:vt quælibet earum vera
esset:non impediret intentionem meam qua tunc aduersus eos quantis poteram viribus age
bam:qui naturam mali suo principio præditam/aduersus deum conantur inducere: id est cõ
tra Manichæos.Nam de Priscillianistis adhuc nihil audieram:qui non multum ab istis diss̃i
miles blasphemias fabulant̃.Ideo quintam opinionem non addidi:quã in tua epistola inter cę
teras commemorasti:ne aliquam præterires:vbi de hac quæstione interrogãti:rescripsisti re-
ligiosæ memoriæ viro nobisq; in Christi charitate gratissimo Marcellino:ꝙ anima non sit ꝑs
dei.Primo:quia non de incarnatione eius sed de natura quæritur cum hoc quæritur.Deinde
quia hic hoc sentiunt illi contra quos agebam:& id maxime agebam:vt creatoris inculpabi-
lem inuiolabilemq; naturam a creaturæ vitiis & labe secernerem:cum illi a substantia mali cui
proprium principium principesq; tribuunt:ipsam boni dei substantiam ex parte qua capta ẽ
corruptam & oppressam & ad peccandi necessitatem perductam esse contendunt. Hoc itaq;
excepto hæreticæ opinionis errore: ex quatuor reliquis opinionibus; quænam sit eligenda
scire desydero:Quæcunq; enim eligenda est:absit vt impugnet hanc fidem de qua certi su-
mus:omni animæ etiam paruuli infantis necessariam esse liberationem ex obligatione pecca
ti:eamq; nullam esse nisi per Iesum Christum & hunc crucifixum.Proinde ne lõgum faciam⁹ N
hoc certe sentis ꝙ singulas animas singulis nascentibus etiam modo deus faciat. Cui senten-
tiæ ne obiiciatur ꝙ omnes creaturas sexto die consummauerit deus:& septimo die requieue
Ioan.5. rit adhibes testimonium ex euangelio:Pater me⁹ vsq; nunc operatur & ego operor. Sic enim
ad Marcellinum scripsisti.In qua epistola etiam mei commemorationẽ beniuolentissime face-

re dignatus es: ꝙ hic me haberet in Africa: ꝗ ei ipsam facilius possem explicare sentẽtiã. Quod
si potuissem: nõ ille hoc abs re tã longe posito ingreret: si tamẽ id tibi ex Africa scripsit. Nã quã
do scripserit nescio: tantũ scio ꝙ de hoc bene cognouerit cunctationẽ meã. Vnde me incõsul-
to facere voluit: ꝗꝗ etiã si cõsuleret magis hortarer: & gratias agerẽ ꝙ nobis conferre omni-
bus posset: nisi tu breuiter rescribere ꝗ respõdere maluisses: Credo ne superfluo laborates vbi
ego essem: quẽ putabas id optime scire quod ille quæsiuerat. Ecce volo vt illa sententia etiam
mea sit: sed nondũ esse cõfirmo. Misisti ad me discipulos: vt ea doceã quæ nondum ipse didici.
Doce ergo quod doceam. Nam vt doceã multi a me flagitant: eisq; me sicut alia multa & hoc
ignorare confiteor. Et fortasse ꝗuis in os meum verecundent: tamen apud se dicunt: Tu es Ioan.3.
magister in israel & hæc ignoras? Quod quidẽ dominus ei dixit qui erat vnus illorũ quos de
lectabat vocari rabbi. Vnde etiam ad verum magistrũ nocte venerat: quia fortassis erubesce-
bat discere: qui docere consueuerat: me autem potius magistrum audire: ꝗ velut magistrum
delectat audiri. Recolo enim quid dixerit eis quos præ cæteris elegit: Vos autem inquit no- Matth.23.
lite vocari ab hominib⁹ rabbi: vnus enim est magister vester Christus. Nec alius docuit Moy-
sen per Ietro: nec alius Corneliũ etiã ꝑ priorẽ Petrũ: nec alius Petrũ etiã ꝑ posteriorẽ Paulum.
A quocunq; enim verum dicit: illo donante dicit qui est ipsa veritas. Quid si ideo adhuc ista
nescimus: & ea neq; orando: neq; legendo: neq; cogitando: & ratiocinando inuenire potuim⁹:
vt ꝓbemus non solum indoctos quãta charitate doceamus: verũ a doctis etiam quanta humi
O litate discam⁹? Doce ergo queso quod doceã: doce qđ teneam: & dic mihi si animæ singillatim
in singulis nascentibus fiunt: vbi in paruulis peccent: vt indigeant in sacramento Christi re-
missione peccati: peccantes in Adã: ex quo caro est ꝓpagata peccati: Aut si non peccant: qua
iustitia creatoris ita peccato obligant alieno: cum exinde propagatis membris mortalibus in
serunt: vt eas nisi per ecclesiã subuentũ fuerit: dãnatio cõsequat: cũ in earum potestate non sit
vt eis possit gratia baptismi subueniri. Tot igitur animarũ milia quę in mortib⁹ paruulorũ si
ne indulgentia Christiani sacramenti de corporibus exeunt: qua æquitate damnantur: si no-
uæ creatæ nullo suo præcedente peccato: sed voluntate creatoris singulæ singulis nascenti-
bus adhæserunt: quibus eas animandis ille creauit & dedit: qui vtiq; nouerat ꝙ vnaquæq; ea-
rũ nulla sua culpa sine baptismo Christi de corpore fuerat exitura? Quoniam igit neq; de deo
possumus dicere: ꝙ vel cogat animas fieri peccatrices: vel puniat innocentes: neq; negare
fas nobis est: eas quæ sine Christi sacramento de corporibus exierint: etiam paruulorum: non
nisi in damnationem trahi: Obsecro te quomodo hæc opinio defenditur: qua credunt animæ
non ex illa vna primi hominis fieri omnes: sed sicut illa vna vni ita singulis singulæ? Ea vero
P quæ dicuntur alia contra hanc opinionem: facile puto me posse refellere: sicuti est illud: quo
eam sibi quidã vident vrgere: quõ cõsummauerit deus omnia opera sua sexto die: & septimo Geñ.2.
requieuit: si nouas adhuc animas creat? Quibus si dixerimus qđ ex euangelio in supradicta
epistola posuisti: Pater meus vsq; nunc operatur: Respondẽt: operatur / dictũ est institutas ad Ioan.5.
ministrando: non nouas instituendo naturas: ne scripturæ geneseos contradicatur: vbi aper-
tissime legitur consummasse deum omnia opera sua. Nam & ꝙ eum scriptum est requieuisse
vtiq; a creãdis nouis creaturis intelligendum est: non a gubernandis: quia tunc ea quæ non
erant fecit: a quibus faciendis requieuit: quia consummauerat omnia quæ anteꝗ essent vidit
esse facienda: vt deinceps non ea quæ non erant: sed ex his quæ iam erant crearet & faceret qc
quid faceret. Ita vtrunq; verum esse monstratur: & quod dictum est: requieuit ab operib⁹ su-
is: & quod dictum est: vsq; nunc operatur: quoniam Genesi non potest euangelium esse con-
trarium. Verum his qui hæc ideo dicunt: ne credatur modo deus / sicut illam vnam / nouas
Q animas quæ non erãt facere: sed ex illa vna quæ iã erat eas creare vel ex fonte aliquo siue the-
sauro quodam quem tunc fecit: eas mittere: facile respondetur: etiam illis sex diebus multa
deum creasse ex his naturis quas iam creauerat: sicut ex aquis alites & pisces: ex terra autem
arbores: fœnum: animalia. Sed ꝙ ea quæ non erant tunc fecerit: manifestum est. Nulla enim
erat auis: null⁹ piscis: nulla arbor: nullum animal. Et bene intelligitur ab his creatis requie-
uisse quæ non erant: & creata sunt: id est cessasse: ne vltra quæ non erant crearentur. Sed nũc
ꝙ dicitur animas non in (nescio quo) fonte iam existentes mittere: nec de seipso tanꝗ suas
particulas irrorare: nec de illa vna originaliter trahere: nec pro delictis ante carnem com-
missis carneis vinculis compedire: sed nouas creare singulas singulis suam cuiq; nascenti: nõ
aliquid facere dicitur quod ante non fecerat. Iam enim sexto die fecerat hominem ad ima-

ginem suam:qđ vtiq̧ secundum animã rationalem fecisse intelligitur.Hoc & nunc facit:non
instituendo qđ non erat:sed multiplicando qđ erat. Vnde & illud verum est ꝙ a rebus q̃ non
erant instituendis requieuit.Et hoc verum est ꝙ non solum gubernãdo quæ fecit:verumeti-
am aliquid non qđ nondum/sed quod iam creauerat numerosius creando vsq̧ nunc opera-
tur.Vel sic ergo vel alio modo quolibet eximus ab eo qđ nobis obiicitur de requie dei ab ope
ribus suis:ne propterea non credamus nunc vsq̧ fieri animas nouas:non ex illa vna: sed sicut
illam vnam.Nam ꝙ dicitur:quare facit animas eis quos nouit cito morituros? Possumus re R
spondere:parentum hinc peccata vel conuinci vel flagellari.Possumus etiam recte illius mo-
derationi ista relinquere:quem scimus omnibus temporaliter transeuntibus rebus: vbi sunt
etiam animalium ortus & obitus:cursum ornatissimum atq̧ ordinatissimum dare : sed nos
ista sentire non posse:quæ si sentiremus delectatione ineffabili mulceremur . Non enim fru-
stra per prophetam qui hæc diuinitus inspirata didicerat: dictum est de deo: Qui profert nu
merose sæculum.Vnde musica id est scientia sensusue bene modulandi:ad admonitionẽ ma-
gnæ rei:etiam mortalibus rationales habentibus animas dei largitate cõcessa est.Vnde si ho
mo faciendi carminis artifex:nouit quas quibus moras vocibus tribuat ; vt illud qđ canitur
decedentibus ac succedentibus sonis pulcherrime currat ac transeat:quantomagis deus cu-
ius sapientia per quam fecit omnia longe omnibus artibus præferẽda est:nulla in naturis na-
scentibus & occidentibus temporum spacia:quæ tanq̃ syllabæ ac verba ad particulas huius
sæculi pertinent;in hoc labentium rerum tanq̃ mirabili cantico:vel breuius: vel productius
q̃ modulatio præcognita & præfinita deposcit:præterire permittit?Hoc cum etiam de arbo-
ris folio dixerim:& de nostrorum numero capillorum:quantomagis de hominis ortu & occa
su:cuius temporalis vita breuius productiusue non tẽditur q̃ deus dispositor temporum no
uit vniuersitatis moderamini consonare?Id etiam quod aiunt : Omne quod in tempore cœ-
pit esse:immortale esse non posse:quia omnia orta occidunt:& aucta senescũt:vt eo modo cre S
di cogant animum humanum ideo esse immortalem : ꝙ ante omnia tempora sit creatus:
non mouet fidem nostram.Vt enim alia taceam:cœpit esse in tempore immortalitas carnis
Roma.6. Christi:quæ tamen iam non moritur:& mors ei vltra nõ dominabitur.Illud vero quod in li-
bro aduersus Rufinum posuisti : quosdam huic sententiæ calumniari : ꝙ deum dare animas T
adulterinis conceptibus videatur indignum:vnde conantur astruere meritis gestæ ante car
nem vitæ/animas quasi ad ergastula huiusmodi iuste posse perduci:non me mouet multa co
gitantem quibus hæc possit calumnia refutari. Et ꝙ ipse respondisti:non esse vitium semen-
tis in tritico quod furto dicitur esse sublatum:sed in eo qui frumenta furatus est: nec idcirco
terram non debuisse gremio suo semina confouere:quia sator immunda ea proiecerit manu:
elegantissima similitudo est.Quã & anteq̃ legerẽ nullas mihi obiectio ista de adulterinis fœti
bus in hac quæstione faciebat angustias:generaliter intuenti multa bona deum facere etiam
de nostris malis:nostrisq̧ peccatis.Animalis autem cuiuscunq̧ creatio: si habeat pium pru-
dentemq̧ consyderatorem:ineffabilem laudem creatori excitat:quãtomagis creatio non cu-
iuslibet animalis:sed hominis?Si autem causa creandi quæritur:nulla citius & melius respõ-
detur:nisi quia omnis creatura dei bona est.Et quid dignius:q̃ vt bona faciat bon⁹ deus:quæ
nemo potest facere nisi deus?Hæc & alia quæ possum:sicut possum:dico aduersus eos q hanc
opinionem qua creduntur animæ sicut illa vna singulis fieri:labefactare conantur. Sed cũ ad V
poenas ventum est paruulorum:magnis mihi crede coarctor angustiis: nec quid respõdeam
prorsus inuenio.Non solum eas poenas dicoquas habet post hanc vitam illa damnatio : quo
necesse est trahantur si de corpore exierint sine christianæ gratiæ sacramento : sed eas ipsas
quæ in hac vita dolentibus nobis versantur ante oculos:quas enumerare si velim: prius tem
pus q̃ exempla deficiunt.Languescunt ægritudinibus:torquentur doloribus:fame & siti cru
ciantur : debilitantur membris : priuantur sensibus : vexantur ab immundis spiritibus.
Demonstrandum est vtiq̧: quomodo ista sine vlla sua mala causa iuste patiantur . Non
enim dici fas est: aut ista ignorante deo fieri:aut eum non posse resistere facientibus: aut in-
iuste ista vel facere vel permittere. Nunquidnam sicut illa animalia irrationabilia recte di-
cimus in vsus dari naturis excellentioribus : etsi vitiosis : sicut apertissime in euangelio
Matth.5. videmus : porcos ad vsum desyderatum concessos esse dæmonibus:hoc & de homine recte
possumus dicere? Animal est enim : sed rationale etsi mortale . Anima est rationalis in il-
lis membris: quæ tantis afflictionibus poenas luit . Deus bonus est:deus iustus est : deus

omnipotens est:hoc dubitare omnino dementis est. Tantorum ergo malorũ quæ fiunt in par
uulis:causa iusta dicatur. Nempe cum maiores ista patiũtur:solemus dicere: aut sicut in Iob
merita examinari:aut sicut in Herode peccata puniri. Et de quibusdam exẽplis quæ deus ma
nifesta esse voluit:alia quæ obscura sunt hominum coniectare conceditur: sed hoc in maiori-
X bus. De paruulis autem quid respondeamus edissere:si pœnis tãtis nulla in eis sunt puniẽda
peccata. Nam vtiq; nulla est in illis ætatibus examinãda iustitia. De ingeniorum vero diuer-
sitate quid dicam?quæ quidem in paruulis latet:sed ab ipsis exordiis naturalibus ducta:appa
ret in grandibus:quorum nonnulli tam tardi & obliuiosi sunt:vt ne prima quidem discere li
terarum elementa potuerint. Quidam vero tantæ sunt fatuitatis:vt nõ multum a pecoribus
differant:quos Moriones vulgo vocant. Respondetur fortasse:corpora hoc faciunt. Sed nun-
quid secundum hanc sententiam quã defendi voluimus:anima sibi corpus elegit:& in eligen
gendo cum falleretur errauit?Aut cum in corpus cogeretur intrare necessitate nascendi:alia
corpora præoccupantibus animarum turbis:ipsa aliud non inuenit?Et sicut in spectaculo ali-
quo locum:ita carnem non quã voluit:sed quã valuit occupauit?Nunquid hęc & talia vel di
Y cere possumus vel sentire debemus?Doce igitur quid sentire:quid dicere debeamus:vt cõstet
nobis ratio nouarum animarum singillatimq; factarũ singulis corporibus. Ego quidem non Li.3. de libe-
de ingeniis:sed saltem de pœnis paruulorum quas in hac vita patiũtur: dixi aliquid in libris ro arbitrio.
illis de libero arbitrio. Qđ quale sit:& cur mihi in ista quã habemus in manibus quæstiõe nõ
sufficiat:intimabo:& eum ipsum de tertio libro locum secerptum his literis inserã. Nam ita
se habet. De cruciatibus autem corporis quibus affliguntur paruuli:quorum per ętatem nul
la peccata sunt:si animę quibus animantur:non priusq̃ ipsi homines esse cœperunt:maior q̃re
la & quasi misericors depromi solet:cum dicitur:qđ mali fecerunt vt ista paterent?Quasi pos
sit esse meritum innocentiæ:anteq̃ quisq; nocere aliquid possit. Cum aũt boni aliquid operat
deus in emendatione maiorum:cum paruulorum suorũ qui eis chari sunt doloribus ac mor
tibus flagellantur:cur ista non fiant:quando cum transierint:pro non factis erunt in quib⁹ fa
cta sunt?Propter quos aũt facta sunt:aut meliores erunt si temporalibus incommodis emẽda
ti:rectius elegerint viuere:aut excusationem in futuri iudicii supplicio non habebunt:si vitę
huius angoribus:ad ęternam vitam desyderium conuertere noluerint?Quis aũt nouit:quid
paruulis de quorum cruciatibus duritia maiorum contunditur:aut exercetur fides:aut mi-
sericordia probatur:Quis inquã ergo nouit quid ipsis paruulis in secreto iudiciorum suorũ
bonæ compensationis reseruet deus?Quoniam q̃q̃ nihil recte fecerint:tamen nec peccãtes ali
quid ista perpessi sunt. Non enim frustra etiã infantes illos:qui cũ dominus noster Iesus Chri
stus necandus ab Herode quęreretur:occisi sunt:in honore martyrum receptos commendat
ecclesia. Hæc tunc dixi:cum hanc ipsam de qua nunc agitur vellem cõmunire sententiam. Si
Z cut enim pauloante commemoraui:quæcunq; illarum de animæ incarnatione quatuor opi-
nionum vera esset:inculpatam substantiam creatoris & a nostrorum peccatorum societate re
motissimam nitebar ostendere. Et ideo quæcunq; illarum veritate posset conuinci & repudi-
ari:ad curam intentionis meæ quã tunc habebam non pertinebat:quandoquidem cunctis di
ligentiore disputatione discussis:quæcunq; illarum recte vinceret cęteras:me securissimo fie
ret:quando etiam secundum omnes id qđ agebam inuictum persistere demonstrabam. Nunc
vero vnam volo si possum ratione recta eligere ex omnibus. Et p̃pterea huius ipsius de qua
nunc agimus defensionem in his quæ commemoraui de illo libro verbis meis attẽtius intuẽs
validam firmãq; non video. Nam velut firmamentum eius illud est:qđ ibi dixi. Quis aũt no-
uit quid paruulis de quorum cruciatibus duritia maiorum cõtunditur:aut exercetur fides:
aut misericordia probatur:Quis inquã ergo nouit qd ipsis paruulis in secreto iudiciorũ suo
rum bonæ compensationis reseruet deus?Quoniam q̃q̃ nihil recte fecerint: tamen nec peccan
tes aliquid ista perpessi sunt. Sed hoc non immerito dici video:de his qui vel pro Christi nomi
ne ac vera religione tale aliquid etiam nescientes patiuntur:vel sacramẽto Christi iam imbu
ti sunt:qa sine societate vnius mediatoris liberari a damnatione non possunt:vt possit eis etiã
pro illis malis quę hic in diuersis afflictionibus pertulerunt:compensatio ista pręstari. Nũc au
tem cum ista quæstio non possit absolui:nisi etiam de his paruulis respondeatur:qui post gra
uissimos cruciatus sine sacramento Christianæ societatis expirant:quę circa eos compensatio
cogitanda est:quibus insuper & damnatio præparata est?Nam & de baptismo puulorũ in eo-
dem libro:non quidem sufficienter:sed quantum illi operi satis esse videbatur/vtcunq; respõ

di;qđ etiam nesciẽtibus:& fidem suam nondum habentibus prodest: non tamen de damna-
tione eorum paruulorum:qui sine illo ex hac vita emigrant tunc aliquid dicendum putaui:
quia non qđ nunc agitur agebatur.Sed vt omittamus & contemnamus ea quæ breui tempo &
re patiuntur:nec transacta reuocantur:nisiquid similiter contemnere possumus: ꝙ per vnum
1.Cor.15. hominem mors:& per vnum hominem resurrectio mortuorum!Sicut eñ in Adã omnes mo
riuntur:sic & in Christo omnes viuificabuntur.Per hanc eñ apostolicam diuinam claramq
sententiam:satis euidenter elucet:neminem ire in mortem nisi per Adam:neminem ire in vi-
tam æternam:nisi per Christum. Hoc est quippe omnes & omnes: quia sicut omnes homines
per primam: hoc est per carnalem generationem pertinent ad Adam: sic omnes homi-
nes ad secundam: id est spiritalem regenerationem veniunt: quicunq ad Christum perue-
niunt.Ideo ergo dictum est:& hic omnes:& ibi omnes;quia sicut omnes qui moriuntur:nõ ni
si in Adam moriuntur:ita õmnes qui viuificabuntur:non nisi in Christo viuificabuntur.Ac
per hoc:quisquis nobis dixerit:quenq̃ in resurrectione mortuorũ viuificari posse nisi in Chri
sto:tanq̃ pestis communis fidei detestandus est.Item quisquis dixerit ꝙ in Christo viuificabũ
tur etiam paruuli qui sine sacramenti eius participatione de vita exeunt:hic profecto & con-
tra apostolicam prædicationem venit:& totam condemnat ecclesiam:vbi propterea cum ba-
ptizãdis paruulis festinatur & curritur:quia sine dubio creditur aliter eos in Christo viuifi
cari omnino non posse.Qui autem non viuificatur in Christo: restat vt in eadem damnatiõe
Ro.5. maneat:de qua dicit Apostolus:Per vnius delictum in omnes homines ad condemnationem.
Cui delicto obnoxios paruulos nasci;& omnis credit ecclesia:& ipse iam contra Iouianianum
disputans:& exponens Ionam prophetam:sicut pauloãte commemoraui:fide veracissima de-
finisti:credo & in aliis locis opusculorum tuorũ:quæ vel non legi:vel in præsentia non recor
dor.Huius igitur damnationis in paruulos causam requiro:quia neq animarum si nouæ fi-
unt singulis,singulæ:video esse vllum in illa ætate peccatum:nec a deo damnari aliquam cre-
do:quam videt nullum habere peccatum.An forte dicendum est in paruulo carnem solã cau 9
sam esse peccati:nouam vero illi animam fieri: qua secundum dei pręcepta viuente in adiuto
rio gratiæ Christi:& ipsi carni edomitę ac subiectæ possit incorruptionis meritum compara
re!Sed quia in paruulo anima nondum id agere potest:nisi Christi acceperit sacramentum:ꝑ
hanc gratiam carni eius acquiritur: qđ illius moribus nondum potuit.Si autem sine vllo sa-
cramẽto anima paruuli exierit:ipsa quidem in æterna vita erit: vnde eam nullum peccatum
potuit separare:caro vero eius non resurget in Christo:non percepto ante mortem illius sa-
cramento!Hanc opinionem nunq̃ audiui:nunq̃ legi:Sed plane audiui & credidi : propter qđ
Ioan.5. & locutus sum:quia veniet hora quando omnes qui in monumentis sunt audient vocem ei⁹:
1.Cor.15. & procedent qui bene fecerunt in resurrectionem vitæ. Ipsa est de qua;dicitur: Et per vnum
hominem resurrectio mortuorum:Ipsa est qua in Christo omnes viuificabuntur:Qui autem
male egerunt in resurrectionem iudicii.Quid hic ergo de illis infantibus intelligendum est:
qui priusq̃ possent agere vel bene vel male:sine baptismo corpore exuti sunt!Nihil hic de tali
bus dictum est.Sed si caro eorum ideo non resurget:quia nec boni aliquid fecerunt nec mali:
nec illorum resurrectura est:qui percepta baptismi gratia: in illa ætate defuncti sunt in qua
nihil bene vel male agere potuerunt.Si autem illi inter sanctos resurgent: id est inter eos qui
bene egerunt: inter quos & illi resurrecturi sunt:nisi inter eos qui male egerũt: ne aliquas hu
manas animas credamus corpora sua non recepturas:siue in resurrectionem vitæ:siue in re-
surrectionem iudicii!Quę sentẽtia priusq̃ refellatur:ipsa nouitate iam displicet.Deinde quis A
ferat si credant se illi qui ad baptismum cum suis paruulis currunt:propter carnes eorum nõ
Cyprianus. propter animas currere!Beatus quidem Cyprianus non aliquod decretum condens nouum:
sed ecclesiæ fidem firmissimam seruans ad corrigendum eos qui putabant ante octauum diẽ
natiuitatis non esse paruulum baptizandum:non carnem:sed animam dixit esse perdendam:
Ro.5. & mox natum rite baptizari posse:cum suis quibusdam coepiscopis censuit. Sed contra Cy
priani aliquam opinionem:vbi quod videndum fuit fortasse non vidit: sentiat quisq quod
libet:tantum contra apostolicam manifestissimam fidem nemo sentiat: qui ex vnius deli-
cto omnes in condemnationem duci prædicat: ex qua condemnatione non liberat ni-
si gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum: in quo vno oẽs viuificantur quicunq
viuificantur.Contra ecclesiæ fundatissimum morem nemo sentiat:vbi ad baptismum si pro-

B pter sola paruulorum corpora curreretur:baptizandi offerrent & mortui.Quæ cum ita sint:
quærenda causa est atq; reddenda:quare damnentur animę quæ nouæ creantur singulis qui
busq; nascentibus:si pręter Christi sacramentum paruuli moriantur.Damnari enim eas si sic
de corpore exierint:& sancta scriptura:& sancta est testis ecclesia.Vnde illa de animarum no
uarum creatione sententia:si hanc fidem fundatissimā non oppugnat:sit & mea:si oppugnat
non sit & tua.Nolo mihi dicatur pro hac sententia debere accipi qđ scriptum est : Qui finxit
spiritum hominis in ipso:& q finxit singillatim corda eorum.Aliquid fortissimum atq; inui- Psal.32.
ctissimum requirendum est:qđ nos non cogat deum credere vllarum animarū sine culpa ali-
qua damnatorem.Nam vel tantundem valet:vel plus est forsitan creare q̄ fingere: & tamen
scriptum est:Cor mundum crea in me deus.Nec ideo putari potest anima hoc loco optare se Psal.50.
fieri priusq̄ aliquid esset.Sicut ergo iam existens creatur innouatione iustitiæ: sic iam existēs
fingitur confirmatione doctrinæ. Nec illud qđ in ecclesiaste scriptum est: Tūc cōuertetur in Eccle.12.
terram puluis sicut fuit:& spiritus reuertetur ad dominum qui dedit illum:istam confirmat
sententiam:quā volumus esse nostram.Plus enim hoc suffragatur eis:qui ex vna putant om-
nes esse animas.Nam sicut conuertitur inquiunt puluis in terram sicut fuit: & tamē caro de
qua hoc dictum est:ad hominem nō reuertitur ex quo propagata est:sed ad terram vnde pri
mus homo factus est:sic & spiritus ex illius vnius spiritu propagatus:non tamē ad eum reuer
C titur:sed ad dominum a quo illi datus est. Verum quia hoc testimonium ita p istis sonat: vt
non omnimodo huic opinioni quā defendi volo:videatur esse contrarium:admonendam tan
tum credidi prudentiam tuam:ne talibus testimoniis ex his angustiis me coneris eruere. Nā
licet nemo faciat optando vt verum sit qđ verum nō est:tamen si fieri posset optarem vt hæc
sententia vera esset sicut opto:vt si vera est:abs te liquidissime atq; inuictissime defendaē.Hęc
autem difficultas etiam illos sequitur:qui iam existentes alibi animas & ab initio diuinorum
operum præparatas:a deo mitti opinantur in corpora.Nam & ab his hoc idem quæriē: si ani
mæ inculpatę obedienter veniunt quo mittuntur:cur in paruulis si non baptizati vitam istā
finierint:puniuntur?Eadem prorsus in vtraq; sententia difficultas est.Illi sibi vidētur de hac
facilius exire quęstione:qui animas asseuerant pro meritis vitæ prioris singulas singulis cor-
poribus implicari.Hoc enī putant esse in Adam mori : in carne scilicet quæ propagata est ex
Adā supplicia pendere.A quo reatu inqūt gratia Christi liberat pusillos cum magnis.Hoc q
dem recte:veraciter:optimeq;:q gratia Christi liberat a reatu peccatorum pusillos cum ma-
gnis.Sed in alia superiore vita peccare animas:& inde pręcipitari in carceres carneos:non cre 11. de Ciuita
do:non acquiesco:nō consentio.Primo,quoniam nescio per quos fieri circuitus id aiūt isti: vt te dei.ca.23.
post nescio quanta volumina sæculorum iterum ad istam sarcinam corruptibilem carnis &
supplicia pendenda redeūdum sit.Qua opinione quid horribilius cogitari possit ignoro. De
inde quis tandem iustus defunctus est:de quo non si isti vera dicūt:solliciti esse debeamus: ne
in sinu Abrahæ peccās in flammas illius diuitis deiiciatur?Cur enim non & post hoc corpus
peccari possit si & ante potuit?Postremo:longe aliud est in Adam peccasse. Vnde dicit aposto
lus:In quo omnes peccauerunt:Et aliud est extra Adam nescio vbi peccasse:Et ideo in Adam: Ro.5.
D id est in carnem q̄ ex Adam propagata est: tanq̄ in carcerem trudi . Illā vero opinionem q ex
vna fiant omnes animæ:nec discutere volo nisi necesse sit:Atq; vtinam ista de qua nunc agi-
mus si vera est : sic abs te defendatur: vt hic necesse iam non sit.Quis autem desyderem:ro-
gem:votis ardentibus exoptem & expectem:vt per te mihi dominus huius rei auferat igno-
rātiam: tamen si(qđ absit)minime meruero:patientiam mihi petam a domino deo nostro:in
quem sic credimus vt aliqua nobis non aperiri etiam pulsantibus nullo modo aduersus eum
murmurare debeamus.Memini prius ipsis apostolis dictū.Multa habeo vobis dicere:sed non
potestis illa portare modo.In his quātum ad me attinet etiam hoc deputem. Neq; qui hoc sci Ioan.16.
am me indigner indignum:nec hoc ipso etiam conuincar indignior . Multa enī alia similiter
nescio quæ cōmemorare vel enumerare non possum.Et hoc tolerabiliter ignorarem:nisi me-
tuerem ne aliqua istarum opinionum contra illud qđ firmissima retinemus fide: incautis obre
peret mentibus . Sed anteq̄ sciam quænam earum potius eligenda sit:hoc me non temere sen
tire profiteor:eam quæ vera est non aduersari robustissimæ ac fundatissimæ fidei: qua Chri-
sti ecclesia nec paruulos homines recentissime natos a damnatione credit/nisi p gratiam no
minis Christi quā in suis sacramentis commendauit/ posse liberari.

Sancti Augustini ad beatum Hieronymum: expositionem de eo qd scribitur in canonica Iacobi: Si quis totam legem seruauerit: offendat autem in vno: factus est omnium reus: petentis. Plurima etiam de connexione virtutum ac vitiorum secundum philosophorum catholicorumq; sententias tractantis. Epistola.XXIX.



Vod ad te scripsi honorāde mihi in Christo frater Hieronyme: quærens de anima humana: si nascentibus singulis nouæ singulæ nūc vsq; fiunt: vbi peccati vinculum contrahunt: qd per sacramētū gratiæ Christi etiā in infantibus recenter natis soluendum esse non dubitamus: cum in non paruum volumen pcederet: nolui vlla alia onerare quæstione: sed qd vrget acrius: multo minus est negligendum. Proinde quæro: & per deum obsecro: vt exponas mihi quod multis existimo profuturum: aut si iam vel abs te/vel ab alio aliquo expositum habes: dirigas nobis: quomodo accipiendum sit: qd in epistola Iacobi apostoli scriptum est. Quicunq; enim totam legem seruauerit: offendat autem in vno: factus est omnium reus. Quæ res talis ac tanta est: vt q hinc tibi non iam olim scripsi: multum me pœniteat. De agenda nāq; præsenti vita: quomodo ad vitam perueniamus æternam: non de præterita perscrutanda: quā penitus demersit obliuio: sicut est illud qd de anima quærendum putaui: hæc vertitur quæstio. Eleganter aūt dictū esse narratur: qd huic rei satis apte cōuenit. Cū quidam ruisset in puteum: vbi aqua tanta erat: vt eum magis exciperet ne moreretur: q̄ suffocaret ne loqueretur: accessit alius: & eo viso admirans ait: Quomodo huc cecidisti? Ait ille. Obsecro inqt cogita quomodo hinc me liberes: non quomodo huc ceciderim quæras. Ita quoniam fatemur: & fide catholica tenemus: de reatu peccati: tanq̄ de puteo: etiam paruuli infantis animam Christi gratia liberandam: satis est ei: q modum quomodo salua fiat: nouimus: etiam si nunq̄ quomodo in malum illud deuenerit nouerimus. Sed ideo putaui esse quærendum: ne forte ex illis opinionibus incarnationis animæ aliquam teneamus incautius: quæ liberandam prorsus animam paruuli contradicat: negans eam esse in isto malo. Hoc igitur firmissime retento: q anima paruuli de reatu peccati liberanda est: nec alio modo liberāda nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum: si possumus etiam ipsius mali causam & originem nosse: vaniloquis nō disputatoribus/sed litigatoribus paratius instructiusq; resistimus. Si autem non possumus: nō quia latet miseriæ principium: ideo pigrescere misericordię debet officium. Aduersus eos autem qui sibi videntur scire qd nesciunt: hoc tutiores sumus q hanc ignorantiam nostram non ignoramus. Aliud est eñ qd nescire malum est: aliud qd sciri vel non potest: vel non opus est: vel ad vitam quā quærimus indifferens est. Hoc vero qd de literis apostoli Iacobi nunc requiro: in hac ipsa qua viuimus: & vt semper viuamus deo placere studemus: actione versatur. Quomodo igitur intelligendum est obsecro te: Quicūq; totam legem seruauerit: offendat autem in vno: factus est omnium reus? Ita ne qui furtum fecerit: immo vero qui dixerit diuiti: sede hic: pauperi autem: tu sta illic: & homicidii/& adulterii & sacrilegii reus est? Qd si non est: quomodo qui in vno offendat: factus est omnium reus? An illud qd dixit de diuite & paupere ad ista non pertinet: quorum si quis in vno offenderit: fiet omnium reus? Sed recolendum est vnde venerit illa sententia: & quę illam superiora pepererint quibusq; connexa dependeat. Fratres mei nolite inquit in personarum acceptione habere fidē domini nostri Iesu Christi gloriæ. Etenim si introierit in conuentu vestro vir anulum aureū habens in veste candida: introierit autem & pauper in sordido habitu: & intendatis in eum q indutus est veste præclara: & dicatis ei: Tu sede hic bene: pauperi aūt dicatis: tu sta illic: aut sede sub scabello pedum meorum: nōne iudicatis apud vosmetipsos: & facti estis iudices cogitationum iniquarum? Audite fratres mei dilectissimi: nōne deus elegit pauperes in hoc mundo: diuites in fide: & hęredes regni: qd repromisit deus diligentibus se? Vos autem exhonorastis pauperem propter illum scilicet cui dictum est: sta illic: cum habenti anulum aureum dictum esset: tu sede hic bene. Ac deinde sequitur eandem ipsam sentētiam latius versans & explicans: Nōne inquit diuites per potētiam opprimūt vos: & trahūt ad iudicia? Nōne ipsi blasphemāt bonum nomē qd inuocatum est super vos? Si quidem legem perficitis regalem secundum scripturam: Diliges proximum tuum sicut teipsum: bene facitis. Si autem personas accipitis: peccatum operamini: redarguti a lege quasi transgressores. Vide quemadmodū trāsgressores legis appellat: qui dicūt diuiti: sede hic: & pauperi: sta illic. Vnde ne putarēt cōtemptibile esse peccatū: in hac vna re legē trāsgredi: secutus adiunxit: Quicūq; totam legem ser-

B

Iacobi.2.

2.Retrac. ca.45.

F

Iacobi.2.

uauerit:offendat aũt in vno:factus est omniũ reus.Qui eñ dixit:nõ moechaberis: dixit:& nõ
occides.Q; si nõ occidis:moecharis aũt:factus es trãsgressor legis:ꝑpter id qđ dixerat: redar
guti a lege:quasi transgressores.Quæ cum ita sint:cõsequens videtur:nisi alio modo intelli-
gendũ ostendatur:vt qui dixerit diuiti:sede hic:& pauperi:sta illic:huic non honorẽ/ quẽ illi
deferẽs:& idololatra/ & blasphemus/& adulter/& homicida:& ne qđ lõgũ est:cũcta cõmemo
G rem:reus omniũ criminũ iudicandus est.Offendẽs quippe in vno:factus est oĩm reus. At eñ
q vnam virtutẽ habet:oẽs habet:& qui vnam nõ habet:nullã habet.Hoc si verũ est:confirma
tur ista sententia:Sed ego eam exponi volo:non confirmari:quæ per seipsam apud nos omni-
bus philosophorum auctoritatibus firmior est.Et illud quidem de virtutibus & vitiis : si ve-
raciter dicitur:non est consequens:vt propter hoc omnia peccata sint paria.Nam illud de in-
separabilitate virtutum:nisi forsitan fallor:tamen si verum memini:qđ vix memini: oĩbus
philosophis placuit:qui easdem virtutes agendę vitæ necessarias esse dixerũt. Hoc autem de
parilitate peccatorum soli Stoici ausi sunt disputare:contra omnem sensum generis humani:
quã eorum vanitatem in Iouiniano illo:qui in hac sententia Stoicus erat:in aucupandis autẽ
& defensandis voluptatib⁹ Epicureus:de scripturis sanctis dilucidissime cõuicisti.In qua tua
suauissima & pręclarissima disputatione satis euidenter apparuit:non placuisse auctorib⁹ no
stris:vel ipsi potius quæ per eos locuta est veritati:omnia paria esse peccata . Quomodo autẽ
fieri possit:vt etiam si hoc de virtutibus verum est:non tamen ideo cogamur fateri æqualita
H tem omnium peccatorum:quantum possum adiuuante domino aperire conabor. Qđ si effe-
cero:approbabis:vbi vero causę defuero tu supplebis.Certe hinc persuadẽt: qui vnam virtu
tem habuerit:habere omnes:& oĩes deesse cui vna defuerit: ꝙ prudentia nec ignaua / nec in
iusta /nec intemperans potest esse.Nam si aliquid horum fuerit:prudentia non erit . Porro si
prudentia tunc erit si & fortis/& iusta/& temperans sit:profecto vbi fuerit:secum habet cæte
ras.Sic & fortitudo imprudens esse non potest vel intemperans vel iniusta: sic temperãtia ne
cesse est vt prudens/fortis/ & iusta sit.Sic iustitia non est nisi sit prudens:fortis:temperãs.Ita
vbi est vna vera aliqua earum:& aliæ similiter sunt. Vbi autem aliæ desunt:vera vna illa non
I est:etiam si aliquo modo similis esse videatur.Sunt enim vt scis quædã vitia virtutibus aper
ta discretione contraria:vt imprudentia prudentiæ.Sunt autem quędam quæ tantum vitia
sunt:ideo contraria:quadam tamen specie falláci similia:vt eidem prudentię:non impruden-
tia:sed astutia. Nunc eñ eã dico astutiã:q̃ vsitatius in malitiosis intelligi & vocari solet:non
sicut nostra loqui scriptura consueuit:quæ sæpe astutiam in bono ponit. Vnde: Estote astuti Matth.10.
vt serpentes.Et illud:vt & innocentibus det astutiam.q̃q̃ & apud illos/Romanę linguę diser
tissimus dixerit:Neq; illi tamẽ ad cauendum dolus:aut astutia deerant : astutiam ponens in
bono:sed apud illos rarissimum:apud nostros frequentissimum est.Itemq; in partibus tempe
rantiæ apertissime contraria est effusio parsimoniæ:ea vero quæ tenacitas dici vulgo solet:vi
tiũ quidẽ est:tamẽ parsimoniæ simile:non natura:sed fallacissima specie. Item dissimilitudi-
ne manifesta contraria est iniustitia iustitiæ.Solet autem quasi imitari iustitiam vindicandi
se libido:sed vitium est.Ignauia fortitudini perspicue contraria est:duritia vere distat natu-
ra:fallit similitudine.Constantia pars quædam virtutis est. Ab hac inconstantia longe abhor
ret:& indubie contrasistit. Pertinacia vero constantia dici affectat:& non est:quia illa est vir-
K tus:hoc vitium. Vt ergo non iterum hæc eadem commemorare necesse sit : exempli gratia
ponamus aliquid:vnde possint cætera intelligi.Catilina:vt de illo scripserunt : qui nosse po- Sallustius.
tuerunt:frigus:sitim:famem ferre poterat: eratq; patiens inediæ : algoris : vigiliæ supra q̃
cuiq̃ credibile est:ac per hoc & sibi & suis magna præditus fortitudine videbatur : Sed hæc
fortitudo prudens non erat:mala enim pro bonis eligebat. Temperans non erat : corruptelis
enim turpissimis fœdebatur.Iustus non erat:nam contra patriam coniurauerat. Et ideo nec
fortitudo erat:sed duritia sibi:vt stultos falleret:nomen fortitudinis imponebat.Nam si for-
titudo esset:non vitium /sed virtus esset.Si autem virtus esset:a cæteris virtutibus tanq̃ in-
separabilibus comitibus nũq̃ relinqueretur.Quapropter dum quęritur etiam de vitiis verũ
ipsa similiter omnia sint vbi vnum erit:aut nulla sint vbi vnum non erit : laboriosum est id
ostendere:propterea quia vni virtuti duo vitia opponi solent: & quod aperte cõtrarium est:
& quod specie similitudinis adumbratur. Vnde illa Catilinæ quia fortitudo non erat : quæ
esset cum secum virtutes alias non habebat : facilius videbatur . Q; vero ignauia fuerit vbi
exercitatio quaslibet grauissimas molestias perpetiendi atq; tolerandi:supra q̃ cuiq̃ credibi-

manere:vnde om̃ino vllum peccatum possit existere.Hæc similitudo vbi stultitia velut aqua
& sapientia velut aer ponitur:vt animus a præfocatione stultitię tanq̃ emergens in sapientia
repente respiret:non mihi videtur satis accommodata nostrarum scripturarum auctoritati:
Sed illa potius:vt vitium vel stultitia tenebris:luci autem virtus & sapientia comparet:quã
tum ista similia de corporalibus ad intelligibilia duci possunt.Non itaq; sicut de aquis in ae-
rem surgens:vbi earum summũ transierit repente quãtum sufficit inspiratur: sed sicut de te
nebris in lucem procedens paulatim ꝓgrediẽdo:illuminatur.Qđ donec plenissime fiat: iam
eum tamen dicit tanq̃ de abditissima spelunca egredientem:vicinia lucis afflatũ tanto magis
quãto magis propinquat egressus:vt illud qđ in eo lucet:sit vtiq; ex lumine quo progredit̃.
Illud autem qđ adhuc obscurum est:sit ex tenebris vnde egredit̃.Itaq; & non iustificabitur in Psal.14.2.
conspectu dei omnis viuens:& tamẽ iustus ex fide viuit.Et induti sunt sancti iustitia:ali⁹ma- Abacuc.2.
ius:alius minus.Et nemo hic viuit sine peccato:& hoc alius maius:alius minus.Optimus au
O tem est qui minimum.Sed quid ego tanq̃ oblitus cui loquor:doctori similis factus sum: cum
proposuerim quid abs te discere velim?Sed quia de peccatorum parilitate:vnde ad id qđ aie-
bam incidit quæstio:examinandam tibi sententiam meam promere statueram: iam eam tan-
dem aliquando concludam.Quia & si verum est:eum qui habet vnam: omnes habere virtu-
tes:eum qui vnam non habet:nullam habere:Nec sic peccata sunt paria : quia vbi virtus nul
la est:nihil quidem rectum est:nec tamen ideo non prauo prauius est:distortoq; distortius.Si
autem qđ puto esse verius:sacrisq;⁹ literis congruentius : ita sunt animæ intensiones: vt cor-
poris membra:non q; videantur locis:sed sentiantur affectibus:& aliud illuminatur amplius
aliud minus:aliud omnino caret lumine & tenebroso inumbratur obstaculo: profecto ita vt
quisq; illustratione piæ charitatis affectus est:in alio actu magis : in alio minus:in aliquo ni-
hil:sic potest dici habere aliam:& aliam non habere:aliam magis aliam minus habere virtu-
tẽ. Nã & maior est in isto charitas q̃ in illo:recte possum⁹ dicere:& aliqua in isto: nulla in illo
quantum pertinet ad charitatem quæ pietatis est:& in ipso vno homine q; maiorem habuit
pudicitiam q̃ patientiam:& maiorem hodie q̃ heri si proficit:& adhuc non habeat continen-
tiam:& habeat non paruam misericordiam.Et vt generaliter breuiterq; complectar : quã de
virtute habeam notionem:qđ ad recte viuendum attinet:virtus est charitas: qua id qđ dili-
gendũ est diligitur.Hęc in aliis maior:in aliis minor:in aliis nulla est.Plenissima vero q̃ iã nõ
possit augeri:q̃diu hic homo viuit est in nemine:q̃diu aũt augeri potest:profecto illud qđ mi
nus est q̃ debet ex vitio est.Ex quo vitio nõ est iustus in terra qui faciat bonum & non peccet. 3.Reg.8.
Ex quo vitio non iustificabitur in conspectu dei omnis viuens.Propter qđ vitium si dixerim⁹ Psal.142.
quia peccatum non habemus:nosmetipsos seducimus:& veritas in nobis non est. Propter qđ 1.Ioan.1.
etiam quantũlibet profecerimus:necessarium est nobis dicere : Dimitte nobis debita nostra: Math.6.
cum iam omnia in baptismo dicta:facta:cogitata:dimissa sint. Quis itaq; qui recte videt: vn-
de & quando & vbi speranda sit illa perfectio:cui non sit quod adiici possit?Si autem pręcepta
non essent:non vtiq; esset vbi se homo certius inspiceret & videret:vnde auerteretur:quo co-
naretur:quare gratularetur:quid precaretur.Magna est ergo vtilitas præceptorum:si libero
P arbitrio tantum detur:vt gratia dei amplius honoretur.Quæ si ita se habent: vnde fiet om-
nium reus:si in vno offendat:qui totam legem seruauerit?An forte quia plenitudo legis cha Iacobi.2.
ritas est:qua deus proximusq; diligitur:in quibus præceptis charitatis tota lex pendet & pro Ro.13.
phetæ:merito fit reus omniũ qui contra illam facit:in qua pendent omnia?Nemo autem pec- Math.22.
cat nisi aduersus illam faciendo:quia non adulterabis:non homicidium facies:non furaberis:
non concupisces:& si qđ est aliud mandatum:in hoc sermone recapitulatur:in eoq; diligis ꝓ Ro.13.
ximum tuum tanq̃ teipsum.Dilectio proximi malum non operatur.Plenitudo autẽ legis cha
ritas.Nemo autem diligit proximum:nisi diligens deum:& hoc quãtum potest proximo im
pẽdat:quem diligit tanq̃ seipsum:vt & ille diligat deum:quem si ipse non diligit:nec se nec ꝓ
ximum diligit.Ac per hoc qui totam legem seruauerit:si in vno offenderit: fit omnium reus
Q quia contra charitatem facit:vnde tota lex pendet.Reus itaq; fit omnium:faciẽdo contra eã:
in qua pendent omnia.Cur ergo non dicantur paria peccata?An forte quia magis facit contra
charitatem:qui grauius peccat:minus qui leuius?Et hoc ipso quod admittit:fit quidem om-
nium reus:sed grauius peccans:vel in pluribus peccans magis reus : leuius autem vel in pau
cioribus peccans minus reus:tanto maiore scilicet reatu:quanto amplius:tanto minore:quã
to minus peccauerit:tamen etiam si in vno offenderit reus est:quia cõtra eam facit: in qua pẽ

dent omnia.Quæ si vera sunt:eo modo & illud absoluitur qd ait homo etiam apostolicæ grā
Iacobi.3. tiæ:In multis enim offendimus omnes.Omnes enim offendimus:sed vnus grauius : alius le-
uius.Quanto quisq; grauius leuiusq; peccauerit:tanto in peccato cōmittendo maior:quanto
in diligendo deo & proximo minor.Et rursus:tanto minor in peccati perpetratione:quāto ma
ior in dei & proximi dilectione.Tanto itaq; plenior iniquitatis:quanto inanior charitatis. Et
tunc perfecti sumus in charitate:quando nihil restat ex infirmitate. Nec sane quantum arbi- R
tror putandum est leue esse peccatum in personarum acceptione habere fidem domini nostri
Iesu Christi:si illam distantiam sedēdi ac standi ad honores ecclesiasticos referamus.Quis eñ
ferat eligi diuitē ad sedem honoris ecclesiæ contempto paupere instructiore atq; sanctiore?Si
autem de quotidianis consessibus loquitur:quis non hic peccat:si tamē peccat:nisi cum apud
seipsum intus ita iudicat:vt ei tanto melior quanto ditior illo esse videatur?Hoc enim vide-
Iacobi.2. tur significasse cum dicit:Nōne iudicatis apud vosmetipsos:& facti estis iudices iniquarum
cogitationum?Lex itaq; libertatis:lex charitatis est:de qua dicit:Si tamen legem perficitis re
galem secundum scripturas:Diliges proximum tuum sicut teipsum:benefacitis.Si autē per-
sonas accipitis:peccatum operamini:redarguti a lege tanq̄ transgressores.Et post illam sentē
tiam ad intelligendum difficillimam:de qua satis dixi:qđ dicendum putaui:eandem legem li
bertatis commemorans:Sic loquamini inquit:& sic facite:sicut per legem libertatis incipien
tes iudicari.Et quoniam quid paulo ante dixerit:nouit:quoniam in multis offendimus om-
nes:suggerit dominicam tanq̄ quotidianam quotidianis: etsi leuioribus tamen vulnerib9 me
dicinam.Iudicium enim inquit sine misericordia illi:qui non facit misericordiam.Hinc enim
Lucæ.6. & dominus:Dimitte inquit & dimittetur vobis:date:& dabitur vobis. Superexaltat autē mi S
sericordia iudicium:non enim est aduerso iudicio:sed superexaltat:quia plures per misericor
diam colliguntur.Sed qui misericordiam præstiterunt:Beati eñ misericordes: quia ipsis mi
Matth.5. serebitur deus.Et hoc vtiq; iustum est:vt dimittatur eis quia dimiserūt : & detur eis quia de
derunt.Inest quippe deo & misericordia iudicanti:& iudicium miseranti. Propter qđ ei dici-
tur:Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine.Nam quisquis velut nimium iustus iu
Psal.100. dicium sine misericordia quasi securus expectat:iram iustissimam prouocat: quā timēs ille di
Psal.142. cit:Ne intres in iudicium cum seruo tuo.Vnde dicitur populo contumaci:Quid vultis me-
Hiere.2. cū iudicio contendere?Cum enim rex iustus sederit in throno quis gloriabit castum se habe-
re cor?Aut quis gloriabitur mūdum se esse a peccato?Quæ igitur spes est:nisi superexaltet mi
Matth.6. sericordia iudicium?Sed erga illos qui misericordiam fecerunt veraciter dicēdo: Dimitte no T
2.Cor.9. bis sicut & nos dimittimus:& sine murmuratione dando.Hylarē enim datorem diligit deus
Deniq; sanctus Iacobus iam ex isto loco de misericordiæ operibus loquitur: vt quos vehemē
ter illa sententia terruerat cōsoletur:cū admonet : quomodo etiam quotidiana peccata sine q
bus hic non viuitur:quotidianis remediis expientur:ne homo qui cum in vno offenderit fit
omnium reus in multis offendēdo:quia in multis offendimus : propter magnum aggerē rea
tus sui minutatim collectum ad tribunal tanti iudicis perueniat:& eam quā non fecit miseri
cordiam non inueniat:sed potius dimittēdo atq; dādo mereatur sibi dimitti peccata:reddiq;
promissa.Multa dixi quibus tibi tædium fortassis inferrem:qui hæc quę tamen approbas: nō
expectas discere:q̄ ea docere consueuisti.Si quid aūt est in eis:quantum ad rem ipsam perti-
net:nam quali eloquio explicata sint:non nimis curo.Si quid ergo in eis est qđ eruditionem of
fendat tuam:quæso vt rescribendo admoneas:& me corrigere non graueris.Infelix est eñ qui
non tantos etiam sanctos tuorum studiorum labores:& digne honorat:& de his domino deo
nostro:cuius munere talis es:gratias agit.Vnde cum libentius debeam a quolibet discere:qđ
inutiliter ignoro:q̄ promptius quoslibet docere:qđ scio:quanto iustius abs te hoc charitatis
debitum flagito:cuius doctrina in nomine & adiutorio domini tantum in latina lingua eccle
siasticæ literæ adiutæ sunt:quantum vnq̄ antea potuerunt.Maxime tamen istam sententiam
Quicunq; totam legem seruauerit:offendat autem in vno:factus est omnium reus:si quo alio
Iacobi.2. modo exponi melius posse nouit tua dilectio:per dominum obsecro:vt id nobiscum commu-
nicare digneris.

Beati Hieronymi ad sanctum Augustinum:cur sibi ad quęsita non mox responderit:se excusantis:Simul & sui amicitiam & charitatem eidem pollicentis:Et ad obuiandum hæreticorum calumniæ alterutrum:adhortantis. Epistola.XXX.

V Omino vere sancto: & omni mihi affectione venerabili papę Augustino: Hieronymus in Christo salutē. Virū honorabilē fratrē meū: filium dignationis tuæ Orosium presbyterū: & sui merito & te iubēte suscepi. Sed incidit tempus difficillimū: quādo mihi tacere melius fit q̄ loq: ita vt nostra studia cessarent: & iuxta Appiū canina exerceretur facundia. Itaq; duobus libellis tuis quos meo nomini dedicasti: eruditissimis & omni eloquētię splēdore fulgentibus: ad tēpus respōdere nō potui. Nō quo quicq̄ in illis reprehendendū putē: sed quia iuxta apostolū: Vnusquisq; in suo sensu abundet: alius qdē sic: alius autē sic. Ro.14.
Certe quicquid dici potuit: & sublimi ingenio de scripturarū sanctarū hauriri fontibus: a te positum atq; disertum est. Sed quæso reuerentiā tuam: parūper patiaris me tuū laudare ingenium. Nos enim inter nos eruditionis causa disserimus. Cæterū æmuli & maxime hæretici si diuersas inter nos sententias viderint: de animi calumniabunt rancore descendere. Mihi aūt decretū est te amare: te suscipe: colere: mirari: tuaq; dicta quasi mea defendere. Certe & in dialogo quē nuper edidi: tuæ beatitudinis vt dignū fuerat recordatus sum. Magisq; demus operā vt perniciosissima hæresis de ecclesiis auferatur: quę semper simulat pœnitentiā: vt docendi in ecclesiis habeat facultatē. Ne si apta luce ꝑdiderit: foras expulsa moriat. Sanctæ ac venerabiles filiæ tuæ Eustochium & Paula: & genere suo & exhortatione tua digne gradiunt: specialiterq; salutāt beatitudinē tuā: Oīs quoq; fraternitas quę nobiscū dño saluatori seruire conatur. Sanctū presbyterū Firmū: anno præterito ob rē eatum Rauennā: & inde Africā Siciliāq; direximus: quem putamus iam in Africæ partibus commorari. Sanctos tuo adhærentes lateri: vt meo obsequio salutes: precor. Literas quoq; meas ad sanctum presbyterū Firmū dixi: quæ si ad te venerint ei dirigere non graueris. Incolumē te & mei memorē Christus dominus custodiat: domine vere sancte & beatissime papa. Grādē latini sermonis in ista prouincia notariorum patimur penuriam: & idcirco præceptis tuis parere non possumus: maxime in editione septuaginta quæ asteriscis verubusq; distincta est. Pleraq; eñ prioris laboris ob fraudem cuiusdam amisimus.

Paulini ad beatum Augustinum ꝓ pentateucho ab illo cōtra Manichæos cōposito: & sibi transmisso gratias habentis: Eundemq; ꝓ salutati literarū doctrina & eruditione vitæ æternæ deprecantis. Epistola. XXXI.

X Omino fratri vnanimo & venerabili Augustino: Paulin⁹ & Therasia peccatores. Charitas Christi quæ vrget nos etiā absentes: licet ꝑ vnitatē fidei alligat: ipsa fiduciā ad te scribendi ꝑudore depulso ꝓstitit: teq; ꝑ lrās tuas visceribꝰ meis intimauit: quas & descholasticis facultatibꝰ affluētes: & de cęlestibꝰ fauis dulces: vt aīę meę medicas & altrices: in qnq; libris interim teneo: quos munere benedicti & venerabilis nobis epī nostri Alipii: non ꝑ nsa instructione tantū: sed etiā ꝑ ecclesię multarū vrbium vtilitate suscepimus. Hos igitur nūc libros lectioni habeo: in his me oblecto: de his cibū capio: non illū q perit sed q operat vitæ ęternę substantiā ꝑ fidem nostram: qua adcorporamur in Christo Iesu domino nostro. Cum fides nostra quæ visibilium negligens: inuisibilibus inhiat: ꝑ charitatē oīa secundū veritatē omnipotētis dei credentē: literis & exēplis fidelium roboremur. O vere sal terræ: quo ꝑcordia nostra ne possint sęculi vanescere errore condiuntur. O lucerna digne supra candelabrum ecclesiæ posita: quæ late catholicis vrbibus de septiformi ligno pastum oleo lætitiæ lumen effundens: densas licet hęreticorum caligines discutis: & lucem veritatis a confusione tenebrarum splendore clarifici sermonis enubilas. Vides frater vnanime: admirabilis in Christo domino & suscipiende: q̄ familiariter agnouerim te: quāto admiror stupore: q̄ magno amore complectar: qui quotidie colloquio literarum tuarum fruor: & oris tui spiritu vescor. Os enim tuum fistulam aquæ viuæ & venam fontis æterni merito dixerim: quia fons vitæ aquæ salientis in vitā æternā Christus effectus est. Cuius desyderio sitiuit in te aīa mea: Ioan.4.
Y & vbertate tui fluminis inebriari terra mea concupiuit. Ideoq; cum hoc pentateucho tuo cōtra manichæos me satis armaueris: siqua in alios quoq; hostes catholicæ fidei munimina comparasti: quia hostis noster: cui mille nocendi artes: tam variis expugnandus est telis q̄ oppugnat insidiis: quæso promere mihi de armamentario tuo: & conferre non abnuas arma iustitiæ. Sū enim laboriosus: & iā nunc sub magno honore peccator: veteranus in numero peccatorū: sed æterno regi nouus in corpore tyro militiæ. Sapientiā mūdi miser hucusq;

miratus sum: & per inutiles literas reprobatamq; prudentiam deo stultus & mutus fui. Post q̃ inueteraui inter inimicos meos: & euanui in cogitatiōibus meis: leuaui oculos meos in mõtes ad praecepta legis: & gratiae dona suscipiẽs: vnde mihi auxiliũ venit a domino: qui non secundum iniquitates retribuens: illuminauit cæcũ: soluit compeditum: humiliauit erectũ male: vt erigeret humiliatũ pie. Sequor igitur nõ æquis adhuc passibus magna iustorum vestigia: si possim orationibus vestris apprehendere: in quo dei miserationibus apprehensus sum. Rege ergo paruulum in terra reptantẽ: & tuis gressibus ingredi doce. Nolo enim in me corporalis ortus magis q̃ spiritalis exortus ætatem consyderes. Quippe ætas mihi secũdum carnem ea est: qua fuit ille ab apostolis in porta speciosa verbi potestate sanatus. In natalibus aũt animę illius adhuc mihi tempus infantiæ est: quæ intẽtatis Christo vulneribus immolara dĩgno sanguine agni victimã pcucurrit: & dominicã auspicata est passionem. Atq; ideo vt infantẽ adhuc verbo dei & spiritali ætate lactentem: educa verbis tuis: vberibus fidei sapientiæ charitatis inhiantem. Si officium cõmune cõsyderas frater es: si maturitatem ingenii tui & sensuum: pater mihi es: etsi forte sis æuo iunior: quia te ad maturitatem meriti honor seniorem prouexit: & iuuenem cana prudentia. Foue igitur & corrobora me in sacris literis & spiritalibus studiis: tempore (vt dixi) recentem: & ob hoc post longa discrimina: post multa naufragia: vsu rudem: vixdum a fluctibus sęculi emergentẽ: tu q iam solido littore cõstitut⁹: tuto excipe sinu: vt in portu salutis: si dignũ putas: pariter nauigem⁹. Interea me de periculis vitę istius & pfundo peccatorũ euadere nitentẽ: orationibus tuis tanq̃ tabula sustine: vt de hoc mũdo quasi de naufragio nudus euadã. Idcirco ẽm me leuare sarcinis: & vestimẽtis onerantibus exuere curaui: vt vndosum hoc qđ inter nos & deũ peccatis interlatrantibus separat pręsentis vitæ salum: oĩ amictu carnis: & cura diei sequentis: iubente & adiuuãte Christo expeditus enatẽ. Neq; id me pfecisse glorior: qđ & si gloriari possem / in dño gloriarer: cuius est pficere qđ nobis adiacet velle. Sed cõcupiscit adhuc anima mea desyderare iudicia domini. Vide quando assequatur effectum dei volũtatũ: q adhuc ipsum desyderare desyderat. Q̃d in me tamen est: dilexi decorẽ domus sanctę: & quantũ in me fuit: elegerã abiectus esse in domo domini. Sed cui placuit segregare me ab vtero matris meę: & ab amicitia carnis & sanguinis ad gratiam suam trahere: eidem placuit inopem me oĩs boni meriti: suscitare de terra: & de lacu miseriarũ: ac de luto fecis educere: vt collocaret me cum principibus populi sui: & partem meã in tua sorte poneret: vt te præstãte meritis / officio sociatus æquarer. Pręsumptione igit̃ non mea / sed placito & ordinatione dñi: fraternitatis tuę mihi fœdus vsurpãs: tanto indign⁹ honore me dignor: quia te p tua sanctitate certo scio (nam veritatẽ sapis) non alta sapere: sed humilibus cõgruere. Ideoq; prompte & intime recepturum spero charitatem humilitatis nostrę. Quã quidem iã recepisse te p beatissimũ sacerdotẽ Alipiũ (quia dignat̃) patrẽ nostrũ cõfido. Is enim sine dubio te tibi exemplum præbuit nos ante notitiam & supra meritum diligendi: qui incognitos sibi nos & longinqua sali intercapedine disparatos: spiritu dilectionis: qui vbiq; & penetrat & effunditur: & videre diligendo potuit: & alloquendo pertingere. Hic nobis prima affectus sui documenta: & charitatis tuæ pignora in supradicto munere librorũ dedit. Et quanto studuit impendio vt sanctitatem tuam: non ipsius tantum verbis: sed plenius eloquentia & fide tua cognita: non possemus amare mediocriter: tantopere curasse eundẽ credimus: vt nos vicissim ipsius imitatiõe plurimũ diligas. Gratia dei tecum: vt & est: in æternum maneat: optam⁹ frater in Christo domino vnanime: venerabilis: desyderantissime. Totam domũ & omnẽ comitẽ & æmulatorẽ in dño sanctitatis tuæ plurimo fraternitatis vnanime salutamus affectu. Panem vnum quem vnanimitatis indicio misimus charitati tuæ: rogamus accipiendo benedicas.

Beati Augustini ad Paulinum: ægre & dolẽter ferẽtis illius absentiã: Simul & eius sanctũ propositum & vehemẽtissimã charitatem cõmendãtis: Atq; ad syncere & recte scripta sua relegenda exorantis. Epistola. XXXII.



[D]Omino vere sancto & venerabili: & eximia in Christo laude pdicando: fratri Paulino: Augustinus in dño salutẽ. O bone vir & bone frater: latebas aiam meã: & ei dico vt toleret: qđ adhuc lates oculos meos: & vix mihi obtemperat: immo nõ obtẽperat. An vero tolerãt? Cur ergo me excruciat desyderiũ tui apd ipsam intus aiam? Nã si molestias corporis paterer: & si nõ perturbarẽt ęqtatẽ animi mei: recte illas tolerare dicerer. Cũ aũt non ęquo

Z

&

animo fero:φ te non video:intolerabile est istam appellare tolerantiam.Sed quãdo tu talis es:
esse sine te fortasse intolerabilius toleraretur.Bene est ergo qa ęquo animo ferre non possum.
Q3 si æquo animo ferrem : æquo animo ferendus non essem.Mirum est: sed tamen verum qđ
mihi accidit:doleo φ te non video:& meipsum consolatur dolor:Ita mihi displicet fortitudo:
qua patienter fertur absentia bonorum sicuti es.Nam & Hierusalem futuram desyderamus
vtiq3:& quanto patientius desyderamus ipsam:tanto patientius sustinemus omnia propter
ipsam.Quis igiť potest non gaudere te viso:vt posset q̃diu te non videt non dolere!Ergo neu
trum possum:& quoniam si possem:inmaniter possem:nõ posse delector:atq3 in eo φ delector
nonnullum solatium est.Dolentem itaq3 me:non sedatus:sed consyderatus consolatur dolor.
Ne reprehendas quæso sanctiore grauitate qua præuales:& dicas:non recte me dolere: φ ad-
huc te non nouerim:cum animum mihi tuum:hoc est teipsum interiorem aspiciendum pare
feceris.Quid enim si vspiam vel in terrena tua ciuitate/didicissem fratrem & dilectorem me
um:& tantum in domino ac talem virum:nullum ne me dolorem sensurum fuisse arbitrare-
9 ris:si non sineret nosse domũ tuã:Quomodo ergo non doleã:φ nondũ faciem tuam noui: hoc
est domũ animæ tuæ:quã sicut meam noui!Legi enim literas tuas fluentes lac & mel: preferẽ
tes simplicitatem cordis tui:in qua quæris dominu:sentiens de illo in bonitate: & afferens ei
claritatem & honorem.Legerunt fratres:& gaudent infatigabiliter & ineffabiliter/tam vbe-
ribus & tam excellentibus donis dei:bonis tuis.Quotquot eas legerunt rapiunt:qui rapiun-
tur cum legunt.Q3 suauis odor Christi:& q̃ fragrat ex eis:dici non potest:illæ literæ cum te
offerunt vt videaris:quantum nos excitent:vt quæraris.Nam & perspicabilem faciunt & de
syderabilem.Quãto enim præsentiam tuam nobis quodãmodo exhibẽt: tãto absentiã nos fer
re non sinunt.Amãt te omẽs in eis:& amari abs te cupiunt.Laudatur & benedicitur deus:cu
ius gratia tu talis es.Ibi excitatur Christus:vt ventos & maria tibi placare tendenti ad stabi-
litatem suam dignetur a legẽtibus.Ibi coniunx excitatur:nõ dux ad molliciẽ viro suo:sed ad
fortitudinẽ redux in ossa viri sui:quã in tuã vnitatem redactam & redditã: & spiritalib⁹ tibi
tãto firmioribus/quãto castioribus nexibus copulatam:officiis vestræ sanctitati debitis in te
vno ore salutamus.Ibi cedri libani ad terram depositæ:& in arcæ fabricam compagine chari
tatis erectæ:mũdi huius fluctus imputribiliter secant.Ibi gloria vt acquiratur contemnitur:
& mundus vt obtineať relinquitur.Ibi paruuli siue etiã grãdiusculi filii Babylonis elidũtur
ad petrã:vitia scilicet cõfusiõis superbiæq3 sæcularis.Hęc atq3 huiusmodi suauissima & sacra
tissima spectacula:lrę tuæ pbent legentibus:literę illę/literę fidei non fictę:literę spei bonę:lite
rę puræ charitatis.Quomodo nobis anhelant sitim tuam & desyderiũ defectũq3 animæ tuæ
in atria dñi!Quid amoris sanctissimi spirãt!Quãtã opulẽtiã synceri cordis exæstuant! Quas
agũt gratias deo!Quas impetrãt a deo! Blãdiores sunt:an ardẽtiores:luminosiores:an foecũ-
diores!Quid eñ est:φ ita nos mulcẽt:ita accẽdũt:ita cõpluũt:& ita serenę sunt!Quid est quæ
so te:aut qđ tibi ꝑ eis rependam: nisi quia tot⁹ sum tuus:in eo cui⁹ tot⁹ es tu!Si parũ est:plus
A certe nõ habeo.Tu aũt fecisti vt nõ mihi parũ videať:q me in illa epistola tãtis laudibus ho-
norare dignatus es:vt cum tibi me refundo:si parum hoc tibi putẽ:non credidisse cõuincar.
Pudet me quidem tantum boni de me credere:sed plus piget tibi non credere.Est qđ faciam:
Non me credã talẽ:qualem putas:qm̃ non agnosco:& credã me abs te diligi:qm̃ sentio & pla-
ne ꝑcipio.Ita nec in me temerarius:nec in te ingratus extitero.Et cum me tibi totũ offero,pa-
rũ non est.Offero eñ quem vehementissime diligis:& offero si non qualẽ me esse arbitraris:
eum tamen ꝑ quo vt talis esse merear deprecaris.Hoc enim magis iam peto facias:ne minus
optes mihi adiici ad id qđ sum:dum me existimas iam esse qđ non sum.Ecce charissimus me-
us est:& ab ineunte adolescentia mihi familiariter amicissimus:qui hãc eximietati tuæ ac prę
stantissimæ charitati epistolam apportat.Huius nomen est in libro de vera religione : quem
tua sanctitas(quantum literis indicas)libentissime legit.Factus enim tibi etiam tanti viri q
tibi eum misit commendatione iucundior.Neq3 eñ huic tam familiari amico meo velim cre
das:quæ de me forte laudans dixerit.Sensi eñ etiam ipsum sæpe nõ mẽtiendi studio:sed amã
di propensione falli iudicantem:& arbitrari iam me accepisse quædam:quibus accipiendis a
domino/patente ore cordis inhiarem.Et si hoc in os meum:quis non coniiciat: quanta de me
absente meliora/q̃ veriora lætus effundat!Librorum autem nostrorum copiam faciet venera
bili studio tuo:Nam nescio me aliquid siue ad eorum qui extra ecclesiam dei sunt: siue ad au
B res fratrum scripsisse qđ ipse non habeat.Sed tu cum legis,mi sancte Pauline:nõ te ita rapiant

quæ per nostram infirmitatẽ veritas loquitur:vt ea quæ ipse loquor:minus diligenter aduertas:ne dum auidus hauris bona & recta quæ data ministro:non ores pro peccatis & erratis quæ ipse cõmitto.In his enim si aduerteris quæ tibi recte displicebunt:ego ipse cõspicior.In his autẽ quæ p donũ spiritus qd accepisti:recte tibi placent in libris meis:ille amandus:ille prædicãdus est:apud quem est fons vitæ:& in cuius lumine videbimus lumen:& sine ænigmate & facie ad faciem:nũc autem in ænigmate videmus. In his ergo quæ ipse de veteri fermento eructaui:cum ea legens agnosco:me iudico cum dolore.In his vero quæ de azimis synceritatis & veritatis(dono dei)dixi:exulto cum tremore.Quid enim habemus qd nõ accepimus? Apud deum em̃ melior est:qui maioribus & pluribus:q̃ qui minoribus & paucioribus donis dei dites est:quis negat?Sed rursus meli⁹ est vel de paruo dei dono gratias ipsi agere:q̃ sibi agi velle de magno.Hæc vt ex animo semper confitear:meumq; cor a lingua mea nõ dissonet: ora p me frater:Ora obsecro:vt nõ laudari volens:sed laudans inuocẽ dñm:& ab inimicis meis saluus fiam.Est etiam aliud quo istum fratrem amplius diligas:Nã est cognatus venerabilis & vere beati episcopi Alipii:quem toto pectore amplecteris & merito. Nam quisquis de illo viro benigne cogitat:de magna dei misericordia.& de mirabilibus dei muneribus cogitat.Itaq; cum legisset petitionem tuam:qua desyderate te indicasti:vt historiam suam tibi scriberet:& volebat facere ppter beniuolentiã tuã:& nolebat pter verecundiã suã.Quẽ cũ viderem inter amorẽ pudoremq; fluctuantem:onus ab illo in humeros meos transtuli.Nã hoc mihi etiã p epistolam iussit.Cito ergo si dominus adiuuerit:totum Alipium inseram præcordiis tuis. Nam hoc sum ego maxime veritus:ne ille vereretur aperire omnia:quæ in eum dominus cõtulit:ne alicubi minus intelligenti(non enim abs te solo illa legerẽtur)nõ diuina munera cõcessa hominibus:sed seipsum prædicare videretur.Et tu qui nosti quomodo hæc legas:ppter aliorum cauendam infirmitatem/fraternæ notitiæ debito fraudareris.Qđ iam fecissem:iãq; illum legeres:nisi pfectio fratris improuisa repente placuisset.Quem sic cõmendo cordi & linguæ tuæ:vt ita comitem te ei præbeas:quasi non nunc illum:sed mecum ante didiceris. Si.n. cordi tuo non dubitauerit aperire seipsum:aut ex omni:aut ex magna parte sanabitur per linguam tuam.Volo enim eum numerosius contũdi eorum vocibus:qui amicum non seculariter diligunt.Filium autem eius:filium nostrum:cuius etiam nomẽ in aliquibus nostris libris inuenies:etsi ad tuæ charitatis præsentiã ipse nõ pergeret:statuerat literis in manu tua tradere:consolandũ:exhortandum:instruendum:non tam oris sono q̃ exemplo roboris tui. Ardeo quippe vt dum adhuc ætas eius in viridi fœno est:zizania conuertat in frugẽ:& credat expertis:qđ experiri periculose desyderat.Nunc ergo ex eius carmine & ex epistola quã ad eum misi:intelligit beniuolentissima & mansuetissima prudentia tua:quid de illo doleam:quid timeam:quid cupiam.Nec despero affuturum dominum:vt per te ministrum eius tantis curarũ æstibus liberer.Sane quia multa scripta nostra lectur⁹ es:multo erit mihi gratior dilectio tua si ex his quæ tibi displicuerint emendaueris me iustus in misericordia: & argueris me. Non enim talis es:cuius oleo timeam impinguari caput meum.Fratres non solum qui nob iscũ habitant:& qui vbilibet habitantes deo pariter seruiunt:sed prope omnes qui nos in Christo libenter nouerunt:salutant:venerantur:desyderant germanitatem:beatitudinem:humanitatem tuam.Non audeo petere:sed si tibi ab ecclesiasticis muneribus vacat:venias & videas qđ mecum sentiat Africa.

Psal.35. 1.Cor.13. 1.Cor.4. Psal.17. C

Paulini ad sanctum Augustinum iterato iuxta prioris epistolæ mentẽ scribẽtis: Ac illius præsentiam exoptantis. Epistola.XXXIII.



Omino fratri sancto & vnanimo Augustino.Paulinus & Therasia pctõres. Iam dudũ frater in Christo dño mi vnanime:vt te in sanctis & piis laboribus tuis nescientẽ agnoui:absentẽq; vidi:tota mẽte cõplexus:alloquio quoq; familiari atq; fraterno per literas audire pperaui.Et credo in manu & in gratia domini:sermonem meum ad te fuisse perlatum.Sed morante adhuc puero:quem ad te aliosq; dilectos æque deo salutandos:ante hyemem misẽramus:non potuimus vltra & officiũ nostrũ suspendere:& desyderium sermonis tui cupidissimum temperare.Scripsimus itaq; iterato nunc:si priores ad te literæ nostræ peruenire meruerunt:aut primo:si illis in manus tuas perueniendi felicitas non fuit.Sed tu frater spiritaliter oĩa iudicans:amorem in te nostrum ne pendas officio solo:aut tẽpore literarum.Dominus enim testis est:qui vnus atq; idem operatur in suis vbiq; charitatẽ suã:iã D

abinde nobis ex quo te beneficio venerabilium episcoporũ Aurelii & Alipii: p tua in manichęos opera cognouimus: ita inditam dilectionẽ tuã: vt nobis non nouã aliquã amicitiam sumere: sed quasi veterem charitatẽ resumere videremur. Deniq; nunc etsi sermone non tamẽ tan q̃ & affectu rudes scribimus: teq; vicissim in spiritu p interiorẽ hoĩem quasi recognoscimus. Nec mirum si & absentes assumus vobis: & ignoti nosmet nouimus: cum vnius corporis mẽbra simus: vnum habeamus caput: vna perfundamur gratia: vno pane viuamus: vna incedamus via: eadem habitemus domo. Deniq; in om̃e q̃d sumus: tota spe ac fide qua stamus in pręsenti: nitimur in futurum: tam in spiritu q̃ in corpore domini vnum sumus: ne simus nihil si ab vno excidamus. Quãtulũ ergo est: q̃ absentia corporalis nobis inuidet nostri: nisi sane fructum istum: quo pascuntur oculi temporalium expectatores: q̃uis nec corporalis quidem gratia: temporalis in spiritalibus dici debeat: quibus etiam corporum æternitatẽ resurrectio largietur: vt audemus in virtute Christi / & bonitate dei patris vel indigni p̃sumere. Quare vtinam hoc quoq; nobis munus annueret gratia dei: per dominũ nostrum Iesum Christũ: vt etiã in carne faciem tuã videremus: non solum desyderiis nostris magnum conferretur gaudium sed etiam mentibus lumen accresceret: & ex tua copia locupletaretur inopia nostra. Q̃d q̃dẽ & absentibus largiri potes: hac pręsertim occasione: qua filii nostri vnanimes & charissimi nobis in domino: Romanus & Agilis: quos vt nos alios tibi cõmendamus: in nomine domini reuertentur: opere charitatis impleto: in quo tuæ charitatis affectu specialiter vtant rogamus. Nosti enim q̃ celsa promittat altissimus fratri fratrẽ adiuuanti. Per hos: si quo me gratię: quę tibi data est: dono remunerari voles: tuto facies. Sunt eñ velim credas vnum cor: & vna nobiscum in domino anima. Gratia dei tecum (vt est) in æternum maneat frater in Christo domine vnanime: venerabilis: dilectissime: & desyderabilis. Omnes in Christo sanctos: quales tibi cohærere non dubium est: a nobis saluta. Cõmenda nos omnibus sanctis: vt tecum pro nobis orare dignentur.

Beati Augustini ad Paulinum & Therasiam: De præsentia & iucundo aduentu fratrum Romani & Agilis gratulantis: & præsentiam illorum affectantis: Illorumq; vitæ & status integritatem cõmendantis: Atq; libros de libero arbitrio se ad illos transmisisse afferentis.

Epistola.XXXIIII.

E DOminis dilectissimis & syncerissimis: vere beatissimis: atq; abũdantissima dei gratia p̃stãtissimis fratribus Paulino & Therasiæ: Augustinus in dño salutẽ. Cũ literas meas q̃bus respõdi prioribus vestris: si tamẽ vestris literis vllo modo a me respõderi potest: celerrime optauerim venire in vestrę charitatis manus: vt quo pacto absens cito possem eẽ vobiscũ: lucrũ mihi vestræ epl'ę cõtulit tarditas mea. Bonus dñs q nõ tribuit sępe q̃d volumus vt q̃d malimus attribuat. Aliud est.n. q̃d accepta epl'a mea scripturi estis: aliud q̃d nõ accipiẽdo scripsistis. Q̃d cũ lętissime legeremꝰ: defuisset nobis certe ista lætitia: si vt optauimꝰ maximeq; voluimꝰ: cito ad vestrã sanctitatẽ nr̃æ literæ p̃meassent. Nunc vero & hęc habere scripta: & illa sperare rescripta: gaudio cumulatiore delectat. Ita nec nostra culpa accusari põt: & domini largior benignitas fecit: q̃d nostro desyderio conducibilius esse iudicauit. Sãctos Fratres Romanum & Agilem aliam epistolam vestrã audientẽ voces atq; reddentem & suauissimam partẽ vestræ præsentiæ: q̃a vobis visendis inhiaramꝰ auidiusq; cũ magna in dño iucunditate suscepimus. Vnde aut quãdo: aut quomodo: vel vos pręstare: vel nos possemus exigere: vt nos de vobis tãta scribendo doceretis: quanta eorum ore didicimus! Aderat etiam q̃d nulli carthę adesse potest: tantum in narrantibus gaudium: vt per ipsum etiam vultum oculosq; loquentium: vos in cordibus eorum scriptos: cum ineffabili lætitia legeremus. Hoc quoq; amplius erat: q̃ pagina quęlibet: quantacunq; bona scripta contineat: nihil ipsa p̃ficit: q̃uis ad profectum explicetur aliorum. Hanc autem epistolam vestram: fraternam scilicet animam: sic in eorum colloquio legebamus: vt tanto beatior appareret nobis: quanto vberius cõscripta esset ex vobis. Itaq; illã ad eiusdem beatitatis imitationem: studiosissime de vobis omnia percontando in nostra corda transcripsimus. Nec ideo tamen eos tam cito a nobis licet ad vos remeantes sine molestia passi sumus. Videte eñ quæso vos q̃bus quatiebamur affectibus. Tanto vtiq; dimittẽdi erant velocius: quanto vobis impẽsius obedire cupiebant. Sed
F quanto id cupiebant magis: tanto vos nobis præsentius exhibebant. Eo quippe indicabant: q̃ chara vestra viscera essent. Tãto igit eos minꝰ dimittere volebamꝰ: quãto iustius vt dimitte-

rentur:instabant. O rem nō ferēdā: nisi a nobis ista discessione nō discederemus:nisi vni⁹ essemus corporis mēbra:vnum haberemus caput:vna pfunderemur gratia:vno pane viuerem⁹: vna incederemus via:eadem inhabitaremus domo. Cur enim nō eisdē etiā verbis vteremur? Agnoscis em̄ credo hæc esse ex ep̄la vestra. Sed cur poti⁹ hæc vestra sint verba q̄ mea: quę vtiq̄ q̄ vera sunt:tam a nobis ab eiusdem capitis cōmunione proueniūt? Et si aliquid pprīū vobis donatū habēt:tāto magis ea sic dilexi:vt obsiderēt viā pectoris mei:neq̄ a corde ad linguā meā verba trāsire sinerēt:donec tāto priora quāto sūt vestra pcederēt. Sācti fratres & dilecti deo:nostraq̄ inuicē mēbra:qs dubitet nos vno spiritu vegetari:nisi q nō sentit qua nobis dilectione vinciamur? Vellē tamē scire:vtrū hanc absentiā corporalē:vos patiētius q̄ nos facilius toleretis? Si ita est:fateor non amo istam fortitudinem vestrā:nisi forte quia nos tales sumus: vt minus a vobis desyderari:q̄ vos desyderare debeamus. In me certe si esset patientia vestræ absentię perferendę:displiceret mihi:Segniter em̄ agerē vt vos viderē. Quid aūt absurdius q̄ fortitudine fieri segniorē? Sed qua ecclesiæ cura tenear: ex hoc vestra charitas oportet attendat:q̄ beatissimus pater Valerius q vos nobiscū quantū salutet:quantū sitiat:audieris ex fratribus:nec presbyterū me esse suū passus est:nisi maiorē mihi coepiscopatus sarcinā imponeret. Q̄d quidem:quia tanta eius charitate:tantoq̄ populi studio dominū id velle credidi: nō nullis iam exemplis pcedentibus:quibus mihi omnis excusatio claudebat: vehemēter timui excusare. Sed q̄q̄ iugum Christi p seipsum leue sit:& sarcina leuis:tamen pter nostrā asperitatē atq̄ infirmitatē:si qd me mordet hoc vinculū:atq̄ vrget hoc onus:ineffabiliter mihi aliquāto vestræ pſentiæ solatio tolerabilius & portabilius redderetur. Vos audio curis eiusmodi expeditiores liberioresq̄ viuere: quare nō impudēter ego rogo vos:& postulo & flagito:vt in Africam:maiore tahū hominū siti:q̄ siccitatis nobilitate laborantē:venire dignemini. Scit deus quia non solū pter desyderium meum:neq̄ solum propter eos qui vel per nosvestrum ppositum:vel vndecunq̄ fama prędicante didicerūt:sed etiā pter cæteros q partim nō audiunt:partim audita non credunt:tamen possunt cōperta diligere:vos istis terris etiā corporaliter adesse cupimus. Quis em̄ sedulo atq̄ misericorditer id agitis:tamen etiam coram ho- G

Matth.5. minibus regionum nostrarū luceāt opera vestra:vt videāt bona facta vestra:& glorificent pa
Matth.4. trem vestrū:qui in cælis est. Piscatores vocante domino:q̄ nauiculas & retia dimiserunt: oīa se dimisisse:& dominū secutos esse etiam commemorando:lætati sunt. Et reuera omnia contemnit:qui non solum quantum potuit:sed etiam quantum voluit:habere contemnit. Sed in eo quod cupiebatur:oculi dei testes sunt:in eo quod habebat / & hominū. Nescio quo aūt mo
Luc.18. do cū supflua & terrena diligunt:arctius adepta q̄ concupita cōstringūt. Nā vnde tristis ille discessit:qui consilium vitæ æternæ cōsequēdæ quærebat a domino: cum audisset vendenda esse omnia sua:& distribuēda esse pauperibus:& habendū thesaurum in cælo:si vellet esse perfectus:nisi quia magnas(vt euāgeliū loquit)habebat diuitias? Aliud est enim iam nolle incorporate quæ desunt:aliud iā incorporata diuellere. Illa velut cibi repudiant: illa velut mēbra preciduntˀ. Quāto igiˀ & quantū mirabili gaudio nostris temporibus Christiana charitas cōspicit p domini euangeliū cū lætitia fieri:qd ex ore domini cum tristitia diues audiuit? Q̄q̄ nullis verbis explicē conceptionē:ac parturitionē cordis mei:tamen qa prudētet & pie intelligitis non esse istam vestrā:hoc est humanā:sed in vobis domini gloriā. Nā & inimicū cautissime ituemini:deuotissimeq̄ agitis:vt tanq̄ discipuli Christi:humiles corde & mites sitis. Vtilius enim terrena opulentia teneˀ humiliter:q̄ superbe relinquiˀ. Quia ergo recte intelligitis non hanc esse vestrā:sed domini gloriā:videtis q̄ parua & exigua dixerim. Dixi enim de laudibus Christi:qbus sunt linguę impares angelorum. Hāc ergo Christi gloriā: etiā oculis nostrorū hominum cupimus admoueri in vno coniugio:pposita vtriq̄ sexui calcandæ supbiæ: nō desperandæ pfectionis exempla. Nescio si quicq̄ misericordius agitis:q̄ si tantū velitis late te:q̄ tales estis:quantū tales esse voluistis. Vetustinum impiis quoq̄ miserabilem puerū vestræ benignitati charitatiq̄ cōmendo:causas calamitatis & peregrinationis eius audietis ex ipso. Nam & propositum eius quo seruiturum se esse pollicetur deotēpus plixius:& ætas robustior:& transactus timor certius indicabunt. Tres libros(atq̄ vtinam tam grādis questionis ita explicatores vt grandes:tanto minus metuens in te laborem legendi:quanto ardorem pspicio diligendi)misi sanctitati & charitati tuæ. Nam quæstio eorum de libero arbitrio est. Hos autem non habere:aut oēs nō habere fratrem Romanianū scio:per quē ppe oīa: quæ qui buslibet auribus accōmodata scribere potui:studio in nos tuo nō apportāda dedi:sed ad legē H

da iudicaui. Habebat enim iam ille omnia secũq; gestabat. Per eũ aũt prima rescripta trãsmisi. Credo iam expertã sanctitatẽ tuã sagacitate spiritali: quã tibi domin⁹ tribuit: quid ille vir boni animo gerat: & quæ in illo infirmitate pars claudicet. Vnde humanitati & charitati tuæ tam ipsum q̃ filium eius: legisti vt spero qua sollicitudine cõmendauerim: & quanta mihi necessitudine copulati sint. Aedificet eos per te dominus. qđ ab illo magis petẽdum est: Nam id tu q̃ velis noui. Aduersus paganos te scribere didici ex fratribus. Si quid de tuo pectore meremur: indifferenter mitte vt legamus: Nã pectus tuũ tale domini oraculum est: vt ex eo nobis placita contra implicita: & aduersus loquacissimas quæstiones: explicatissima dari responsa præsumamus. Libros beatissimi papæ Ambrosii credo habere sanctitatem tuã. Eos autẽ multũ desydero: quos aduersus nonnullos imperitissimos & superbissimos: qui de Platonis libris dñm pfecisse contendũt: diligentissime & copiosissime scripsit. Beatissimus frater Seuer⁹ de condiscipulatu nostro Milenitanę antistes ecclesiæ: bene apud eandẽ ciuitatem fratribus cognitus: debito nobiscum officio sanctitatẽ vestrã salutat. Fratres quoq; oẽs nobiscũ dño seruientes: tam id faciunt: q̃ vos desyderant: tã vos desyderant: q̃ vos diligũt: & tã diligit: q̃ estis boni. Panis quem misimus vberior benedictio fiet: dilectione accipientis vestræ benignitatis. Custodiat vos dñs ab ista generatiõe in æternũ: domini dilectissimi & syncerissimi: vere benigni & abundantissima domini gratia præstantissimi fratres.

Paulini ad Alipium: pentateuchum beati Augustini se recepisse. Et ad illum Eusebii de tẽporũ historia librum transmisisse attestantis: Ac de stirpe & vita illius certior fieri cupientis: vitamq; & originem propriam declarantis. Epistola. XXXV.



I Omino merito honorabili & beatissimo patri Alipio: Paulinus & Therasia peccatores. Hęc est vera charitas: hæc perfecta dilectio: quã circa humilitatem nostram inesse docuisti: domine vere sancte & merito beatissime ac desyderabilis. Accepimus eñ per hominem nostrum Iulianum de Carthagine reuertentẽ/literas: tantam nobis sanctitatis tuę lucem afferentes: vt nobis charitatem tuam non agnoscere: sed recognoscere videremur. Quia videlicet ex illo qui nos ab origine mundi prædestinauit sibi: charitas ista manauit: in quo facti sumus anteq̃ nati: quia ipse fecit nos: & non ipsi nos: qui fecit quæ ventura sunt. Huius igitur pręscientia & opere formati in similitudinem voluntatum: & vnitatem fidei: vel vnitatis fidẽ præueniente notitia charitate connexi sumus: vt nos inuicem ante corporales conspectus reuelante spiritu nosceremus. Gratulamur itaq; & gloriamur in domino: qui vnus atq; idem vbiq; terrarũ operatur in suis dilectionem suam spiritusancto: quem suã per omnem carnem effudit: fluminis impetu lætificans ciuitatẽ suam. In cuius te ciuib⁹ principalem cum principibus populi sui/sede apostolica merito collocauit: nosq; etiam quos erexit elisos: & de terra inopes suscitauit: in vestra voluit sorte numerari. Sed magis gratulamur in eo domini munere: quo nos in pectoris tui habitatione constituit: quiq; ita visceribus tuis insinuare dignatus est: vt peculiarem nobis charitatis tuæ fiduciam vendicemus: his officiis Psal.99.

k atq; muneribus prouocati: vt nos diffidenter: aut leuiter te amare non liceat. Accepimus eñ insigne & præcipuę dilectionis & sollicitudinis tuæ: opus sancti & perfecti in domino Christo viri fratris nostri Augustini: libris quinq; confectum: qđ ita miramur atq; suspicimus: vt dictata diuinitus verba credamus. Itaq; fiducia suscipiendæ nobis vnanimitatis tuæ: & ad ipsum scribere ausi fumus: dum nos illi per te: & de imperitia excusandos & ad charitatem commendandos præsumimus: sicut & omnibus sanctis: quorum nos & absentium officiis sospitare dignatus es: pari proculdubio curaturus affectu: vt per sanctitatem tuam: nostris inuicem salutentur obsequiis: & in clero sanctitatis tuæ comites: & in monasteriis fidei ac virtutis tuæ æmulatores. Nam etsi in populis: ac super populum agas oues pascuæ domini: regens sollicitis vigil pastor excubiis: tamen abdicatione sæculi: & repulsa carnis ac sanguinis: desertum tibi ipse fecisti: secretus a multis: vocatus in paucis. Sane vicario aliquatenus munere: licet per omnia tibi impar: vt iusseras prouidi: illam Eusebii venerabilis episcopi Cõstantinopolitani: de cunctis temporibus historiam. Sed in hoc fuit obtemperãdi mora: qđ in fructu tuo: quia ipse non haberem hunc codicem: Romæ reperi apud parentem nostrum venerẽ sanctissimum Dommonem: qui proculdubio promptius mihi paruit in hoc beneficio: q̃ tibi deferendum indicaui. Verumtamen quia & loca tua mihi significare dignatus es: vt ipse monuisti: ad venerabilem socium coronæ tuæ /patrem nostrũ Aurelium ita scripsim⁹: vt si nũdũ

Al. suscipimus.

Hippona regione degeres:illo tibi literas nostras: & trāscribēda in Carthagine mēbrana mit
tere dignaretur. Qđ & sanctos viros quos indices charitatis ipsorum tuo sermone cognoui
mus:Comitem & Enodium rogauimus:vt hęc scribere ipsi curarent:ne vel parenti Dommo
ni diutius codex suus deforet:& tibi transmissus sine necessitate redhibēdi maneret. Speciali L
ter autem hoc a te peto:quoniam me immerentē & inopinantem magno tui amore complexi
vt pro hac historia temporū:referas mihi omnem tuæ sanctitatis historiam: vt qđ genus:vn
de sis domo:tāto vocatus a domino:quibus exordiis segregatus ab vtero matris tuę/ad ma
trem filiorum/dei prole lætante/abiurata carnis & sanguinis stirpe trāsieris:& in genus rega
le & sacerdotale sis translatus: edisseras. Qđ em̄ indicasti iam de humilitatis nostræ nomine
apud Mediolanum te didicisse:cum illic initiareris:fateor curiosius me velle cōdiscere:vt ex
omni parte te nouerim:quo magis grauler:si a suspiciendo mihi patre nostro Ambrosio/vel
ad fidem inuitatus es:vel ad sacerdotium consecratus:vt eūdem ambo habere videamur au
ctorem. Nam ego etsi a Delphino Burdegalię baptizatus:a Lampio apud Barcilonā in Hispa
nia per vim inflammatæ subito plebis sacratus sim:tamē Ambrosii semper & dilectione ad fi
dem nutritus sum:& nunc in sacerdotii ordine confoueor. Denique suo me clero vendicare vo
luit:vt & si diuersis locis degā:ipsius presbyter censear. Sed de me ne quid ignores:scias anti
quissimum peccatorem:non ita olim de tenebris & vmbra mortis eductum:spiritum aurę vi
talis hausisse:nec ita olim posuisse in aratro manum:& crucem domini sustulisse: quā vt in fi
nem perferre valeamus:orationibus tuis adiuuemur. Accumulabitur hæc meritis tuis mer
ces:si interuentu tuo onera nostra releuaueris. Sanctus enim laborantem adiuuans: quia fra
trem non audemus dicere:exaltabitur sicut ciuitas magna. Et tu quidem super montem ciui
tas ædificata es:vel accensa super candelabrū lucerna in septiformi claritate colluces:nos sub
modio peccatorum delitescimus:visita literis tuis:& profer in lucem in qua ipse versaris:su
per aurea candelabra cōspicuus. Eloquia tua lumen semitis nostris erunt:& oleo lucernæ tuę
impinguabitur caput nostrum. Et accendetur fides:cum de spiritu oris tui cibum mentis &
lumen animæ sumpserimus. Pax & gratia dei tecum:& corona iustitiæ tibi maneat in die illo
domine pater merito dilectissime: venerabilis & exoptatissime. Benedictos sanctitatis tuæ
comites & æmulatores in domino fratres:si dignant nostro tam in ecclesiis q̄ in monasteriis
Carthagini: Thagastæ:Hipponæ regio:& totis parrochiis tuis atque omnibus cognitis tibi p
Africā locis:domino catholice seruientes:multo affectu & obsequio salutari rogamus. Si ipsam
membranā sancti Dommonis acceperis:transcriptam nobis remittere dignaberis. Et hoc ro
go scribas mihi quem hymnū meū cognoueris. Panem vnum sanctitati tuæ vnitatis gratia
misimus:in quo etiam trinitatis soliditas cōtinetur. Hunc panem eulogiam esse tu facies/di
gnatione sumendi.

Paulini & Therasię ad Romanianū:de eo q sanctus Augustinꝰ datus esset coadiutor Va
lerio Hipponensi episcopo:illum certiorem reddentium:Simul & pro salute Licentii adolescē
tis eruditissimi comprecantiū:& ad eundem carmina quædam Augustinianæ æmulationis
prouocatiua:conscribentium.

Epistola.XXXVI.



Domino merito prędicabili & honorādo fratri Romaniano:Paulinꝰ & The
rasia. Pridie q̄ has daremus:reuersis ex Africa fratribꝰ nr̄is:quorum expecta M
tione nos pendere vidisti optatissime sanctorum & charissimorum virorū:inde
epistolas receperamꝰ:id est Aurelii/Alipii/Augustini/Profuturi/Seueri/
iā omniū pariter episcoporū. Ergo tot sanctorum taliū recētissimis sermo
nibus gratulātes:pperauimus ad te nostrā referre lætitiā:vt tibi quoque ex
pectatū in pegrinatiōe sollicita gaudiū:festiuissimis cōferremꝰ indiciis. Si
forte eadem de venerabilibus & amātissimis viris/p aliarum aductus nauiū cōperisti:p nos etiā
repetita accipe: & quasi renouata hilaritate rursus exulta. Quod si primus hic a nobis tibi nū
tius veniet:gratulare tantam in tua patria charitatem Christo donante partā:vt quicquid il
lic diuina prouidentia gerat:mirabilis semper (vt scriptum est) in sanctis suis:vel primi / vel
cum primis sciamus. Non autem tantum hoc scribimus gratulādum: q episcopatum Augu
stinus acceperit:sed q hāc dei curam meruerint Africanæ ecclesiæ:vt verba cælestia Augu
stini ore perciperent:qui ad maiorem dominici muneris gratiam nouo more profectus ita cō
secratus est:vt non succederet in cathedra episcopo: sed accederet. Nam incolumi Valerio
Hipponensis ecclesiæ episcopo:coepiscopus Augustinus est. Et ille beatus senex:cui purissi

mam mentem nulla nunq̃ liuentis inuidiæ macula suffudit: dignos (sui cordis pace) nunc ab altissimo fructus capit: vt quem successorem sacerdotii sui suppliciter optabat: hunc mere retur tenere collegam. Credi ne hoc potuit anteq̃ fieret? Sed in hoc quoq; omnipotentis opere dici euangelicum illud potest: Hominibus hæc ardua: apud deum autem omnia possibilia. Exultemus itaq; & lætemur in eo qui facit mirabilia solus: & qui facit vnanimes habitare in domo: quoniam ipse respexit humilitatem nostram: & visitauit in bono plebem suam: qui erexit cornu in domo Dauid pueri sui: & nunc exaltauit cornu ecclesiæ suæ in electis suis: vt cornua peccatorum (sicut per prophetam spondet) hoc est Donatistarum manichæorũq; cõ fringat. Vtinam hæc nunc domini tuba: qua per Augustinum intonat: filii nostri Licentii im pulset auditus. Sed vt illa audiat aure qua Christus ingreditur: de qua non rapit dei semen inimicus. Tunc vere sibi summus Christi pontifex Augustinus videbitur: quia se tunc & ex auditum sentiet ab excelso: si quem tibi dignum genuit in literis: hũc & sibi digne filium pariat in Christo. Nam & nunc velim credas: flagrantissima de ipso nobis sollicitudine scripsit. Credimus in omnipotentem Christum: q̃ adolescentis nostri votis carnalibus: spiritalia vota Augustini præualeant. Vincetur vel inuitus (mihi crede) vincetur piissimi parẽtis fide: ne mala victoria vincat: si maluerit in perniciem suam vincere: q̃ pro salute superari. Ne va-

N cuus fraternæ humanitatis officium videretur: de buccellato Christianæ expeditionis: in cuius procinctu quotidie ad frugalitatis annonam militamus: panes quinq; tibi pariter & filio nostro Licentio misimus. Non enim potuimus a benedictione secernere: quem cupimus eadem nobis gratia penitus annectere. Paucis tamẽ & ad ipsum loquamur: ne neget sibi scriptũ quod de se tibi scriptum est. Aeschino enim dicitur: quod audit Micio. Sed quid de alienis lo quar: cum de proprio cuncta possumus: & aliena loqui nõ soleat esse sani capitis? Qđ dei gra tia sano & saluo sumus: quibus caput est Christus. Incolumem te ætate q̃ plurima: & beatum semper cum tota domo tua: vt cupimus habeamus in Christo: domine frater merito honorã dissime & desiderantissime. Audi ergo fili legem patris tui: id est fidem Augustini: & noli re pellere consilia matris tuæ: qđ æque nomen in te Augustini pietas iure sibi vendicat: qui te tantillum gestauit sinu suo: & a paruulis primo lacte sapientiæ sæcularis imbutum: nũc etiam spiritalibus lactare & enutrire domino gestit vberibus. Quoniam te adultum ætate corporea in spiritalibus adhuc cunabulis vagientem: videt adhuc infantem verbo dei vixdum in Christo primis passibus & vestigio titubante repentem: si tamen Augustini doctrina: tan q̃ manus matris: & vlna nutricis instabilem regat paruulum. Quem si audias & sequaris: vt rursum te sermone Salomonis alliciam: Fili coronam accipies gratiarum tuo vertici. Et tunc vere eris ille non phantasmate somniatus: sed ab ipsa veritate formatus consul & ponti fex: vacuas imagines falsi operis implente Christo solidis suæ operationis effectibus. Vere enim pontifex & vere consul Licenti eris: si Augustini vestigiis propheticis & apostolicis di sciplinis: vt sacrato beatus Helisæus Heliæ: vt illustri Apostolo Timotheus adolescẽs adhę reas: indiuulso per itinera diuina comitatu: vt & sacerdotium corde perfecto discas mereri:

O & populis ad salutem magistri ore consulere. Sat hoc monitis & hortatui: Modico enim sermone & labore te arbitror mi Licenti ad Cristum posse incitari. Iam a pueris semper es ad studia veritatis & sapientiæ: quod vtrũq; vere est Christus: & omnis boni summum: venerabilis Augustini spiritu & ore flammatum. Quis parum apud te pro te valuit? Quid ego tanto interuallo posterior: & omnium illius opum pauper efficiam? Sed quia & illius facultatis potentia: & tui ingenii humanitate confisus: pleniora atq; maiora in te spero elaborata q̃ elaboranda: ausus sum hiscere duplici gratia: vt & illi viro deuincta charitate compararer in solli citudine tui: & inter eos qui salutem tuam diligunt: vel contestato numerarer affectu. Nam effectus in tui perfectione palmam Augustino potissimum destinatã scio. Vereor fili ne aures tuas asperitate temerarii sermonis offenderim: & per aures animo etiã tuo tedii mei vulnus intulerim. Sed in mentem venit epistola tua: qua te musicis familiarem modis intellexi: A quo studio ego æui quondam tui non abhorrui. Itaq; mihi ad tuam mentem: si in aliquo exulcerassem: deliniendam: remedium literas tuas recordat⁹ reperi: vt te ad dominum harmoniæ omniformis artificem: modulamine carminis euocarem. Quæso te vt aure audias: ne q; causam salutis tuæ in verbis meis spernas: sed piam curam & mentem paternam: etiam in despiciendis sermonibus libẽter accipias: quib⁹ insitum Christi nomen: qđ est supra omne no men: hanc deberi venerationem: facit vt non possit a credente contemni.

Vers⁹Paulini ad Licentium.

P Quare age rũpe moras:& vincla tenacia secli:
Nec metuas placidi mite iugum dñi.
Pulchra quidẽ sed mira vagis præsentia rerum
Mentib⁹:at sapiens non stupet ista animus.
Nũc te sollicitat variis malesuasa figuris
Heu validos etiã vertere Roma potens.
Sed tibi nate precor:semp pater Augustinus
Occurset:cunctas vrbis ad illecebras.
Illũ tanta inter fragilis discrimina vitæ
Aspiciens:& habẽs pectore:tutus eris.
Hoc tñ & repetẽs iterũq; iterũq; monebo.
Vt fugias duræ lubrica militiæ.
Blandũ nomẽ honos:mala seruit⁹:exit⁹ æger.
Quẽ nũc velle iuuat:mox voluisse piget.
Scandere celsa iuuat:tremor ẽ descẽdere celsis.
Si titubes:summa peius ab arce cades.
Nũc tibi falsa placent bona:nũc rapit oib⁹ auris
Ambitus:& vitreo fert caua fama sinu.
Ast vbi te magno damnosus cinxerit æstu
Baltheus:& sterilis fregerit inde labor:
Serus & incassum spes accusabis inanes:
Et modo q̃ nectis rũpere vincla voles.
Tunc reminisceris frustra patris Augustini:
Contempsisse dolens veridicos monitus.
Quare si sapiens:et si pius es puer audi:
Et cape verba patrũ:consiliumq; senum.
Quid retrahis fera colla iugo?mea sarcina lenis
Suaue iugũ Christi est:vox pia:crede deo.
Et caput adde iugis:da mollibus ora capistris:
Demissosq; leui subde humeros oneri.
Nunc potes hoc dũ liber agis:dũ nulla retentãt
Vincula:nulla thori cura:nec altus honor.
Q Hæc bona libertas Christo seruire:& in ipo
Omnibus esse supra.nõ dominis hominum:
Non vitiis seruit:nõ regibus ille superbis:
Tantũ qui Christo se dederit dño.
Nec tibi nobilitas videat libera:quã nunc
Sublimẽ attonita conspicis vrbe vehi.
Quã cernis tanta sibi libertate videri:
Vt dedignetur flectere colla deo.
Multis ille miser mortalib⁹& quoq; seruis
Seruit:& ancillas vt dominetur emit.
Norũt eunuchos:& magna palatia passi:
Et quisq; Romã:sponte miser:patitur:
Quanto sudoris pretio:damnoq; decoris
Constet:ibi chlamydis:hic honor officii.
Nec tamẽ ipse potens:qui celsior omnib⁹ esse
Emerit:vt nulli seruiat:assequitur.
Cum bene se tota dñm iactauerit vrbe:
Seruit dæmoniis:ac simulacra colit.
Proh dolor hos pp̃ter remoraris in vrbe Licẽti:
Et regnũ Christi spernis:vt his placeas!
Hos vocitas dños:curua & ceruice salutas!
Quos ligni seruos conspicis & lapidis!

Nomine diuino argentum venerant & aurum!
Relligio est qd amat morbus auaritiæ.
Imprecor hos vt amet:q non amat Augustinũ. R
Non colat & Christũ:cui placet hos colere.
Inde ait ipe deus:dominis nõ posse duobus
Seruire:qm̃ mens placet vna deo:
Vna fides:deus vnus:& vnicus e patre Xp̃s:
Haud duplex:vni seruitus est dño.
Quanta etenim cælo ac terris distãtia:tanta est
Cæsaris & Christi:rebus & imperiis.
Tollere humo:sed nũc dñ spũs hos regit artus:
Mente polũ penetra:nil mora carnis obest.
Corporeis iam nũc morere actib⁹:& bona vitæ
Cælestis liquido præmeditare animo.
Spiritus es q̃q̃ tenearis corpore:si nũc
Mente pia victor carnis opus perimas.
Hæc tibi chare puer fidei compulsus amore
Scripsi:si recipis:suscipiere deo.
Crede Augustinũ tibi nunc in me geminatum:
Sume duos vna cũ pietate patres.
Spernimur?abstraheris maiore dolore duobus:
Audimur?pignus dulce duobus eris.
In te læta patrũ sudauit cura duorum:
Et tibi magnus honos lætificasse duos.
Sed me Augustino cũ copulo:non meritorum
Iacto parem:solo comparo amore tui.
Nã quid ego effundã:rorans tibi paupere riuo?
Me præter gemino flumine proluerís.
Frater Alipius est:Augustinusq; magister:
Sanguinis hic consors:hic sator ingenii.
Tanto fratre vales & præceptore Licenti:
Et dubitas pennis talibus astra sequi!
Quicqd agas (nã te nec sperat mundus amicũ)
Non daberis terræ:debita Christo anima.
Tu thalamos licet & celsos mediteris honores:
Nunc olim dño restituere tuo.
Credo vnũ vincent iusti duo peccatorẽ:
Et tua fraternæ vota preces abigent.
Ergo redi:qua voce parẽs:qua sanguine frater:
Ambo sacerdotes te remeare iubent.
Ad tua te retrahũt:nam nunc aliena petisses:
Hæc mage quę retinẽt regna tui tua sint.
Hæc repete:his inhia:externis ne cõtere tẽpus,
Si tua nolueris:quisq̃ aliena dabit.
Non eris ipe tuus:missusq; per extera longe
Sensibus heu proprii pectoris exul ages.
Sollicitum satis hæc nato cecinisse parentem:
Dum tibi quæ mihimet:vel volo:vel metuo.
Hæc tibi si recipis:feret olim pagina vitam.
Si renuis eadem:hæc pagina testis erit.
Incolumẽ mihi te fili charissime Christus
Annuat:& seruũ det sibi perpetuo.
Viue precor:sed viue deo:nã viuere mundo
Mortis opus:viua est viuere vita deo.

Seueri ad sanctum Augustin um familiariter virtutes eius commendantis: & deo gratias propterea agentis. Epistola.XXXVII.



S Enerabili ac desyderabili & toto sinu charitatis amplectendo episcopo Augustino: Seuerus. Deo gratias frater Augustine: cui⁹ donũ est quicquid in nobis bonorum gaudiorum est. Fateor: bene mihi recũ est: multum te lego: mirum dicam: sed verũ planeq̃ mihi absens solet esse præsentia: tam præsens facta est absentia tui. Nullę se nobis interponũt turbulentæ actiones temporalium rerum. Ago quantum possum: etsi non tantum possum quantum volo: quid ego dicam quantum volo? Nosti optime q̃ auarus sim tui: nec tamen murmuro: quia non tm̃ ago quantum volo: qm̃ rursus non minus ago quantum possum. Deo ergo gratias frater dulcissime: bene mihi tecũ est: gaudeo tecũ arctius conuinctus: & (vt ita dicam) vnissime quantum potest adhærens tibi: redũdantiam vberum tuorum suscipiens vires comparo: si possim idoneus effici ad ea concutienda & exprimenda: vt quicquid secretius & interius clausum custodiunt: remotis pellibus q̃s adhuc lactanti suggendas inserunt: ipsa mihi viscera si possibile est dignent effundere: viscera inquã mihi vt refundant cupio. Viscera tua: viscera pinguia sagina cælesti: & condita omni dulcedine spiritali: viscera tua viscera pura: viscera simplicia: nisi q duplici sunt vinculo redimita geminæ charitatis: viscera tua viscera perfusa lumine veritatis: & refulgentia veritatem. Horum me manationi vel resultationi subiicio: quo nox mea in lumine tuo deficiat: vt in diei claritate simul ambulare possimus. O vere artificiosa apis dei: cõstruens fauos diuini nectaris plenos: manantes misericordiam & veritatem: per quos discurrẽs delitiatur anima mea: & vitali pastu quicquid in se minus inuenit: aut imbecillum sentit: resarcire & suffulcire molitur. Benedicitur dominus per præconium oris tui & fidele ministerium: q sic concinere & respondere facis canenti tibi domino: vt quicquid de eius plenitudine ad nos vsq redundat: iucundius efficiatur & gratius per tuum elegantem famulatum & succinctam mũdiciam: & fidele ac castum simplex q ministerium: quod ita resplendere facis per argutias tuas: & vigilantiam tuam: vt perstringat oculos & in se rapiat. Nisi tu idem innuas dominũ: vt quicquid in te delectabile lucet: referentes nos ad illum / ipsius esse agnoscamus: de cuius bonitate tam bonus es: & de cuius puritate & simplicitate & pulchritudine / purus / simplex / & pulcher es: Et illi agentes gratias de bono tuo domino qui suo dignatus est nos tibi adiungere: vel quoquo modo subiungere: vt plenius subiiciamur illi: cuius te ductu ac moderatione talem gaudemus: vt & tibi contingat gaudere de nobis: quod non diffido fore: si tuis me orationibus adiuues: cuius imitatione nonnihil iam profeci: vt talis esse desyderem. Vides quid facias q sic bon⁹ es: quoniã nos rapias in amorem proximi: qui nobis primus ad dilectionem dei: & vltimus gradus est: & quasi limes quo sibi vterq annectitur / dei & proximi: in quo nos (vt dixi) quasi limite stantes: amborum calore tangimur: & amborum flagramus amore. Sed quanto nos iste ignis exusserit & purgauerit proximi: tantũ nos in illum puriorem dei ire cõpellit. In quo iam nullus nobis amandi modus imponitur: quãdo ipse ibi modus est: sine modo amare. Non ergo verendum est ne plus amemus dominum nostrum: sed ne minus / timendũ.

V Hęc epistola superior: quæ tibi me quasi abstersa tristitia facilitate actionum: de liberali ocio quod tecum mihi agere licuit in hoc rure posito: nam ita licere potuit: lætiorem offert: anteq̃ sane venerabilis episcopus nos visitare dignaretur: quasi meta illorum gaudiorum scripta est: & qđ vere miror eodem die venit quo scripta est. Quid hoc est quæso anima mea: nisi forte q nos delectat: tamen etsi honestum est: non tamen satis vtile: quia in parte est! Interim licet vniuerso hancipsam partem: id est nos ipsos quantum pro peccatis nostris nobis cedit materia: id est nos ipsi cedimus nobis elimatiores & compaginabiliores: si tamẽ admittis: hoc verbum aptare moliamur. Habes epistolam non pro tua magnitudine: sed pro mea paruitate longiorẽ: qua & prouocauerim vt iam non pro mea paruitate: sed pro tua magnitudine mihi epistola mittatur. Quæ tamẽ quantũcunq erit: mihi longa non erit: cui totum tempus breue est ad legendum. Rescribe mihi quando aut vbi occurrere debeam: propter illam causam qua me iussisti occurrere. Q̧ si est integra: & non forte aliud melius placuit: tunc occurram Sin minus: rogo te: nolo me a cursu reuoces meo. Illa enim sola visa est quam pręponerẽ mihi Fratres omnes qui nobis in dño conserui sunt: & desydero multum & saluto.

Beati Augustini ad Lętum:tyrocinium illi⁹ in dei militia:confortātis. Et quomodo odisse oportet patrem & matrem:etiam animā propriā:eum qui ad regnum cælorū tendit: ostendentis. Et ad fugiendū blandimenta materna:a vita æterna retardantia:edocentis.

Epistola.XXXVIII.



Domino dilectissimo & desyderantissimo fratri Lęto: Augustinus in domino salutem. Legi epistolam quam misisti fratribus consolari te cupiens: q̄ multis tentationibus tua tyrocinia quatiantur. In qua etiam insinuasti desyderare te literas nostras. Condolui frater:& cessare ab scribendo non potui:ne non solum tuo:sed etiam meo desyderio negarem:qd me videbā officio debere charitatis. Si te igitur tyronem Christi profiteris:castra ne deseras:in quibus tibi etiam ædificanda turris est:illa de qua in euangelio dn̄s loquit̄. In ea quippe stantem:& sub armis verbi dei militantem:nulla ex parte penetrare vllæ tentationes valent. Inde & iactata in aduersarium tela:graui pondere veniunt: & prospecta firmo munimine deuitantur. Consydera etiam dominum nostrum Iesum Christum cum sit rex noster:tamen a societate qua etiam frater esse dignatus est:reges appellasse milites suos:& vnū quenq; ad bellandum cum rege qui habet viginti milia:instructione decem milium idoneum esse debere præmonuit. Sed paulo anteq̄ de turre & de rege exhortatorias similitudines poneret:attende quid dixerit. Si quis venit ad me:& nō odit patrem suum:& matrem: & vxorem: & filios:& fratres:& sorores:adhuc & animā suam:nō potest meus esse discipul⁹. Et si nō tulerit crucem suam & venerit post me:nō potest meus esse discipulus. Deinde subiungit: Quis ex vobis volens turrim ædificare,non primo sedet & occupat si sumptus habet ad cōsummationem:ne quando cum posuerit fundamentum:non possit ædificare: et omnes qui transeūt & vident:incipiant dicere:Hic homo cœpit ædificare:& nō potuit perficere? Aut quis rex vadens committere bellum cum alio rege:non primum sedet & cogitat:si potēs est cum decem milibus ei occurrere:qui cum viginti milibus venit ad illum? Cæterum dum adhuc lōge est: mittit legationem:rogans pacem. Quo autem pertinerent istę similitudines:ipsa conclusione satis aperuit. Ait enim:Sic ergo omnis ex vobis:qui non renuntiat omnibus quæ sunt ei⁹: nō potest meus esse discipulus. Itaq; & sumptus ad turrim ædificandam:& bellantiū decem milia aduersus regem qui viginti habet:nihil est aliud q̄ vt renuntiet vnusquisq; omnibus quę sunt eius. Prælocutio autem superior cum extrema conclusione concordat. In eo enī q; vnusquisq; renuntiat omnibus quæ sunt eius:etiam illud continetur: vt oderit patrem suum:& matrem:& vxorem:& filios:& fratres:& sorores:adhuc & animam suam. Omnia enī hæc propria eius sunt:quæ plerunq; implicant:& impediunt ad obtinenda:non ista propria temporaliter transitura:sed in æternum mansura communia. Quo enim tibi modo nunc quædam mulier mater est:hoc ipso vtiq; non est & mihi. Quapropter hoc temporale ac transitoriū est: sicut transisse iam vides q; te concepit:q; gestauit vtero:q; peperit:q; lacte nutriuit. Q; autem soror in Christo est:& tibi est & mihi:& omnibus quibus vna cælestis hæreditas/& pater de⁹ & frater Christus/in eadem charitatis societate promittitur. Hæc æterna sunt:hæc nulla tēporis labe deteruntur: hæc tanto firmius tenenda sperantur:quanto minus priuato:sed cōmuni potius iure obtinēda prædicātur. Potes hoc facillime in ipsa tua matre cognoscere. Nā vnde te nunc irretitum inuoluit:& ab instituto cursu retardatum inflectit & curuat: nisi ex quo tua propria mater est? Nam ex quo soror est omnium:quibus est pater deus:& mater ecclesia:tam te non impedit:q̄ neq; me:neq; omnes fratres nostros:qui eam nō priuata:sicut tu in domo vestra:sed publica in domo dei charitate diligimus. Q; ergo tu illi etiam carnali necessitudine annecteris:ad sortem valere debet familiarius colloquendi:& apertiore ianua cōsulendi:vt hoc ipsum quo te priuatim diligit: interficiatur in ea:ne q; ex vtero suo te genuit pluris pendat:q̄ q; ex vtero ecclesię genita est tecum. Qd autē de matre dixi: hoc de tali cętera propinquitate intelligendum est. Hoc etiam quisq; de anima sua cogitet:vt etiam in ipsa priuatum affectum oderit:qui proculdubio temporalis est. Diligat autem in ea communionem societatemq; illam:de qua dictū est:Erat illis in deum anima vna & cor vnum. Sic enim anima tua non est propria:sed omnium fratrum:quorum etiam animæ tuæ sunt: vel potius quorum animæ cum tua non animæ/sed anima vna est Christi vnica:quæ de manu canis vt eruatur:canitur in psalmis. Inde ad contemptum mortis facillime peruenitur. Nec succense

Margin notes: X; Luc.14.; Y; Z; Actuū.4.

ant parẽtes hoc præcipere dominũ:vt eos oderimus:quãdo nobis hoc de anima nostra præci-
pitur.Nam sicut nunc de anima iubetur:vt eam propter Christum cum parentibus oderi-
mus:ita qđ alio loco de anima idem dominus dicit:in parentes quoqꝫ potest congruẽtissime
conuenire:Qui amat inquit animã suam:perdet eam.Dicam etiã fidenter: Qui amat paren- Ioan.12.
tes suos perdet eos.De anima quippe hoc ibi dixit oderit:qđ hic perdet.Sicut autẽ hoc præce
ptum quo perdere iubemur animam nostram:nõ ad id valet vt se quisqꝫ ĩterimat: qđ inexpia
bile nefas est:& tamen valet vt interimat in se carnalem animæ affectum:quo cum impedimẽ
to futuræ vitæ præsens vita delectat.Hoc est enĩ qđ dictum est:oderit animã suam: & perdat
eam.Qđ tamẽ diligendo fit:quãdoquidem apertissime fructum eiusdem animæ acquirendę/
in eodem pręcepto commemorat dicens:Qui perdiderit eam in isto sæculo: in vita æterna in Vbi supra.
ueniet eam.Ita de parentibus rectissime dicitur:vt qui eos amat perdat eos:Non more parri-
cidarum interficiens:sed spiritali gladio/verbo dei/carnalem affectum eorũ:quo & seipsos:&
eos quos genuerunt irritamentis huius sæculi obligare conant:pie fidenterqꝫ percutiẽs & oc
cidens:illud in eis viuere faciat:quo fratres sunt:quo cũ filiis suis temporalibus/parẽtes æter
nos deũ ecclesiamqꝫ cognoscunt.Ecce rapit te studiũ veritatis cognoscendæ atqꝫ percipiendę
voluntatis dei in scripturis sanctis.Rapit euangelicæ prædicationis officium.Dat signũ dñs
vt vigilemus in castris:vt ædificemus turrim:de qua hostem sempiternæ vitæ:& ꝓspicere &
propellere valeamus.Rapit militẽ Christi tuba cælestis ad prælium:& retinet mater:Nõ pla
ne talis: qualis Macchabæorum fuit:nec saltem similis Lacedæmoniis matrib⁹:de quibus me
moriæ traditum est:ꝙ filios suos vt pro terrena patria sanguinem funderent:multo amplius
atqꝫ ardentius in certamina bellica:q̃ signorum sonitus excitabant.Nam mater q̃ te ad discẽ
dam vitam remoueri a curis sæcularibus non permittit:satis ostendit quemadmodum te:si
opus esset: ad obeundam mortem penitus sæculum repudiare permitteret. Sed quid dicit
aut quid allegat?Forte decem illos menses:quibus viscera eius onerasti: & dolores parturi-
tionis:ac labores educationis.Hoc hoc interfice verbo salutari/hoc perde matris: vt in vitam
æternam inuenias eam.Hoc memẽto vt oderis in ea:si diligis eam:si tyro Christi es:si turris
fundamentũ posuisti:ne dicant transeuntes:Hic homo cœpit ædificare:& non potuit perfice Lucæ.14.
re.Carnalis enĩ affectus est iste:& adhuc veterem hominem sonat.Hunc carnalem affectum:
& in nobis & in nostris:militia christiana vt perimamus hortatur:nec tamen ita vt ingratus
sit quisqꝫ parentibus:& eadem ipa beneficia:quibus in vitã hanc editus/susceptus/ atqꝫ nutri
tus est/enumerata derideat:seruet potius vbiqꝫ pietatem.Habent hæc locum vbi maiora non
vocant.Mater ecclesia/mater est etiam matris tuæ.Hæc nos de Christo concepit:hæc marty-
rum sanguinem parturiuit: hæc in sempiternam lucẽ peperit:hæc fidei lacte nutriuit & nu-
trit:ciboſqꝫ maiores præparans: ꝙ adhuc paruuli & sine dentibus vagire vultis: horrescit.
Hæc mater toto orbe diffusa:tam variis & multiplicibus errorum infestationibus agitatur:
vt abortiui iam filii eius aduersus eam infestis armis belligerare nõ dubitent. Ignauia etiam
atqꝫ torpore quorundã:quos gremio continet:membra sua frigescere plurimis locis: & fouẽ-
dis paruulis minus idonea fieri dolet. Vnde nisi per alios filios:vnde nisi per alia mẽbra: quo-
rum e numero es:iustum ac debitum poscit auxiliũ?Huius ne tu necessitates deserens:ad car
nalia verba conuertaris?Nonne hæc grauioribus querelis insonat auribus? Nonne hæc cha-
riora viscera:& cælestia vbera ostentat?Adde viri eius susceptionem carnis:ne carnalibus in
hęreres:& a verbo æterno vniuersa quę tibi mater ĩproperat ne his implicareris:assũptas ad-
de cõtumelias:flagella:mortẽ:mortẽ autẽ crucis. Talibus concepit te seminibus: taliqꝫ in vi-
tam nouam connubio procreat:languescis & contabescis in veterem hominem?Ita ne matrẽ
terrenam non habebat imperator tuus?Quæ tamẽ cum ei nuntiaretur agenti cælestia/respõ
dit:Quæ mihi mater:aut qui fratres?Et extendens manum in discipulos suos dixit:non per- Matth.12.
tinere ad cognationem suam nisi qui facerent voluntatem patris eius.In quo numero profe-
cto etiam ipsam sanctam Mariam benignus inclusit.Faciebat enim & illa voluntatem patris
eius.Ita optimus magister atqꝫ diuinus:& maternum nomen qđ ei quasi priuatum propriũ-
qꝫ nuntiauerant:quia terrenum erat:in comparatione cælestis propinquitatis abiecit: & ean
dem cælestem propinquitatem in discipulis suis commemorans:quo sibi rursum cõsortio ge
neris cum cæteris sanctis virgo sancta cohæreret/ostendit.Et ne isto saluberrimo magisterio
quo contemni carnalem affectum in parentibus docuit:adminiculũ error acciperet:quo ma-
trem habuisse a quibusdam negatur:alio loco discipulos monuit: ne se patrem in terris dicãt

habere:vt quõ illos manifestum est habuisse patres:sic se habuisse matrem manifestaret. Cu-
ius tñ terrena cognatione cõtempta: cõtẽnendarũ taliũ necessitudinũ discipulis pręberet ex
emplũ.Hęc ergo interrũpunt vocibꝰ matris tuę:& inter hęc locũ inuenit cõmemoratio pre- A
gnantis atq; lactantis:vt de Adã & Eua/alius Adã nascereris & nutrireris! Respice potius:
respice Adã secundũ de cælo:& porta iã cælestis imaginẽ: sicut terreni portasti. Immo & hic
habeant locũ materna ipa beneficia:q̃ tibi ad eneruationẽ cordis enumerant.Habeãt prorsus
locũ:noli esse ingratus:repende gratiã matri tuæ:rependę spiritalia pro carnalibꝰ:pro tempo
ralibus sempiterna.Sed qui non vult sequi:nõ impediat.Qui non vult conuerti in melius:ca
ueat ne in deterius peruertat & euertat.Quid interest vtrũ in vxore:an in matre: dũ tñ Eua
in qualibet muliere caueatur! Nam ista vmbra pietatis de foliis illius arboris venit: quibꝰ se
primũ parentes nostri/in ista damnabili nuditate texuerunt. Et quicquid in illis verbis atq;
suggestione/quasi officiũ tibi charitatis obtendit:vt a germanissima atq; syncerissima euãge
lii charitate te detorqueat:ad astutiã serpentis pertinet:& ad duplicitatẽ regis illius q habet
viginti milia:quã nos docemur decem miliũ/hoc est cordis/in qua deum quærimꝰ/simplici- B
tate superare.His potius intende charissime:& tolle crucem tuã & sequere dñm. Nam cum
te præsens animaduerterem domesticis curis a diuino studio retardari:ferri te potius & du-
ci a cruce tua:non eã te ferre ac ducere sentiebã.Crucẽ em nostrã dñs quã portari a nobis iu-
bet:vt eum expeditissimi sequamur:quid aliud q̃ mortalitatẽ carnis huius significat! Ipa em
nos cruciat donec absorbeat mors in victoriã.Crux ergo hęc ipa crucifigenda est:& trãsfigẽ-
da est clauis timoris dei:ne solutis & liberis mẽbris reluctante portare non possis.Sequi enim
dñm nisi eã portans:omnino non vales.Nã quomodo eum sequeris:si non es eius! Qui autem
Gal.5. Iesu Christi sunt(ait apostolus)carnem suam crucifixerunt cum passionibꝰ & desyderiis. Si
quid sane pecunię res tua familiaris habet; cuius te implicari negocio nec oportet nec decet
reuera tribuendum est matri & domesticis tuis.Horũ quippe indigentia ; si pauperibꝰ vt sis
perfectus instituisti distribuere talia:tui primũ apud te locũ obtinere debẽt.Si quis enim su-
1.Timoth.5 is & maxime domesticis(ait apostolus)non prouidet:fidem negauit:& est infideli deterior.
Quibus ordinandis rebus:si vt collum exueris induendum sapientiæ vinculis:pfectus a no-
bis es:quid tibi nocẽt:aut quo pacto te peruellunt matris lachrymæ fluentes carnẽ : aut serui
fuga:aut mors ancillarũ:aut fratrũ morbosa valitudo! Si est in te charitas ordinata;sciẽs ppo-
nere maiora minoribꝰ: & misericordia moueri:vt pauperes euãgelizent:ne messis dñi copiosa
operariorũ inopia in prædã volucribꝰ iaceat: & paratũ habere cor ad sequẽdã dñi voluntatẽ : in
eo q̃ vel flagellãdo vel parcẽdo agere statuerit cũ seruis suis:hęc meditare:in his esto: vt pro
fectus tuus manifestus sit in omnibꝰ.Obsecro te vt caueas ne maiorẽ tristitiã des bonis fratri-
bus torpore tuo:q̃ lætitiã alacritate iam dederas.Cõmendare te aũt literis quibꝰ voluisti: tã
superfluũ putaui:q̃ si quisq̃ te mihi codẽ modo cõmendare voluisset.

Beati Augustini ad Licentium:vt ad finem veræ sapientiæ consequendum : & vincula
huius mundi tanq̃ perniciosa effugiendũ:operã det:persuadentis.

Epistola.XXXIX.


Ix reperi occasionem scribendi tibi.Quis credat! Sed mihi tamen Licen C
tium necesse est credere.Nolo te causas rationesq; rimari : quæ etiam si
reddi possent:fidei tamẽ qua mihi credis non eas debeo.Nam & literas
tuas non per eos accepi:per quos possem scripta redhibere.Quæ autem
petisti vt peterem:curaui per epistolã quantũ promendum videbat:sed
quid effecerim tu videris.Qđ si nondum effectũ est:vel cum sciero agã
instantius:vel cum rursus ipe admonueris.Hactenus q̃ huius vitę vin
cula perstrepunt tecũ locutus sum:nũc paucis accipe pectoris mei ęstus de spẽ tua.Nõ trãsito
ria quodã modo:via tibi patescat in deũ:mi Licẽti:etiã atq; etiã recusantẽ & formidantẽ cõ-
pedes sapiẽtiæ:timeo te rebꝰ mortalibꝰ validissime & perniciosissime cõpediri.Nam sapientia
quos primo alligauerit:& exercitatoriis quibusdã laboribꝰ edomuerit:soluet postea: libertatis
q; sese donat ad fruendũ.Et quos primo tẽporalibus nexibꝰ erudiuerit:post æternis amplexi-
bus alligabit.Quo vinculo nec iucundius nec solidius cogitari quicq̃ põt.Prima hæc aliquã
tulũ dura esse cõfiteor.Illa vero vltima:nec dura dixerim:q̃a dulcissima sunt:nec mollia:quia
firmissima. Quid igitur:nisi qđ dici non potest:sed credi:tamen & sperari & amari potest!
Vincula vero huius mundi:asperitatem habent:iucũditatẽ falsam:certum dolorem: incertã

voluptatem:durum laborem:timidam quietem:rem plenã miseriæ:spem beatitudinis inanẽ His ne tu inseras & collum & manus & pedes:cum & honoribus huiuscemodi subiugari affectas:& facta tua non aliter fructuosa existimas:& ambis inhærere:quo non modo inuitatus sed nec compulsus quidem ire debuisti. Hic tu fortasse Terentiani serui mihi responsum dedetis:O he:tu verba fundis:hic sapientiam. Cape igitur vt fundam potius q̃ effundam. Aut si ego canto tu autem ad aliam vocem saltas; nec sic quidem me pœnitet. Habet enim suam hilaritatem ipsa cantatio:etiam cum ad ea membra non mouet:cui plena charitatis modulatione cantatur. Verba quędam in ep̃lis tuis me mouerũt:sed de his tractare:cũ factorũ vitęq; totius tuæ cura excoquat:ineptum putaui. Terentius.

Licentii ad beatum Augustinum heroico carmine varium suum studium: Simul & beniuolentiam suam & gratificandi animũ erga eundem profitentis & explanantis.

Epistola.XL.

D Arcanum Varronis iter scrutando profundi
Mẽs hebet:aduersamq; fugit conterrita lucem.
Nec mirum:iacet om̃is enim mea cura legendi
Te non dante manũ:& cõsurgere sola veretur.
Nam simul vt pplexa viri compendia tanti
Voluere suasit amor:sacrosq; attingere sensus:
Quis numerũ dedit ille tonis:mũdũq; tonãti
Differuit canere:& pariles agitare choreas:
Implicuit varia nostrum caligine pectus:
Induxitq; animo rerũ violentia nubẽ.
Inde figurarũ positas in puluere formas
Posco amens:aliasq; graues offendo tenebras.
Ad summã astrorũ causas clarosq; meatus:
Obscuros quorũ ille situs per nubila monstrat:
Sic iacui nutans:vt talẽ omnino ruinam:
Nec q̃ nos prohibet latebras agnoscere cæli:
Nec persona daret punctorũ freta cauernis.
Protea nanq; ferunt veterũ cõmenta pelasgum:
Qui dum sollicitis nõ vult aperire futura:
Spumat ap:fluit vnda:fremit leo:sibilat anguis
Caprũ aliq̃ñ tñ in munera parua volucrum.
At mihi qui nimiũ curis grauioribus angor:
Dulcia quęq; aiæ:sed dulcia pabula quæro:
Varronis responsa latent:q; supplice cantu
Pręsidiũ nymphã regẽq; & flumina poscã.
Ante voce vocẽ:clari quẽ rector olympi
Fontibus infantum pręfecit:& abdita iussit
Vbertate animi lõge ructare fluenta!
Ferto magister opem:ac tu ne desere vires
Inualidas:mecũq; sacras subuertere glebas
Incipe.tp̃s em̃(nisi me mortalia fallunt)
Labitur:in seniũq; trahit:tibi noster Apollo
Corda replet:patrẽq; suũ patrẽq; deorum
Conciliat:legemq; bonã:pacẽq; cruentam
Mõstrat:& abducto velamine singula pãdit.
Viginti emensus nã longos forsitan orbes
Solis eras:cũ te ratio pulcherrima mundi
Ditior imperiis:& nectare dulcior omni
Corripuit:statuitq; vagũ:medioq; locauit:
Omnib⁹ vnde aciẽ posses intendere rebus.
O bone carpe iter annorũ:sapientia quãtum
Crescit amore sui:inueniẽs noua culmia semp.
Perge viam qua te soboles præclara tonantis
Perducit:sternẽs in planos ardua campos.
Et cũ luciferos præcordia vesper in ortus
Distulerit:sanctũq; super benedixeris ignẽ:
Sis memor ip̃e mei. Bibulã qui ponitis aurẽ
Legibus inuictis:contundite pectora palmis:
Sternite membra solo:meritosq; ciete dolores:
Et phibete nefas deus imperat omnib⁹ vnum.
Admonet antistes:venturaq; fulmina terrẽt.
O mihi transactos reuocet si pristina soles
Lætificis aurora rotis:quos libera tecum
Ocia tentantes:& candida iura bonoꝝ
Duxim⁹ Italiæ medio:mõtesq; p altos:
Non me dura gelu prohiberent frigora canõ:
Nec fera tẽpestas zephyrũ:fremitusq; borinũ:
Quin tua sollicito premerẽ vestigia passu.
Hocopus vt iubeas:tm̃ cruor irriget artus.
Solstitio neuros:bruma sectabimur Istrum.
Ignotus Garamas soluet mihi vincula gerris:
Exapheosq; lacus fugiẽs:hypanis vbi amarus
Callipidũ scythicas resonet spumos⁹ adundas
Ibimus & Leucos:qua leucia solis in ortus
Tenditur:& vasti deserta cacumina Casi:
Quis epidamneos æquat sibi casia rupes.
Vnde quiescentẽ aurorã:currusq; solutos:
Sopitũq; diem media sub nocte videremus:
Te suadẽte petã:nec em̃ labor aut met⁹ vllus
Terret:vbi insõtem precib⁹ deus audit apertis.
Et nunc romulidũ sedes & inania tecti
Culmina:bacchatasq; dom⁹:vanosq; tumultus
Desererẽ:& totus semel in tua corda venirẽ:
Ni mens cõiugio incũbens retineret euntẽ.
Crede meis/o docte/malis:veroq; dolori:
Q; fine te nullos pmittunt carbasa portus.
Erramusq; procul turbata per æquora vitę:
Præcipites densa veluti caligine nautæ:
Quos furor australis:stridẽs & flatus ab euro
Perculit:& raptis priuauit turbo magistris:
Protinus abruptis miseri voluunt in vndis.

Non fortis aut prorę:nō lintea deinde pcellas
Ferre valēt:ratioq; iacet stupefacta regendi.
Sic me ventus agit:voluūtq; cupidinis æstus
In mare letiferū:nec terræ ptinus absunt.
Sed mecū reputans:tua cādida verba magister
Hęc magis esse reor:tibi credere callida res est.
Decipit:atq; animis molit retia nostris.
Præteritos(oblitus em̄ pręsentia)præsto
Nunc tibi charanos:nos nunc de pectore lapsi.
Hei mihi quo ferar:vn̄ velim tibi pādere mētē.
An̄ sub ægeo optabunt pia tecta palūbes:
Et versa halcyone componat in arbore nidos:
Esuriens vitulos alat ante leęna sequaces:
Atq; impasta diu teneros lupa nutriat agnos:
Mutantesq; suis diuisum partibus orbē:
Aut barcæus alet taurū:aut hyrcania tautos.
Ante thyestæis iterū male territa mensis:
Interrupta dies refugos vanescat in ortus.
Ante dabūt imbres nilū:sup æthera dāmæ
Errabūt:mōtesq; canant:& flumina laudent:
Q̄ mihi post tergū veniant tua dona magister.
Arcet amor:copläq; tenet cōmunis honesti.
Hic hic regnat amicitię decus hoste fugato.
Nā neq; ppter opes vitreas:aurūq; rebelle:
Iungimus assensus animorū:nā neq; vulgi
Nos fortuna tuens:q̄ separat ardua:iunxit.
Sed labor interiora legēs:vulgata libellis:
Atq; animis inuenta tuis:& nobile dogma
Indictū:cōtraq; bonos respōsa telatus.
Et mea calliope:q̄uis te cōminus altum
Horreat:& vultus abscōdat:inutile tractans:
Hoc tamē hoc animi vinclū:nexusq; fideles:
Non q̄ montosis firmatas rupibus alpes:
Fregit:& italicas pressit cum mœnib⁹ vrbes:
Rumperet:aut nostro terteret robore quicq̄.
Ite procul latices tumidis anfractibus oxi.
Aut ab aremphæis rhipheos aut oppida caspi:
Cimmeriasq; domos seiungere flumine largo:
Mœotidūq; plagæ:pōtus quas obtuit Helles:
Europæ atq; Asiæ lōge discrimina tendant.
Nōne boū per vtrūq; latus armēta fatigans
Finibus abscidit lateri dodona Molossos:
Cognatosq; atabas:nec pacis fœdus amicum
Sidonios inter mansit regnūq; Pelopum:
Sacrilegosq; phryges:quis pro tpe cunctis
Hospitio cōmune fuit:quid deniq; fratrū
Discidiū:pugnasq; canā:quid honesta parētum
Verbera:quid matrū furias: natosq; superbos:
Est etiā superū cōcors discordia rerū.
Totq; fluunt ritus:quot dat sententia leges.
Nec tenet vn⁹ amor.nō si mihi murmura cētū
Det boreas:totidēq; aïas:centūq; per ora
Lingua rigens adamāte fremat:mēorare valebo
Quę sociata prius veterū natura locorū
Distulit:& tereti limauit gloria mundo.
Sed nos præterea qui ab vna exurgimus vrbe:
Q̄ domus vna tulit:q; sanguine tāgimur vno
Sæclorū:Christiana fides cōnexuit:& q;
Nos iter immēsum disterminat:& plaga ponti
Interfusa coercet:amor cōtemnit vtrūq;.
Gaudia qui spernēs oculorū:semp amico
Absenti fruitur:qm̄ de corde profundo
Pendet:& internæ rimat pabula fibræ.
Interea venient quæcūq; futura bonorū
Scripta salutiferi sermonis:& illa priorū
Aequiparanda fauis:reputās q̄ pectore in alto:
Conceptū in lucē vomuisti nectareū mel.
Præsentem ipsa mihi te reddent:si mihi morem
Gesseris:& libros quibus in te lenta recumbit
Musica tradideris:nam feruco totus in illos.
Annue sic nobis:verū ratione patescat.
Sic plus eridano fluat:& contagia mundi
Ne quicq̄ volitent nostri circū arua coloni.

Beati Augustini ad Licentium:ipsum eo q; ad diuinam legem & vitę honestatem nō tā ordinatus q̄ ad carminū cōpositionē accedat increpantis:Et ad dimittendū vana huius sęculi:& dandū se totū deo exorantis. Epistola.XLI.



I versus tuus momentis inordinatis peruersus esset:si suis legibus non staret:si mensuris imparibus aures auditoris offenderet:puderet te certe: nec differres nec desisteres donec ordinares:corrigeres:statueres:ęquares versum tuum:discendo & agendo artem metricam acerrimo studio:& labore quolibet.Q̄d:cum inordinatus ipse puerteris cum legibus dei tui:ipse non stas:neq; in agenda vita honestis tuorum votis:& huic ipsi eruditioni tuæ cōcinis:abiiciendum post tergum putas & negligendū:quasi præ sono linguæ tuæ sis tibi & voce vilior:& incompositis moribus q; offendis aures dei leuius fit:q̄ si in compositis syllabis tuis grammatica succenseret auctoritas.Scribis:O mihi transactos reuocet si pristina soles Lætificis aurora rotis:quos libera tecum Ocia tentātes:& cādida iura bonorū Duximus Italiæ medio:montesq; p altos. Non me dura gelu prohiberent frigora cano. Nec fera tēpestas Zephyrę fremitusq; borini:Quin tua sollicito premerē vestigia passu . Hoc opus vt iubeas tantū.Me miserum:si ego non iubeo:si non cogo atq; impero:si nō rogo ac sup G

plico.Sed si aures tuę aduersus meas voces clausę sunt:ori tuo pateāt:pateat carmini tuo: et audi teipm durissime:imanissime:surdissime:quo nihil linguā aureā & cor ferreū: quib⁹ ego nō carminib⁹ sed lamētationib⁹ sufficiā plāgere carmina tua.In quib⁹ video:quā aiam:qd in
H genisi nō mihi liceat apprehēdere:& immolare deo nro.Expectas vt ego iubeā:sis bon⁹:sis qetus:sis beat⁹:q̄si quiddā mihi dierū gratius illucescat:q̄ vt ingenio tuo fruar in dño:aut vere tu nescias q̄ te esuriā & sitiā:aut nō hoc ipo id carmine fatearis.Reuoca aim quo ista scripsisti nūc mihi dic:Hoc opus vt iubeas tm:Ecce iussum meū:da mihi te:si hoc opus est tm:da dño meo te:q oim nrm dñs est:q tibi illud donauit igeniū.Nā ego qd sum:nisi seruus tuus p ipm: & cōseruus sub ipo.An ipe nō iubet:audi euāgeliū:Stabat inqt Iesus & clamabat: Venite ad me omnes q laboratis & onerati estis:& ego vos reficiā. Tollite iugū meū sup vos: & discite a me quia mitis sum & humilis corde:& inuenieris requiē animabus vestris.Iugū em meū leue est:& sarcina mea leuis est.Si hęc nō audiunt:aut vsq ad aures audiunt:expectas ne Licenti vt Augustinus iubeat cōseruo suo:& nō plāgat potius frustra iubere dñm suū:immo non iubere:sed inuitare & rogare quodāmodo:vt q laborant reficiant ab eo.Sed videlicet fortissimo & præsidenti collo:iugū mundi iugo Christi est iucundius:q si laborare nos cogeret: vide qs cogeret:q mercede cogeret . Vade in campaniā: disce Paulinū egregiū & sanctū dei seruū: q̄ grandē fastū sęculi huius:tanto generosiore:quāto humiliore ceruice incūctanter excusserit: vt eā subderet Christi iugo:sicut subdidit:& nūc illo moderatore itineris sui quiet⁹ & modestus exultat. Vade disce:quib⁹ opib⁹ ingenii sacrificia laudis ei offerat:refundēs illi quicquid boni accepit ex illo:ne amittat oia:si nō in eo reponat a quo hæc sunt.Quid æstuas:qd fluctuas:qd imaginationibus mortiferarū voluptatū aurē accōmodas: & auertis a nobis? Mentiuntur:moriunt:in mortē trahunt.Mentiunt Licenti:sic nobis (sicut optas) Verū ratione pateścat:Sic plus Eridano fluat.Nō dicit verū nisi veritas:qa Christus est veritas. Veniam⁹ ad eū ne laborem⁹. Vt ipe nos reficiat:tollam⁹ iugum eius super nos & discam⁹ ab eo: qm mitis ē & humilis corde:& inueniemus requiē aiabus nostris.Iugū em eius leue est:& sarcina ei⁹ leuis ē Ornari abs te diabolus quęrit.Si calicē aureū inuenisses in terra:donares illū ecclesiæ dei. Ac cepisti a deo ingeniū spiritaliter aureū:& ministras inde libidinibus:& in illo Sathanę ppinas te ipm.Noli obsecro sic:aliqñ sentias:q̄ misero & miserādo pectore hæc scripserim:& misereatis iam mei:si tibi viluisti.

Sācti Augustini ad fratres Maudarēses:ipos eo q idololatræ essent & tñ Christi nomē scripti suis inserererēt:ū quadā charitatis ostēsione increpātis: Ac illis oia Christianę fidei sacramēta in sacris libris pñsa:prædicta & scripta fuisse demōstrātis:Simul & ad viam salutis: & vnius dei & hominis Iesu Christi fidē exhortantis. Epistola.XLII.



I Dominis prędicabilib⁹ & dilectissimis fratrib⁹ Maudarensib⁹:quor p fratrē Florētiū eplām accepi:Augustin⁹.Si forte illi qui inter vos catholici christiani sunt talia mihi scripta miserunt:hoc tm miror q non suo potius q̄ ordinis noie.Si aūt reuera oēs:aut ppe oēs ordinis viri ad me dignati estis literas dare:miror q patri:& in dño salutē scripsistis:quor mihi supstitio sus cultus idolorum:contra quę idola facilius tēpla vestra q̄ corda claudūtur:vel potius q̄ idola nō magis in tēplis q̄ in vestris cordibus includunt: cum magno est dolore notissimus:nisi forte iā de salute ipa:q in dño est:p quā me salutare voluistis:tandem prudenti consyderatione cogitetis.Nā si non ita est:queso vos:quid læsi:quid offendi beniuolentiā vestrā:vt me titulo eplæ vestræ irridendū potius q̄ honorādū esse putaretis:dñi prædicabiles & dilectissimi fratres?Q em scripsistis:Patri Augustino in dño æternam salutem:cum legerem tanta spe subito erectus sum:vt crederem vos ad ipm dominum: & ad ipam æternam salutem aut iam esse conuersos:aut per nostrū ministeriū desyderare cōuerti.Sed vbi legi cætera:refriguit animus meus.Quæsiui tamē ab eplæ perlatore: vtrū iam vel essetis christiani vel esse cuperetis.Cuius responsione posteaq̄ cōperi:nequaq̄ vos esse mutatos:grauius dolui:q Christi nomen:cui iam totum orbem subiectum esse conspicitis: non solum a vobis repellendum:sed etiam in nobis irridendum esse credidistis.Nō enim potui cogitare alterum dñm:secundum quem posset eps pater a vobis vocari:pręter dñm Christum. Et si esset hinc aliqua de interpretatione vestræ sententiæ dubitatio: subscriptione eplæ tolleretur:vbi aperte posuistis:Optamus te dñe in deo & Christo eius:p multos annos semp in clero tuo gaudere.Quib⁹ omnib⁹ plectis atq discussis:quid mihi aliud occurrere potuit:aut cui

libet homini potest: nisi aut veridico aut fallaci scribentiũ aĩo hęc esse cõscripta. Sed si veridi co aĩo ista cõscribitis: quis vobis ad hãc veritatẽ interclusit viã? Quis aspera dumeta substra uit? Quis rupiũ ꝑrupta inimicus opposuit? Postremo quis basilicę ianuã ingredi cupiẽtibus clausit: vt in eodẽ dño per quẽ nos salutatis: eandẽ salutẽ nobiscũ habere nolitis? Si aũt fallaci ter atq; irridẽter hęc scribitis: ita ne tandẽ mihi negotia vfa curãda imponitis: vt nomẽ ei⁹ ꝑ quẽ aliqd possũ: audeatis nõ veneratiõe debita attollere: sed insultatiõe adulatoria vẽtilare? Sciatis me charissimi cũ ineffabili pro vobis tremore cordis hoc dicere. Noui eñi quanto gra uiorẽ & perniciosiorẽ cãm sitis habituri apd deũ: si frustra vobis hoc dixero. Oĩa q̃ pteritis tẽ poribus erga humanũ gen⁹ maiores nrĩ gesta esse meminerũt: nobisq; tradiderũt: oĩa etiam q̃ nos vidẽm⁹: & posteris tradim⁹: q̃ tamẽ pertinẽt ad verã religionẽ quęrẽdã & tenendã: diuia scriptura nõ tacuit: sed ita omnino cũcta trãseũt: vt trãsitura esse predicta sunt. Videtis cer te populũ iudeorũ auulsum a sedib⁹ suis: ꝑ oẽs fere terras disseminatũ atq; diffusum: & origo eiusdẽ populi & incrementa & regni amissio & per cuncta dispersio. Videtis certe ex ipo po pulo verbũ dei legemq; prodientẽ per Christũ: q ex illis mirabiliter natus est: omniũ gẽtium fidem occupasse atq; tenuisse. Ita hęc oĩa prenuntiata legimus vt videm⁹. Videtis certe mul tos pręcisos a radice Christianę societatis: q per sedes aplorũ: & successiones episcoporũ: cer ta per orbẽ ꝑpagatione diffundit: de sola figura Origenis sub christiano noĩe quasi arescẽtia sacramẽta gloriari: quas hęreses & schismata nominam⁹: pręuisa: prędicta: scripta sunt oĩa. Videtis certe simulacrorũ templa: partim sine reparatiõe collapsa: partim diruta: partĩ clau sa: partim in vsus alios cõmutata: ipsaq; simulacra vel cõfringi: vel incẽdi: vel includi: vel de strui: atq; ipas huius sęculi potestates: q̃ aliquãdo pro simulacris populũ christianũ persequeba bãtur: victas & domitas: non a repugnantib⁹ sed a morientibus christianis: & cõtra eadem si mulacra pro quib⁹ christianos occidebant: impetus suos legesq; vertisse: & imperii nobilissi mi eminentissimũ culmẽ ad sepulchrũ piscatoris Petri (submisso diademate) supplicare. Hęc oĩa scripturę diuinęq; in manus omniũ iãvenerũt: ante lõgissima tpa futura esse testatę sunt. Hęc oĩa tanto robustiore fide lętamur fieri: quãto maiore auctoritate prędicata esse ĩ sanctis literis inuenimus. Nunquidnã obsecro vos: nunquidnã solũ iudiciũ dei qđ inter fideles atq; infideles futurũ esse in eisdẽ literis legimus: cũ illa oĩa sicut prędicta sunt venerint: nuquid nã solũ iudiciũ dei venturũ nõ esse putabimus? Immo vere veniet: sicut illa oĩa venerũt. Nec quisq̃ erit homo nostrorũ temporũ: qui se in illo iudicio de sua possit infidelitate defẽdere: cũ Christũ cantet: & iustus ad ęquitatẽ: & periurus ad fraudẽ: & rex ad imperiũ: & miles ad pu gnã: & maritus ꝑpter regimẽ: & vxor ꝑpter obsequiũ: & pater propter pręceptum: & filius propter obedientiam: & dominus per dominationem: & seruus per famulatum: & humilis ad pietatem: & superbus ad ęmulationem: & diues vt porrigat: & pauper vt sumat: & ebriosus ad phialam: & mendicus ad ianuam: & bonus vt pręstet: & malus vt fallat: & christianus ve nerator: & paganus adulator: omnes Christum cantant: & qua voluntate atq; ore cantent: ei dem ipsi quem cantant rationem sine dubio reddituri sunt. Est quiddã inuisibile: ex quo crea tore principio sunt omnia quę videmus: summum: ęternũ: incommutabile & nulli effabile nisi tantum sibi. Est quiddam quo se ipsa summitas maiestatis narrat & prędicat: non impar gignenti atq; narranti verbum: quod illi qui verbum gignit ostenditur. Est quędam sancti tas omnium quę sancte fiunt sanctificatrix ipsius incommutabilis verbi: per quod narra tur illud principium: & ipsius principii quod pat se verbo narrat inseparabilis & indiui sa communio. Quis autem hoc totum quod non dicendo dicere conatus sum: & dicen do non dicere? Quis hoc possit serenissima & syncerissima mente contueri: eoq; contuitu beatitudinem ducere: atq; in id quod intuetur deficiens quodammodo se obliuisci: & perge re in illud cuius visione inuisibilis est: qđ immortalitate est indui: obtinere ęternã salutem: ꝑ quã me salutare dignamini? Quis hoc possit nisi qui omnes superbię suę thoros inanes: pec cata sua confitens complanauerit: sicq; substrauerit mitem atq; humilem ad excipiẽdum de um doctorem? Quoniam ergo a vanitate superbię: prius ad humilitatem deponendi sumus: vt inde surgentes solidã celsitudinem teneamus: non potuit hoc nobis tanto magnificẽtius: quanto blandius inspirari: vt nostra feracitas non vi sed persuasione sedaretur: nisi verbum il lud per quod se angelis indicat deus pater: qđ virtus & sapientia eius est: quod corde huma no visibilium rerum cupiditate cęcato / videri nõ poterat: personam suã in homine agere atq; ostẽdere dignaretur: vt magis homo timeret extolli fastu hominis: q̃ humiliari exemplo dei.

Itaq non Christus regno terreno decoratus:nec Christus terrenis opibus diues: nec Christ⁹ vlla terrena felicitate præfulgens: sed Christus crucifixus:per totum terrarum orbem prædicatur.Quod riserunt prius populi superborum:& adhuc rident reliquię. Crediderunt autem prius pauci tunc populi:quia tunc ad fidem paucorum & contra irrisionem populorum
O cum Christus crucifixus prædicaretur:claudi ambulabant:muti loquebantur: surdi audiebant:cæci videbant:mortui resurgebant.Sic tandem cum aduertit terrena superbia: nihil in ipsis terrenis esse potentius humilitate diuina:vt etiam saluberrima humilitas humana:contra insultantem sibi superbiam diuinæ imitationis patrocinio tueretur. Expergiscimini aliquando fratres mei & parentes mei Maudarenses:hanc occasionem scribendi vobis deus mihi obtulit:Quantum potui quidem in negocio fratris Florentini:per quem literas misisti(sicut deus voluit)affui & audiui. Sed tale negotium erat quod etiam sine opera mea facile peragi posset.Prope omnes eñ domus ipsius homines q apđ Hipponẽ sunt: nouerũt Florẽtinum & multum eius orbitatẽ dolẽt.Sed epistola mihi a vobis missa est:vt non impudens esset epistola mea:cum occasione a vobis accepta:idolorum cultoribus de Christo aliquid loqueretur Sed obsecro vos:si eum non inaniter in mea epistola nominasti:timete illũ quẽ prius iudicatum irrisit superbus orbis terrarũ:& nunc iudicẽ subiectus expectat.Erit enim testis affectus in vos cordis mei:per hanc(quantum potui)paginam expressus. Erit testis vobis in iudicio eius:qui credentes sibi confirmaturus est:& incredulos confusurus. Deus viu⁹ & verus/vos ab omni huius sæculi vanitate liberatos conuertat ad se/domini prædicabiles & dilectissimi fratres.

Maximi grãmatici Maudarensis:ad beatum Augustinum:religionem christianã ꝓphanantis:vnũq deũ per vniuersum orbẽ:licet variis & diuersis vocabulis:a gentib⁹venerari cõtendentis. Epistola.XLIIII.

M Abens crebro tuis affatib⁹ lætificari:& instinctu tui sermonis:quo me paulo ante iucundissime salua charitate pulsasti: paria redhibere nõ destiti: ne silentiũ meũ pœnitudinẽ appellares.Sed quæso vt si hęc quasi senilesartus esse duxeris:benignarũ auriũ indulgentia ꝓsequaris.Olympum mõtẽ deorum esse habitaculũ:sub incerta fide græcia fabulat. At vero nostræ vrbis forũ salutariũ numinũ freqñtia possessum:nos cernimus & probam⁹.Eqdẽ vnũ esse deũ summũ sine initio:sine ꝓle naturæ:seu patrẽ magnũ atq magnificum: quis tã demẽs:tã mẽte captus neget esse certissimũ:Huius nos virtutes per mundanũ opus diffusas:multis vocabulis inuocamus:qm nomẽ eius cũcti ꝓpriũ videlicet ignoramus.Nã deus omnib⁹religionib⁹ cõe nomẽ est.Ita fit:vt dũ eius quasi quędã mẽbra carptim: variis supplicationibus ꝓsequimur:totũ colere ꝑfecto videamur.Sed impatiẽtem me esse tãti erroris dissimulare nõ possum.Quis eñ ferat Ioui fulmina vibranti ꝑferre mygdonẽ:Iunoni/Mineruę/Veneri Vestęq Sananẽ:& cũctis(proh nefas)diis immortalib⁹archimartyrem: Nã Phamonẽ:inter quos Lucitas etiã haud miore cultu suscipit:atq alii interminato numero:diis hominibusq odiosa numina:q cõscia nefandorũ facinorũ: specie gloriosæ mortis:scelera sua sceleribus cumulantes:dignũ moribus factisq suis exitum maculati repererunt. Horum busta si memoratu dignũ est: relictis templis:neglectis maiorum suorum manibus:stulti frequẽtant: ita vt præsagium vatis illius indigne ferentis emineat.Inq deum templis iu- Lucanus.
N rauit Roma per vmbras. Sed mihi hac tempestate propemodum videtur bellum actiaticum rursus exortum:quo Aegyptia monstra in Romanorũ deos audeant tela vibrare:minime duratura.Sed illud quęso vir sapientissime:vti remoto facundiæ robore:atq exploso qua cũctis clarus es:omissis etiam quibus pugnare solebas Chrysippeis argumentis:postposita paululũ dialectica: quę neruorum suorũ luctamie nihil certi cuiq relinquere nititur:ipsa te approbes quis sit iste deus:quẽ vobis christiani quasi proprium vendicatis:& in locis abditis præsentẽ vos videre componitis.Nos etenim deos nostros luce palam ante oculos omnium:atq aures omnium mortalium piis precibus adoramus:& per suaues hostias propitios nobis efficimus & a cunctis hæc cerni & probari contendimus.Sed vlteri⁹huic certamini me senex inualidus subtraho:& in sententiam Mantuani rhetoris libenter pergo: Trahit sua quenq voluptas. Vir.i buco.
Post hæc non dubito vir eximie:quia mea secta deuiasti:hanc epistolã aliquorum furto detractam:flammis vel quolibet pacto perituram.Quod si acciderit:erit damnum chartulę: non nostri sermonis:cuius exemplar penes omnes religiosos perpetuo retinebo. Dii te seruent:

per quos & eorũ atq; cunctorũ mortaliũ cõmunem patrẽ:vniuersi mortales quos terra sustinet:mille modis cõcordi discordia veneramur & colimus.

Beati Augustini ad Maximũ grammaticũ:Errorẽ præcedentis epl'æ refellẽtis:Et ad grauiora fidei studia illum cõmonentis. Epistola.XLIIII.



Erium ne aliquid inter nos agimus:an iocari libet? Nam sicut tua epistola loquitur:vtrũ causæ ipsius infirmitate:an morũ tuorum comitate sit factum:vt malles esse facetior:q̃ paratior:incertum habeo.Primo enĩ olympi mõtis & fori vestri comparatio facta est:quæ nescio quo pertinuerit:nisi vt me commonefaceret:& in illo monte Iouẽ castra posuisse: cum aduersus patrem bella gereret:vt ea docet historia:quã vestri etiã sacrã vocãt:& in isto foro recordaret esse:in duobus simulacris:vnũ Martẽ nudũ:alterũ armatũ: quorũ dæmoniũ infestissimũ ciuibus:porrectis tribus digitis contra collocata statuã humana cõprimeret.Ergo ne vnq̃ ego crediderim:mẽtione illius fori facta:numinũ taliũ memoriã mihi te renouare voluisse:nisi iocari poti⁹ q̃ serio agere maluisses!Sed illud plane q͂ tales deos quedã dei vnius magni mẽbra esse dixisti:admoneo(quia dignaris)vt ab huiusmodi sacrilegis faceriis te magnopere abstineas.Si quidẽ illũ deũ dicis vnũ:de quo(vt dictũ est a veteribus)docti indoctiq; cõsentiunt: huius ne tu mẽbra dicis esse:quorũ immanitatẽ : vel (si hoc mauis)potentiã:mortui hoĩs imago compescit?Plura hinc possem dicere: Vides enĩ pro tua prudentia:q̃ locus iste late pateat reprehensioni. Sed me ipse cohibeo:ne a te rhetorice potius q̃ veridice agere existimer.Nam q͂ numina quedã Punica mortuoꝝ collegisti:quib⁹in nostrã religionem festiuas(vt tibi visum est)cõtumelias iaciendas putares:nescio vtrũ refellere debeã:an silentio preterire.Si enĩ res istæ videnẽ tam leues tuæ grauitati q̃ sunt: iocari mihi nõ multũ vacat.Si aũt graues tibi videnẽ:miror q͂ nominũ absurditate cõmoto:in mentẽ nõ venerit habere tuos:& in sacerdotib⁹ eucaddares:& in numinib⁹abaddires.Nam puto ego ista tibi cum scriberes in aĩo non fuisse:sed more humanitatis & leporis tui: commonefacere nos voluisti ad relaxandũ animũ:quanta in vestra superstitione ridẽda sint.Neq; enĩ vsq; adeo te ipsum obliuisci potuisses:vt homo Afer scribens Afris:cũ simus vtriq; in Africa cõstituti:punica nomina exagitanda existimares.Nam si ea vocabula interpretemur : Nam Phanio quid aliud significat q̃ boni pedis hominẽ:id est cuius aduentus afferat aliquid felicitatis:sicut solemus dicere:secundo pede introisse:cuius introitũ prosperitas aliqua consecuta sit?Quæ lingua si improbatur abs te:nega punicis libris:vt a viris doctissimis prodiẽ:multa sapiẽter esse mandata memoriæ.Pœniteat te certe ibi natũ:vbi huiusmodi linguæ cunabula recalẽt.Si vero & sonus nobis non rationabiliter displicet:& me bene interpretatũ illud vocabulum recognoscis:habes quod succẽseas Virgilio tuo:qui Herculẽ vestrũ ad sacra quæ illi ab Euandro celebrauẽ inuitat hoc modo:Et nos & tua dexter adi pede sacra secũdo . Secundo pede optat
Vir.8.æne. vt veniat.Ergo venire Herculẽ optat:nõ Phanionẽ:de quo tu multum nobis insultare dignaris.Verũtamen si ridere delectat:habes apud nos magnã materiam facetiarũ: Deum stercutium:deã cloacinã:venerem caluam:deum timorem:deũ pallorem:deam febrem:& cætera innumerabilia huiuscemodi:quibus Romani antiqui simulacrorum cultores templa fecerunt & colenda censerũt.Quæ si negligis:Romanos deos negligis:ex quo intelligeris nõ Romanis initiatus sacris:& tamen punica numina tanq̃ numinum Romanorum altaribus dedita contemnis ac despicis.Sed mihi videris omnino plusq̃ nos fortasse illa sacra nihilipendere: sed ex eis nescio quã captare ad huius vitæ transitum voluptatem:quippe qui etiam non dubitaueris ad Maronem confugere:vt scribis: & eius versu te tueri:quo ait: Trahit sua quenq; volu-
Vir.I buco. ptas.Nã si tibi auctoritas Maronis placet:sicut placere significas:profecto etiam illud placet
Vir.8.æne. Primus ab æthereo venit Saturnus olympo:Arma Iouis fugiens:& regnis exul ademptis.Et cætera.quibus cũ atq; huiuscemodi deos vr̃os vult intelligi hoĩes fuisse.Legerat enĩ ille multã historiã vetusta auctoritate roboratã:quã etiã Tullius legerat:qui hoc idẽ in dialogis plus q̃ postulare auderemus commemorat:& perducere in hominũ noticiã: quãtum illa tempora patiebantur:molitur.Q; autẽ dicis:eo nostris vestra sacra præponi:q͂ vos publice colitis deos:nos autem secretioribus conuenticulis vtimur: Primo illud abs te quæro:quomodo oblitus sis Liberum illum quem paucorum sacratorum oculis committẽdum putatis:deinde tu ipse indicas nihil aliud te agere voluisse:cum publicam sacrorũ vestrorũ celebrationem com

memorares:nisi vt vobis decuriones & primates ciuitatis per plateas vestræ vrbis bacchan-
tes ac furentes ante oculos quasi spectacula poneremus. In qua celebritate si verum arbi-
tramini:certe videtis quale illud sit quod adimit mentem. Si autẽ fingitis:quę sunt ista etiã
in publico vestra secreta:vel quo pertinet tam turpe mendaciũ! deinde cur nulla futura cani
tis si vates estis:aut cur spoliatis circũstãtes si sani estis! Cũ igit̃ hęc nos & alia q̃ nũc p̃termit-
tenda existimo:per epistolã tuã feceris recordari:quid nos nõ derideamus deos vestros: quos
abs te ip̃o subtiliter derideri nemo non intelligit:q & ingeniũ tuũ nouit:& legit literas tuas!
V Itaq; si aliqd inter nos de his rebus vis agamus qđ ætati tuæ prudentiæq; congruit:qđ deni
q; de nostro proposito iure a charissimis nostris flagitari potest:quęre aliquid nr̃a discussione
dignum:& ea pro vr̃is numinibus cura dicere:in quibus non te causæ pręuaricatorẽ putem⁹
quo nos magis cõmoneas q̃ contra illos dici possunt q̃ pro eis aliqd dicas. Ad summã tñ ne te
hoc lateat:& in sacrilega cõuitia impudentẽ trahat:scias a christianis catholicis: quorum in
vestro oppido etiã ecclesia cõstituta est:nullũ coli mortuorum:nihil deniq; vt numẽ adorare
qđ sit factũ & conditũ a deo:sed vnũ ip̃m deũ:q fecit & condidit oĩa. Differenť ista latius: ip̃o
vero & vno deo adiuuãte:cũ te grauiter agere velle cognouero.

Sancti Augustini ad Armentariũ ripariũ:& Paulinã eius vxorẽ:ad celerẽ salutis portũ
propter incertum finem applicandum fore exhortantis:Et quales æternæ vitæ dilectores es-
se debeamus:ac vota sint reddenda: edocentis.

Epistola.XLV.

R Ominis eximiis meritoq; honorabilibus ac desyderabilibus filiis: Armen-
tario & Paulinæ:Augustinus in dño salutem. Vir egregius fili⁹ meus Ru
ferius affinis vester retulit mihi quid domino voueritis: Qua eius narra-
tione hilaratus:& ibidem metuens:ne aliud suadeat ille tentator: qui bo-
nis talibus antiquitus inuidet:exhortandã paucis credidi charitatem tuã
domine eximie meritoq; honorabilis & desyderabilis fili: vt cogites quod
in diuinis eloquiis legitur:Ne tardes conuerti ad dominum: neq; differas Ecclesia.5.
de die in diẽ:atq; arripias curesq; reddendũ:qđ ei te vouisse nosti:qui & debita exigit: & pro-
missa persoluit. Nam & hoc scriptum est: Vouete & reddite dño deo vestro:q̃q̃ etsi nõ vouis Psal.75.
ses: quid aliud tibi suadendum fuit:aut quid melius ab homine fieri potest:q̃ vt ei se restitu-
at:a quo institutus est: præsertim quia charitatis erga nos dei tantũ apparuit atq; eluxit in-
dicium:vt filium suum vnigenitũ mitteret:qui pro nobis moreretur! Restat ergo vt fiat qđ
apostolus ait:propterea mortuum esse Christum:vt qui viuũt / nõ sibi iam viuant: sed ei qui 2.Cor.5.
pro ip̃is mortuus est & resurrexit.nisi forte adhuc mũdus amandus est:tanta rerũ labe cõtri-
S tus:vt etiam speciẽ seductionis amiserit. Nã quantũ illi laudandi atq; prædicandi:qui digna
ti non sunt etiam cum mundo florente florere:tantũ increpandi & accusandi sunt:quos peri-
re cum pereũte delectat. Labores & pericula & exitia huius trãsitoriæ vitæ:si pro eadem vita
quãdoq; finienda subeunť:vt mors eius nõ omnino auferať:sed paululũ differať: quantoma-
gis pro æterna subeunda sunt:vbi mortem nec natura sollicite cauet:nec ignauia turpiter ti
met:nec sapientia fortiter sustinet! Nulli quippe erit quæ nõ erit. Habeat igitur te vita æter
na in dilectoribus suis. Nonne cernis hæc vita miserabilis & egena:q̃ vehemẽtes habeat: quã
tumq; sibi obliget amatores suos! Qui tamen periculo eius sępe turbati:citius eam finiũt eo
ip̃so quo finire formidant: & mortem dum declinant:accelerant:veluti si quisq̃ fluuio rapien
dus irruat:latronem bestiam ve fugiendo. Iactant in mare tempestate sęuiẽte aliquãdo & ali-
menta:& vt viuant proiiciunt vnde viuant:ne cito finiatur:quod vel in labore viuiť. Quan-
tis laboribus agitur:vt longiore tempore laboretur:& mors cum impẽdere cœperit:ideo ca-
uetur:vt diutius timeatur! Nam inter tot casus fragilitatis humanæ:q̃ multæ mortes timẽ
tur:quarum certe vna cum venerit:restat cæteras non timeri:& tamen fugitur vna cum om
nes timeantur. Quibus excruciantur doloribus:qui curantur a medicis & secantur! Nun-
quid vt non moriantur:sed vt aliquanto serius moriantur! Multi cruciatus suscipiuntur cer
ti: vt pauci dies adiiciantur incerti: Et nonnunq̃ ip̃sis doloribus victi continuo moriun-
T tur:quos mortis timore suscipiunt. Et cum omnino non eligant vitam finire ne doleant: sed
dolere ne finiant:accidit eis vt doleant & finiant:non solum quia & sanati vtiq; vitam finiunt
post dolores:quæ tantis pœnis cõparata nec sempiterna esse potest quia mortalis est:nec diu-
turna qa tota breuis est:nec de ip̃o breui spatio sui secura qa semper incerta est: verũetiam q;

aliquádo eá dolore finierût:quá ne finirent dolere voluerunt. Habet etiá hoc magnû malum
ac vehemêter execrandû & horrendû nimius amor vitæ istius:ꝙ multi dum volût paulo diu
Psal.35. rius viuere:grauiter offendunt deum:apud quem est fons vitæ. Atq; ita dum ab eis frustra
qui necessario futurus est vitę finis metuiť; illinc ꝓhibenť vbi sine fine viuitur. Huc accedit
quia vita misera etiá si posset esse perpetua:nullo modo beatę vitæ etiá breuissimæ comparan
da est:& tamen isti amando miserrimam atq; breuissimam/perdunt beatissimam ac sempiter
nam;cum in hac ipsa quá male diligunt hoc velint qđ in altera perdunt:quia vtiq; in ista nec
miseriam diligunt:nam beati esse volunt:nec breuitatem: ná eá finiri nolût:sed tantû quia vi
ta est sic amatur vt sæpe propter eá(licet miserá & breuem)beata & sempiterna amittať. His V.
consyderatis:quid magnum vita æterna iubeat amatoribus suis:cum se iubet sic amari: quê
admodû hęc amatur a suis? An vero dignum est:vel ferendû:cum contemnunť omnia q̄ amá
tur in mundo:vt vita post paululum finienda:saltem ipsum paululum teneatur in mûdo: &
non contemnitur mundus:vt obtineatur vita:quæ sine fine apud illum est:per quem factus ē
2.Retra.43 mundus? Modo cum ipsa Roma domicilium clarissimi imperii barbarico vastetur incursu:
q̄ multi huius vitæ temporalis amatores : vt eam vel infeliciter producendam nudamq; re
dimerent:dederunt omnia quæ illi non solum oblectandæ & obtinendæ:verumetiam susten
tandæ tuendæq; seruabant? Solent certe amatores illis quas amant vt eas habeant multa con
ferre:Isti amatam suam non haberent:nisi amando inopem reddidissent:nec ei multa confer
rêt:sed cuncta potius auferrent:ne sibi eam hostis auferret. Nec eorum reprehendo côsilium
Quis enim nesciat perituram fuisse ipsam:si non ea perissent:quæ recondita fuerant propter
ipsam; q̄uis & quidam perdiderint prius illa:& mox ipsam:quidam vero licet parati cuncta
perdere propter ipsam:prius perdiderint ipsam? Sed hinc admonendi sumus:quales æternę vi X
tæ dilectores esse debeamus:vt propter eam contemnamus cuncta superflua:cû pro hac trási
toria vita contempta sint quæ illi fuerant necessaria. Neq; enim amatam nostram:sicut illi su
am vt teneamus expoliamus:sed illi æternæ adipiscendæ istam temporalem velut famulam
expeditiorem seruire faciamus: Sic eam nec ornamentorum vanorum vinculis alligemus:
nec curarum noxiarum sarcinis oneremus. Audiamusq; dominum qui nobis illam vitá sum
mo ardore desyderádam fidelissime pollicetur: velut in totius mundi concione clamantem.
Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis:& ego vos reficiam. Tollite iugum meum
super vos:& discite a me quoniam mitis sum & humilis corde:& inuenietis requiem anima
Matth.11. bus vestris:Iugum enim meum lene:& onus meû leue ē. Hæc disciplina piæ humilitatis:ven
tosam & turbidam cupiditatem:auidam rerum extra nostram potestatem constitutarum pel
lit ex animo: et quodammodo expirat . Ibi enim labor : vbi multa quæruntur & diliguntur:
quibus adipiscendis atq; retinendis voluntas non satis est:quia consequentem non habet fa
cultatem. Iusta vero vita:cum volumus adest:quia eamipsam plenevelle iustitia est. Nec plus
aliquid perficienda iustitia est:q̄ perfectam voluntatem requirere. Vide si labor est: vbi velle
Lucæ.2. satis est? vnde diuinitus dictum est:Pax in terra hominibus bonæ voluntatis. Vbi pax ibi re
ges: vbi reges ibi finis appetêdi & nulla causa laborâdi. Sed hæc volûtas vt plena sit:oportet vt
sana sit. Erit autê sana:si medicum non refugiat:cuius solius gratia sanari potest a morbo de
syderiorum noxiorum. Ipse est ergo medicus qui clamat: Venite ad me omnes qui laboratis:
iugum suum lene:& onus leue dicens:quia diffusa per spiritum sanctum charitate in cordi
bus nostris:profecto amabitur quod videbitur:& non erit asperum nec onerosum:si sub hoc
vno iugo:quantominus tumida:tantomagis libera ceruice seruiatur. Et hæc est vna sarcina
qua eius baiulus non premitur sed leuatur . Diuitiæ si diliguntur:ibi seruentur vbi perire
non possunt. Honor si diligitur:illic habeatur vbi nemo indignus honoratur. Salus si diligi
tur:ibi adipiscêda desyderetur vbi adepta nihil timetur. Vita si diligitur:ibi acquiratur vbi
nulla morte finitur. Reddite igitur quod nouistis:quia vos ipsi estis ; & ei vos redditis a quo
estis. reddite obsecro. Neq; enim qđ redditis:reddêdo minuetur:sed potius seruabitur & au Y.
gebitur. Benignus enim exactor est:non egenus:& qui non crescit ex redditis:sed in se cresce
re faciat redditores. Huic ergo quod non redditur perditur:quod aût redditur:reddendo ad
ditur:immovero in eo cui redditur:ipse reddens seruatur. Id ipsum quippe erit redditum,&
redditor:quia idipsum erat debitum & debitor. Deo nunq̄ seipsum debet homo;eiq; redden
Matth.22. dus est vt beatus sit:a quo accepit vt sit. Hoc significat qđ in euangelio dominus ait:Reddite
cęsari:quæ cæsaris sunt:& deo quæ dei sunt. Hoc enim dixit:cum sibi demonstrato nummo

& quæsito cuius haberet imaginē:responsum esset cæsaris:vt hic intelligerent:ꝙ deus exige-
ret ab homine imaginem suam in homine ipso:sicut suam cæsar exigebat in nummo: Quan-
Z tomagis ergo reddenda est cum promittitur:cui etiā nō promissa debetur? Quapropter cha-
rissime:possem quidem pro mea quantulacunqꝫ facultacula : sancti propositi qđ deo vouisse
vos comperi:vberius laudare fructū:ac demonstrare quid distet inter christianos dilectores
mundi huius:& cōtemptores:q̄uis fideles vtriqꝫ dicant: eodēqꝫ vtriqꝫ lauacro sacri fontis ab
luti sunt:eisdē imbuti consecratiqꝫ mysteriis:vtriqꝫ eiusdē euangelii non auditores tm̄:verū
etiā prędicatores:nec vtriqꝫ tamē regni dei luciſqꝫ particpies:& vitę æternæ/quæ sola est bea
ta/cohæredes. Dn̄s em̄ Iesus non ab eis qui non audiunt:sed eos inter se auditores verborum
suorum:latissimo limite:non tenui distinctione discreuit. Qui audit inquit verba mea hęc:& Matth.7.
facit ea:similabo eum viro prudēti:q ædificauit domū suā supra petrā: Descēdit pluuia:vene Lucæ.6.
runt flumina:flauerūt vēti:& impegerunt in domū illā: & nō cecidit:fundata enī erat supra
petram. Qui aūt audit verba mea hęc:& nō facit ea:similabo eū viro stulto:qui ædificauit do
mū suā supra arenā: Descendit pluuia:venerūt flumina:flauerunt venti:& impegerūt in do-
mū illam & cecidit:& facta est ruina eius magna. Audire ergo illa verba:ædificare est. In hoc
vtriqꝫ pares sunt. In faciendo aūt & nō faciendo qđ audiūt tm̄ dispar est:quantū ædificiū pe-
træ solidatæ fundatum:dispar est ei:qđ sine vllo fundamento facili arenæ mobilitate subuer-
titur. Nec ideo quisquis omnino nō audit:tutius sibi aliquid cōparat. Nihil em̄ ædificans si-
ne vllo tecto:multo facilius obruendus:rapiendus: & dispergendus imbribus:fluuiis ventiſ-
& qꝫ donatur. Possim etiā pro modulo meo eosdē ip̄os pertinētes ad dexterā regnūqꝫ cælorū in
suis gradibus meritiſqꝫ distinguere atqꝫ ostendere:quo differat vita cōiugalis filios ꝓcreanti
um/patrū matrūqꝫ familias:verūtamē religiosorū ac piorū:a beata vita quā vos deo vouistis
si nōdū ad eā vouendā exhortādus esses. Sed quia iā vouisti:iā te obstrinxisti:aliud te facere nō
licet:priusq̄ esses voti reus/liberū fuit quo esses inferior. q̄uis non sit gratulāda libertas:qua
fit vt nō debeatur qđ cū lucro redditur. Nunc vero quia tenetur apud deum sponsio tua:nō te ad
magnā iustitiā inuito:sed a magna iniquitate deterreo. Non em̄ talis eris:si non feceris qđ vo
uisti:qualis mansisses:si nihil tale vouisses. Minor em̄ tunc esses non peior. Modo autem tan-
tum(qđ absit)miserior:si fidem deo fregeris:quanto beatior si persolueris. Nec ideo te vouis
9 se pœniteat:immo gaude iā tibi sic nō licere:qđ cum tuo detrimento licuisset. Aggredere ita
qꝫ intrepidus:& dicta imple factis: ip̄e adiuuabit q vota tua expetit. Felix est necessitas; q̄ in
meliora compellit. Vna sola esse causa posset:qua te id qđ vouisti:nō solū nō hortaremur: ve 33.q.5.vna.
rūetiam ꝓhiberemus implere:si forte tua coniūx hoc tecū suscipere animi seu carnis infirmi 4.sentē.dis.
tate recusaret. Nā & vouenda talia nō sunt a cōiugatis:nisi ex cōsensu & voluntate cōi: Et si 32.cap.1.
præpropere factum fuerit:magis est corrigenda temeritas q̄ persoluenda ꝓmissio. Neqꝫ enim
deus exigit:si quis ex alieno aliquid vouerit:sed potius vsurpare vetat alienū. Diuina quippe
de hac re per ap̄lm est prolata sententia: Vxor nō habet potestatē corporis sui:sed vir. Simili- 1.Cor.7.
ter & vir nō habet potestatē corporis sui:sed mulier. sexum nomine corporis nūcupauit. Sed
cū illā tā paratā esse audiam deo dicare cōtinentiā:vt eo solo impediatur:si tibi debitū reddere
coniugali iure cōpellitur:ambo deo reddite qđ ambo vouistis:vt illi psoluatur qđ ab alterutro nō
exigitis. Si cōtinentia virtus est(sicuti est)cur ad eā sit promptior sexus infirmior: cū virtꝰ a
viro potius cognominata videatur:sicut similitudo vocabuli resonat? Noli ergo vir aberta-
re a virtute:quā mulier est parata suscipere. Sit vester consensus oblatio ad supernum altare
creatoris:& victa concupiscētia tanto fortius quanto sanctius vinculum charitatis. Gaudea-
mus de vobis in abundanti gratia Christi:domini eximii meritoqꝫ honorabiles & desydera-
biles filii.

Sancti Augustini ad Valentinum: In eos qui liberum arbitriū negant:atqꝫ asserunt ꝙ
in die iudicii nō sit deus redditurus vnicuiqꝫ secundū opera eius:inuehentis.

Epistola.XLVI.

A 
Omio dilectissimo:& i Christi mēbris honorādo fratri Valētino:& fratribꝰ
q tecū sūt: Augustinꝰ in dn̄o salutē. Venerūt ad nos duo iuuenes: Cresconi-
us & Felix:de vr̄a congregatione se esse dicentes:q nobis retulerunt mona-
sterium vestrū nōnulla dissentione turbatū:eo ꝙ quidā in vobis sic gr̄am p̄di 2.Retra.66
cent:vt negent hominis esse liberum arbitrium:& quod est grauius:dicant
ꝙ in die iudicii non sit vel redditurus deus vnicuiqꝫ secundum opera

eius.Etiam hoc tamē iudicauerūt:ꝙ plures vestrū nō ita sentiāt:sed liberū arbitriū adiuuari
fateanť p dei gratiā:vt recta sapiamus atq faciam⁹:vt cū venerit dñs reddere vnicuiq scdm
opa eius:inueniat opa nra bona:q̄ præparauit deus vt in illis ambulemus.Hoc q sentiūt bene
1.Cor.1. sentiūt.Obsecro ita vos fratres:sicut Corinthios obsecrauit apostolus:p nomē dñi nostri Iesu
Christi:vt id ipsum dicatis omnes:& nō sint in vobis schismata.Primo enim dñs noster Iesus
Ioan.3. Christus:sicut scriptū est in euangelio Ioannis apostoli:non venit vt iudicaret mundū:sed vt
salueť mundus per ipsum.Postea vero:sicut scribit apostolus Paulus:iudicabit deus mundū
quando venturus est:sicut tota ecclesia in symbolo confitetur:Iudicare viuos & mortuos. Si
igitur non est dei gratia:quomodo saluat mundum?Et si non est liberum arbitrium:quomo-
do iudicat mundum? Proinde librum vel epistolam meam:quā secum ad vos supradicti attu
lerunt:secūdum hanc fidem intelligite:vt neq negetis dei gratiam:neq liberum arbitrium
sic defendatis:vt a dei gratia separetis: tanq̄ sine illa vel cogitare aliquid vel agere secūdum
deum vlla ratione possimus:qđ omnino non possumus.Propter hoc enim dñs cum de fructu
Ioan.15. iustitiæ loqueretur:ait discipulis suis:Sine me nihil potestis facere. Vnde supradictam episto B
De gra & li. lam ad Sixtum Romanæ ecclesiæ presbyterum:cōtra nouos hæreticos Pelagianos noueritis
ar.cap.1. esse conscriptam:qui dicunt gratiam dei secundum merita dari:vt qui gloriatur:non in do-
mino sed in seipso glorietur:hoc est in homine non in dño.Qđ phibet apl's dicēs: Nemo glo-
1.Cor.1. rietur in homine.Et alio loco:Qui gloriatur inquit:in domino glorietur.Illi vero hæretici se
ipsos a seipsis iustos fieri putantes:quasi hoc eis non dederit deus:sed ipsi sibi:non vtiq in do
1.Cor.4. mino:sed in semetipsis gloriant.Talibus enim dicit apostolus.Quis em̄ te discernit?Qđ ideo
dicit:quia de massa illius perditionis q̄ facta est ex Adam non discernit hominem:vt eum faci
at vas in honorē:nō in cōtumeliā nisi deus.Sed qm̄ hō carnalis & inaniter inflat⁹ cū audisset:
Quis em̄ te discernit:posset respondere vel voce vel cogitatione & dicere:Discernit me fides
mea:discernit me:orō mea: discernit me iustitia mea:Mox apl's occurrit cogitatiōib⁹ ei⁹ & di
Vbi supra. xit.Quid em̄ habes qđ nō accepisti?Si aūt accepisti: qđ gloriaris:q̄si non acceperis?Sic autem
gloriantur quasi non acceperint:qui se a seipsis iustificari putant: ac per hoc in semetipsis nō
in domino gloriantur.Propter qđ ego in hac epistola:quæ ad vos peruenit:probaui per testi-
monia sanctarum scripturarum:quæ ibi potestis inspicere:& bona opera nostra: & pias ora-
tiones: & rectam fidem nullo modo in nobis esse potuisse:nisi hęc acceperimus ab illo: de quo
Iacobi.1. dicit apostolus Iacobus: Omne datum optimum:& omne donum perfectum desursum est:
descendens a patre luminum.Nec quisq̄ dicat meritis operum suorum: vel meritis orationū
suarum:vel meritis fidei suæ:sibi traditam dei gratiam:& putetur verum esse qđ illi hæreti-
ci dicunt:gratiam dei secundum merita nostra dari:quod omnino falsissimum est: Non quia
nullum est meritum:vel bonum piorum:vel malum impiorum: alioquin quomodo iudica-
bit deus mundum?Sed misericordia & gratia dei conuertit hominem:de qua psalmus dicit:
Psalm⁹.58. Deus meus misericordia eius præueniet me:vt iustificetur impius:hoc est ex impio fiat iu-
stus.Et incipiat habere meritum bonum:qđ deus coronabit quando iudicabitur mundus. C
Multa erant quæ vobis mittere cupiebam:quibus lectis: totam ipsam causam quæ conciliis
episcopalibus acta est aduersus eosdem pelagianos hæreticos:diligētius & plenius nosse pos
sitis: sed festinauerunt fratres qui ex numero vestro ad nos venerunt:per quos vobis non re-
scripsimus ista: sed scripsimus.Nullas enim ad nos vestræ charitatis literas attulerunt:tamē
suscepimus eos:quoniam simplicitas eorum satis indicabat: nihil illos nobis potuisse con-
fingere. Ideo autem festinauerunt: vt apud vos agerent pascha:quo possit adiuuāte domi-
no tam sanctus dies vestram pacem q̄ dissensionem potius inuenire. Melius autem facitis
(quod multum rogo)si ipsum a quo dicunt se fuisse turbatos:ad me mittere non grauemini
Aut enim non intelligit librum meum:aut forte ipse non intelligitur:quando difficillimam
quæstionem & paucis intelligibilem:soluere atq enodare conatur. Ipsa est enim quæstio de
Roma.3. gratia dei: quæ fecit vt hoīes nō intelligentes putarent apostolum Paulum dicere: Faciam⁹
2.Petri.3. mala: vt veniant bona. Vnde apostolus Petrus in secunda epistola sua. Quapropter inquit
charissimi: hæc expectantes satisagite inuiolati & immaculati apud eum reperiri in pace:
& domini nostri cum patientia salutem existimantes:Sicut & dilectissimus frater noster Pau
lus:secundū eam quæ data est ei sapientiā scripsit nobis: vt in omnib⁹ epistolis loquens in eis
de his in quibus sunt quædā difficilia intellectu:quæ indocti & instabiles homines peruertūt
sicut & cæteras scripturas ad propriū suū interitū.Cauete ergo qđ tantus apostol⁹ tā terribi

liter dicit:& vbi sentitis vos nõ intelligere:interim credite diuinis eloquiis: quia & liberũ est
hominis arbitrium:& gratia dei:sine cuius adiutorio:liberum arbitrium nec conuerti potest
ad deum:nec proficere in deo.Et qđ pie creditis: vt etiam sapienter intelligatis orate. Et ad
hoc ipsum em̃:id est vt sapienter intelligamus:est vtiq̃ liberum arbitrium.Nisi em̃ libero ar
bitrio intelligeremus atq̃ saperemus:non nobis pręciperetur dicẽte sciptura:Intelligite ergo
qui insipientes estis in populo:& stulti aliquando sapite.Eo ipso quippe:quo pręceptum & im Psal.93.
peratum est vt intelligamus atq̃ sapiamus:obedientiam nostram requirit:quæ nulla põt esse
sine libero arbitrio.Sed si posset hoc ipsum sine adiutorio dei gratiæ fieri per liberum arbitri
um:vt intelligeremus atq̃ saperemus:non diceretur deo.Da mihi intellectum:vt discam mã Psal.118.
data tua.Neq̃ in euangelio scriptum esset.Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scriptu Lucę.24.
ras.Nec Iacobus apostolus diceret:Si quis autem vestrum indiget sapientia:postulet a deo:q Iacobi.1.
dat omnibus affluenter:& nõ improperat:& dabitur ei.Potens est autem dominus: qui & vo
bis donet & nobis:vt de nostra pace & pia consensione:nuntiis celerrimis gaudeamus.Saluto
vos:non solum meo nomine:sed etiam fratrum qui mecum sunt:& rogo vt pro nobis concor
diter atq̃ instanter oretis.Sit vobiscum dominus.

Sancti Augustini ad Valentinum:iuxtam materiam prioris epistolæ actius contra nouos
hæreticos Pelagianos de voluntate & gratia disputantis.Et istud Salomonis: Ne declines in
sinistram neq̃ in dexteram:exponentis. Epistola. XLVII.

D DOmino dilectissimo: & in Christi membris honorando fratri Valẽtino: &
fratribus qui tecũ sunt:Augustinus in domino salutem.Cresconium feli
cem/& alium Felicẽ dei seruos: qui ex vestra cõgregatiõe ad nos venerũt:
nobiscum egisse pascha nouerit charitas vestra. Quos ideo tenuimus ali
quanto diutius:vt instructiores ad vos redirent:aduersus nouos hæreti
cos Pelagianos: in quorum errorem cadit qui putat aliquo merito hu
mano gratiam dei dari:quæ sola hominem liberat per dominũ nostrum Ie
sum Christum.Sed rursum:qui putat:quando ad iudicium dominus venerit:nõ iudicari ho
minẽ secundum opera sua:qui iam per ætatem vti potuit libero voluntatis arbitrio:nihilomi
nus in errore est.Soli em̃ paruuli:qui nõdum habent opera propria:vel bona vel mala:secun
dum solum originale peccatum damnabuntur:quibus per lauacrum regenerationis non sub
uenit gratia saluatoris.Cæteri autem omnes:qui iam vtentes libero arbitrio:suã propria pec
cata originali peccato insuper addiderunt:si de potestate tenebrarum per gratiam dei nõ eru
untur:nec transferuntur ad regnum Christi:non solum secundũ originis: verũetiam secũdũ
propriæ voluntatis merita:iudicium reportabunt.Boni vero etiã ipsi quidem:non solum se
cundum suæ bonę voluntatis merita præmium consequentur:sed etiam ipsam bonam volũ
tatem per dei gratiam consecuti sunt: ac si impletur qđ scriptum est:Ira & indignatio/tribu
E latio & angustia/in omnẽ animam hominis operantis malum:iudæi primum & græci:gloria Ro.2.
autem & honor & pax:omni operanti bonũ:Iudęo primum & gręco.De qua difficillima quæ
stione:hoc est de voluntate & gratia:non opus habui etiam in hac epistola diutius disputare:
quoniam & aliam iam eis dederam:tanq̃ citius redituris:Et scripsi ad vos etiam librum:quẽ
si(adiuuãte domino)diligenter legeritis:& viuaciter intellexeritis:nullas existimo inter vos
de hac re dissensiones vlterius iam futuras.Portant aũt secum & alia:quæ vobis dirigenda es
se credidimus:qb⁹ cognoscatis:quẽdmodum catholica ecclesia/in dei misericordia Pelagianę
hæresis venena repulerit.Qđ em̃ scriptũ est ad Papã Innocentium Romanę vrbis episcopum
de concilio prouinciæ Carthaginensis:& de concilio Numidiæ:& aliquanto diligentius a qn
q̃ episcopis:& quæ ipse ad tria ista rescripsit.Item qđ papæ Zosimo de Africano concilio scri
ptum est;eiusq̃ rescriptum ad vniuersos totius orbis episcopos missum:& qđ posteriori cõci
lio plenario totius Africæ contra ipsum errorem breuiter constituimus: & supra memoratũ
librum meum:quem modo ad vos scripsi:hæc omnia & in præsenti legimus cum ipsis: & per
eos misimus vobis.Legimus eis etiam librum beatissimi martyris Cypriani de oratiõe domi
nica:& ostendimus quẽadmodum docuerit omnia quę ad mores nostros pertinent:quibus re Li.de gratia
cte viuimus:a patre nostro qui in cælis est/esse poscenda:ne de libero præsumentes arbitrio:a & libero ar
diuina gratia decidamus.Vbi etiam demonstrauimus quomodo admonuerit idem gloriosis bitrio.ca.29
simus martyr:etiam pro inimicis nostris:qui nondum in Christum crediderunt: nos vt cre
dant orare debere.Qđ vtiq̃ inaniter fieret:nisi ecclesia crederet etiam malas atq̃ infideles ho

minũ voluntates:per dei gratiam in bonũ poſſe cõuerti.Sed hunc librũ ſancti Cypriani:quia
dixerũt etiã illic apud vos eſſe:nõ miſimus.Meam quoq; epiſtolã ad Sixtũ Romanæ eccleſiæ
preſbyterum datã:quã ſecũ ad nos attulerunt:legimus cũ eis:& oſtendimus aduerſus eos eẽ
conſcriptam:qui dicunt gratiam dei ſecundum merita noſtra dari : hoc eſt aduerſus eoſdem
Pelagianos.Quãtum ergo potuimus:egimus cum iſtis & veſtris & noſtris fratribus: vt in fi
de ſana catholica perſeuerent.Quæ neq; liberum arbitrium negat: ſiue in vitam malam ſiue
in bonã:neq; tantum ei tribuit:vt ſine gratia dei valeat aliqd:ſiue vt ex malo conuertatur in
bonũ:ſiue vt in bono perſeuerãter ꝓficiat:ſiue vt ad bonũ ſempiternũ ꝑueniat:vbi iã nõ time F
at ne deficiat.Vos quoq; chariſſimi etiam in hac ep'la exhortor:qđ nos oẽs exhortatur apoſto
Ro.12. lus:Non plus ſapere q̃ oportet ſapere:ſed ſapere ad temperantiam:ſicut vnicuiq; deus parti-
tus eſt menſuram fidei.Attendite quid per Salomonem moneat ſpiritus ſanctus:Rectos cur-
Prouer.4. ſus inquit fac pedibus tuis:& vias tuas dirige:ne declines in dexteram:neq; in ſiniſtram:auer
te aũt pedẽ tuum a via mala:Vias eñ quæ a dextris ſunt nouit dñs:peruerſæ vero ſunt quæ
a ſiniſtris ſunt.Ipſe autem rectos faciet curſus tuos:itinera aũt tua in pace ꝓducet.In his ver
bis ſanctæ ſcripturæ conſyderate fratres:quia ſi non eſſet liberum arbitrium:nõ diceret:Re-
ctos curſus fac pedibus tuis:& vias tuas dirige:ne declines in dexteram : neq; in ſiniſtram.Et
tamen ſine dei gratia ſi poſſet hoc fieri:non poſtea diceretur: Ipſe autem rectos faciet curſus
tuos:& itinera tua in pace producet.Nolite ergo declinare neq; in dexteram:neq; in ſiniſtrã:
q̃uis laudentur viæ quæ a dextris ſunt: & vituperentur quæ ſunt a ſiniſtris.Hoc eſt enim ꝓ-
pter qđ addidit:Auerte autem pedem tuum a via mala:hoc eſt a ſiniſtra.Qđ manifeſtat in ſe
quentibus:dicens:Vias eñ quæ a dextris ſunt nouit dñs:peruerſæ vero ſunt quæ a ſiniſtris
Psal.1. ſunt.Eas vtiq; vias ambulare debemus quas nouit domin⁹:De quibus in pſalmo legitur:No
uit dñs viam iuſtorum:& via impiorum peribit.Hanc eñ nõ nouit dñs:qa ſiniſtra eſt.Sicut
dicturus eſt etiam illis ad ſiniſtram conſtitutis:Nõ noui vos.Quid eſt aũt qđ ille non nouit:
qui vtiq; nouit oĩa:ſiue bona hominũ ſiue mala?Sed quid eſt:Non vos noui:niſi tales vos ego
non feci?Queadmodũ illud qđ dictum eſt de ipſo domino Ieſu Chriſto:quia non nouerat pec
catum:quid eſt:niſi quia non fecerat?Ac per hoc qđ dictum eſt:Vias quę a dextris ſunt nouit
dominus:quomodo intelligendum eſt:niſi quia ipſe fecit vias dextras:id eſt vias iuſtorũ:quæ
ſunt vtiq; opera bona:quæ præparauit deus(ſicut dicit apoſtolus)vt in illis ambulemus.Vi
as autem ſiniſtras peruerſas:id eſt vias impiorum:non vtiq; nouit:quia nõ eas ipſe fecit in ho
mine:ſed homo ſibi.Propter quod dicit:Odiui autem ego peruerſas vias malorum:ipſę ſunt
a ſiniſtris.Sed reſpondetur nobis:Cur ergo dixit:Ne declines in dexteram:neq; in ſiniſtram:
cum potius dicere debuiſſe videatur : Tene dexteram : & ne declines in ſiniſtram? Si bonæ
ſunt viæ quæ a dextris ſunt:cur putamus:niſi quia ita viæ ſunt bonæ quæ a dextris ſunt:vt
in dexteram tamen declinare non ſit bonum?Declinare quippe ille eſt intelligendus in dexte
ram:qui bona ipſa opera quæ ad vias dexteras pertinent:ſibi vult aſſignare nõ deo.Et ideo cũ
dixiſſet:Vias enim quæ a dextris ſunt nouit dominus:peruerſę aũt ſunt quæ a ſiniſtris ſunt:
tanq̃ diceretur ei:Quomodo ergo non vis vt declinemus ad dexteram:ſecutus adiunxit:Ipſe
autem rectos faciet curſus tuos:itinera autem tua in pace ꝓducet.Sic ergo intellige:qđ tibi
præceptum eſt:Rectos curſus fac pedibus tuis:& vias tuas dirige:vt noueris cum hoc facis:
a domino deo tibi præſtari vt hoc facias:& non declinabis ad dexteram:q̃uis ambules in viis
dextris:non cõfidens in virtute tua:& ipſe erit virtus tua:qui rectos faciet curſus tuos:& iti
nera tua in pace producet.Quapropter dilectiſſimi:quicunq; dicit:voluntas mea mihi ſuffi- G
cit ad facienda opera bona:declinat in dexteram.Sed rurſus illi qui putant bonam vitam eſſe
deſerendam:quando audiunt ſic dei gratiam prædicari:vt credatur & intelligatur volunta-
tes hominũ ipſas ex malis bonas facere:ipſas etiã quas fecerit cuſtodire:& propterea dicunt:
Ro.3. Faciamus mala vt veniãt bona:in ſiniſtrã declinãt.Ideo vobis dixi : Non declinetis in dexte-
ram neq; in ſiniſtram:Hoc eſt non ſic defendatis liberum arbitrium:vt ei bona opera ſine dei
gratia tribuatis:ne ſic defendatis gratiam:vt quaſi de illa ſecuri:mala opera diligatis:qđ ipſa
gratia dei auertat a vobis.Talium quippe verba ſibi præponens apoſtolus ait:Quid ergo di-
Ro.6. cemus?Permanebimus in peccato vt gratia abundet?Atq; his verbis hominum errantium:&
dei gratiam non intelligentiũ:reſpõdit vt debuit dicẽs:Abſit.Si eñ mortui ſumus peccato:
quõ viuem⁹ in eo?Nihil potuit dici breuius & meli⁹.Quid.n.nobis gřa dei vtili⁹ cõfert ĩ hoc
pñti ſęculo maligno:niſi vt moriamur pctõ?Ac ꝑ hoc ipſi gřæ ĩuenieñ ingrat⁹:q ꝑ illam vult

viuere in peccato per quã morimur peccato. Deus autẽ qui diues est in misericordia: det vobis & sanũ sapere: & vsq; in finem proficienter in bono proposito permanere. Hoc pro vobis: hoc pro nobis: hoc pro omnibus qui vos diligunt: & pro eis qui vos oderunt: instanter in pace fraterna & vigilanter orate: vt deo viuatis.

Beati Augustini ad Vincẽtiũ Donatistã & rogatistã: de correctione multorum hæreticorum ex affectu gaudentis. Quosdam etiam durius per sæculares potestates ad emẽdationem erroris coercendos esse docentis. De correctionum etiam & persecutionum differentia: ac de hæreticorum baptismo & sacramentis pertractantis. Quo ꝑ per vnitatem & cõmunionẽ malorum cum bonis: iusti non maculentur: Atq; de duplici confusione adducẽte peccatum: & adducente gratiam & gloriam: determinantis. Epistola.XLVIII.

H  Ilectissimo fratri Vincentio: Augustinus. Accepi epistolam quã tuam esse non mihi incredibile visum est. Attulit enim eam: quẽ catholicũ Christianũ esse constaret: qui vt opinor mihi mentiri nõ auderet. Sed si forte nõ sunt literę tuę: ego ei qui scripsit rescribendum putaui. Nunc me potius quietis esse auidũ & petentem: q̃ tunc cum me adolescentẽ viuo adhuc Rogato cui successisti: & apud Carthaginẽ noueras. Sed Donatistæ nimiũ inquieti sunt: quos per ordinatas a deo potestates cohiberi atq; corrigi mihi non videt inutile. Nam de multorum iam correctiõe gaudemus: qui tam veraciter vnitatem catholicam tenent atq; defendunt: & a pristino errore se liberatos esse lætantur: vt eos cum magna gratulatione miremur. Qui tamen nescio qua vi consuetudinis nullo modo mutari in melius cogitarent: nisi hoc terrore perculsi sollicitam mentem ad consyderationem veritatis intenderẽt: ne forte non pro iustitia: sed pro peruersitate & præsumptione hominũ: ipsas temporales molestias infructuosa & vana tolerantia paterentur: & apud deum postea non inuenirent nisi debitas pœnas impiorum: qui eius tam leuẽ admonitionem & paterna flagella contempserint. Ac sic ista cogitatione dociles facti: non in calumniis & fabulis humanis: sed in diuinis libris promissam per omnes gentes inuenirent ecclesiam: quã suis oculis reddi concupiscerent: in qua bus & Christum prænunciatum: etiam non visum: super cælos esse minime dubitarẽt. Nunquidnam ego istorum saluti inuidere debebam: vt collegas meos ab huiusmodi paterna diligentia reuocarem: per quã factum est vt multos videamus accusare suam pristinam cęcitatẽ qui cum super cælos exaltatum Christum etiam non videntes credebant: gloriam tamen eiꝰ super oẽm terram etiam videntes negabant: cum propheta vtrunq; vna sententia tanta manifestatione complexus sit dicens: Exaltare super cælos deus: & super oẽm terram gloria tua: Istos ergo atroces quondã inimicos nostros: pacem & quietẽ nostram variis violentiarum & & insidiarum generibus grauiter infestantes: si sic contemneremus & toleraremus: vt nihil omnino qd ad eos terrendos ac corrigendos valere posset: excogitaretur & argueretur a nobis: & vere malum pro malo redderemus. Si enim quisq̃ inimicum suum periculosis febribus freneticum factum currere videret in præceps: nõne tunc potius malum pro malo redderet: si eum sic currere permitteret: q̃ si corripiendum ligandumq; curaret: & tamen tunc ei molestissimus & aduersissimus videretur: quando vtilissimus & misericordissimus extitisset: Sed plane salute reparata: tanto vberius ei gratias ageret: quanto sibi eum minus pepcisse sensisset. O si possem tibi ostẽdere: ex ipsis circũcellionibus q̃ multos iam catholicos manifestos habeamus: damnãtes suam pristinam vitam & miserabilem errorem: quo se arbitrabantur ꝑ ecclesia dei facere quicquid inquieta temeritate faciebant: qui tamen ad hãc sanitatem non perducerentur nisi legũ istarum quæ tibi displicent vinculis: tanq̃ frenetici ligarentur. Quid illud alterum genus morbi grauissimi eorum, qui turbulentam quidem audaciam non habebant: sed quadam vetusta socordia premebantur: dicentes nobis: Verum quidem dicitis: non est qd respondeatur: sed durum est nobis traditionem parentum relinquere: Nonne salubriter regula temporalium molestiarum excutiendi erant: vt tanq̃ de somno lethargico emergerent: & in salutem vnitatis euigilarent: Q̃ multi ex ipsis nunc nobiscum gaudentes: pristinũ pondus perniciosi sui operis accusant: & fatentur nos sibi molestos esse debuisse: ne tanq̃ mortifero somno: ita morbo veternosæ consuetudinis interirent. At enim quibusdam ista nõ prosunt: Nũquid ideo negligenda est medicina: quia nõnullorum est insanabilis pestilentia? Tu non attendis nisi eos qui ita duri sunt: vt nec istam recipiant disciplinam. De talibus eñ scri-

Marginal notes: 23.q.4.nimium. 2.Retrac. ca.5. De ver. dñi ser.6. Psal.107. 23.q.4.nimium. 23.q.4.nimium.

Hiere.2. ptum est:Frustra flagellaui filios vestros:disciplinam non receperunt.Puto tamen quia dile
ctione non odio flagellati sunt.Sed debes etiam tam multos attendere:de quorum salute gau
demus.Si enim terrerent̃ & non docerent̃ur:improba quasi dominatio videretur:Sed rursus
si docerentur & non terrerentur:vetustate consuetudinis obdurarentur:& ad capescendam
viam salutis pigrius mouerētur:quandoquidem multi(quos bene nouimus)reddita sibi ra
tione & manifestata ex diuinis testimoniis veritate:respondebant nobis:cupere se in ecclesiæ
catholicæ cōmunionem transire:sed & violentas perditorum hominū inimicitias formidare
quas quidem pro iustitia & pro æterna vita vtrinq̃ contemnere debuerunt.Sed talium infirmi
tas donec firmi efficiantur sustinenda est non desperanda. Nec obliuiscendū qđ ipse domin⁹
Ioan.13. adhuc infirmo Petro ait:Non potes me modo sequi:sequeris autem postea. Cū vero terrori K
vtili doctrina salutaris adiungitur:vt non solum tenebras erroris lux veritatis expellat:verū
etiam malę consuetudinis vincula vis timoris abrumpat:de multorum(sicut dixi)salute læ
tamur:benedicentium nobiscum:& gratias agentium deo:q̃ sua pollicitatione completa:qua
5.q.5.nōois reges terræ Christo seruituros esse promisit:sic curauit morbidos:sic sanauit infirmos. Non
23.q.4.nimi omnis qui parcit amicus est:nec omnis qui verberat inimicus.Meliora sunt vulnera amici:q̃
um. voluntaria oscula inimici.Melius est cum seueritate diligere:q̃ cum lenitate decipere. Vtili
Prouer.27. us esurienti panis tollitur:si de cibo securus iustitiam negligebat:q̃ esurienti panis frangitur
vt iniustitiæ seductus acquiescat.Et qui freneticum ligat:& qui lethargicum excitat:ambo
bus molestus/ambos amat.Quis nos potest amplius amare q̃ deus?Et tamen nos non solū do
cere suauiter:verūetiam salubriter terrere non cessat.Fomentis lenibus quibus consolat̃:sępe
etiam mordacissimū medicamentum tribulationis adiungens:exercet fame patriarchas etiā
pios & religiosos:populum contumacem pœnis grauioribus agitat. Non aufert ab apostolo
stimulum carnis tertio rogatus:vt virtutem in infirmitate perficiat.Diligamus etiam inimi
Matth.5. cos nostros:quia hoc iustum est:& hoc præcepit deus:vt simus filii patris nostri qui in cælis
est:qui facit solem suum oriri super bonos & malos:& pluit super iustos & iniustos.Sed sicut L
23.q.4.nimi ista dona eius laudamus:ita etiam flagella eius in eos quos diligit cogitemus. Putas neminē
um. debere cogi ad iustitiam:cum legas patrēfamilias dixisse seruis:Quoscunq̃ inueneritis cogi
Lucę.14. te intrare?Cum legas etiam ipsum primo Saulum:postea Paulum:ad cognoscendam & tenē
Actu.9. dam veritatem:magna violētia Christi cogētis esse compulsum?Nisi forte chariorem putas
hominibus esse pecuniam:vel qualemlibet possessionem:q̃ lucem istam quæ oculis capit̃.Hāc
ille cælesti prostratus lumine subito amissam nō recuperauit nisi cum sanctę incorporaretur
ecclesiæ.Et putas nullam vim adhibendam esse homini:vt ab erroris pernicie liberetur:cum
ipsum deum quo nemo nos vtilius diligit:certissimis exemplis hoc facere videas:& Christū
Ioan.6. audias dicentē:Nemo venit ad me nisi quem pater attraxerit:qđ fit in cordibus omnium qui
se ad eum:diuinæ iracundiæ timore conuertunt? Et noueris aliquando furem auertendis
pecoribus pabulum spargere:& aliquando pastorem flagello ad gregem pecora errantia reuo
Geñ.16. care.Nonne contumacem ancillam data sibi potestate:Sara potius affligebat?Et vtiq̃ non eā
quā superius beneficio suo matrem fecerat crudeliter oderat:sed in ea superbiā salubriter edo
mabat.Non autem ignoras q̃ istæ duę mulieres Sara & Agar:& duo filii earum Isaac & Isma
el:pro spiritalibus & carnalibus figurentur.Et cum legamus ancillam & filium eius a Sara
passos graues molestias:Paulus tamen apostolus dicit:q̃ ab Ismaele persecutionem sit passus
Gal.4. Isaac.Sed sicut tūc(inquit)ille qui erat secundum carnem:persequebatur eum qui erat secū
dum spiritum:ita & nunc:vt qui possunt intelligant magis ecclesiam catholicam persecutio
nem pati superbia & impietate carnalium:quos temporalibus molestiis atq̃ terroribus emē
dare conat̃.Quicquid ergo facit vera & legitima mater:etiam si asperum amarumq̃ sentiat̃ M
non malum pro malo reddit:sed bonum disciplinę/expellēdo malum iniquitatis/apponit:nō
odio nocendi:sed dilectione sanādi.Cum boni & mali eadem faciunt:eademq̃ patiuntur:nō
factis & pœnis:sed causis vtiq̃ discernendi sunt.Pharao populum dei duris laboribus attere
bat:Moyses eundem populum impie agentem duris coertionibus affligebat. Similia fecerūt
sed non similiter prodesse voluerunt:Ille dominatione inflatus:iste zelo inflammatus est.Ieza
bel occidit prophetas:Helias occidit pseudoprophetas:Puto q̃ diuersa sint merita facientiū
& diuersa passorum.Aspice etiam tempora noui testamenti:quando iam ipsa mãsuetudo cha
ritatis:non solum in corde erat seruanda:verūetiam in luce monstranda:quando Petri gladi
us in vaginam reuocatur a Christo:& ostenditur non debuisse de vagina eximi nec pro Chri

sto. Legimus tamen non solum ꝙ occiderunt Iudaei Paulum apostolum: verũetiam ꝙ occide-
runt & graeci pro Paulo apostolo Sostenen iudaeum: Nõne similitudo facti quasi vtrosq̧ con-
iungit: & tamen eos causae dissimilitudo discernit? Nempe deus proprio filio suo non peper- Ro.8.
cit: sed pro nobis omnibus tradidit illum. Nempe de filio ipso dicitur: Qui me dilexit & tra- Gal.2.
didit semetipsum pro me. Nẽpe & de Iuda dicit̃: ꝙ introierit in eũ sathanas: vt traderet Chri Ioan.13.
stum. Cum ergo & pater tradiderit filium suum: & ipse Christus corpus suum: & Iudas dñm
suum: cur in hac traditione deus est pius: & homo reus: nisi in vna quã fecerunt causa nõ vna
est quã fecerunt? Tres cruces in loco vno erant: in vna latro liberandus: in alia latro damnan-
dus: in media Christus: alterum liberaturus: alterum damnaturus: Quid similius istis cruci
bus? quid dissimilius istis pendentibus? Traditus est Paulus includendus & colligandus: sed Actu.16.
quolibet custode carceris: Peior est vtiq̧ sathanas: cui tamẽ ipse Paulus tradidit hominem in 1.Cor.5.
interitum carnis: vt spiritus saluus sit in die domini Iesu. Et hic quid dicimus? Ecce mitiori
N tradidit crudelis traditor: crudeliori tradidit misericors traditor. Discamus frater in simili-
tudine operum discernere animos operantium: ne clausis oculis calumniemur: & beniuolos p
nocentibus accusemus. Item cum ait idem apostolus: tradidisse se quosdam sathanae vt disce- 1. Timoth.1.
rent non blasphemare: malum pro malo reddidit: an potius malos etiam per malum emenda
te: bonum opus esse indicauit? Si semper esset laudabile persecutionem pati: sufficeret domi-
no dicere: Beati qui persecutionem patiuntur: nec adderet: propter iustitiam. Item si semper Matth.5.
esset culpabile persecutionem facere: non scriptum esset in sanctis libris: Detrahentem proxi- 23.q.4.nimi
mo suo occulte: hunc persequebar. Aliquando ergo & qui eam patitur: iniustus est: & qui eã um.
facit: iustus est. Sed plane semper & mali persecuti sunt bonos: & boni persecuti sunt malos. Il Psal.100.
li nocendo per iniustitiam: illi consulendo per disciplinam. Illi immaniter: illi temperanter. Illi
seruientes cupiditati: illi charitati. Nam qui trucidat: non considerat quẽadmodum laniet:
qui autem curat / considerat quemadmodũ secet. Ille enĩ persequitur sanitatem: ille putredi-
nem. Occiderunt impii prophetas: occiderunt impios & prophetae. Flagellauerũt Iudęi Chri
stum: iudaeos flagellauit & Christus. Traditi sunt apostoli ab hominibus potestati humanae:
tradiderunt & apostoli homines potestati sathanae. In his omnibus quid attenditur: nisi quis
O eorum pro veritate: quis pro iniquitate: quis nocendi causa: quis emendandi? Non inuenitur 23.q.4. non
exemplum in euangelicis & apostolicis literis: aliquid petitum a regibus terrę pro ecclesia: & inuenitur.
contra inimicos ecclesiae: quis negat non inueniri? Sed nondum implebatur illa prophetia: Et Psal.2.
nunc reges intelligite: & erudimini qui iudicatis terram: Seruite domino in timore. Adhuc
enim illud implebatur: qđ in eodem psalmo paulo superius dicitur: Quare fremuerũt gen-
tes: & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terrae: & principes conuenerunt in vnũ
aduersus dominum: & aduersus christum eius. Verũtamen si facta praeterita in propheticis
libris: figurę fuerunt futurorum: in rege illo qui appellatur Nabuchodonosor / vtrũq̧ temp⁹
figuratum est: & qđ sub apostolis habuit: & qđ nunc habet ecclesia. Temporibus itaq̧ aposto
lorum & martyrum illud implebatur qđ figuratum est quãdo rex memoratus pios & iustos
cogebat adorare simulacra: & recusantes in flammas mittebat. Nunc autem illud implet̃ qđ Daniel.2.
paulopost in eodem rege figuratum est: cum conuersus ad honorandum deum verum: decre
uit in regno suo: vt quicunq̧ blasphemaret deum Sydrac / Misac / & Abdenago: poenis debitis
subiaceret. Prius ergo tempus illius regis: significabat priora tempora regũ infidelium: quos
passi sunt Christiani pro impiis. Posterius vero tempus illius regis: significauit tempora po-
steriorum regum iam fideliũ: quos patiuntur impii pro Christianis. Sed plane in eis q sub no
mine Christi erant seducti a peruersis: ne forte oues Christi sint errantes: & ad gregem aliter
reuocandae sint: temperata seueritas & magis mansuetudo seruatur: vt coertione exiliorum
atq̧ damnorum tribulatione / admoneantur considerare quid & quare patiantur: & discant
praeponere rumoribus & calumniis hominum scripturas quas legunt. Quis enim nostrum:
quis vestrum nõ laudat leges ab imperatoribus datas aduersus sacrificia paganorum? Et cer-
te longe ibi poena seuerior constituta est. Illius quippe impietatis capitale supplicium est. De
vobis autem corripiendis atq̧ coercendis: habita ratio est: qua potius admoneremini ab erro
P re discedere: ꝙ pro scelere puniremini. Potest enim fortasse etiam de vobis dici: qđ ait aposto-
lus de iudaeis: Testimonium illis perhibeo: quia zelũ dei habent: sed non secundum scientiam Ro.10.
Ignorantes enim dei iustitiam: & suã volentes constituere: iustitię dei nõ sunt subiecti. Quid
enim aliud & vos ꝙ vestram iustitiam vultis constituere: quando non dicitis iustificari nisi

eos qui a vobis potuerunt baptizari?In hac ergo apostolica sententia quã de iudæis protulit: hoc distatis a iudæis:q vos habetis sacramenta christiana:quibus illi adhuc carent. Cæterũ ad hoc qd ait:Ignorantes dei iustitiam:& suam volentes constituere:& q zelum dei habent: sed secundum scientiam:pares estis omnino:exceptis duntaxat illis: quicunq in vobis sunt scientes quid verum sit:& pro animositate suæ peruersitatis:contra veritatem etiam sibi notissimam dimicantes.Horum quippe impietas:etiam idololatriam forsitan superat. Sed quia non facile conuinci possunt(In animo nãq latet hoc malum)omnes tanq̃ non a nobis minimis alieni/leniori seueritate coercemini.Et hoc quidem vel de omnibus hæreticis qui christianis sacramentis imbuuntur:& a Christi veritate siue vnitate dissentiunt:vel Donatistis omnibus dixerimus.Quid autem ad vos attinet:qui non solum cum illis cõmuniter Donatistis a Donato: verũetiam ꝓprie Rogatistæ a Rogato appellamini?Mitiores quidem esse videmini:quia circũcellionum immanissimis gregibus non sæuitis. Sed nulla bestia si neminem vulnerret ꝓpterea mansueta dicitur:quia dentes & vngues non habet. Sæuire vos nolle diciris: ego non posse arbitror.Ita enim estis numero exigui:vt mouere vos contra aduersarias vobis multitudines nõ audeatis:etsi cupiatis.Sed ponamus vos etiã nolle:qd nõ valetis: ponamus
Matth.5. vos euangelicam sententiam qua scriptum est:Si quis tibi voluerit tunicam tollere: & iudicio tecum cõtendere:dimitte illi & pallium: sic intelligere: sic tenere: vt persequentibus vos non solum nulla iniuria:verũetiam nullo iure resistendum puteris: hunc certe intellectũ Rogatus auctor vester:aut non habuit:aut non impleuit.Qui de nescio quibus rebus vt dicitis vestris acerrima perseuerantia etiam forensi disceptatione confixit.Cui si diceretur:quis vn q̃ apostolorum in causa fidei res suas iudicio publico defendit: sicut tu in epistola tua posuisti:Quis vnq̃ apostolorũ in causa fidei res alienas inuasit?nullum quidẽ in diuinis literis huius facti reperiret exemplum:sed tamen forte inueniret aliquã veram defensionem:si verã ecclesiam retineret:& non sub ecclesiæ vero nomine impudenter aliquid possideret.Quid autẽ pertinet ad terrenarum potestatũ iussa:cõtra schismaticos aut hæreticos:vel impetranda vel exerenda?Illi quidem a quibus vos separastis acerrimi fuerunt:& contra vos(quantum audire potuimus)& contra Maximianistas:qd gestorũ etiam certis documẽtis probamus: sed tamen nondum ab eis separati eratis: quando Iuliano imperatori in sua petitione dixerunt:q apud eum sola iustitia locum haberet.quem certe apostatam nouerant: & idololatriis deditum sic videbant:vt aut iustitiam esse idololatriam faterentur: aut se scelerate mentitos/negare non possent:vt apud eum dicerent solam locum habere iustitiam:apud quem magnum locum cernerent habere idololatriam.Sed fuerit error in verbo: de facto ipso quid dicis?Si nihil iustum ab imperatore petendum est:cur a Iuliano petitum est qd iustum putatum est?An per hoc petendum est:vt sua quisq recuperet:non vt aliquem quo ab imperatore coerceatur: accuset?Interim & in suarum rerum recipiendarum repetitione ab apostolicis exemplis recedirur:quia hoc fecisse nemo inuenitur illorum.Sed tamen cum maiores vestri ipsum Cæcilianum tunc ecclesiæ Carthaginensis episcopum:cui tanq̃ criminoso communicare noluerunt: apud principem Constantinum per Anulinum proconsulem accusauerũt:nõ res suas amissas repetiuerunt:sed innocentem(sicut existimamus:& sicut ipse iudiciorum exitus docuit)calumniose appetiuerunt.Quo quid sceleratius ab eis fieri potuit?Si autem(sicut falso arbitramini)vere criminosum iudicandum terrenis potestatibus tradiderunt:quid nobis obiicitis: qd vestrorum præsumptio primitus fecit:q eos non argueremus quia fecerunt:si non animo inuido & noxio:sed emendandi & corrigendi voluntate fecissent. Vos autem indubitanter arguimus:quibus crimen videtur de inimicis communionis nostræ christiano imperatori aliquid conqueri:cum libellus a maioribus vestris Anulino proconsuli datus: & Constantino imperatori mittendus:ita vt supra scriptum sit:Libellus ecclesiæ catholicæ criminum Cæciliani:traditus a parte maiori.Illos autem magis hinc arguimus:quia cum apud imperatorem vltro Cæcilianum accusassent: quem primo vtiq apud collegas transmarinos conuincere debuerint:ipso autem imperatore longe ordinatius agente: vt episcoporum causam ad se delatam/ad episcopos mitteret:nec victi pacem cum fratribus habere voluerunt: sed rursus ad eundem imperatorem venerunt:rursus non Cæcilianum tantum: verumetiam datos sibi episcopos iudices:apud terrenum regem accusauerunt.Rursus ab alio episcopali iudicio ad eundem imperatorem appellauerunt.Nec eo ipso inter partes cognoscente atq iudicante: vel veritati vel paci cedendum esse dixerunt.Quid autem aliud statueret Constantinus

aduersus Cęcilianum & socios eius:si essent vestris maioribus accusantibus victi:q̄ q̄ statuit
in eos ipsos:qui cum vltro accusassent:nec ea quæ intēdebāt probare potuissent! Noluerunt
enim veritati consentire:nec victi.Ille quippe imperator primus cōstituit in hac causa:vt res 23.q.4.nimi
conuictorum:& vnitati peruicaciter resistētium:fisco vendicarentur.Sed videlicet si vestris um.
maioribus accusantibus atq̄ superantibus contra cōmunionem Cęciliani:imperator tale ali-
quid decreuisset:prouisores ecclesiæ/defensores pacis & vnitatis nominari velletis.Cum ve-
ro in eos qui vltro accusantes nihil probare potuerunt:nec oblato sibi gremio pacis:quo cor-
recti exciperentur:consentire voluerunt:ab imperatoribus talia decernuntur:indignum faci
nus clamitatur:neminem ad vnitatem esse cogendum:malum pro malo reddendum nemini
esse contenditur:Quid est aliud q̄ id qđ de vobis quidam scripsit:qđ volumus sanctum est! Et
nunc non erat magnū:neq̄ difficile consyderare atq̄ cogitare Constantini iudicium atq̄ sen
tentiam contra vos vigere:quæ vestris maioribus Cęcilianum apud imperatorem totiēs ac-
cusantibus & non cōuincentibus:aduersus vos promulgata est: eam necessario sequi cæte-
S ros imperatores:maxime catholicos Christianos:quotiēs de vobis aliquid agere vestræ obsti-
nationis necessitas cogit.Facile erat ista cogitare:vt vobis ipsis aliquādo diceretis: Si Cęcilia
nus vel innocens fuit vel nocens:& conuinci non potuit:quid in hoc negotio tam longe late-
q̄ diffusa societas christiana peccauit! Cur orbi christiano non licuit ignorare: qđ non potue
runt qui accusauerant demōstrare! Cur illi quos Christus in agro suo:id est in hoc mūdo se-
minauit:& inter zizania crescere vsq̄ ad messem præcepit! Cur tot milia fidelium in omni-
bus gentibus:quorum multitudinem stellis cæli & arenæ maris dominus comparauit: quos
in semine Abrahæ benedicendos promisit & reddidit:propterea negantur esse christiani : qa
in hac causa in qua discutienda non interfuerunt:iudicibus potius suo periculo iudicātibus:
q̄ victis litigatoribus credere maluerunt! Certe nullius crimen maculat nescientē. Quomo- 23.q.4.nimi
do fideles toto orbe diffusi:crimen traditorum cognoscere poterant: qđ accusatores etiam si um.
nouerant:tamen eis ostendere non valebant! Hos ergo ab hoc crimine innocentes esse:nempe 1.q.4. nulli9
ipsa ignorantia facillime ostendit.Cur ergo innocentes falsis criminibus accusantur:quia cri
mina aliena:seu falsa:seu vera nescierunt! Quis locus innocentiæ reseruatur:si crimen est p-
prium nescire crimen alienum! Porro si tot gentium populos:ipsa ignorantia(sicut dictū est) 23.q.4.nimi
innocentes ostendit:q̄ magnum crimen est ab istorum innocentium communione separari! um.& ca.q̄
Nam & facta nocentium:quæ innocētibus demonstrari:vel ab innocētibus credi nō possunt: magnum.
non inquinant quenq̄:si propter innocentium consortium etiam cognita sustinentur.Nō eīm
propter malos boni deserendi:sed propter bonos mali tolerandi sunt: sicut tolerauerunt pro
phetæ contra quos tanta dicebant:nec cōmunionē sacramētorum illius populi relinquebāt:
sicut ipse dominus nocentem Iudam vsq̄ ad condignum eius exitum tolerauit: & eum sacrā
coenam cum innocentibus communicare permisit.Sicut tolerarunt apostoli eos qui per inui-
diam(qđ ipsius diaboli vitium est)Christum annuntiabant.Sicut tolerauit Cyprianus colle
T garum auaritiam:quā secūdum apostolū appellat idololatriam.Postremo quicquid tunc in-
ter illos episcopos gestum est:etiam si forte ab aliquibus eorum sciebatur:si non sit acceptio p
sonarum:nunc ab omnibus ignoratur.Cur ergo non ab omnibus pax amatur! Hæc facillime
cogitare possetis:aut fortasse etiam cogitatis.Sed melius erat vt amaretis possessiones terre-
nas : quas timēdo perdere cognitæ veritati consentiretis:q̄ vt amaretis vanissimam hominū
gloriam:quā vos putatis perdere si cognitę veritati cōsenseritis. Vides itaq̄ iam(vt opinor)
non esse consyderandum q̄ quisq̄ cogitur:sed quale sit illud quo cogitur : vtrum bonum an 23.q.6.vides
malum:non quo quisq̄ bonus possit esse inuitus:sed timendo qđ non vult pati: vel relinquit
impedientem animositatem:vel ignoratam compellitur cognoscere veritatem:vt timens vel
respuat falsum de quo contēdebat:vel quęrat verum qđ nesciebat:& volens teneat iam quod
nolebat.Superfluo hoc fortasse diceretur quibuslibet verbis:si non tam multis ostenderet ex-
emplis.Nō illos aut illos homines:sed multas ciuitates videmus fuisse Donatistas: nunc esse
catholicas:detestari vehementer diabolicam separationem:diligere ardenter vnitatem.Quę
tamen timoris huius(qui tibi displicet)occasionibus catholicæ factæ sunt per leges impera-
torum:a Constantino apud quem primum vestri vltro Cęcilianum accusauerūt:vsq̄ ad præ
sentes imperatores:qui iudicium illius quem vestri elegerunt:quem iudicibus episcopis præ
tulerunt:iustissime contra vos custodiendum esse decernunt.His ergo exemplis a collegis me
V is mihi propositis cessi.Nam mea primitus sententia erat:neminē ad vnitatem Christi eē co- 23.q.6.vides

gendum:verbo esse agendum:disputatione pugnandum:ratione vincendum: ne fictos catho
licos haberemus:quos apertos hæreticos noueramus.Sed hæc opinio mea nō contradicentiū
verbis:sed demonstrantiū superabatur exēplis.Nam primo mihi opponebatur ciuitas mea:
Quæ cum tota esset in parte Donati:ad vnitatem catholicam timore legum imperialium cō
uersa est:quā nunc videmus ita huius vestræ animositatis perniciem detestari:vt in ea nunq̄
fuisse credatur.Ita aliæ multæ quæ mihi nominatim commemorabantur:vt ipsis rebus agno
Prouer.9. scerem:etiam in hac causa recte intelligi posse:qđ scriptum est:Da sapienti occasionem & sapi
entior erit.Q̃ multi enim(qđ certo scimus)iam volebant esse catholici: manifestissima veri X
tate cōmoti:& offensionem suorum reuerendo quotidie differebant. Q̃ multos non veritas
(in qua nunq̄ præsumpsistis)sed obduratæ consuetudinis graue vinculum colligabat : vt in
eis compleretur diuina illa sententia:Verbis non emendabitur seruus durus:Si enim & intel
lexerit non obediet.Q̃ multi propterea putabant veram ecclesiam esse partem Donati : quia
eos ad cognoscendam catholicam veritatem: securitas torpidos fastidiosos pigrosq̧ faciebat.
Q̃ multis aditum intrandi obserabant rumores maledicorum : qui nescio quid aliud nos in
altare dei ponere iactitabant . Q̃ multi nihil interesse credentes in qua quisq̧ parte christia-
nus sit: ideo permanebant in parte Donati : quia ibi nati erant : & eos inde discedere atq̧ ad
catholicam nemo transire cogebat.His omnibus harum legum terror: quibus promulgādis
reges seruiunt domino in timore:ita profuit: vt nūc alii dicāt:Iamiā hoc volebamus: sed deo
gratias:qui nobis occasionem præbuit iamq̧ faciēdi:& dilationum morulas amputauit. Alii
dicant hoc esse verum iam sciebamus:sed nescio qua consuetudine tenebamur:Gratias domi
no qui vincula nostra dirupit:& nos ad pacis vinculum transtulit. Alii dicant : nesciebamus
hic esse veritatem:nec eam discere volebamus:sed nos ad eam cognoscendam metus fecit in-
tentos:quo timuimus:ne forte sine vllis rerum æternarum lucris:damno rerum temporaliū
feriremur:Gratias domino qui negligentiam nostram stimulo terroris excussit:vt saltem sol
liciti quæreremus:qđ securi nunq̄ nosse curauimus.Alii dicant:nos falsis rumoribus terreba
mur intrare:quos falsos esse nesciremus nisi intraremus:nec intraremus nisi cogeremur:Gra
tias domino qui trepidationem nostram flagello abstulit:expertos docuit q̄ vana & inania/de
ecclesia sua mendax fama iactauerit.Hinc iam credimus & illa falsa esse quæ auctores hui[9] hę
resis criminati sunt:quando posteri eorum tam falsa & peiora finxerunt.Alii dicant: putaba-
mus quidem nihil interesse vbi fidem Christi teneremus:Sed gratias domino:qui nos a diui-
sione collegit:& hoc vni deo congruere:vt in vnitate colatur:ostendit.His ergo dominicis lu Y
cris impediendis ad contradicendum me opponerem collegis meis:ne in mōtibus & collibus
vestris:id est in tumoribus superbiæ vestrę/Christi oues errantes/in pacis ouile colligerērut:
vbi est vnus grex & vnus pastor/Ita sane huic prouisioni contradicere debui: ne res quas dici
tis vestras perderetis:& securi Christum pscriberetis: vt iure Romano testamenta condere-
Gen.28. tis:& iure diuino patribus conditum testamentum:vbi scriptum est:In semine tuo benedicē-
tur omnes gētes:calumniosis criminationibus rumperetis:vt in emptionibus & venditioni-
bus liberos cōtractus haberetis:& vobis diuidere qđ Christus emit vēditus auderetis: vt qđ
quisq̧ vestrum cuiq̄ donasset valeret: & qđ donauit de[9] deorum a solis ortu vsq̧ ad occasum
vocatis filiis nō valeret:vt de terra corporis vestri in exilium nō mitteremini:& de regno san
guinis sui:a mari vsq̧ ad mare:& a flumine vsq̧ ad terminos orbis terrę:Christum exulem fa
cere conaremini/Immo vero seruiant reges terræ Christo:etiam leges ferēdo pro Christo.Ma
iores vestri Cęcilianū & socios ei[9] regib[9] terrę puniēdos/falsis criminibus/obiecerūt Côuertā
tur leones ad cōminuenda ossa calumniantium:nec Daniel ipse intercedat innocens compro
batus:& de lacu quo illi pereunt liberatus.Qui enim parat proximo suo foueam: ipse iustius
cadet in eam.Eripe te frater:dum in hac carne viuis:ab ira quæ vētura est pertinacibus & su
perbis.Terror temporalium potestatum:quando veritatem oppugnat:iustis fortibus glorio
sa probatio est:infirmis periculosa tentatio: quando autem veritatem prædicat errantibus &
Ro.13. discordantibus:cordatis vtilis admonitio est:& insensatis inutilis afflictio.Non est tamen po
testas nisi a deo.Qui autē resistit potestati:dei ordinationi resistit.Principes enim non sunt ti
mori bono operi sed malo.Vis autem non timere potestatem/Bonum fac & habebis laudem
ex illa.Siue enim potestas veritati fauens aliquē corrigat:laudem habet ex illa qui fuerit emē Z
datus:siue inimica veritati in aliquem sæuiat: laudem habet ex illa qui victor fuerit corona-
tus.Tu autem non bonum facis vt timere non debeas potestatem:nisi forte bonum est sedere

& non aduersus fratrem detrahere:sed aduersus fratres omnes in omnibus gentibus consti-
tutos:quibus testimonium perhibent prophetæ:Christ9:apostoli:cum legitur: In semine tuo Geñ.26.
benedicentur omnes gentes:cum legitur:Ab ortu solis vsq ad occasum sacrificium mundũ Malachię.1.
offertur nomini meo: quoniam glorificatum est nomen meum in gentibus dicie dominus.
Audi dicit dominus:nõ dicit Donatus:aut Rogatus:aut Vincentius:aut Hilarius: aut Am
brosius:aut Augustinus:sed dicit dominus.cum legitur:Et benedicentur in te omnes tribus Psal.71.
terræ:omnes gentes magnificabũt eum:Benedictus dominus deus Israel qui facit mirabi-
lia solus:Et benedictum nomen gloriæ eius in æternum:& in sæculum sæculi:Et replebit glo
ria eius om̃is terra: fiat fiat.Et tu sedes Cartẽnis & cũ decẽ Rogat istis qui remansistis dicitis
non fiat non fiat.Audis loqui euangelium:Oportebat impleri omnia quæ scripta sunt in le- Lucæ.24.
ge & pphetis & psalmis de me:Et tunc aperiţ illis sensum vt intelligerent scripturas:& dixit
eis:Quoniã sic scriptũ est:& sic oportebat pati Christum:& resurgere a mortuis tertia die:&
prædicari in nomine eius pœnitentiam:& remissionem peccatorum,per omnes gẽtes: incipiẽ
tibus ab Hierusalem.Legis etiam actus apostolorum:quẽadmodum hoc euangelium cœpe-
rit ab Hierusalem vbi primo illos centum viginti spiritussanctus impleuit:atq inde in Iudæ Act[.1.
am atq Samariã:& in om̃es gentes exierit:sicut eis dixerat ascensurus in cælum: Eritis mihi
testes in Hierusalem:& in tota Iudęa:& Samaria:& vsq in fines terræ:Quia in omnem terrã
exiuit sonus eorum:& in fines orbis terræ verba eorum:Et tu contradicis diuinis testimoni-
is tanta firmitate roboratis:tanta luce manifestatis:& ad istam proscriptionem Christi hære
ditatem perducere conaris:vt eum in eius nomine(sicut dixit)prędicetur pœnitentia in om
nibus gentibus: quisquis hac fuerit prædicatione commotus:in qualibet parte orbis terra-
rum:nisi quæsierit & inuenerit latentem in Mauritania Cæsariensi Cartẽnensem,Vincentiũ
aut aliquem ex eius nouẽ aut decem consortibus:dimitti ei peccata nõ possint.Quid non au-
deat typhus morticinæ pelliculæ:quo non se præcipitet pręsumptio carnis & sanguinis?Hoc
& cine est bonum opus tuum:propter qđ nõ timeas potestatem?Tãtum scãdalum ponis aduer-
sus filium matris tuæ:paruulum scilicet & infirmũ:propter quem Christus est mortuus: nõ
dum cibo paterno idoneum:sed adhuc materno lacte nutriendum? Et Hilarii libros mihi op
ponis:vt neges ecclesiam crescentem in omnibus gentibus vsq in finem sæculi:quã deus cõ-
tra incredulitatem vestram cum iuratione promisit. Et cum essetis infelicissimi: si tunc quã
do pmittebatur resisteretis:nunc etiam cum redditur contradicitis. Sed historicus doctus
magnum aliquid inuenisti:qđ contra dei testimonia proferendum putares.Dicis enim quan
tum ad totius mundi pertinet partes:modica pars est in compensatione totius mundi:in qua
fides christiana nominaт: nec vis attẽdere:aut te nosse dissimulas:in q̃ multas iã barbaras na
tiones:tã paruo tẽpore venerit euãgeliũ:vt nec inimici Christi dubitare iã possint:breui tẽpo
re futurũ:qđ discipulis respõdit de sęculi fine quęrẽtibus:Et pdicabit hoc euãgelium in vni-
uerso orbe:in testimonium omnibus gentibus:& tunc veniet finis. Nũc & clama & cõtende
quãtum potes:etiã si apud Persas & Indos euangeliũ pdicet:vbi qdẽ iã diu pdicat: Nisi quis-
quis hoc audierit Cartẽnas venerit:vel in viciniã Cartẽnensium:mũdari om̃ino a delictis su
is nõ poterit.Ita ne si carueris ista voce:rideri te metuis:& cum ea nõ careas: flere te non vis?
Acutum autem aliquid videris dicere:cũ catholicæ nomen nõ ex totius orbis communione
interpretaris:sed ex obseruatione pręceptorũ omniũ diuinorum:atq oĩm sacramẽtoꝝ: quasi
nos etiã(si forte hinc sit apellata catholica:ꝙ totũ veraciter teneat: cuius veritatis nõnullæ
particulæ:etiã in diuersis inueniũtur hęresibus)hui9 nominis testimonio nitamur:ad demõ
strãdum ecclesiam in om̃ibus gentibus:& nõ promissis dei:& tam multis tãq manifestis ora
9 culis ipsius veritatis.Sed nempe hoc est totum qđ nobis persuadere conaris: solos remansisse
Rogatistas:q catholici recte appellandi sunt:ex obseruatione præceptorum omnium diuino-
rum:atq omnium sacramentorum:& vos esse solos in quibus inueniat fidem cum venerit fi
lius hominis: Da veniam:nõ credimus.Licet enim & hoc audeas forsitan dicere: vt in vobis
possit inueniri fides:quã se in terra nõ inuenturum dominus dixit:& non vos in terra sed in
cælo esse deputandos: nos tamen apostolus ita cautos reddidit:vt etiam angelum de cęlo no
bis aliud euangelizantem:præterq̃ qđ accepimus:anathema debere esse præceperit. Quomo
do autem confidimus ex diuinis literis accepisse nos Christum manifestum:si non inde acce-
pimus & ecclesiã manifestam?Quaslibet quisq ansas & vincos aduersus simplicitatẽ veritatis
intexat:quaslibet nebulas callidę falsitatis offundat:sicut anathema erit q annũtiauerit Chri

ſtum:neq; paſſum eſſe:neq; tertia die reſurrexiſſe:quoniam in veritate euangelica accepim⁹:
Lucæ.24. Oportebat Chriſtum pati:& reſurgere a mortuis tertia die:ſic erit anathema quiſquis annũ
tiauerit eccleſiam prꝙter communionem omnium gentium:quia eadem veritate conſequen-
ter accepimus: & prędicari in nomine eius pœnitentiam & remiſſionem peccatorum p oẽs
gẽtes:incipientibus ab Hieruſalem:& incõcuſſe tenere debemus: Quiſquis vobis annũtiaue
rit:prętereq̄ qđ accepiſtis:anathema ſit.Si autem vniuerſos Donatiſtas non audimus:ſe p ec-
cleſia Chriſti opponentes:quia nullum pro ſe teſtimonium de diuinis libris proferunt quo id
doceãt:quãtominus rogo te Rogatiſtas audire debemus:qui nec illud pro ſe interpretari co-
nabuntur:qđ ſcriptum eſt: Vbi paſcis:vbi cubas in meridie!Si eñ hoc loco ſcripturarum/me A
ridies Africa intelligenda eſt:in parte Donati:quæ ſub cæli feruentiori plaga eſt: oẽs vos Ma
ximianiſtæ ſupabũt:quorũ ſchiſma in Bizantio & in Tripoli exarſit.Sed cõfligãt cum eis Ar
zuges:& hoc magis ad ſe pertinere contendant:Mauritania tamen Cæſarienſis:occidentali q̄
meridianæ parti vicinior : quando nec Africam ſe vult dici: quomodo de meridie gloriabi-
tur!Non dico aduerſus orbem terrarum:ſed aduerſus ipſam partem Donati: vnde pars Ro-
gati breuiſſimum fruſtum de fruſto maiore præciſum eſt. Quis autem non impudentiſſime
nitatur aliquid in allegoria poſitum pro ſe interpretari: niſi habeat & manifeſta teſtimonia:
quorum lumine illuſtrentur obſcura!Qđ aũt omnibus Donatiſtis dicere ſolemus:quãto vo-
bis fortius dicimus:ſi poſſunt(qđ fieri non poteſt)aliqui habere cauſam iuſtam:qua commu
nionem ſuam ſeparent a cõmunione orbis terrarũ:eamq; appellẽt eccleſiam Chriſti:ꝙ ſe iuſte
ab omnium gẽtium cõmunione ſeparauerint:vnde ſcitis in Chriſtiana ſocietate tam lõge la-
teq; diffuſa:ne forte anteq̄ vos ſepararetis:iam ſe aliqui iuſta cauſa ſeparauerant in longinq-
ſimis terris:vnde ad vos eorum iuſtitiæ fama non potuerit peruenire!Quomodo in vobis po
teſt eſſe eccleſia potius q̄ in illis:qui ſe priores forte ſeparauerunt!Ita fit cum hoc neſcitis: in-
certi vobiſmet ipſis ſitis: quod neceſſe eſt cõtingat omnibus:qui pro ſua ſocietate vtuntur te
ſtimonio non diuino ſed ſuo.Neq; enim poteſtis dicere:ſi hoc contigiſſet: nos latere non poſ-
ſet: cum in Africa ipſa i quot iam partes factæ ſint ex parte Donati : ſi interrogemini : non
dicatis:præſertim quia tanto ſibi videntur qui hoc faciunt iuſtiores:quanto fuerint paucio-
res.& vtiq; tanto ſunt latẽtiores.Ac per hoc incerti eſtis:ne forte aliqui pauci iuſti & ideo mi
nime noti:alicubi longe cõtra Africæ meridiem:anteq̄ pars Donati iuſtitiam ſuam a cætero
rum hominum iniquitate ſecerneret:ſe primitus cauſa æquiſſima ſeparauerit in latere aqui-
lonis:& ipſa ſit potius eccleſia dei tanq̄ Sion ſpiritalis:quæ vos oẽs iuſta ſeparatione præue
nit:multoq; præſumptius p ſe interpretetur qđ ſcriptum eſt:Mons Sion latera aquilonis:ci-
Pſal.47. uitas regis magni:q̄ p ſe interpretatur pars Donati: Vbi paſcis:vbi cubas in meridie. Et ta- B
men vereris:ne cum imperialibus legibus ad vnitatem cogimini:nomẽ dei a iudæis & paga-
nis diutius blaſphemetur:quaſi neſciant iudæi queadmodum primus populus Iſrael etiã bel
lo delere voluerit duas illas tribus & dimidiam:quæ vltra Iordanem terras acceperant:quan
do eas putauerunt ſe ab vnitate ſui populi ſeparaſſe.Pagani vero magis nos blaſphemare poſ
ſunt de legibus:quas cõtra idolorum cultores chriſtiani imperatores tulerũt:& tñ ex eis mul
ti correcti:& ad deum viuum verumq; conuerſi ſunt:& quotidie cõuertũtur.Sed plane & iu
dæi & pagani:ſi tam paucos putarẽt eſſe chriſtianos:q̄ pauci vos eſtis : qui ſolos vos chriſtia-
nos eſſe perhibetis:nec blaſphemare vos dignarentur:ſed & nunq̄ ridere ceſſarent.Non time
tis ne vobis dicãt iudęi: Vbi eſt ꝙ Paulus veſter eccleſiã veſtrã intelligit:vbi dictũ eſt: Lętare
Gal.4. ſterilis quæ nõ paris:erũpe & exclama quæ nõ parturis:qm̃ multi filii deſertæ magis q̄ eius quę
habet virũ:præponẽs multitudinẽ chriſtianoꝝ mltitudini iudæoꝝ:ſi Chriſti eccleſia eſt pau
citas veſtra!Hoccine illis dicturi eſtis:Ideo magis iuſti ſumus:quia pauci ſumus: nec attendi
tis eos reſponſuros:quodlibet vos eſſe dicatis:nõ tamẽ eſtis illi de quibus dictum eſt :Multi fi
filii deſertæ:ſi tam exigui numero remanſiſtis!Hic tu oppoſiturus es exemplũ iuſti illi⁹ in di
luuio:qui cum domo ſua ſolus liberari dignus inuentus eſt. Vides ergo adhuc q̄ longe ſis a
iuſtitia prorſus.Donec ad ſeptẽ remaneas:quibus tu ſis octauus:iuſtum te eſſe nõ dicimus:ſi
tamen non iſtam iuſtitiam ſicut dicebam præripuit aliquis ante partem Donati: & cum ſuis
ſeptem iuſta aliqua cauſa cõmotus:ſe longe alibi ſeparauit:& a mũdi huius diluuio liberauit
Qđ cũ ignoretis an factum ſit:atq; ita vobis inauditũ:ſicut multis populis chriſtianoꝝ in lõ-
ginquis terris conſtitutorum nomẽ Donati inauditũ eſt:incerti eſtis vbi ſit eccleſia. Ibi enim
erit:vbi primũ forſitã factũ eſt qđ poſtea vos feciſtis:ſi potuit eẽ vlla iuſta cauſa: qua vos a cõ

C munione omnium gentium sepatare possetis. Nos autem ideo certi sumus: neminem se a cō
munione omnium gentium iuste separare potuisse: quia non quisqꝫ nostrū in iustitia sua: sed
in scripturis diuinis quærit ecclesiam: & vt promissa est reddi conspicit. Ipsa est eñ de qua di
citur: Sicut lilium in medio spinarum: ita proxima mea in medio filiarū. Quæ nec spinæ dici Cant.2.
possent: nisi malignitate morum: nec filiæ nisi communione sacramentorum. Ipsa est quæ di-
cit: A finibus terræ ad te clamaui cum anxiaretur cor meum. Quæ in alio psalmo dicit: Tędi Psal.60.
um detinuit me a peccatoribus derelinquētibus legem tuam: & vidi insensatos & tabescebā. Psal.118.
Ipsa est quæ dicit sponso suo: Vbi pascis: vbi cubas in meridie: ne forte fiam sicut operta super Cant.1.
greges sodalium tuorum. Id est qđ alibi dicitur: Dexteram tuam notam fac mihi: & eruditos Psal.89.
corde in sapientia. In quibus luce fulgentibus & charitate feruentibus: qua in meridie requie
scis: ne forte velut operta: id est occulta & ignorata: irruam nō in gregem tuum: sed in greges
sodalium tuorum: id est hæreticorum. Quos ita sodales dicit: sicut spinas illas filias: propter
cōmunionem sacramentorum. De quibus alibi dicitur: Tu vero vnanimis meus & dux me- Psal.54.
us & notus meus: qui simul mecū dulces capiebas cibos: in domo domini ambulauimus cum
consensu: Veniat mors sup illos: & descendāt in infernū viuētes: sicut Dathan & Abiron: im-
piæ separatiōis auctores. Ipsa est cui cōtinuo respōdetur: Nisi cognoueris temet ipsam o pul- Cant.1.
chra inter mulieres: exi tu in vestigiis gregū: & pasce hædos tuos in tabernaculis pastorū. O
responsio dulcissimi sponsi: Nisi cognoueris temet ipsam inquit: Quia vtiqꝫ non potest ciui-
tas abscondi supra montē cōstituta: & ideo nō es operta: vt incurras in greges sodalium tuo-
rū. Ego eñ sum mons paratus in cacumine montiū: ad quem veniēt vniuersæ gentes. Nisi er Matth.5.
go cognoueris temet ipsam nō in verbis calumniosorꝫ: sed in testimoniis librorum meorum.
Nisi cognoueris temet ipsam: quia de te dictum est: Porrige longius funiculos: & palos vali- Esa.54.
dos confirma: etiam atqꝫ etiam in dexteram atqꝫ sinistram extende. Semen enim tuum hære-
ditabit gentes & ciuitates quæ desertæ erant inhabitabis. Non est qđ metuas: prævalebis eñ
nec erubescas ꝙ detestabilis fueris. Confusionem enim in æternum obliuisceris: ignominię vi
duitatis tuæ non eris memor. Ego eñ sum dominus qui facio te: dominus nomen ei. Et q eru
it te: ipse deus Israel vniuersæ terræ vocabitur. Nisi cognoueris temet ipsam o pulchra inter
mulieres: quia de te dictum est: Concupiuit rex speciem tuam: quia de te dictum est: Pro patri Psal.44.
bus tuis nati sunt tibi filii: constitues eos principes super omnem terram. Nisi ergo cognoue-
ris temet ipsam: exi tu: nō ego te eiicio: sed exi tu vt dicatur de te: Ex nobis exierunt: sed non
erant ex nobis. Exi tu in vestigiis gregū: non in vestigiis meis: sed in vestigiis gregū: nec vni-
us gregis: sed gregum diuersorum & errantium. Et pasce hędos tuos: nō sicut Petrus: cui di-
citur: Pasce oues meas: sed pasce hędos tuos in tabernaculis pastorum: non in tabernaculo pa
storis: vbi est vnus grex & vnus pastor. Cognoscit eñ semetipsam: ne hoc ei contingat: qa eis
contingit hoc qui se in illa non cognouerunt. Ipsa est de cuius paucitate dicitur in compara-
tione multorum malorum: quia angusta & arcta via est quæ ducit ad vitam: & pauci sunt q Matth.7.
ambulant in ea. Et rursus ipsa est de cuius multitudine dicitur: Sic erit semē tuum: sicut stel Gen.22.
læ cæli: & sicut arena maris. Idē quippe fideles sancti & boni: & in comparatione plurimorū
malorū pauci sunt: & p se ipsi multi sunt: qa multi filii desertæ: magis q̄ eius q̄ habet virū. Et Gal.4.
multi ab oriēte & occidēte veniēt: & recūbēt cū Abrahā Isaac & Iacob in regno cælorū: Et qa Matth.8.
exhibet sibi deus pplm abundātē æmulatorē bonorū operū. Et multa milia quæ numerare ne
D mo pōt: videnť in Apocalypsi: ex omni tribu & lingua in stolis albis palmisqꝫ victricibus. Ipsa
est quæ aliqñ obscurať: & tanq̄ obnubilať multitudine scandalorꝫ: qñ peccatores intendūt ar- Psal.10.
cū: vt sagittent in obscura luna rectos corde. Sed etiā tunc in suis firmissimis eminet. Et si ali
qua in his verbis diuinis distributio facienda est: fortasse non frustra dictū sit de semine Abra
hæ: sicut stellæ cæli: & sicut arena quæ est ad oram maris: vt in stellis cæli pauciores firmio-
res clarioresqꝫ intelliganť: in arena aūt maritimi littoris: magna multitudo infirmorum atqꝫ
carnalium: Quę aliquando tranquillitate temporis quieta & libera apparet: aliquādo autem
tribulationum & tentationum fluctibus operitur atqꝫ turbatur. Tale tunc erat tempus: de
quo scripsit Hilarius: vnde putasti insidiandum contra testimonia tot diuina: tanq̄ perierit
ecclesia de orbe terrarum. Potes hoc modo dicere: nec tot ecclesias Galatiæ tunc fuisse: quan
do dicebat apostolus: O stulti Galatæ quis vos fascinauit: vt cum spiritu cœperitis: nūc car- Gal.3.
ne consumamini? Sic enim calumniatis docto viro: qui tardicordes & timidos grauiter incre
pabat: quos iterum parturiebat: donec Christus formaretur in eis. Quis enim nescit illo tem

pore:obscuris verbis multos parui sensus fuisse delusos: vt putarēt hoc credi ab Arrianis:qđ
etiam ipsi credebant:alios autē timore cessisse & simulate consensisse : non recte ingredientes
ad veritatem euangelii:quibus tu postea correctis sic quemadmodum notum est:nolles igno
sci?Prorsus non nosti literas dei.Lege enim quid de Petro scripserit Paulus: & quid inde etiā
senserit Cyprianus: & non tibi displiceat ecclesiæ mansuetudo:quę membra Christi dispersa
colligit:non collecta dispergit:q̄q̄ & illi qui tunc firmissimi fuerunt:& verba hæreticorum in
sidiosa intelligere potuerunt:sed pauci quidem sunt in comparatione cæterorum: sed tamen
etiam ipsi quidam pro fide fortiter exulabant:quidam toto orbe latitabāt.Ac sic ecclesia quæ
per omnes gentes crescit:in frumentis dominicis conseruata est:& vsq; in finem donec omni-
no gentes omnes etiam barbaras teneat conseruabitur.Ipsa est igitur ecclesia in bono semine:
qđ seminauit filius hominis:& vsq; ad messem crescere inter zizania prænuntiauit.Ager au-
tem mundus est:messis finis est sęculi.Hilarius ergo decem prouinciarum Asianarum:aut zi
zania non triticum arguebat:aut ipsum etiam triticum qđ defectu quodam periclitabaẗ:quā
to vehementius:tanto vtilius arguendum putabat.Habent enim etiam scripturæ canonicæ E
hunc arguendi morem: vt tanq̄ oīibus dicatur: & ad quosdam verbum perueniat.Qđ eti-
1.Corī.15. am apostolus dicit ad Corinthios:Quomodo dicunt quidam in vobis:quia resurrectio mor-
tuorum non est?Manifestat vtiq; non omnes esse tales:verūtamen & tales non extra:sed in eis
fuisse testatur:a quibus ne illi seducerentur: & qui non ita sentiebant : paulo post monuit di-
Vbi supra. cens:Nolite seduci:Corrumpūt mores bonos:colloquia mala.Sobrii estote:iusti:& nolite pec
cate.Ignorantiam enim dei quidam habent.Ad reuerentiam vobis loquor. Qđ autem dicit:
1.Corī.3. Cum enim sint inter vos æmulatio & contentio:nonne estis carnales:& secundum hominem
ambulatis? tanq̄ omnibus dicit.Et vides q̄ sit graue quod dicit.Proinde nisi in ipsa epistola
1.Corī.1. legeremus:Gratias ago deo meo semper pro vobis in gratia dei quæ data est vobis in Christo
Iesu:quia in omnibus ditati estis in illo in omni verbo & in omni scientia : sicut testimonium
Christi confirmatum est in vobis:ita vt nihil desit vobis in vlla gratia:putaremus oēs Co-
rinthios carnales & animales:non percipientes quæ sunt spiritus dei:contēriosos ; æmulos: se
cūdum hominem ambulantes.Itaq; & totus mundus in maligno positus est:propter zizania
1.Ioan.5. quæ sunt per totum mūdū:& Christus ꝓpitiator est peccatorū nostrorū:nō tantū nostrorum
Matth.24. sed totius mūdi: ꝓpter triticū qđ est per totum mūdum.Refrigescet aūt charitas multorum
ꝓpter scandalorum abūdantiam:quātomagis magisq; glorificato Christi nomine congregen
tur in cōmunionem sacramentorum eius etiam maligni:& perseuerabunt omnino peruersi:
sed tamen tanq̄ palea de area dominica:non nisi vltima ventilatione separandi: nō extinguēt
isti frumenta dominica.In eorum quidem comparatiōe pauca:sed multa per seipsa.Nō extin
Vbi supra. guent electos dei congregandos in fine sæculi:sicut euangelium loquitur:A quatuor ventis
Psal.11. a summis cęlorum vsq; ad terminos eorum.Ipsorum enim vox est:Saluū me fac domine: quo
modo defecit sanctus:Quoniam diminutæ sunt veritates a filiis hominum. De quibus & do
Matth.24. minus dicit inter abundantiam iniquitatis:Qui perseuerauerit vsq; in finem hic saluus erit.
Deniq; non vnum hominem:sed plures in eodem psalmo loqui consequentia docent: vbi dici
Psal.11. tur:Tu domine seruabis nos & custodies nos a generatione hac in æternum. Propter hāc eñ
Lucæ.18. abundantiam iniquitatis:quā dominus futuram esse prædixit:etiam illud positum est:Cum
venerit filius hominis:putas inueniet fidem in terra?Dubitatio eñ cuncta scientis: nostram
in illo dubitationem præfigurauit:quando ecclesia ex multis:de quibus multum sperauit:sæ
pe decepta:q aliter q̄ credebanẗ inuēti sunt: sic perturbaẗ in suis:vt de nullo facile boni aliqđ
velit credere.Ipsos tñ quoq; inuētur⁹ est fidē in terra:p totū agrū cū zizaniis crescere dubita-
re fas nō est.Ipsa est ergo ecclesia q̄ intra sagenā dominicā cū malis piscibus natat:a quib⁹ cor
de semper & moribus separatur atq; discedit:vt exhibeatur viro suo gloriosa:non habens ma
Eph.5. culam neq; rugam.Corporalem autem separationē in littore maris:hoc est in fine sæculi expe
ctat:corrigens quos potest:tolerans quos corrigere nō valet. Non tamē propter eorum quos F
non corrigit iniquitatem:ipsam bonorū deserit vnitatem.Noli ergo frater contra diuina:tā
Dis.9.noli frater. multa:tam clara:tam indubitata testimonia colligere velle calumnias ex episcoporum scri-
ptis:siue nostrorū:sicut Hilarii:siue anteq̄ pars Donati separaretur ipsius vnitatis: sicut Cy
priani & Agrippini.Primo:quia hoc genus literarum ab auctoritate canonis distinguēdum
est.Non enim sic leguntur:tanq̄ ita ex eis testimonium proferatur:vt contra sentire non lice
at:sicubi forte aliter sapuerint q̄ veritas postulat.In eo quippe numero sumus : vt non dedi-

gnemur etiam nobis dictum ab apoſtolo accipere: Et ſi quid aliter ſapitis: id quoq; deus vobis Phil.3.
reuelauit. Verũtamen in id qd᷑ peruenimus in eo ambulemus: in illa via ſcilicet quæ eſt Chri-
ſtus. De qua via ita pſalmus loquit᷑: Deus miſereatur noſtri & benedicat nobis: illuminet vul Pſal.66.
tum ſuum ſuper nos: Vt cognoſcamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus ſalutare tu
G um. Deinde ſi ſancti Cypriani epiſcopi & glorioſi martyris /te delectat auctoritas: quã quidẽ
ſicut dixi a canonica auctoritate diſtinguimus: cur in eo te non delectat: ꝙ vnitatem orbis ter
ræ: atq; omniũ gentium: & diligendo tenuit: & diſputando defendit: ꝙ eos qui ſe tanq̃ iuſtos
ab ea ſeparare voluiſſent: arrogantiſſimos & ſuperbiſſimos iudicauit: irridens eos hoc ſibi aſ-
ſumere: qd᷑ nec apoſtolis conceſſit dominus: vt ante tempus zizania colligerent: aut tanq̃ ipſis
paleam ferre: & aream purgare conceſſum ſit: paleas conatentur a tritico ſeparare; quo vnum
quenq; peccatis alienis maculari non poſſe monſtrauit: quã ſibi omnes impiæ ſeditionis aucto
res ſolam cauſam ſeparationis aſſumũt ꝙ in eo ipſo in quo aliter ſapuit: collegas diuerſa ſen-
tientes: nec iudicandos: nec a iure cõmunionis amouendos eſſe decreuit. Qd᷑ in ea ipſa epiſto
la ad Iubaianum quæ in concilio (cuius auctoritatem ad rebaptizandũ ſequi vos dicitis) pri-
mitus recitata eſt: cum fateatur in præteritum ſic eſſe admiſſos in eccleſia qui fuerant alibi
baptizati: vt denuo non baptizarentur. vnde illos ſine baptiſmo fuiſſe arbitratur. Tantum ta
men ponit vtilitatis & ſalubritatis in pace eccleſiæ: vt ꝓpter illã nõ eos credat ab eccleſiæ mu
neribus ſeparari. Qua in re ſicut ingenium tuum noui: facillime perſpicis totam cauſam ve-
ſtram penitus euerſam & extinctam. Si enim ſacramenta cum peccatoribus communicando
(ſicut putatis) periit eccleſia quæ fuerat in orbe terrarum: Nam vos ideo ſeparaſtis: iam pri-
us tota perierat: cum ſicut dicit Cyprianus: in eam ſine baptiſmo admittebantur: ac ſic nec ip
ſe Cyprianus habebat in qua eccleſia naſceretur: quantomagis multo poſterior veſter auctor
paterq; Donatus! Si autem illo tempore: cum in eam ſine baptiſmo admittebantur: erat tamẽ
eccleſia quæ pareret Cyprianum: pareret & Donatum: manifeſtum eſt non contaminari iu-
ſtos alienis peccatis: quando cum eis ſacramenta communicant. Ac per hanc ſeparationẽ qua
exiſtis ab vnitate: qua excuſatione poſſitis abluere nõ habetis: impleturq; in vobis ſanctę ſcri-
pturæ illud oraculum: Filius malus ipſe ſe iuſtum dicit: exitum autem ſuum non abluit. Me-
ritis autem Cypriani ſic non æquatur: qui propter paria ſacramenta nec ipſos hæreticos au-
det rebaptizare: ſicut non æquatur meritis Petri: quiſquis non cogit gentes iudaizare. Sed il
la Petri non tantum claudicatio: verum etiam correctio in ſcripturis canonicis continetur.
H Cyprianus autem ſenſiſſe aliter de baptiſmo: q̃ forma & conſuetudo habebat eccleſiæ: non in
canonicis: ſed in ſuis & in concilii literis inuenitur. Correxiſſe autem iſtam ſententiam nõ in
uenitur: non incongruenter tamen de tali viro exiſtimãdum eſt ꝙ correxerit: & fortaſſe ſup
preſſum ſit ab eis qui hoc errore nimium delectati ſunt: & tanto velut patrocinio carere no-
luerunt. q̃q̃ non deſint: qui hoc Cyprianum prorſus non ſenſiſſe contendant. Sed ſub eius no
mine a præſumptoribus atq; mendacibus fuiſſe confictum. Neq; enim ſic potuit integritas
atq; notitia literarum: vnius q̃libet illuſtris epiſcopi cuſtodiri: quemadmodum ſcriptura
canonica: tot linguarum literis & ordine ac ſucceſſione celebrationis eccleſiaſticæ cuſtodia-
tur. Contra quã tamen non defuerunt: qui ſub nominibus apoſtolorum multa confingerent.
Fruſtra quidem: quia illa ſic commẽdata: ſic celebrata: ſic nota eſt. Verũ quid poſſit aduerſus
literas: non canonica auctoritate fundatas: etiam hinc demonſtrauit impię conatus audaciæ
ꝙ & aduerſus eas quæ tanta notitiæ mole firmatæ ſunt: ſeſe erigere non prætermiſit. Nos ta
men duas ob res: non negamus illud ſenſiſſe Cyprianum: ꝙ & ſtilus eius habet quandam ꝓ-
priam faciem qua poſſit agnoſci: & ꝙ ibi magis contra vos noſtra cauſa mõſtratur inuictior:
veſtræq; ſeparationis præſumptio: videlicet ne macularemini peccatis alienis: quibus tota fa
cilitate ſubuertitur: cum apparet in literis Cypriani: communicata eſſe cum peccatoribus ſa
cramenta: cum admiſſi ſunt in eccleſiam: qui ſecũdum veſtram /& (ſicut vultis) illius ſenten
tiam: baptiſmum non habebant: & tamen eccleſiam non periſſe: ſed in ſui generis dignitate ꝑ
totum orbem ſparſa dominica frumenta manſiſſe: ac per hoc ſic perturbati tanq̃ ad aliquem
portum: ſic ad auctoritatem Cypriani confugitis: videtis quẽ illic ſcopulũ veſter error offen
dit. Si autem iam nec illuc confugere audetis: ſine vllo luctamine naufragatis. Porro autem
Cyprianus: aut non ſenſit omnino qd᷑ eum ſenſiſſe recitatis: aut hoc poſtea correxit in regula
veritatis: aut hunc quaſi nęuum ſui candidiſſimi pectoris cooperuit vbere charitatis: dũ vni-
tatem eccleſiæ toto orbe creſcentis: & copioſiſſime defendit: & perſeuerãtiſſime tenuit vincu

Petri.4. lum pacis.Scriptum est enim:Charitas cooperit multitudinem peccatorum.Accessit huc etiā
ꝙ tanꝗ sarmentum fructuosissimum si quid in eo fuerat emendandum:purgauit pater falce
4.sent. dis. passionis.Sarmentum autem(ait dominus)qđ in me facit fructum:purgat illud pater meus
6.sunt tamē vt maiorem fructum afferat. Vnde nisi quia hærens in diffusione vitis:radicem non deseruit
vnitatis.Nam etsi traderet corpus suum vt arderet:charitatem autem non haberet: nihil ei
prodesset. Attende adhuc paululum in literas Cypriani:vt aduertas ꝗ inexcusabilem osten- I
derit:qui se voluerit ab vnitate ecclesiæ(quā deus in omnibus gentibus promisit & reddi-
dit)quasi iustitiæ suæ causa separare : magisꝗ intelligas ꝗ sit vera sententia pauloante a me
cōmemorata:Filius malus ipse se iustum dicit:exitum autem suum non abluit.Ponit in qua-
dam epistola sua quā scripsit ad Antonianū:rem quandam satis rei de qua nunc agimus ne-
cessariam:sed melius eius verba inserimus.Antecessores(inqt) nostri quidam episcopi : istic
in prouincia nostra dandam pacem mœchis non putauerunt: sed in totum locum pœniten-
tiæ contra adulteria clauserunt:non tamen ab episcoporum suorum collegio recesserūt:quā-
tum catholicæ ecclesiæ vnitatem:vel duritiæ:vel censuræ suę obstinatione ruperunt:vt quia
apud alios adulteris pax dareť:qui non dabat de ecclesia separaretur:manente concordię vin
culo:& perseuerante ecclesiæ catholicæ indiuiduo sacramēto : actum suum disponebat & di-
rigebat vnusquisꝗ episcopus rationem propositi sui domino redditurus. Quid ad hæc dicis
frater Vincenti?Nempe intueris hunc tantum virum pacificum episcopum & fortissimum
martyrem:nihil vehementius fategisse:ꝗ ne vnitatis vinculum rumperetur. Vides eum par
turientem:non solum vt paruuli in Christo concepti nascantur:verūetiam ne iam nati de si-
nu matris excussi moriātur? Porro autem ipsam rem quā cōtra impios separatores cōmemo
rauit attende:Si adulteris communicabant:qui pœnitentibus adulteris pacem dabant:nun-
quid illi qui hoc non faciebant:collegio maculabantur istorum?Si autem qđ veritas habet:&
qđ ecclesia merito tenet:recte pœnitentibus adulteris pax dabatur:illi qui in totum locū pœ
nitentiæ contra adulteros claudebant:impie vtiꝗ agebant:qui mēbris Christi sanitatem ne-
gabant:& claues ecclesiæ pulsantibus subtrahebant:& misericordissimę patientiæ deiꝗ illos
propterea sinebat viuere:vt pœnitēdo sanarenť sacrificio contriti spiritus & cōtribulati cor-
dis oblato:dura crudelitate cōtradicebant.Nec tñ istos misericordes & pacificos:cū eis Chri
stiana sacramēta cōmunicātes:& eos intra vnitatis retia tolerātes: donec ad litt⁹ pducti sepa
renť : tā immanis eorum error & impietas inquinabat:vt si inquinaret:iā tūc ecclesiam malorum
cōmunione deletā esse:& nec erat quæ pareret ipsum Cyprianum. Si aūt qđ certum est pmā
sisset ecclesia:certū est etiā peccatis alienis in vnitate Christi neminē posse maculari: non ma-
lorum factis consentientem:ne ipsis peccatis communicando pollueretur:sed propter societa
tem bonorum:malos tanꝗ paleas vsꝗ ad vltimam vētilationem in area dominica tolerātem.
Quæ cum ita sint:vbi est pręsumptio sepationis vestræ?Nonne filii mali estis q ipsi vos iustos K
diciris:exitum aūt vestrum nō abluitis?Iam si velim & illa cōmemorare quæ Tychonius ho-
mo cōmunionis vestræ scriptis suis inserit:qui magis contra vos p ecclesia catholica scripsit
frustra se ab Afrorum quasi traditorum cōmunione secernens:quo vno eum Parmenian⁹ suf
focat:quid respōdere poteritis:nisi qđ de vobis idem Tychonius dixit:& ego pauloante teco
lui:qđ volumus sanctum est?Scribit eīn ille Tychonius homo(vt dixi)vestræ cōmunionis a
ducentis & septuaginta episcopis vestris conciliū Carthagini celebratum.In quo cōcilio per
septuaginta & quinꝗ dies postpositis omnibus præteritis:limatam esse setentiam atꝗ decre
tam:vt traditoribus immensi criminis reis:si baptizari nollent:pro integris cōmunicaretur.
Deuterium aūt Macrinēsem episcopū cōmunionis vestrę: dicit traditorum plebē cōgregatā
ecclesiæ miscuisse:& secundum statuta illius concilii a ducentis & septuaginta episcopis ve-
stris facti:fecisse cum traditoribus vnitatē : eiꝗ Deuterio post hoc factū iugiter cōmunicasse
Donatū:Nec solū huic Deuterio sed etiā vniuersis maurorū episcopis p quadraginta annos:
quos dicit vsꝗ ad persecutionem p Macharium factā:traditoribus sine baptismo cōmunicas
se.Sed dicis:Quis mihi est iste Tychonius?Ille est Tychonius quē Parmenianus rescribendo
compescit:& eum deterret ne talia scribat:non tñ refellit ea ipsa quæ scribit:sed vno(sicut su
pra dixi)eum premit:ꝙ cum talia diceret de ecclesia toto orbe diffusa:& ꝙ neminem in eius
vnitate macularent aliena peccata:ab Afrorum se tamen quasi traditorum cōtagione remo-
uebat:& erat in parte Donati.Posset aūt dicere Parmenianus:ista eū oia esse mentitum:Sed si
cut idem Tychonius cōmemorat:adhuc viuebāt multi:p quos hæc certissima & apertissima

esse ostēderent.Sed de his taceo:cōtēde Tychoniū esse mētitū: ad Cyprianū te reuoco: cuius
L mentionē ipse fecisti.Prorsus secūdū scripta Cypriani:si peccatis alienis in vnitate quisq̧ ma
culatur:iam ante Cyprianū periit ecclesia:nec erat vnde existeret ipse Cyprianus.Si aūt hoc sen
tire sacrilegū est:& certū est ecclesiam pmanere:nemo alienis peccatis in eius vnitate macula
tur:frustra filii mali iustos vos esse dicitis:exitū vestrū nō abluitis:nō purgatis.Cur ergo(in
quis)nos quęritis:cur sic suscipitis quos hæreticos dicitis? Vide q̄ facile breuiterq̧ respon de
am.Quærimus vos qa peristis:vt de inuētis gaudeamus:de qbus pditis dolebamus.Hæreti-
cos aūt vos esse dicimus:sed anteq̄ ad pacē catholicā conuertamini: anteq̄ errore quo irretiti
estis exuamini:Cū aūt trāsitis ad nos:prius vtiq̧ relinquitis qđ eratis:ne ad nos hęretici trā
eatis. Baptiza ergo me inqs.Facerē si baptizatus nō esses:aut si Donati vel Rogati: nō Chri-
sti baptismo baptizatus esses.Nō sacramenta christiana faciunt te hæreticū:sed praua dissen
sio.Nō ppter malū qđ pcessit ex te:negandū est bonū qđ remansit in te:qđ malo tuo habes:si
nō ibi habes vnde est bonū qđ habes:Ex catholica eñ ecclesia sunt omnia dominica sacramen 1.q.1.ex ca-
ta:quæ sic habetis & datis:quēadmodum habebantur & dabātur:etiam priusq̄ inde exiretis. tholica.
Non tamen ideo non habetis:quia ibi non estis vnde sunt quæ habetis:Nō in vobis mutamus
in quibus nobiscū estis.In multis enim estis nobiscum.Nam & de talibus dictum est:Quoniā Psal.54.
in multis erant mecū.Sed ea corrigimus in qbus nobiscū nō estis:& ea vos hic accipere volu-
mus:quæ nō habetis illic vbi estis.Nobiscū aūt estis in baptismo:in symbolo:in cæteris domi
nicis sacramentis.In spiritu aūt vnitatis:& vinculo pacis:in ipsa deniq̧ catholica ecclesia:no-
biscū nō estis.Hęc si accipiatis:non tūc aderunt:sed tunc pderunt quæ habetis.Non ergo si-
cut putatis suscipimus vestros:sed suscipiendo efficimus nostros:q recedūt a vobis: vt susci-
piant a nobis.Et vt incipiāt esse nostri:prius desinūt esse vestri. Nec nobis cōiūgi cōpellimus
M (operarios quidē erroris detestamur)sed ideo nobis illos homines cōiungi volumus: ne hoc
sint qđ detestamur.Sed baptizauit(inqs) post Ioannē Paulus apostolus. Nūqd post hæreticū?
Aut si forte audes illū amicum sponsi hæreticū dicere:& in vnitate ecclesiæ nō fuisse: volo &
hoc scribas.Si aūt hoc demētissimū est:vel sentire:vel dicere:iam tuæ prudētię est cōsyderare
quare post Ioannē Paulus apostolus baptizauerit. Si eñ post ęqualem:oēs post vos baptizare
debetis.Si post maiorem:debes & tu post Rogatum.Si post minorem:debuit post te Rogatus
cum presbyter baptizasses.Si autem baptismus:qui nunc datur:ideo pariter valet in eis qui-
bus datur:q̄uis sint imparis meriti per quos datur: quia Christi est non eorum a quibus mini
stratur:puto q̧ iam intelligas:ideo Paulum dedisse quibusdam baptismum Christi:quia Ioan
nis baptismo fuerant baptizati:non Christi.Ioannis quippe baptismus ille dictus est:sicut mul-
tis locis diuina scriptura testatur:qđ & ipse dominus dicit:Baptismus Ioannis vnde erat: de Matth.21.
cælo an ex hominibus? Baptismus autem quem dedit Petrus: non erat Petri sed Christi:&
quem dedit Paulus non erat Pauli sed Christi: & quem dederunt qui tempore apostolorum
non caste:sed per inuidiam Christum annūtiabant:non erat eorum sed Christi: Et quem de-
derunt qui tempore Cypriani fundos insidiosis fraudibus rapiebant:vsuris multiplicātibus
foenus augebant:non erat eorum sed Christi.Et quia Christi erat:ideo q̄uis non per æquales
daretur eis:tamen quibus dabatur æqualiter proderat. Nam si tanto melius quisq̧ baptiza-
tur:quanto a meliore fuerit baptizatus:non recte gratias agit apostolus:q̧ neminem Corin-
thiorum baptizauerit:nisi Crispum & Caium:& Stephanę domum. Tanto enim melius ba- 1.Cor.1.
ptizarentur:quanto erat Paulus melior:si ab ipso baptizarentur.Deniq̧ cum dicit:Ego plan 1.Cor.3.
taui:Apollo rigauit:videtur significare se euangelizasse: illum baptizasse. Nunquid melior
Apollo:q̄ Ioannes?Cur ergo post istum non baptizauit: qui post Ioannem baptizauerat: nisi
quia iste baptismus per quemlibet datus:Christi erat: ille autem per quemlibet datus: q̄uis
N Christo viam præpararet:tamen Ioannis erat?Inuidiose dici videtur:post Ioannem baptiza-
tum est: & post hæreticos non baptizatur. Sed potest & hoc inuidiose dici: post Ioan-
nem baptizatum est: & post ebriosos non baptizatur. Melius enim hoc vitium comme-
moro: qđ nec occultare possunt in quibus regnat: & q̄multi vbiq̧ sint: quis vel cæcus
ignorat?Et tamen inter opera carnis:quę qui agunt:regnum dei non possidebunt:etiam hoc
ponit apostolus:vbi etiam hæreses enumerat.Manifesta autem inquit sunt opera carnis:quę Gal.5.
sunt fornicationes/immunditiæ/luxuria/idolorum seruitus/veneficia/ inimicitiæ/conten-
tiones/æmulationes/animositates/ dissensiones/hæreses/inuidiæ/ebrietates/comessationes/
& his similia:quæ prædico vobis:sicut prædixi:quoniam qui talia agunt:regnum dei nō pos

ſidebunt.Hac ergo ratione q̄uis baptizatum ſit poſt Ioannem:nō baptizatur poſt hæreticum
qua ratione q̄uis baptizatū ſit poſt Ioannē:nō baptizat̃ poſt ebrioſum:qm̃ & hæreſes & ebrie
tates in eis operibus ſunt:quæ opera qui agunt:regnū dei non poſſidebunt.Nonne tibi videt̃
quaſi intolerabiliter indignum : vt cum baptizatū fuerit poſt eum qui non ſobrie vinum bi
bens : ſed vinum omnino non bibens:regno dei viam parauit:non baptizetur poſt ebrioſum:
qui regnum dei non poſſidebit ? Quid hic reſpondetur : niſi quia ille baptiſmus erat
Ioannis:poſt quem Chriſti baptiſmo baptizauit apoſtolus:Iſte autem baptiſmus Chriſti eſt:
quo baptizauit ebrioſus?Inter Ioannem & ebrioſum:a cōtrario multum intereſt.Inter baptiſ
mum Chriſti & baptiſmū Ioannis:non a contrario:ſed tamen multum intereſt. Inter apoſto-
lum & ebrioſum multum intereſt:Inter baptiſmum Chriſti quem dedit apoſtolus: & baptiſ-
mum Chriſti quem dedit ebrioſus:nihil intereſt.Sic inter Ioannem & hęreticum:a contrario
multum intereſt:& inter baptiſmum Ioannis:& inter baptiſmum Chriſti: quem dat hæreti-
cus:non a contrario:ſed multum intereſt.Inter baptiſmū autē Chriſti quē dedit apoſtolus:&
baptiſmū Chriſti quē dat hæreticus:nihil intereſt.Agnoſcit̃ em̃ ſacramētorꝝ ſpecies æqualis:
etiā cū magna differentia eſt in hominum meritis.Sed da veniā:erraui: qm̃ te volui de ebrio- O
ſo baptizāte cōuincere:exciderat mihi cū Rogatiſta me habere: nō cū q̄licūq; Donatiſta. Po-
tes em̃ tu in tā paucis collegis tuis:& in om̄ibus clericis veſtris:nullū inuenire forſitā ebrio-
ſum. Vos em̃ eſtis q̄ nō ex totius orbis cōmunione:ſed ex obſeruatiōe p̄ceptorꝝ oīm diuinorū
atq; oīm ſacramētorꝝ:tenetis catholicā fidē.In qb⁹ eā ſolis inuētur⁹ eſt:cū venerit filius hoīs:
qm̃ nō inueniet fidē in terra:qa nec terra eſtis:nec in terra:ſed cæleſtes in cęlo habitatis:nec ti
Iacobi.4. metis:nec attēditis:qa deus ſupbis reſiſtit:humilibus aūt dat gratiā.Nec vos euāgelii loc⁹ ip
Lucę.18. ſe cōpūgit vbi dn̄s ait:Cū venerit filius hoīs:putas inueniet fidē in terra?Cōtinuo quippe tan
q̄ p̄ſciens nōnullos ſibi ſuperbe arrogaturos hāc fidē:dixit ad quoſdam qui ſibi iuſti videban-
Lucæ.18. tur:& ſpernebāt cæteros:ſimilitudinē hāc.Duo qdā aſcenderūt in tēplū orare:vnus phariſſæ
us & alter publicanus:& cętera.Iā tibi q̄ ſequunt̃ ipſe reſpōde.Inſpice tn̄ diligētius ipſos pau
cos veſtros:verū nullus illic baptizet ebrioſos. Tā em̃ late vaſtat hæc peſtilētia aīas:& tāta li-
bertate dominatur:vt multū mirer:ſi non etiam veſtrum gregiculum penetrauit : q̄uis ante
ipſum aduētum filii hoīs:vnius boni paſtoris iam vos oues a b hœdis ſeparaſſe iactetis. Audi
ſane per me vocem dominicorum frumentorum:in area dominica vſq; ad vltimam ventila-
tionem inter paleam laborantiū:per totum ſcilicet mundum:qua deus vocauit terram a ſo-
lis ortu vſq; ad occaſum:vbi etiam pueri laudant dominum: quicunq; vos ex occaſione legis
23.q.7.ca.q- huius imperialis:non dilectione corrigendi:ſed inimicandi odio perſequitur: diſplicet nobis.
cunq;. Et q̄uis res quæq; terrena : recte a quoq̄ poſſideri non poſſit : niſi vel iure diuino : quo P
cuncta iuſtorum ſunt:vel iure humano:quod in poteſtate regum eſt terræ:ideoq; res veſtras
falſo appellatis:quas nec iuſti poſſidetis:& ſecundū leges regū terrenorum amittere iuſſi eſtis
fruſtraq; dicatis:nos eis congregandis laborauimus:cum ſcriptum legatis:Labores impiorū
iuſti edent.Sed tamē quiſquis ex occaſione huius legis:quā reges terræ Chriſto ſeruiētes/ad
emendandam veſtrā impietatē p̄mulgauerunt:res p̄prias veſtras cupide appetit:diſplicet no
bis.Quiſquis deniq; ipſas res pauperum:vel baſilicas congregationum:quas ſub nomine ec-
cleſiæ tenebatis(quæ omnino non debentur niſi ei eccleſiæ:quæ vera Chriſti eccleſia eſt)non
24.q.1.q̄ſqs. per iuſtitiam:ſed per auaritiam tenet:diſplicet nobis.Quiſquis pro aliquo flagitio vel facino
re:proiectum a vobis ita ſuſcipit:ſicut ſuſcipiuntur qui(excepto errore quo a nobis ſeparami
ni)ſine crimine apud nos vixerunt:diſplicet nobis.Sed nec facile iſta mōſtratis: et ſi monſtre
tis:nōnullos toleramus quos corrigere vel punire non poſſumus:neq; propter paleam relin-
quimus aream domini:neq; propter piſces malos rumpimus retia domini : neq; propter hœ
dos in fine ſegregandos:deſerimus gregem domini:neq; p̄pter vaſa facta in contumeliam:mi
gramus de domo domini. Tu autem frater:quantum mihi videtur:ſi vanam gloriam homi- Q
num non attendas:& inſenſatorum contemnas opprobrium:qui dicturi ſunt: quare modo ſi
ne dubio tranſies ad eccleſiam:quā veram ſentire te intelligo:nec huius ſententiæ tuæ teſti-
monia longe peto. Tu quippe in eiuſdem tuæ epiſtolæ principio:cui nunc reſpondeo:hæc ver
ba poſuiſti:Cum optime inquis nouerim te:longe adhuc a fide chriſtiana ſepoſitum : & ſtu-
diis olim deditum literarum:quietis & honeſtatis fuiſſe cultorem: cumq; poſtea cōuerſus ad
chriſtianam fidem(vt ex multorum relatione cognoui)diſputationibus legalibus operā da-
res:Certe ſi tu ad me illam epiſtolā miſiſti:hæc verba tua ſunt.Cum ergo fatearis me cōuer-

sum ad Christianam fidem:cũ nec ego ad Donatistas:nec ad Rogatistas cõuersus sim: sine vlla dubitatione confirmas: & præter Rogatistas:& præter Donatistas esse christianã fidẽ.Hęc ergo fides(sicut diximus)in omnibus gentib⁹ dilatať: q̃ secundũ dei testimonium in semine Abrahæ benedicunť.Quid igitur adhuc dubitas tenere qđ sentis:nisi quia id quod nõ sentis vel aliquãdo sensisse:vel aliud defendisse confunderis:& dum erubescis corrigere errorẽ:non erubescis permanere in errore:quod vtiq̧ potius erubescendũ fuit?Hoc est illud qđ scriptura non tacuit.Est confusio adducens peccatum:& est confusio adducens gratiam & gloriã.Cõfusio adducit peccatum:cum erubescit quisq̧ prauam mutare sententiam:ne aut inconstans putetur:aut diu errasse seipso iudice teneatur.Ita descendũt in infernum viuentes: id est suã perditionem sentientes:quos Dathan & Abiron & Chore hiatu terræ absorpti,tanto ante futuros figurauerũt.Cõfusio aũt adducit gratiam & gloriam:cum erubescit quisq̧ de propria iniquitate:& poenitendo in melius commutať:quod te facere piget illa perniciosa confusione superatũ:ne tibi ab hominibus nescientibus quid loquãtur:obiiciať illa aplica sentẽtia. Si enĩ q̃ destruxi:hęc eadẽ iterũ ędifico:preuaricatorẽ me ipsum constituo.Quæ si dici posset etiam in eos q veritatẽ correcti prędicant:quã peruersi oppugnabant:in ipm Paulũ primitus diceretur:in quo ecclesiæ Christi magnificabant deum:audientes q̧ euãgelizaret fidem: quã aliqñ vastabat.Nec quẽq̃ putes ab errore ad veritatem:vel a quocunq̧ seu magno seu paruo peccato:ad correctionẽ sine poenitentia posse transire.Sed nimis impudens error est: hinc velle calũniari ecclesiæ:quã tot diuinis testimoniis constat esse ecclesiam Christi:q̧ aliter tractat illos q eam deserunt:si hoc ipm poenitendo corrigant:aliter illos q in ea nondũ fuerũt: & tũc primũ eius pacem accipiunt:illos amplius humiliando:istos lenius suscipiendo: vtrosq̧ diligendo: vtrisq̧ sanandis materna charitate seruiendo.Habes epistolam prolixiorem fortasse q̃ velles: Esset aũt multo breuior: si te tantum in respondendo cogitarem.Nũcvero si tibi nihil profit: non puto nihil eis ꝓfuturã:qui eam legere cum dei timore:& sine personarum acceptione curauerint.Amen.

Ecclesia. 4.
Psal.54.
Numeri.16
Gala.2.
De poeni. dist .1. nemi nem.


Sancti Augustini ad Deogratias presbyterũ:sex quæstionib⁹ab illo ꝓpositis se responsurũ pollicentis. Epistola.XLIX.

2.Retra.capite.31.

R 

Yncerissimo fratri & cõpresbytero Deogratias: Augustin⁹ in dño salutem Quęstiones tibi propositas mihi delegare maluisti:non vt opinor pigritia: sed q̧ ea quoq̧ ipsa quæ nosti:libentius per nos audis: dũ nos nimis diligis. At ego propterea malebã a te illas aperiri:q̧ ille ipe amicus:qui eas ꝓposuit:quantũ ex hoc cõiici datur:q̧ mihi ad quasdam epistolas non rescripsit: quasi nos verecundať seq. Viderit quã ob causam: hoc tamen suspicor:nec suspicio mea vel maliuola est vel absurda:cum & optime noueris quantum eũ diligã:quãtoq̧ mihi dolori sit:q̧ nõdum christian⁹ sit:& vtiq̧ nõ inconueniẽter arbitror eũ quẽ video mihi rescribere noluisse:nihil sibi a me scribi voluisse.Proinde obsecro te:vt quẽadmodũ ego tibi parui:atq̧ inter meas arctissimas occupationes tuã sanctam mihiq̧ charissimã voluntatem offendere timui:si non facerem qđ petisti:ita tu quoq̧ facias quod peto. Hoc est aũt:vt breuiter quemadmodũ a te sicut mihi indicasti:postulauit:ad oĩa illi respõdere nõ graueris:qđ & ante facere potuisti.Scies enĩ cum legeris:nihil pene a me dictum:qđ ipse non noueras:aut quod me tacente nosse non poteras.Sed hoc opus meum rogo habeas cũ cęteris: quorũ studio scis cõuenire.Tum vero illud qđ flagito habeat ipe cui hoc potissimum cõgruit:& cęteri quos nõ parũ ista delectant:quẽadmodũ dici possunt abs te:inter quos & ipe sum. Viuas semper in Christo nostri memor.

Primæ quæstionis solutio: Vtrũ Christi an Lazari resurrectio cõueniat ꝓmissæ futurę resurrectioni.

S 

Ouet quosdã & requirunt de duabus resurrectiõib⁹:q̃ cõueniat ꝓmissæ resurrectioni:Vtrumnam Christi an Lazari?Si Christi inquiunt: quomodo potest hæc conuenire resurrectioni natorum ex semine eius:qui nulla seminis condiu ione natus est?Si aũt Lazari resurrectio cõuenire asseritur:nec hęc quidẽ cõgruere videť.Siquidẽ Lazari resurrectio facta sit de corpore nondũ tabescente:de eo corpe quo Lazarus dicebať:nſa autẽ multis seculis post,ex confuso eruetur.Deinde si post resurrectionem status beatus futurus est: nulla corporis iniuria:nulla necessitate famis:quid sibi vult cibatum Christum fuisse:& vulnera monstrauisse?Sed si propter incredulum fecit:finxit.Si autem verum ostendit: ergo in re-

surrectione accepta futura sunt vulnera. Quib⁹ respõderur: ideo non Lazari resurrectionem: sed potius Christi cõgruere pmissæ resurrectioni: qa Lazarus ita resurrexit: vt iterũ moreretr.
Roma.6. Christus aũt (sicut de illo scriptũ est) surgẽs a mortuis iã nõ morit: & mors illi vltra nõ dñabitur. Q̃d etiã pmissum est resurrecturis in fine seculi: & cũ illo regnaturis in æternũ. Sic aũt nõ ptinet ad resurrectionẽ: differẽtia natiuitatis Christi & nfæ: q̃ ille sine virili semine: nos aũt nõ sine viro & fœmina creati sumus: sicut etiã nõ pertinet ad ipsius mortis differẽtiã. Non eñ ppterea illius nõ vera mors fuit: quia sine virili semine nat⁹ est: sicut nec ipsius primi hoĩs / aliter exorta caro q̃ nfa: quãdoquidẽ ille sine parentibus de terra creatus est: nos vero ex parẽtibus: aliqd attulit ad differentiã mortis: vt aliter ille moreretur: aliter nos. Sicut aũt ad mortis: sic nec ad resurrectionis differentiã: valet diuersa natiuitas. Sed si nec hoc qd scriptũ est de primo hoĩe: similiter infideles hoĩes volũt credere: querãt vel animaduertant: si vel hoc possunt: q̃ multorũ animaliũ genera sine parentibus ex terra pcreenr: q̃ tñ coeũdo pariãt etiã ipsa sui similes: nec ppter diuersitatẽ natiuitatis interfit aliqd ad naturã eorũ: q̃ pcreata sũt ex terra: & eorũ q̃ illis coeuntib⁹ orta sunt. Siliter eñ viuunt: similiterq̃ moriunt: q̃uis dissimiliter nata sint. Ita nõ est absurdũ: vt similiter resurgant corpa: q̃ dissimiliter orta sunt. Huiusmodi aũt hoĩes non valentes intueri: ad quã rẽ intersit aliqd diuersum: & ad quã nõ intersit: vbi aduerterint aliquã distantiã primordiorũ: etiã omnia cõsequẽtia distare oportere contendunt. Possunt tales putare oleum ex adipibus non debere natare super aquam: sicut illud qd ex oliua est: qm longe est vtriusq̃ origo dissimilis: quãdo illud ex ligno: hoc ex carne pfluxerit.
Quantũ aũt attinet ad illã differentiã: q̃ Christi corpus / nõ dissolutũ tabe atq̃ putredine: die tertio resurrexit: nostra vero post longum tempus: ex quo soluta discesserant confusione / reparabuntur: humanæ facultati vtrũq̃ impossibile est: diuinæ autem potestati vtrunq̃ facillimum. Vt enim radius oculi nostri: non citius peruenit ad propinquiora: q̃ ad longinquiora: T
1.Cor.15. sed vtraq̃ interualla / parili celeritate contingit: ita cũ in ictu oculi (sicut apostolus dicit) sit resurrectio mortuorũ: omnipotentiæ dei & ineffabili nutui tam facile est quæq̃ recẽtia: q̃ diuturno tempore dilapsa cadauera suscitare. Incredibilia sunt hæc quibusdam: quia inexperta: cum omnis natura rerum: tam sit plena miraculis: vt non quasi facili peruestigatione rationis: sed videndi consuetudine: mira non sint: atq̃ neq̃ ob hoc: nec considerationẽ: nec inquisitione digna videantur. Nam ego & mecum quicunq̃ inuisibilia dei per ea quæ facta sunt intelligere moliuntur: aut non minus aut amplius admiramur: in vno seminis tã paruulo grano: omnia quæ laudamus in arbore tanq̃ liciata latuisse: q̃ mundi huius tam ingentem sinum quæ de corporibus humanis dum dilabuntur / assumit: resurrectioni futuræ tota & integra redditurum. Quomodo aũt contrariũ est: & Christũ post resurrectionẽ cibatũ: & in resurrectione q̃ pmittit ciborũ indigentiã nõ futurã: cũ & angelos legam⁹ eiusdẽ modi escas eodẽq̃ modo sumpsisse: non ficto & inani phãtasmate: sed manifestissima veritate: nec tñ necessitate: sed potestate? Aliter eñ absorbet terra aquam sitiens: aliter solis radius candens. Illa indigentia: iste potẽtia. Futuræ ergo resurrectiõis corpus: imperfectæ felicitatis erit: si cibos sumere nõ poterit: imperfectæ felicitatis: si cibos eguerit. Possem hic de commutationibus corporalium qualitatum: & de præpotenti valentia in inferiora corpora corporum superiorum latius disputare: Sed breuiter mihi respondere propositum est: & talib⁹ ingeniis hoc scribitur: quæ admonere sufficerit. Sciat sane qui has proposuit quæstiones: Christum post resurrectionem cicatrices non vulnera demonstrasse dubitantibus: propter quos etiam cibum ac potum sumere voluit: non semel sed sæpius: ne illud non corpus: sed spiritum esse arbitrarentur: & sibi non solide: sed imaginaliter apparere. Tunc autem illæ falsæ cicatrices fuissent: si nulla vulnera præcessissent: & tamen nec ipsæ essent: si eas esse noluisset. Voluit autem certæ dispensationis gratia: vt eis quos ædificabat in fide non ficta: non aliud pro alio: sed hoc quod crucifixum viderant: resurrexisse monstraret. Quid est ergo quod dicitur: Si propter incredulum fecit: finxit? Quasi vero si quisq̃ vir fortis pro patria dimicans multa aduersa vulnera exciperet: & peritissimo medico: qui hæc ita curare valeret: vt cicatrices nullæ apparerent: ipse potius diceret: sic se velle sanari: vt magis essent in corpore suo vestigia vulnerũ tanq̃ tituli gloriarum: Ideo ille medicus cicatrices finxisse diceretur: quia cum per artem efficere potuerit vt non essent: certa existente causa per artem effecit poti⁹ vt essent: q̃ vno solo modo (sicut superius dixi) falsæ conuincerentur: si nulla vulnera sanarentur.

Secundæ quæstionis solutio. Cum solus Christus sit via veritas & vita: quid ante eius ad
uentum egerint tot sæculorum homines.

ITem alia ꝓposuerunt q̃ dicerent de Porphyrio cõtra christianos: tanq̃ validiora de-
X creta. Si Christus se inquiunt salutis viam dicit: gratiã & veritatẽ: in seq; solo ponit
animis sibi credentibus reditũ: quid egerũt tot sæculorũ hoĩes ante Christũ? Vt di-
mittã inquit tempora ante Latiũ regnatũ: ab ipo Latio quasi principium humani nominis su
mam⁹. In ipo Latio añ Albã dii culti sunt: in Alba æq religiões ritusq; valuere templorũ. Nõ
paucioribus sęculis ipa Roma: longo sęculorum tractu: sine christiana lege fuit. Quid inquit
actũ de tam innumeris animis: qui omnino in culpa nulla sunt: siquidẽ is cui credi posset: nõ-
dum aduentũ suũ hominibus cõmodarat? Orbis quoq; cũ ipa Roma in ritibus templorũ ca-
luit. Quare inquit saluator qui dictus est / sese tot sęculis subduxit? Sed ne inquit dicant: lege
iudaica hoĩm vetere curatũ genus: longo post tempore lex iudęorum apparuit ac viguit an-
gusta Syrię regione: postea vero prorepsit etiam in fines Italos: sed post cæsarem Caium: aut
certe ipso imperante. Quid igitur actum de Romanis animis vel latinis: quæ gratia nõdum
Y aduenientis Christi viduatæ sunt: vsq; in Cæsarum tempus? Huic propositioni respondetur
vt primo ipsi dicant: vtrum profuerint hominibus deorum suorum sacra: quæ constat certis
temporibus instituta. Quæ si negãt aliquid profuisse ad animarũ salutẽ: nobiscum ea destru-
unt: & esse inania cõfitentur. Nos quidẽ etiã perniciosa monstramus: sed paruũ non est vt ipi
interim prius inania fateãtur. Si vero ea defendunt: & sapienter atq; vtiliter asserunt institu
ta: quæro quid actum sit de his qui anteq̃ hæc instituta essent morte obierũt. hac eñ vtiq; sa-
lute atq; vtilitate fraudati sunt. Si aũt potuerunt alio modo purgari: cur non idem modus p
seuerauit in posteros? Quid opus erat instituere nouitias consecrationes: quæ antiquitus nõ
fuerunt? Hic si dicunt deos quidem ipsos semper fuisse: & ad liberandos cultores suos pariter
vbiq; valuisse: sed pro varietate rerum temporalium ac terrenarum: quæ scirent certis tẽpo-
ribus locisq; congruere: in his alias atq; alias: alibi atq; alibi: aliter atq; aliter sibi voluisse ser-
uiri; cur hanc quæstionem christianæ religioni ingerũt: in qua nobis ipsi pro diis suis aut re-
spondere non possunt: aut si possunt in eo ipso sibi etiam pro nostra religione respondeant ita:
Nihil interesse pro diuersa temporum locorumq; congruẽtia: q̃ diuersis sacramẽtis colatur:
si quod colitur sanctum est: Sicut nihil interest pro diuersa linguarum auditorumq; congru
entia: q̃ diuersis sonis dicatur: si quod dicitur verum est: dum hoc sane intersit: ꝙ linguæ so-
nis quibus inter se sua sensa communicent: etiam homines pacto quodam societatis sibi in-
stituere possunt. Quibus autem sacris diuinitati congruerent: voluntatem dei secuti sunt: q
recte sapuerunt. Quæ omnino nũq̃ defuit ad salutem iustitiæ pietatisq; mortalium: & siqua
in aliis atq; aliis populis vna eademq; religione societatis varie celebrantur: quatenꝰ fiat plu-
rimum refert: quo & humana exhortetur vel coleretur infirmitas: & diuina non oppugnetur
auctoritas. Q̃obrem cum Christum dicamus verbum dei: per quod facta sunt omnia: & ideo
Z filium: quia verbum: nec verbum dictum atq; trãsactum: sed apud incommutabilem patrem
incommutabile ipsum atq; incommutabiliter manens: sub cuius regimine vniuersa creatu-
ra spiritalis & corporalis / pro congruentia temporum locorumq; administratur: cuius mode
randæ & gubernandæ: quid: quando: & vbi: circa eam fieri oporteat: sapientia & scientia: pe-
nes ipsum est: Profecto & anteq̃ propagaret hebræorum gentem: per quam sui aduentus ma-
nifestationem congruis sacramentis pręfiguraret: & ipsis temporibus israelitici regni: & de-
inde cum se in carne de virgine accepta mortalibus mortaliter monstrauit; & deinceps vsq;
nunc: cum implet omnia quæ per prophetas ante prædixit: & abhinc vsq; in finem sęculi: quo
sanctos ab ipiis direpturus est: & sua cuiq; retributurus: idẽ ipe est filius dei: patri coęternus
& incommutabilis sapientia: per quã creata est vniuersa natura: & cuius participatione om-
nis rationalis anima fit beata. Itaq; ab exordio generis humani: quicunq; in eum crediderunt
eumq; vtcunq; intellexerunt: & secundum eius præcepta pie & iuste vixerunt; quandolibet
& vbilibet fuerint: per eum proculdubio salui facti sunt. Sicut enim nos in eum credimus: &
apud patrem manentem: & qui in carne iam venerit: sic credebãt in eum antiqui: & apud pa-
trem manentem: & in carne venturum. Nec quia pro temporum varietate nũc factum annũ
tiatur: quod tunc futurum prænuntiabatur: ideo fides ipsa variata: vel salus ipsa diuersa est.
Nec quia vna eademq; res: aliis atq; aliis sacris & sacramentis vel prædicatur aut propheta-
tur: ideo alias atq; alias res vel alias atq; alias salutes oportet intelligi. Quid autem quando

fiat quod ad vnam eãdemq; fidelium & piorum liberationem pertineat: consilium deo tribua mus: nobis obedientiã teneamus. Proinde aliis tũc noĩbus & signis: aliis aũt nũc: & prius oc cultius: postea manifestius: & prius a paucioribus: & postea a pluribus: vna tñ eadẽq; religio ve ra significat & obseruatur. Nec nos eis obiicimus: q aliter Numa Põpilius: deos colendos Ro manis instituit: atq; aliter ab eis vel italis antea colebant. Nec q Pythagoreis temporibus illa philosophia celebrata est: q̃ antea vel omnino non erat: vel in paucissimis eadẽ sentientibus: nõ tamẽ eodẽ ritu viuentibus: fortasse latitabat. Sed vtrũ illi dii veri aut colendi sint: & vtrum illa philosophia animarũ saluti aliquid prosit: hoc cũ eis agimus: hoc in quęstionẽ vocamus: hoc disputando cõuellimus. Desinant igit obiicere nobis: qd omni secte: & omni nomini religiõis obiici potest. Cũ eñ nõ fortuito labi: sed diuina puidẽtia tpa ordinari fateant: quid cuiq; tem pori aptum & opportunũ sit: humanũ consiliũ ptergredit: & illinc dispertit: vñ ipsa puidẽtia rebus consulit. Si enim dixerint propterea nõ semp nec vbiq; fuisse pythagoricã disciplinam: quia Pythagoras homo fuit: neq; hoc in potestate habere potuit: Nunqd hoc etiã dicere pos sunt: eo ipso tpe quãdo fuit: & in his terrarũ locis vbi illa philosophia viguit: oẽs q eum audi re potuerunt: etiam credere sectariq; eum voluisse! Ac per hoc magis si tãtæ potestatis fuisset Pythagoras: & vbi vellet: & quãdo vellet: sua dogmata prædicaret; et si haberet etiã cũ ea po testate summam rerum præscientiam: nusq̃ & nunq̃ appareret: nisi vbi & quando sibi homies credituros esse prænosceret. Proinde cum Christo nõ obiiciant: q eius doctrinã nõ omnes se quuntur: Sentiũt enim & ipsi: nequaq̃ hoc recte obiici posse: vel philosophorum sapientię vel etiã numini deorum suorum: Quid respondebunt: si excepta illa altitudine sapientiæ & scien tiæ dei: vbi fortassis aliud diuinum consilium longe secretius latet: sine prǽiudicio etiam alia rum forte causarum: quæ a prudentibus inuestigari queunt: hoc solum eis breuitatis gratia in huius quæstionis disputatione dicamus: tũc voluisse hominibus apparere Christũ: & apd eos prædicari doctrinã suam: quando sciebat & vbi sciebat esse qui in eum fuerant crediturI! His enim temporibus & his locis: quibus euangelium eius non est prędicatum: tales omnes in eius prędicatione futuros esse præsciebat: quales non quidem omnes: sed tamẽ multi in eius corporali præsentia fuerunt: qui in eum nec suscitatis ab eo mortuis credere voluerunt. qua les etiam nunc multos videmus: cum tanta manifestatione de illo compleantur pręconia pro phetarum: nolle adhuc credere: & malle humana astutia resistere: q̃ tam præclaræ atq; per spi cuæ tamq; sublimi & sublimiter diffamatæ diuinæ credere auctoritati. Q̃diu paruus & in firmus est intellectus hominis: diuinæ debet credere veritati. Quid ergo mirum si tam infide libus plenum orbem terrarũ Christus prioribus seculis nouerat: vt eis apparere: vel prędica ri merito nollet: quos nec verbis nec miraculis suis credituros esse præsciebat! Neq; enim in credibile est tales fuisse tunc omnes: quales ab eius aduentu vsq; ad hoc tempus: tam multos fuisse & esse miramur: & tamen ab initio generis humani: alias occultius: alias euidentius: si cut congruere temporibus diuinitus visum est: nec prophetari destitit: nec qui in eum crede rent defuerunt: ab Adam vsq; ad Moysen: & in ipso populo israel: qui speciali quodam myste rio gens prophetica fuit: & in aliis gentibus anteq̃ venisset in carne. Cum enim nonnulli com memorant in sanctis hebraicis libris: iam ex tempore Abrahę: nec de stirpe carnis eius: nec ex populo israel: nec ex aduenticia societate in populo israel: qui tamen huius sacramenti parti cipes fuerunt: cur non credamus etiam in cæteris hac atq; illac gentibus: alias alios fuisse: q̃uis eos commemoratos in eisdem auctoritatibus non legamus! Ita salus religionis huius: p quam solam veram salus vera veraciterq; promittitur: nulli vnq̃ defuit qui dign9 fuit: & cui

a. Retra. 31. defuit dignus non fuit. Et ab exordio ppagationis humanæ: vsq; in finem: quibusdam ad pręmium: quibusdam ad iudicium prędicatur. Ac per hoc & quibus omnino annuntiata nõ est: non credituri pręsciebantur: & quibus non credituris tamen annũciata est: in illorum exem plo demonstrantur. Quibus autem credituris annũtiatur: hi regno cælorũ & sanctorũ ange lorum societate præparantur.

Tertiæ quęstionis solutio: Quare fides catholica reprehendat ritus sacrorũ: hostias: thura: & cætera q̃ templorum cultus exercuit: cum idem cultus a deo videatur primitus exorsus & institutus.

IAm videamus eã q̃ sequit quęstionẽ. Accusãt inqt ritus sacrorũ: hostias: thura: & cæ tera q̃ tẽplorũ cultus exercuit: cũ idẽ cult9 ab ipis inqt vel a deo quẽ colũt exorsus est tẽporibus priscis: cũ inducit de9 primit9 eguisse. Huic respõdet: qm ex illa scriptura A

rũ nostrarũ loco hęc quęstio ꝓposita agnoscit̃:vbi scriptũ est:Cain ex fructibꝰ terræ: Abel aũt Gẽ.4.
ex primitiuis ouiũ obtulisse munus deo.Hinc potius esse intelligendũ q̃ sit res antiqua sacri
ficiũ:qđ nõ nisi vni deo vero offerri oportere:veraces & sacræ lr̃æ monẽt:nõ ꝙ illo egeat deꝰ:
cũ in eisdẽ ipis lr̃is apertissime sit scriptũ:Dixi dño:deus meus es tu:qm̃ bonorũ meorum non Psal.15.
eges:Sed ꝙ etiã in his:vel acceptãdis vel reprobandis vel ꝑcipiendis:nõ nisi hoibus consulat.
Nobis em̃ ꝓdest colere deũ:nõ ipsi deo.Cũ ergo inspirat & docet quõ colẽdus sit:non solũ sua
nulla indigẽtia facit:sed nr̃a maxima vtilitate.Significatiua sũt aũt oĩa talia sacrificia: & qua
rundã rerũ similitudines:quibꝰ admoneri nos oportet ađ ea ipsa quoꝝ similitudines sunt: si
ue scrutanda:siue noscẽda:siue recolenda.De qua re quantũ satis est differenda:nõ breuis ser
mo flagitandus est:quo nũc respõdere nobis ꝓpositũ non est:pręsertim quia in aliis opusculis 10. de Ciui
nostris/de hac re multa iã diximus.Et qui ante nos dei eloquia tractauerũt:de similitudinibꝰ tate dei ca.
B sacrificiorũ veteris testamenti:tanq̃ vmbris figurisq; futurorũ copiose locuti sunt. Hoc sane 19.&.20.
nec in ista breuitate prætereũdum est:ꝙ templum:sacerdotẽ:sacrificiũ:& alia quęcũq; ad hæc
pertinentia:nisi vni vero deo deberi nossent dii falsi:hoc est dæmones: q sunt præuaricatores
angeli:nunq̃ hęc sibi a cultoribus suis quos decipiũt expetissent. Verũ hęc cũ exhibentur deo
secundũ eius inspirationem atq; doctrinam:vera religio est:Cũ aũt dæmonibꝰ secũdũ eorum
impiam superbiam:noxia supstitio.Quapropter:qui christianas literas vtriusq; testamẽti sci
unt:non hoc culpant in sacrilegis ritibus paganorum:ꝙ cõstruant templa:& instituant sacer
dotia:& faciant sacrificia:sed ꝙ hęc idolis & dęmoniis exhibeãt.Et idola quidem omni sensu
carere:quis dubitet? Verumetiã cum his locant̃ sedibus:honorabili sublimitate: vt a precan
tibus atq; immolantibus attendantur:ipsa similitudine animatorum membrorum atq; sen
suum:q̃uis insensata & exanimata afficiunt infirmos animos:vt viuere ac spirare videantur:
accedente præsertim veneratione multitudinis:qua tantus eis cultus dei impenditur. Qui
bus morbidis & pestilentiosis affectibus medetur scriptura diuina:quę rẽ quidẽ notã sed ta
men salubri remedio admonitionis inculcat dicens:Oculos habent & nõ vident:aures habẽt Psal.113.
& non audiunt:& cætera talia.Hæc enim verba quo magis aperta & populariter vera sunt:
eo magis incutiunt salubrem pudorem illis:qui cũ talibus simulacris diuinũ cũ timore cultũ
exhibent:eaq; viuentibus similia venerantes/adorantesq; cõtuentur:eisq; velut præsentibus
preces allegant:victimas immolant:vota persoluunt:sic afficiunt̃ omnino vt ea sensu caren
tia putare non audeant.Ne arbitrent̃ aũt isti hoc solum nostros libros velle sonare:ꝙ huiusce
modi affectus humano cordi ex idolis innascitur:apertissime scriptum est: Qm̃ oẽs dii genti Psal.95.
um dæmonia. Vñ & apostolica disciplina nõ solum dicit:quod apud Ioannẽ legitur : Fratres 1.Ioan.5.
cauete a simulacris:verũetiã qđ apud Paulũ: Quid ergo? Dico ꝙ idolis imolatũ sit aliqđ:aut 1.Cori.10.
idolũ est aliquid? Sed q̃ immolãt gẽtes:dæmoniis & nõ deo immolãt:nolo aũt vos socios fieri
dæmoniorũ. Vnde satis intelligi põt:nõ tã ipam immolationẽ (nã vero deo prisci sancti imo
lauerunt) sed ꝙ diis falsis & impiis dæmoniis immolatur:rep̃hẽdi a vera religiõe/in supstitio
nibus gentiũ.Sicut em̃ veritas hortat̃ hoies fieri socios sanctorũ angelorũ:ita seducit impie
C tas ad societatẽ dæmoniorũ:cui præparatur ignis æternus:sicut regnũ æternũ societati san
ctorũ.Neq; illinc excusant impii sua sacrilega sacra & simulacra:ꝙ eleganter interpretant̃ qđ
quæq; significent.Oĩs quippe illa interpretatio ad creaturã refertur : nõ ad creatorẽ:cui vni
debetur seruitus religionis illa q̃ vno noĩe latria græce appellatur.Nec nos dicimus terram:
maria:cælũ:solẽ:lunã:stellas:& quasdam non inꝓmptu sitas cælites potestates esse dæmo
nia:sed cum omnis creatura partim corporalis sit:partim vero incorporalis:quam etiam spi
ritalem vocamus:manifestũ est id qđ a nobis pie ac religiose fit:a volũtate animi ꝓficisci:quę
creatura spiritalis est:& omni corporali pręponẽda. Vñ colligitur corporali creaturæ nõ esse
sacrificandũ.Restat spiritalis:q̃ vel pia:vel impia est:Pia scilicet in hominibꝰ & angelis iustis
& deo rite seruientibus:Impia vero in hominibus & angelis iniquis: quos etiam dæmones di
cimus.Ac per hoc nec spiritali q̃uis iustæ/creaturæ sacrificandum est.Quoniam quantoma
gis pia est & subdita deo:tanto minus se tali honore dignatur:quem scit non deberi nisi deo.
Quanto ergo perniciosius est sacrificare dæmoniis:hoc est iniquæ spiritali creaturæ : quæ in
D hoc proximo & caliginoso cælo inhabitans:tanq̃ in aereo carcere suo prædestinata est suppli
cio sempiterno? Qobrem etiam cum se homines superioribus cælestibus potestatibus : q̃ nõ
sunt dæmonia:sacrificare dicũt:& solius nominis interesse arbitrant̃:ꝙ illi deos nos eos ange
los appellamus:non se opponunt eis ludificandis multiplici fallacia:nisi dæmones qui errore

delectantur & quodammodo pascuntur humano:quoniam sancti angeli non approbāt sacrificium:nisi quod ex doctrina verę sapientiæ:veræq; religionis offertur vni vero deo:cui sancta societate deseruiūt.Proinde sicut impia superbia:siue hominum:siue dæmonum : sibi hos diuinos honores exhiberi vel iubet vel cupit:ita pia humilitas vel hominum vel angelorum sanctorum:hæc sibi oblata recusauit:& cui deberentur ostendit. Cuius rei manifestissima in sacris literis nostris exempla monstrant̄.Dispertita aūt diuinis eloquiis sacrificia per temporum cōgruentia:vt alia fierent ante manifestationē noui testamenti:qđ ex ipsa vera & in vnius sacerdotis victima:hoc est effuso Christi sanguine ministratur:& aliud nunc:qđ huic manifestationi est congruū:qui iam declarato noīe christiani appellamur:offerimus:nō solū euangelicis:verumetiam propheticis literis demonstratur.Mutatio quippe non dei:non ipsius religionis:sed sacrificiorū & sacramentorū impudēter nūc videret̄ prædicata:nisi fuisset añ prędicta.Quēadmodū enim vn⁹ idēq; homo:si deo mane aliud offerat:aliud vespere:pro cōgruentia diurni tpis:non deū mutat:non religionē:sicut nec salutem:qui alio modo mane:alio vespere salutat:Ita in vniuerso tractu sęculorū cum aliud oblatū est ab antiquis sanctis:aliud ab eis q nūc sunt offert̄:nō humana pręsumptiōe:sed auctoritate diuina tēporibus cōgrua sacra mysteria celebrant̄:non deus aut religio commutatur.

Quartæ quęstionis solutio:Quō Christus cū in euāgelio dixerit:Qua mēsura mēsi fueritis:remetiet̄ & vobis:alio loco minet̄ sibi nō credentib⁹ æterna supplicia:& sic pœnā infinitam pro temporali peccato.

IAm nunc deinde videamus: quale sit qđ de mensura peccati atq; supplicii ꝓposuit: B
sic euangelio calumniatus.Minatur inquit Christus sibi non credētibus:æterna supplicia:Et alibi ait:In qua mēsura mensi fueritis remetiet̄ vobis: Satis inquit ridicule
Matth.7.
atq; contrarie.Nam si ad mensuram redditur us est pœnam:& omnis mensura circunscripta est fine temporis:quid sibi volunt minæ infiniti supplicii? Istā quæstionē a qualicunq; philosopho esse obiectā atq; propositā difficile est credere.Quippe qui ait:omnis mensura circunscribitur tēpore:quasi non soleat nisi temporū esse mensura:sicut horarum:& dierū: & annorū: Vel sicut dicimus breuē syllabā simplum habere tēporis:ad syllabam longam.Puto enim modios:& rabones:vrnas & amphoras:non temporum esse mensuras.Quomodo ergo omnis mensura circunscribitur tempore? Nonne ipsi dicunt:solem istum sempiternum esse:qui tamen quantus sit ad terram:mensuris geometricis perscrutari audent & renuntiare? Qđ siue possint siue non possint:constat eum tamen propriam sui orbis habere mensuram. Quia et si comprehendunt quantus sit:mensuram eius comprehendunt:et si hoc non assequūtur:mensuram eius vtiq; non comprehendūt:nec ideo nulla est:quia homines eā nosse nō possunt.Potest igitur aliquid & sempiternum esse:& certam sui modi habere mensuram . Secundū ipsos enim de solis æternitate locutus sum:vt sua sententia conuincantur atq; concedant esse posse aliquid cum mensura sempiternū.Ac sic non ideo putent non esse credendum de supplicio sempiterno:quod minatus est Christus:quia idem dixit:In qua mensura mensi fueritis remetietur vobis.Si enim dixisset:quod mensi fueritis:hoc metietur vobis: etiam sic non omnino ad eandem rem ex omni parte necesse esset referre sententiam . Possumus enim recte dicere: quod plantaueris:hoc decerpes:q̄uis nemo plantet pomum sed lignum: decerpit autem pomum magis q̄ lignum:sed illud dicimus secundum arboris genus : quia non ficum plantat: vnde nucem decerpat.Ita dici posset:quod feceris patieris:nō vt si stuprum fecerit: stuprum patiatur: sed quod peccato isto fecit legi:hoc ei lex faciat:id est quia legem talia prohibētem de sua vita abstulit:auferat eum etiam ipsa lex de hominum vita:quam regit. Item si dixisset quantum mensi fueritis:tantū remetietur vobis:nec sic esset consequēs:vt omni modo ęquales peccatis poenas intelligere deberemus.Neq; enī æqualia sunt: Verbi gratia: triticū & hordeum:& profecto dici posset:quantum mensi fueritis tantum remetietur vobis:hoc est quantum tritici tantum hordei . Q; si de doloribus ageretur atq; diceretur : quantum dolorem ingesseritis:tantus ingeretur vobis:fieri posset vt tantus dolor esset : q̄uis tempore diuturnior:hoc est/mora maior:vi par.Neq; enim si de duab⁹ lucernis dicamus : tantum ignis iste caluit quantum ille:ideo falsum erit quia vna earum forte citius extincta est.Non itaq; si aliquid secundum aliud tantū est:secundū aliud nō est tantū:quia non omnino tantum est/ideo
Matth.7.
falsus est modus in quo tantum est.Cum vero dixerit:In qua mensura mēsi fueritis:remetietur vobis; cunq; manifestum sit:aliud esse mensuram in qua metitur aliquid : aliud ipsam rē

quæ metitur:iam fieri potest:vt in qua mensura homines mensi essent: Verbi gratia: modiũ
tritici: in ea illis metientur milia modiorum:vt & tam multũ interesset in quantitate frumẽ
ti & nihil in mẽsura:vt taceam de ipsarum rerum diuersitate: quia nõ solum fieri potest vt in
qua mensura quisquis mensus fuerit hordeũ:in ea illi metiat triticum:sed qua mensus fuerit
frumentum:in ea illi metiatur aurũ:& frumẽti sit vnus modius:auri aũt q̃plurimi. Ita cũ si-
ne comparatione rerũ ipsarũ & genus & quãtitas differat:dici tñ rectissime potest:In qua mẽ
F sura mẽsus est:in ea illi metitũ est. Vnde aũt hoc dixerit Christus:paulo superius satis elucet
Nolite inquit iudicare vt nõ iudicemini. In quo eñ iudicio iudicaueritis:iudicabimini. Nũ-
quid si iniquo iudicio iudicabunt:iniquo iudicabunt? Absit. Nulla quippe iniq̃tas apd deum
Sed ita dictũ est:In quo iudicio iudicaueritis:in eo iudicabimini:tanq̃ diceret:In qua volũta-
te benefeceritis:in ipsa liberabimini:vel in qua volũtate malefeceritis:in ipsa puniemini. Ve-
lut si quispiam ad turpẽ cõcupiscẽtiã oculis vtẽs excæcari iuberet:recte vtiq̃ audiret: In qui
bus oculis peccasti:in eis supplicium meruisti. Iudicio eñ quisq̃ animi sui seu bono seu malo
vtitur:vel ad benefaciendũ:vel ad peccandũ. Vñ nõ iniquũ est:vt in quo iudicat in eo iudicet
Hoc est vt in ipso animi sui iudicio pœnas luat:cũ ea mala patit:q̃ male iudicantem aim cõse-
quũtur. Alia nanq̃ sunt manifesta tormẽta:q̃ post futura præparant:etiã ipsa ex eodem malæ
volũtatis cardine extracta. In ipso aũt aío:vbi appetitus voluntatis hoĩm est:humanorũ mẽsu
ra factorũ cõtinuo pœna sequit culpã:plærũq̃ maior nõ sentientis cæcitate gratiore. Ideo cũ
dixisset:In quo iudicio iudicaueritis iudicabimini:secur[9] adiunxit:Et qua mensura mẽsi fue-
G ritis metietur vobis. In voluntate quippe ppria metietur bonus homo bona facta: & in ea me
tietur ei beatitudo. Itẽq̃ in volũtate ppria:metiet malus homo mala opera:& in ea metietur
ei miseria:qm̃ vbi quisq̃ bonus est:cũ bñ vult:ibi etiam malus cum male vult: Ac per hoc ibi
etiam fit vel beatus vel miser:hoc est in ipso suæ voluntatis affectu:quæ omnium factorũ me
ritorũq̃ mensura est. Ex qualitatibus quippe voluntatum:non ex temporum spatiis: siue re-
cte facta siue peccata metimur. Alioquin maius peccatum haberet:arborem deiicere q̃ homi
nem occidere. Illud eñ fit longa mora:ictib[9] multis:hoc vno ictu:breuissimo tẽpore. Pro quo
tamen exigui temporis tam grandi peccato:si perpetua deportatione homo puniret:etiã mi-
tius cum illo actum q̃ dignus fuerat diceretur: q̃uis in spatio temporali longitudo pœnæ cũ
breuitate facinoris nullo modo sit comparanda. Quid ergo contrariũ est: si erunt pariter lon
ga:vel etiam pariter æterna supplicia:sed aliis alia mitiora:vel acriora:vt quibus tẽpus ęqua
le est non sit æqualis asperitas:propter mensuram etiam peccatorum:non in productione tẽ-
porum:sed in voluntate peccantium? Voluntas quippe ipsa punitur:siue animi supplicio si-
ue corporis:vt quæ delectatur in peccatis:ipsa plectatur in pœnis:& vt qui iudicat sine mise-
ricordia:sine misericordia iudicetur. Et in hac quippe sententia:ad hoc solum eadem mensu-
ra est:vt quod non præstitit:non ei præstetur: Atq̃ ita qđ ipsa iudicatur æternum erit: q̃uis
quod iudicauit:æternum esse nequiuerit. In eadem igitur mensura:q̃uis non æternorũ male
factorum:æterna supplicia remetiuntur:vt quia æternam voluit haberi peccati perfruitio-
nem:æternam vindictæ inueniat seueritatẽ. Non aũt sinit pposita breuitas respõsionis meæ:
vt colligam oia: vel certe q̃plurima: quæ de peccatis:& de peccatorũ pœnis: sancti libri ha-
bent. Atq̃ ex his vnam eruã sine vlla ambiguitate sententiã:si tamen id valeam viribus men
tis:etiam si congruum nanciscar ocium. Nunc tamen arbitror satis esse monstratum:non es-
se contrarium æternitati suppliciorum:q̃ in eadem mensura redduntur:in qua peccata com
missa sunt.

Quintę quæstionis solutio: An Salomon deũ habuisse filium dixerit.

H POst hanc quæstionem:qui eas ex Porphyrio pposuit:hoc adiunxit, Sane etiã de illo:
inquit me dignaberis instruere:si vere dixit Salomõ:Filium deus non habet. Cito re
spondetur. Non solum hoc dixit: verumetiam dixit: q̃ deus habeat filium. Apud eũ
enim sapientia loquens ait: Ante omnes colles genuit me. Et quid est Christus:nisi dei sapien Prouer.8.
tia? Item quodã loco prouerbiorum: Deus inquit docuit me sapientiam: & scientiam sancto- Prouer.30.
rum cognoui: Quis ascendit in cælum & descendit? Quis collegit ventos in sinum? Quis con
uertit aquam in vestimento? Quis tenuit fines terræ? Q đ nomen est ei: aut qđ nomen est filii
eius? Horum duorum quæ in extremo commemoraui:vnum retulit ad patrem:id est:qđ no-
men est ei:propter qđ dixerat:deus docuit me sapientiam: Et alterũ euidenter ad filium: cum
ait:aut qđ nomen est filiis eius:propter cętera quę de filio magis intelliguntur:hoc est: quis

Vbi supra.

Ephe.4. ascendit in caelum:& descendit.Quod Paulus ita commemorat:Qui descendit:ipse est:& qui
ascendit super omnes caelos. Quis collegit ventos in sinum:id est animas credentium in oc-
Col.3. cultū atq; secretū:Quibus dicitur:Mortui enī estis:& vita vestra abscōdita est cū Christo in
Gal.3. deo.Quis cōuertit aquam in vestimento:vt dici posset:Quotquot in Christo baptizati estis:
Act.1. Christum induistis?Quis tenuit fines terrae?q dixit discipulis suis:Eritis mihi testes in Hie-
rusalē & in tota Iudea & Samaria:& vsq; in fines terrae.

*Sextae quaestionis solutio.Quō Ionas in corde piscis dicat fuisse.Quid etiā sibi velit:su-
pra euomitū Ionā cucurbitā natā:& quid causę fuerit vt haec nasceretur.*

POstrema quaestio proposita est de Iona:nec ipsa quasi ex Porphyrio:sed tanq̄ ex irri- I
sione paganorum.Sic enim posita est.Deinde quid sentire inquit debemus de Iona:
Impsuabile. qui dicit in ventre ceti triduo fuisse:quod satis απιθανον & est incredibile:transuo-
ratum cum veste hominem fuisse in corde piscis? Aut si figura est:hanc dignaberis pandere.
Deinde quid sibi etiam illud vult:supra euomitum Ionam cucurbitam natam:quid causę fu
it vt haec nasceretur?Hoc enim genus quaestionis:multo cachinno a paganis grauiter irri-
sum animaduerti.Ad hoc respondetur:q aut omnia diuina miracula credenda non sint:aut
hoc cur nō credatur causa nulla sit.In ipsum autem Christum:q tertio die resurrexit non
crederemus:si fides christianorum cachinnum metueret paganorum. Cum autē hinc quae-
stionem non proposuerit amicus noster:vtrum credendum sit:vel Lazarum resuscitatum es-
se quarto die:vel ipsum Christum tertio die resurrexisse:multum miror hoc quod factum est
de Iona:eū pro incredibili posuisse:nisi forte facilius putat mortuum de sepulchro resuscita-
ri:q̄ viuum in tam vasto ventre belluae potuisse seruari. Vt enim omittam commemora-
re:quanta magnitudo belluarum marinarum ab eis qui experti sunt iudicetur:venter quem
costae illae muniebāt:quę Carthagine in publico fixae populo notae sunt:quot homines in spa
tio suo capere posset?quis non coniiciat quanto hiatu patebat os illud quod velut ianua spe-
luncae illius fuit?nisi forte vt posuit:vestis esset impedimento ne Ionas deuorari posset illęsus
quasi per angusta sese coartauerit:qui per abruptum aeris praecipitatus:sic exceptus est:vt pri
us reciperetur ventre bestiae:q̄ dente laceraretur. Quā q̄ scriptura neq; nudum neq; vestitum
in illud antrum deiectum esse dixerit:vt possit intelligi illuc etiam nudus irruisse:si forte
opus erat/tanq̄ ouo corium/ita illi vestem detrahi:quo facilius sorberetur. Sic enim sunt ho
mines de prophetae huius veste solliciti:quasi aut per fenestram paruam repsisse:aut in balne
as intrasse dicatur:quo etiam si necesse esset intrare vestitum:vix molestum esset: non tamen
mirum. Sed habent reuera qd non credant in diuino miraculo:vaporem vētris quo cibi ma
descunt potuisse ita temperari:vt vitam hominis conseruaret:Quanto incredibilius ergo
proponerent tres illos viros:ab impio rege in caminum missos:deambulasse in medio ignis K
illaesos?Quapropter si nulla isti diuina miracula volunt credere:alia disputatione refellendi
sunt.Neq; enim debent vnum aliquid tanq̄ incredibile proponere:& in quaestionem vocare:
sed omnia quae vel talia:vel etiam mirabiliora narrantur. Et tamen si hoc quod de Iona scri-
Apuleius. ptum est:Apuleius Madaurensis:vel Apollonius Tyaneus fecisse diceretur:quorū multa mi
Apollonius ra nullo fideli auctore iactant:q̄uis & daemones nonnulla faciāt angelis sanctis similia:nō ve-
ritate sed specie:non sapientia:sed plane fallacia:Tamen si de istis vt dixi:quos magos vel phi
losophos laudabiliter nominant:tale aliquid narraretur:nō iam in buccis creparet risus:sed
typhus.Itarideant scripturas nostras:quantum possunt:rideant:dum per singulos dies rari-
ores paucioresq; se videant:vel moriendo:vel credendo:dum implentur omnia quae praedixe
runt:qui hos contra veritatem inaniter pugnaturos:vane latraturos:paulatim defecturos:
tanto ante tiserunt:nobisq; posteris suis non solum ea legenda dimiserunt:verum experi-
enda promiserunt.Non sane absurde:neq; importune requiritur:quid ista significēt:vt cum
hoc expositum fuerit:non tantum gesta:sed etiam propter aliquam significationem conscri-
pta esse credantur. Prius ergo non dubitet:Ionam prophetam in aluo īgenti marinae belluae
triduo fuisse:qui vult scrutari:cur nam hoc factum sit. Non enim frustra factum est:sed ta-
men factum est.Si enim mouent ad fidem quae figurate tantū dicta non facta sunt:quanto ma
gis mouere debent:quae figurate non tantū dicta sed facta sunt?Nam sicut humana consue-
tudo verbis:ita diuina potentia etiam factis loquitur.Et sicut sermoni humano verba noua:
vel minus vsitata:moderate ac decenter aspersa:splendorem addunt:ita in factis mirabili-
bus congruenter aliquid significantibus:quodammodo luculentior est diuina eloquentia.

L Proinde quid figurauerit: q̄ prophetam belua illa deuoratum/tertio die viuū reddidit: cur
a nobis quæritur: cum hoc Christus exponat! Generatio inquit praua & adultera signum q̄- Matth.12.
rit: & signum non dabitur ei: nisi signum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit in ventre ceti: trib⁹ De quęstio-
diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ: tribus diebus & tribus nocti- nibus euan-
bus. De ipso autem triduo mortis domini nostri Iesu Christi: quomodo ratio reddatur: cum gelii.lib.2.ca
a parte totum intelligitur: in die primo & nouissimo: vt toti tres dies id est cū suis noctibus cō .8.
putentur: longum est differere: & in aliis sermonibus iam sæpissime dictum est. Sicut ergo Io
nas ex naui in aluum ceti: ita Christus ex ligno in sepulchrum: vel in mortis profundum. Et si
cut ille pro his qui tempestate periclitabantur: ita Christus pro his qui in sæculo fluctuāt. Et
sicut primo visum est vt prædicaretur Niniuitis a Iona: sed non ad eos peruenit prophetia Io
næ: nisi postea q̄ eum cetus euomuit: ita prophetia præmissa est ad gentes: sed nisi post resur-
rectionem Christi non peruenit ad gentes. Iam vero q̄ tabernaculum sibi constituit: & conse
dit ex aduerso ciuitatis Niniue: quod ei futurum esset expectās: alterius significationis perso
nam propheta gestabat. Præfigurabat enim carnalem populum israel. Nam huic erat & tristi
tia de salute Niniuitarum: hoc est de redemptione & liberatione gentium. Vnde venit Chri- Lucæ.5.
stus vocare non iustos sed peccatores in poenitentiam. Vmbraculum ergo cucurbitæ super
caput eius: promissiones erant veteris testamenti: vel ipsa iā munera: in quibus erat vtiq; (si- Col.2.
cut dixit apostolus) vmbra futurorum: tanq̄ ab æstu temporalium malorum in terra promis
sionis defensaculum præbens. Vermis autem matutinus quo rodente cucurbita exaruit: idē
ipse rursus Christus occurrit: ex cuius ore euangelio diffamato: cuncta illa quæ temporaliter
apud Israelitas velut vmbratili prius significatione viguerunt: euacuata marcescunt. Et cun
ctus ille populus amisso hierosolymitano regno: & sacerdotio & sacrificio (quod totum vm-
bra erat futuri in captiua dispersione) magno æstu tribulationis aduritur: sicut Ionas (qd̄ scri
M ptum est) a solis ardore/& dolet grauiter: & tamen dolori eius atq; vmbræ quam diligebat: sa
lus gentium poenitentiumq; præponitur. Adhuc cachinnēt pagani: & iam vermem Christū/
& hanc interpretationem prophetici sacramenti superbiore garrulitate derideant: dū tamē
& ipsos sensim paulatimq; consumat. Nam de omnibus talibus Esaias pphetat: per quem no-
bis dicit deus: Audite me qui scitis iudicium populus meus: in quorum corde lex mea est: op- Esa.51.
probria hominum nolite metuere: & detractione eorū ne superemini: nec q̄ vos spernant ma
gni duxeritis: sicut enim vestimentum: ita per tempus absumentur: & sicut lana a tinea come
dētur: iustitia autem mea in ęternum manet. Nos ergo agnoscamus vermem matutinum: qa
& in ipso psalmo cuius titulus inscribitur: Pro susceptione matutina: hoc seipso nomine appel
lare dignatus est. Ego inquit/sum vermis & non homo: opprobrium hominum & abiectio ple Psalmus.21.
bis. Hoc opprobrium de illis opprobriis est: quæ iubemur non metuere: per Esaiam dicentem
Opprobria hominum nolite metuere. Ab isto verme tanq̄ a tinea comeduntur: qui sub ei⁹ dē
te euangelico: per singulos dies paucitatem suam deficiendo minorātur. Nos autem agnosca
mus: & pro salute diuina humana opprobria sufferamus. Vermis est propter humilitatē car
nis: fortassis etiam propter virginis partum. Nam hoc animal plęrūq; de carne: vel de quacū-
q; re terrena: sine vllo cōcubitu nascitur. Matutinus est: quia diluculo resurrexit. Poterat vti
q; illa cucurbita & sine vllo vermiculo arescere. Postremo si habebat deus adhuc vermem ne-
cessarium: quid opus erat addere matutinum: nisi vt ille vermis agnosceretur: qui cantat pro
susceptione matutina: Ego autem sum vermis & non homo! Quid ista prophetia iam ipso re Psalmus.21.
rum effectu & adimpletione lucidius! Si irrisus est vermis iste cum penderet in cruce: sicut in
eodem psalmo scriptum est: Locuti sunt labiis & mouerunt caput: Sperauit in deum: eruat eū:
saluum faciat eum quoniam vult eum: Cum completa sunt quæ prædixit: Foderunt manus
meas & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea: Ipsi vero consyderauerunt: & conspexe
runt me: diuiserunt sibi vestimenta mea: & super vestem meam miserunt sortem: qd̄ tanta ma
nifestatione futurum in libro antiquo prophetatur: quāta manifestatione factum in nouo euā
gelio recitatur! Sed si in hac humilitate (vt dicere coeperam) iste vermis irrisus est: nunqd ad
huc irridendus est: cum ea compleri cernimus: quæ consequentia psalmus ipse habet: Comme
morabuntur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ: Et adorabunt in conspectu
eius vniuersæ patriæ gentium: Quoniā domini est regnum: & ipse dominabitur gentium! Sic
N cōmemorati sunt Niniuitę: & cōuersi sunt ad dominum. Hanc salutē poenitentiæ gentium tā
to ante præfiguratam in Iona: dolebat israel: sicut nunc dolet vmbra nudatus & æstu sauciat⁹.

Liceat sane cuilibet q̄libet aliter: dum tamen secundum regulam fidei: cætera omnia quæ de Iona propheta mysteriis operta sunt: aperire: illud plane ꝙ in ventre ceti triduo fuit: fas non est aliter intelligere: q̄ ab ipso cælesti magistro in euangelio commemorauim⁹ reuelatum. Proposita exposuimus vt potuimus: Sed ille qui proposuit: iam sit christianus: ne forte cum expectat ante librorum sanctorum finire quæstiones: prius finiat vitam istam. Fieri enim potest: ꝙ anteq̄ christianis sacramentis imbuatur: quærit de resurrectione mortuorum. Concedendum etiam fortassis ꝙ de Christo quæsiuit: cur tanto post euenerit: vel si quæ sunt aliæ paucæ & magnæ q̄stiones: q̄bus cætera inseruiunt. Si autem q̄lis est illa: in qua mensura mensi fueritis
Matthęi.7. metietur vobis: vel qualis ista de Iona: etiam omnes tales anteq̄ sit christianus finire cogitat: ꝑ parum cogitat vel conditionem humanam: vel ætatem iam suam. Sunt enim innumerabiles quæ non sunt finiendæ ante fidem: ne finiatur vita sine fide. Sed plane retenta iam fide: ad exercendam piam delectationem mentium fidelium studiosissime requirendæ: & q̄d in eis eluxerit: sine typo arrogantiæ communicandum: q̄d autem latuerit: sine salutis dispendio tolerandum.

Sancti Augustini ad Bonifacium comitem: Quid intersit inter errorem Arrianorū & Donatistarum. Causam deinde quare a communione catholicæ ecclesiæ Donatistę recesserint insinuantis. Et quomodo etiam magna misericordia cum illis fiat: si legibus imperialibus ab errore suo coerceantur edocentis.

Epistola.L.



Audo & gratulor & admiror fili dilectissime Bonifaci: ꝙ inter curas bellorum & armorum: vehementer desyderas ea nosse quæ dei sunt. Vere hinc te apparet etiam de ipsa virtute militari / fidei seruire quam habes in Christo. Vt ergo breuiter insinuem dilectioni tuæ: inter Arrianorum & Donatistarum: quid intersit errorem: Arriani patris & filii & spiritussancti diuersas substantias esse dicunt. Donatistæ autem non hoc dicunt: sed vnam trinitatis substantiam confitentur. Etsi aliqui ipsorum minorem filium esse dixerunt q̄ pater est eiusdem tamen substantiæ non negarunt. Plurimi vero in eis hoc se dicunt omnino credere de patre & filio & spiritusancto: q̄d catholica credit ecclesia. Nec ipsa cū illis vertitur quęstio: sed de sola communione infeliciter litigant: & contra vnitatē Christi rebelles inimicitias: per uersitate sui erroris exercent. Aliquando autem sicut audiuimus: nōnulli ex ipsis volentes sibi Gothos reconciliare: quando eos vident aliq̄d posse: dicūt hoc se credere: q̄d & illi credūt. Sed maiorū suorū auctoritate conuincunť: q̄a nec Donatus ipse sic credidisse asserit: de cui⁹ parte se esse gloriant. Non te autē ista cōturbent fili dilectissime. Hæreses enim & scandala futura prædicta sunt: vt inter inimicos erudiamur: ac sic & fides & dilectio nostra possit esse ꝓbatior. Fides vtiq̧: ne ab eis decipiamur: dilectio aūt: vt etiā ipsis corrigendis quantū possumus consulamus. Nō solum instātes ne infirmis noceāt: atq̧ vt ab errore nefario liberenť: sed etiā orantes ꝓ eis: vt aperiat dominus illis sensū: & intelligant scripturas: q̄a in sanctis libris: vbi manifestať dn̄s Christus: ibi & eius ecclesia declaratur. Isti autem mirabili cæcitate: cū ipsum Christū præter scripturas nesciant: eius tn̄ ecclesiam non diuinarū literarū auctoritate cognoscunt: sed humanarum calumniarum vanitate confingunt. Agnoscunt nobiscum Christum:
Psalmus.21. in eo q̄d legitur. Foderunt manus meas & pedes meos: dinumerauerūt oīa ossa mea: Ipsi vero consyderauerunt & conspexerūt me: diuiserunt sibi vestimenta mea: & super vestē meā miserunt sortem: & nolunt agnoscere ecclesiam: in eo q̄d post paululū seq̄tur: Cōmemorabunť & conuertentur ad dn̄m: vniuersi fines terræ: Et adorabunt in cōspectu eius vniuersæ patrię gentium: Quoniam dn̄i est regnum: & ipse dominabitur gentium. Agnoscunt nobiscū Christū: in eo q̄d legitur: Dn̄s dixit ad me: filius meus es tu: ego hodie genui te: & nolunt agnosce-
Psalmus.2. re ecclesiam in eo q̄d sequitur. Postula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam: & possessionem tuam terminos terrę. Agnoscūt nobiscū Christū: in eo q̄d ipse dominus in euāgelio loquitur:
Lucę.24. Oportebat Christū pati & resurgere a mortuis tertia die: & nolunt agnoscere ecclesiā: in eo q̄d sequiť: Et ꝑdicari in noīe eius pœnitentiā & remissionem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab Hierusalem. Et innumerabilia sunt testimonia librorū sanctorū: q̄ in hunc librū coartare non debui: In q̄bus sicut apparet dn̄s Christus: siue secundū diuinitatē qua ęqua
Ioh.1. lis est patri: q̄ in principio erat verbū: & verbū erat apud deū: & de⁹ erat verbū: siue sc̄dm susceptæ carnis humilitatē: q̄ verbū caro factū est: & habitauit in nobis: Sic apparet etiā ei⁹ ecclesia

non in sola Africa(sicut isti impudentissima vanitate delyrant)sed toto orbe terrarum dif-
Q fusa. Testimoniis enim diuinis: lites suas præferunt: quia in causa Cæciliani quondam eccle- 2,Retrac.18
siæ Carthaginensis episcopi: cui crimina obiecerunt quæ nec potuerunt pbare nec possunt: se 24.q.2.si
ab ecclesia catholica: hoc est ab vnitate omnium gentium diuiserũt. Quis & si vera essent quę forte.
ab eis obiecta sunt Cęciliano: & nobis possent aliquando monstrari: ipsum iam mortuum ana
thematizaremus: sed tamen ecclesiam Christi quæ non litigiosis opinionibus fingitur: sed di-
uinis attestationibus approbatur: propter quemlibet hominem relinquere nõ debemus: quia
bonum est confidere in domino: q̃ confidere in homine. Neq enim(quod sine iniuria innocen Psal.117.
tiæ illius dixerim)si peccauit Cæcilianus: ideo hæreditatem suam perdidit Christus. Facile
est homini: seu vera seu falsa de altero homine credere: sed sceleratæ impudentiæ est: ꝓpter
crimina hominis: quę orbi terrarum non possis ostendere: communionem orbis terrarum vel
le damnare. Verum Cęcilianus a traditoribus diuinorum codicum fuerit ordinatus i nescio:
non vidi: ab inimicis eius audiui. Non mihi de lege dei: non de pręconio prophetarum: non de
sanctitate psalmorum: non de apostolo Christi: non de Christi eloquio recitatur. Ecclesiam ve
ro toto terrarum orbe diffusam: cui non communicat pars Donati: vniuersarũ scripturarum
testimonia consona voce proclamant. In semine tuo benedicentur omnes gentes: Lex dei dicit Geñ.26.
Ab ortu solis vsq ad occasum sacrificium mundum offertur nomini meo: quoniam glorifica- Malachię.1.
tum est nomen meum in gentibus: Per prophetam de⁹ dixit. Dominabitur a mari vsq ad ma Psal.71.
re: & a flumine vsq ad terminos orbis terrarũ: Per psalmum domin⁹ dixit. Fructificans & cre Col.1.
scens in vniuerso mundo: Per apostolũ dominus dixit. Eritis mihi testes ĩ Hierusalẽ: & in tota Lucę.24.
Iudęa & in Samaria: & vsq ad fines terrę: Filius dei ore suo dixit. Cæcilianus ecclesiæ carthagi Actuũ.1.
nẽsis episcopus hũanis litibus accusat. Ecclesia Christi in oĩbus gentibus constituta diuinis vo
cibus cõmendatur. Ipsa pietas: veritas: charitas: nos non permittit cõtra Cæcilianum eorum
hominum accipere testimonium: quos in ecclesia non videmus: cui deus perhibet testimoniũ.
R Qui enim diuina testimonia non sequunt: pondus humani testimonii perdiderunt. Addo ꝙ
Cęciliani causam: ipsi ad imperatoris Constantini iudicium accusando miserunt: immo vero Cõstãtin⁹.
ipsum Cæcilianum post episcopalia iudicia: vbi eum opprimere non potuerunt: ad supradicti Cęcilianus.
imperatoris examen pertinacissimis persecutoribus perduxerunt. Et quod in nobis modo re
ꝓhendunt vt decipiant imperitos dicentes: non debere christianos contra inimicos Christi ali 2,Retrac.
qd a christianis imperatoribus postulare: ipsi priores fecerunt. Qđ etiam in collatione: quã si- 40.
mul apud Carthaginem habuimus: negare non ausi sunt: immo & gloriari ausi sunt: ꝙ apud
imperatorem maiores eorum criminaliter Cęcilianum fuerint insecuti: insuper addentes mẽ
dacium: ꝙ eum illic vicerint fecerintq dãnari. Quõ ergo nunc ipsi non sunt persecutores: qui
cum accusando persecuti sunt Cæcilianum: & ab eo fuerint superati: falsam sibi gloriam im-
pudentissimo mendacio arrogare voluerunt: non solum culpam non putantes: verumetiam
pro sua laude iactantes: si probarent Cęcilianum maioribus suis accusantib⁹ fuisse damnatũ.
Quemadmodum autem in ipsa collatione modis omnibus victi sunt: quoniam valde prolixa 2,Retra.39.
sunt gesta: & tibi aliis rebus Romanæ pacis necessariis occupato: multum est vt legantur: bre
uiarium eorũ tibi legi forsitan poterit: qđ credo habere fratrem & coepiscopum meum Opta Optatus.
tum: Aut si non habet: potest facillime accipere de ecclesia Sitiuensi: quandoquidem liber iste
S iam sua prolixitate curis tuis forsitan onerosus est. Hoc enim contigit Donatistis: qđ accusato
ribus sancti Danielis. Sicut enim in illos leones: sic in istos conuersę sunt leges: quibus innocen
tem opprimere voluerũt: nisi ꝙ propter misericordiam Christi/magis pro eis sunt istæ leges
quæ illis videntur aduersæ: quoniam multi per illas correcti sunt: & quotidie corriguntur: &
se esse correctos: atq ab illa furiosa pernicie liberatos gratias agunt. Et qui oderant diligunt:
molestasq sibi fuisse saluberrimas leges quantum in insania detestabantur: tantũ recepta sani
tate gratulantur: & in residuos cum quibus fuerant perituri: iam simili dilectione nobiscum
vt pariter instemus ne illi pereant: excitantur. Molestus est enim & medicus furenti frenetico 23.q.4.ipsa
& pater indisciplinato filio: ille ligando: ille cædendo: sed ambo diligendo. Si autem illos negli pietas.
gant & perire permittant: ista potius mansuetudo falsa crudelis est. Si enim equus & mulus:
quibus non est intellectus: morsibus & calcibus resistunt hominibus: a quibus eorum curanda
vulnera contrectantur: & cum inter dentes eorum & calces sæpe homines periclitentur: &
aliquando vexentur: non tamen eos deserunt: donec per dolores & molestias medicinales: re-
uocent ad salutem: quantomagis homo ab homine: & frater a fratre: ne in æternum pereat nõ

eſt deſerendus:qui correctus intelligere poteſt:quantum ſibi præſtabatur beneficium:quan-
Gal.6. do ſe perſecutionem perpeti querebatur!Sicut ergo apoſtolus dicit: Infatigabiles cum temp⁹ T
habemus operemur bonum:ad omnes qui poſſunt catholicorum præceptorum ſermonibus:
qui poſſunt catholicorum principum legibus: partim per eos qui diuinis admonitionibus:p
tim per eos qui iuſſis imperialibus parent:omnes ad ſalutem vocentur:omnes a pernicie reuo
Diſ.9.ca.īpe centur.Quia & imperatores:quando pro falſitate contra veritatem conſtituunt malas leges:
ratores:& probantur bene credentes:& coronantur perſeuerantes.Quando autem pro veritate contra
duobus ſe- falſitatem conſtituūt bonas leges:terrentur ſæuientes: & corriguntur intelligentes.Quicun
quē. q; ergo legibus imperatorum quę contra veritatem dei feruntur obtemperare non vult:acq-
11.q.3.impe- rit grande præmium.Quicunq; autem legibus imperatorum: quæ pro dei veritate feruntur:
ratores. obtemperare non vult:acquirit grande ſupplicium.Nam & temporibus prophetarū: omnes
reges qui in populo dei non prohibuerunt: nec euerterunt quæ contra dei præcepta fuerant
inſtituta:culpantur:& qui prohibuerunt & euerterunt:ſuper aliorum merita laudantur. Et
Daniel.3. rex Nabuchodonoſor:cum ſeruus eſſet idolorum:conſtituit ſacrilegam legem: vt ſimulacrū
adoraretur:ſed eius impiæ conſtitutioni qui obedire noluerunt:pie fideliterq; fecerunt.Idem
tamen rex:diuino correctus miraculo:piam & laudabilem legem pro veritate conſtituit: vt q
cunq; diceret blaſphemiam in deum verum Sidrac:Miſac & Abdenago: cum domo ſua peni-
tus interiret.Hanc legem ſi qui contempſerunt:& id quod fuerat conſtitutum merito perpeſ
ſi ſunt:debuerunt dicere:quod iſti dicunt:ſe iuſtos eſſe:quia ex lege regis perſecutionem patie
bantur:quod vtiq; dicerent ſi ita inſanirent ſicut iſti inſaniunt:qui diuidunt membra Chriſti
exufflant ſacramenta Chriſti:& de perſecutione gloriantur:quia perhibent iſta facere legib⁹
imperatorum:quas conſtituerunt pro vnitate Chriſti:& iactant fallaciter innocentiam ſuā: V
et quam non poſſunt a domino accipere:ab hominibus quærunt martyrum gloriam. Veri au
Matth.5. tem martyres illi ſunt:de quibus dominus ait:Beati qui perſecutionem patiūtur propter iu
ſtitiam.Non ergo qui propter iniquitatem:& propter chriſtianę vnitatis impiam diuiſionem
Li.1.de ſer. ſed qui propter iuſtitiam perſecutionem patiuntur:hi martyres veri ſunt.Nam & Agar paſ
dn̄i in mon ſa eſt perſecutionem a Sara;& illa erat ſancta quæ faciebat:illa iniqua quæ patiebatur.Nunqd
te.ca.4. & huic perſecutioni:quam paſſa eſt Agar:comparandus eſt ſanctus Dauid:quem perſecutus
eſt iniquus Saul!Valde vtiq; diſtat:non quia patiebatur: ſed quia propter iuſtitiam patiebaẗ.
Et ipſe dominus cum latronibus crucifixus eſt:Sed quos paſſio iūgebat:cauſa ſeparabat. Ideo
in pſalmo:vox illa intelligenda eſt verorum martyrum: volentium ſe diſcerni a martyribus
Pſal.42. falſis:Iudica me deus & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta.Non dixit:diſcerne pœnā
meam:ſed diſcerne cauſam meam.Poteſt enim eſſe impiorum ſimilis pœna: ſed diſſimilis eſt
Pſal.118. martyrum cauſa:quorum et illa vox eſt:Iniuſte perſecuti ſunt me:adiuua me. Ideo ſe dignum
exiſtimauit:qui adiuuaretur iuſte:quia illi perſequebantur iniuſte. Nam ſi iuſte illi perſeque- X
rentur:non fuerat adiuuādus:ſed corrigendus.Si autem putant q; nemo poſſit iuſte aliquem
perſequi:ſicut in collatione dixerunt:illam eſſe veram eccleſiam quæ perſecutionem patitur:
non quæ facit:omitto dicere quod ſuperius commemoraui:quia ſi ita eſt: vt dicunt:Cęcilia-
nus ad veram eccleſiam pertinebat:quando eum maiores illorum vſq; ad imperatoris iudiciū
accuſando perſequebantur.Nos enim dicimus:ideo illum ad veram eccleſiam pertinuiſſe:nō
quia perſecutionem patiebatur:ſed quia propter iuſtitiam patiebatur. Illos autem ideo fuiſſe
alienatos ab eccleſia:non quia perſequebātur:ſed quia iniuſte perſequebātur.Nos itaq; hoc di
cimus:Illi vero ſi non quærunt cauſas quare quiſq; faciat perſecutionem vel quare patiatur:
ſed hoc putant eſſe ſignum veri chriſtiani:ſi perſecutionem non faciat:ſed patiatur:ſine dubio
Cęcilianum in ea definitione conſtituunt:qui non faciebat ſed patiebatur.Maiores autem ſu
Cęcilianus. os ab ea definitione foras mittunt:qui faciebant non patiebantur.Sed hoc (vt dixi) omitto:il
lud dico:ſi eccleſia vera ipſa eſt quæ perſecutionem patitur:non quæ facit:quęrant ab apoſto-
23.q.4.ſi ec lo quam eccleſiam ſignificat Sara:quando perſecutionem faciebat ancillæ!Liberam quippe ma
cleſia. trem noſtram cæleſtem Hieruſalem:id eſt veram dei eccleſiam:in illa muliere dicit fuiſſe figu
ratam quæ affligebat ancillam.Si autem melius diſcutiamus: magis illa perſequebatur Sarā
ſuperbiendo:q̄ illam Sara coercendo.Illa enim dominæ faciebat iniuriam:iſta imponebat ſup
bię diſciplinam.Deinde quęro:ſi boni & ſancti nemini faciunt perſecutionem: ſed tantummo
Pſal.17. do patiuntur:cuius putant eſſe in pſalmo vocem: vbi legitur:Perſequar inimicos meos: & cō
prehendam illos: & non conuertar donec deficiant!Si ergo verum dicere vel agnoſcere volu-

mus:est persecutio iniusta quam faciunt impii ecclesiæ Christi: & est iusta persecutio:quam faciunt impiis ecclesię Christi. Ista itaq; beata est: quę persecutionem patitur propter iustitiam illi vero miseri qui persecutionem patiuntur propter iniustitiam. Proinde ista prosequitur diligendo:illi sæuiendo. Ista vt corrigat:illi vt euertãt. Ista vt reuocet ab errore: illi vt præcipitent in errorem. Deniq; ista persequitur inimicos & comprehendit donec deficiant in vanitate:vt in veritate proficiant. Illi autem retribuentes mala p bonis:quia eis consulimus ad æternam salutem:etiam temporalem nobis conantur auferre:sic amantes homicidia: vt in se ipsis
Y ea perficiant:quando in aliis ppetrare nõ possunt. Sicut enĩ charitas laborat ecclesiæ:sic eos ab illa perditione liberare:vt eorum nemo moriatur:sic eorum laborat furor:aut nos occidere vt suæ crudelitatis pascant libidinem:aut etiam seipsos:ne perdidisse videantur occidendorũ hominum potestatem. Qui autem nesciunt consuetudinem illorum:putant eos modo seipsos occidere:quando ab eorum insanissima dominatione per occasionem legum istarum quæ p vnitate sunt constitutæ:tanti populi liberantur. Qui autem sciunt:& ante ipsas leges quid facere soleant:non eorum mirantur mortes:sed recordanẽ mores:maxime quando adhuc cult⁹ fuerat idolorum:ad paganorum celeberrimas solennitates ingentia turbarum agmina veniebant:non vt idola frangerent:sed vt interficerentur a cultoribus idolorum. Nam illud si accepta legitima potestate facere vellent:si qd eis accidisset:possent habere qualẽcunq; vmbrã nõis martyrum:sed ad hoc solum veniebant:vt integris idolis ipsi perimerentur. Nã singuli quiq; valentissimi iuuenes cultores idolorum: quis quot occideret: ipsis idolis vouere cõsueuerãt. Quidam etiam se trucidandos armatis viatoribus ingerebant:pcussur os eos se: nisi ab eis perimerentur terribiliter comminantes. Nonnunq̃ & a iudicibus transeuntibus extorquebant violenter:vt a carnificibus vel ab officio ferirentur. Vnde quidam illos sic illusisse phibet:vt eos tanq̃ pcutiendos:ligari & dimitti iuberet:atq; ita eorum impetum incruentus & illæsus euaderet. Iam vero per abrupta præcipitia:per aquas & flãmas occidere seipsos:quotidianus illis ludus fuit. Hæc enim eos tria mortis genera diabolus docuit:vt mori volentes:quando non inuenieba nt quem terrerent:vt eius gladio ferirentur:p saxa se mitterent aut ignib⁹ gurgitibus q; donarent. Quis autem illos hæc docuisse credendus est possidens cor eorum: nisi ille qui & Saluatori nostro:vt se de pinna templi pręcipitaret:tanq̃ de lege suggessit? Cuius suggestiõe a se vtiq; prohiberẽt:si magistrum Christum in corde portarent. Sed quia in se diabolo potius dederunt locum:aut si pereunt quemadmodum grex ille porcorum: quem de monte in mare turba dæmonum deiecit:aut illis mortibus erepti:& pio matris catholicæ gremio collecti:ita liberantur: queadmodũ est a dño liberat⁹: quem pater eius a dęmonio sanandũ obtulit dicẽs: Luc̃.4. Marci.5. Matth.17.
Z q aliquãdo cadere in aquam:aliquãdo in ignẽ soleret. Vnde magna in eos fit misericordia: cũ etiam per istas imperatorum leges:ab illa secta:vbi per doctrinas dæmoniorum mẽdaciloquorum mala ista didicerunt:prius eripiuntur inuiti:vt in catholica postea bonis pręceptis & moribus sanentur assueti. Nam multi eorum quorũ iam in vnitate Christi pium fidei feruorẽ charitatemq; miramur: cum magna lętitia deo gratias agunt:q illo errore caruerunt vbi mala ista bona putauerunt. Quas gratias modo volentes non agerent:nisi prius etiam nolentes ab illa nefaria societate discederent. Quid de illis dicamus:qui nobis quotidie confitenẽ:q iam olim volebant esse catholici:sed inter eos habitabant:inter quos id quod volebant esse non poterant per infirmitatem timoris:vbi si vnum verbum pro catholica dicerent:& ipsi & domus eorum funditus euerterentur? Quis est tam demens:qui neget istis debuisse per iussa imperialia subueniri:vt de tãto eruerenẽ malo:dum illi quos timebant timere coguñẽ:& eodem timore aut etiã ipsi corriguñẽ:aut certe cũ se correctos esse cõfingũẽ:correctis parcunt:a qbus antea timebanẽ? Si aũt seipsos occidere voluerint:ne illi q liberãdi sunt liberentur: & eo mõ liberãtiũ terrere pietatem:vt dum timetur ne quidam perditi pereant: non eruantur pditioni: q vel iã nolebãt perire:vel coerciri poterant nõ pire. Quid hic agit charitas christiana:pſertim cũ illi q suas mortes voluntarias & furiosas minanẽ:in populorũ liberandorũ cõparatione per pauci sint? Quid agit ergo fraterna dilectio:vtrũ dũ paucis trãsitorios ignes metuit caminorũ: dimittit oẽs æternis ignibus gehẽnarũ:& tã multos vel iã volẽtes vel postea non valẽtes p catholicã pacẽ ad vitã venire ppetuã:relinqt in interitum sempiternũ:cauẽdo ne qdã voluntario moriantur interitu:q viuunt ad impedimentũ salutis aliorum:quos non pmittũt sedm Christi doctrinam viuere:vt eos doceant quocũq; tempore secundũ cõsuetudinẽ doctrinæ diabolicæ ad eas quæ in illis modo timentur mortes voluntarias festinare? An potius conseruat quos

potest: etsi sponte pereant: quos conseruare non potest? Vt enim omnes viuant ardenter exoptat: sed omnes ne pereant plus laborat. Gratias autem domino: q & apud nos: non quidem in omnibus: sed valde in pluribus locis: & per alias Africæ partes: sine vllis istorum insanorū mortibus: pax catholica cucurrit & currit. Ibi autem illa funesta contingunt: vbi est tam furiosum & inutile hominum genus: qui & aliis temporibus eadem facere consueuerunt. Et prius quidem q̃ istæ leges a catholicis imperatoribus mitterentur: pacis atq; vnitatis Christi paulatim doctrina crescebat: & in eam quisq; sicut discebat & volebat & poterat ex ipsa parte trāsibat: cum tamen apud illos perditorum hominum dementissimi greges: in diuersis causis quietem innocentium perturbabant. Quis non dominus seruum suum timere compulsus est: si ad illorum patrocinium confugisset? Quis euersori minari saltem audebat auctori? Quis con sumptorem apothecarum? Quis quemlibet poterat exigere debitorem: auxilium eorū defensionemq; poscentem: timore fustium & incendiorum mortisq; præsentis? Pessimorum seruorum vt liberi abscederent tabulæ frangebantur: extorta debitoribus chirographa reddebantur. Quicunq; dura illorum verba contempserant: durioribus verberibus quod iubebant facere cogebantur. Innocentium qui eos offenderant domus: aut deponebantur ad solum: aut ignibus cremabantur. Quidam patresfamilias honesto loco nati: & generoso cultu educati: vix viui post eorum cædes ablati sunt: vel vincti ad molam: & eam in gyrum ducere: tanq̃ iumenta contemptibilia: verbere adacti sunt. Quod enim de legibus auxilium a ciuilibus potestatibus aduersus eos aliquid valuit? quis in præsentia eorum officialis anhelauit? Quisq qđ illi noluissent exactor exegit? Quis eos qui eorum cædibus extincti sunt vindicare tentauit: nisi q propria de illis pœnas poscebat insania: cum aliis prouocandis in se gladiis hominum: quos vt ab eis ferirentur morte terrebāt: alii per varia præcipitia: alii per aquas: alii per ignes se in mortes voluntarias vsquequaq; mittebant: & animas ferales a se sibi illatis suppliciis proiiciebant? Horrebant ista plurimi in ipsa superstitione hęretica constituti: & cum innocentiæ suæ sufficere arbitrarentur: q sibi talia displicerent: dicebatur eis a catholicis: si innocentiam vestram mala ista non polluūt: quomō dicitis orbē christianū: vel falsis vel certe ignotis Cęciliani peccatis esse pollutum? Quomodo vos nefario scelere: ab vnitate catholica: tanq̃ ab area dominica separatis: quæ vsq; ad tempus ventilationis necesse est vt habeat & frumentum in horreo recondendum & paleam ignibus consumēdam? Atq; ita quibusdam ratio reddebatur: vt aliqui ad vnitatem catholicam: etiam inimicitias perditorum parati sustinere transirent: sed plures q̃uis id vellent: eos tamen homines quibus tanta fuerat licentia sæuiendi: inimicos facere non audebant. Nonnulli quippe illos cum ad nos transissent crudelissimos passi sunt. Accidit etiam vt apud Carthaginem quendam diaconum suum nomine Maximianum: contra episcopum suum superbiētem: quidam episcoporum eiusdem partis facto schismate: & in plebe Carthaginis diuisa parte Donati: ordinarent episcopum cōtra episcopum. Qđ cū eorum pluribus displiceret: eundem Maximianum cum aliis duodecim: qui eius ordinationi præsentes affuerant damnauerunt: cæteris autem ad eandem societatem schismatis pertinentibus: die constituto facultatem redeundi dederunt. Sed postea ex ipsis duodecim quosdam: & ex illis quibus dilatio data fuerat: post diem positum redeuntes propter pacem suam in suis honoribus susceperunt: & quoscunq; extra ipsorum communionem damnati baptizauerant: rebaptizare non ausi sunt. Cœpit hoc eorum factum contra illos pro catholica multū valere: vt ora eorum penitus clauderentur. Quæ res cum (sicut oportebat) ad sanandos ab schismate animos hoīm spargeret instanti⁹: & quaquauersum poterat: catholicorum sermonibus ac disputationib⁹ mōstraret: eos p pace Donati & dānatos suos in honorē suū integrum suscepisse & baptismum quē damnati vel etiā dilati foris ab ecclesia eorū dederant: non ausos fuisse rescindere: & orbi terrarū cōtra pacē Christi contaminationem (nescio quorū) obiicere peccatorū & euacuare baptismū: in illis quoq; ecclesiis datum: vnde in Africam venit ipsum euangeliū: plurimi confundebantur: & manifestę veritati erubescentes corrigebantur: solito crebrius: & multomagis: vbicunq; ab eorum sæuitia respirabat aliquāta libertas. Tum vero illi sic exarserunt: & tantis sunt odiorum stimulis incitati: vt cōtra eorum insidias atq; violētias: & apertissima latrocinia: vix vllæ nostræ cōmunionis ecclesię possent esse securę: vix vlla via tuta: qua iter agerent quicunq; aduersus eorum rabiem pacem catholicam prædicarent: eorumq; dementiam perspicua veritate conuincerent: Vsqueadeo prorsus non solum laicis: vel qbuslibet clericis: sed ipsis quoq; episcopis catholicis: quodammodo proponebatur dura conditio.

Aut eñ tacenda erat veritas:aut eorum immanitas pferenda. Sed si veritas taceret:non solũ
nemo fuerat eius silẽtio liberãdus:sed multi etiã illorũ seductiõe pdendi. Si aũt veritatis pdi-
catione furor eorũ ad sæuiendũ puocaret:aliqbus libertatis nostrisq; firmatis:rursus a sequen
da veritate/formido ĩpediret ĩfirmos. Cũ igit augustiis affligeret eccl'ia: qsqs existimat oĩa po
A tius sustinenda:q̃ dei auxiliũ:vt p christianos impatores ferret fuisse poscendũ:parum attẽdit 23.q.4.si ec
nõ bonã de hac negligẽtia reddi potuisse rationẽ. Qđ eñ dicũt: q cõtra suas impietates leges clesia.
iustas institui nolunt:non petiisse a regib⁹ terræ apostolos talia:non consyderant aliud fuisse
tunc tempus:& omnia suis temporib⁹ agi. Quis enim tũc in Christũ crediderat impator:q ei
p pietate cõtra impietatẽ legem ferendo seruiret: qñ adhuc illud pphericũ cõplebat: Quare Psal.2.
fremuerunt gẽtes:& ppl'i meditati sunt inania: Astiterunt reges terræ:& principes conuene-
rũt in vnũ:aduersus dñm & aduersus Christũ ei⁹? Nõdũ aũt agebat:qđ paulo post ĩ eodẽ psal
mo dicitur: Et nũc reges intelligite:erudimini q iudicatis terrã: Seruite dño in timore:& ex-
ultate ei cum tremore. Quõ ergo reges dño seruiũt in timore:nisi ea q̃ contra iussa dñi fiunt:
relegiosa seueritate phibendo atq; plectendo? Aliter eñ seruit qa homo est:aliter quia etiam
& rex est. Quia homo est:ei seruit viuẽdo fideliter:qa vero etiã rex est:seruit leges iusta pcipiẽ
tes & cõtraria phibentes/cõuenienti vigore sanciendo: Sicut seruiuit Ezechias:lucos & tem 4.Regũ.18.
pla idolorum:& illa excelsa q̃ contra præcepta dei fuerant extructa destruendo: Sicut seruiuit 4.Regũ.22.
Iozias:talia & ipse faciendo: Sicut seruiuit rex Niniuitarũ:vniuersam ciuitatem ad placandũ Ionę 3.
dñm cõpellendo: Sicut seruiuit Darius:idolum frangendũ in potestatẽ Danieli dando:& ini- Daniel'.14.
micos eius leonibus ingerendo: Sicut seruiuit Nabuchodonosor (de quo iã diximus) oẽs in re Daniel'.3.
gno suo positos a blasphemando deo lege terribili phibendo. In hoc ergo seruiunt dño reges
inquantũ sunt reges:cum ea faciunt ad seruiendũ illi:q̃ nõ pñt facere nisi reges. Cũ itaq; nõdũ
reges dño seruirent temporibus apostolorũ:sed adhuc meditarẽtur inania: aduersus eum &
aduersus Christũ ei⁹:vt pphetaꝝ pdicta oĩa cõplerẽt:nõ vtiq; tũc possent ĩpietates legibus p
hiberi:sed potius exerceri. Sic eñ ordo tẽporum voluebat:vt & iudæi occiderent pdicatores
Christi:putantes se officium deo facere:sicut pdixerat Christus:& gentes fremuerunt aduer
sus christianos:& omnis patiẽtia martyrũ vincerent. Postea vero q̃ cœpit impleri qđ scriptũ
est: Et adorabunt eum omnes reges terræ:oẽs gentes seruiũt illi: Quis mente sobrius regib⁹
dicat: Nolite curare in regno vestro a quo tueatur vel oppugnetur ecclesia dñi vestri:non ad
vos ptineat in regno vestro:quis velit esse siue religiosus siue sacrilegus: quibus dici non põt:
non ad vos pertineat in regno vestro:qs velit pudicus esse qs impudicus? Cur enim cũ datum
B sit diuinitus homini liberũ arbitriũ:adulteria legibus puniãtur: & sacrilegia pmittãtur? An
fidem non seruare leuius est aĩam deo:q̃ fœminã viro? Aut si ea quæ non contẽptu:sed igno-
rantia religionis committunt:mitius vindicãda:nunqd ideo negligenda sunt? Melius est qdẽ
(qs dubitauerit?) ad deum colẽdũ doctrina hoĩes duci:q̃ pœnę timore vel dolore cõpelli? Sed
non qa isti meliores sunt:ideo illi q tales non sunt negligẽdi sunt. Multis enim pfuit (qđ expe
rimentis pbauim⁹ et pbamus) prius timore vel dolore cogi:vt postea possint doceri: aut qđ
iam verbis didicerant opere sectari. Proponunt nobis qdã sententiam cuiusdam sæcularis au
ctoris:q dixit: Pudore & libertate liberos retinere:satius esse credo q̃ metu. Hoc quidem verũ
est:sed sicut meliores sunt quos dirigit amor:ita plures sunt quos corrigit timor. Nam vt de
ipso auctore istis respondeatur:apud illum etiam legunt: Tu nisi male coactus:recte facere ne
scis. Porro aũt scriptura diuina & propter illos meliores dixit: Timor non est in charitate:sed 1.Ioh.4.
perfecta charitas foras mittit timorem. Et pter hos inferiores qui plures sunt:ait: Verbis nõ
emendabitur seruus durus:si enim & intellexerit non obediet. Cum dixit: verbis eum non
emendari:non eum iussit deseri:sed tacite admonuit vnde debeat emendari. Alioquin non di
ceret:verbis non emendabitur:sed tantummodo diceret:non emẽdabitur. Alio quoq; loco di
cit: Non solũ seruum sed etiam filium indisciplinatum plagis esse coercendum. Et magno fru
ctu. Nam tu quidem inquit percutis eum virga:animam vero eius liberabis a morte. Et alibi Prouer.23.
dicit: Qui parcit baculo:odit filium suum. Dauid enim qui recta fide veroq; intellectu: totis Prouer.1.
animæ suæ viribus dicit: Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum:quando veniam & appa Psal.41.
rebo ante faciem dei. Et huic tali non solum temporalium poenarum:vel imperialium legum
sed nec gehennarũ timor est necessarius:cui tam desyderabile bonum est adhęrere deo:vt non
solum ab ea felicitate alienari tanq̃ magnum supplicium perhorrescat: verumetiam differri
C moleste ferat. Sed tamen anteq̃ dicant boni filii: Concupiscentiam habemus dissolui & esse cũ Phili.1.

Christo:multi prius tanq̃ mali serui & quodammodo improbi fugitiui: ad dominum suum
23.q.4.quis nos. temporalium flagellorum verbere reuocantur.Quis enim nos potest amplius amare q̃ Christus:qui animam suam posuit pro ouibus suis? Et tamen cum Petrum & alios apostolos solo
Ioh.10. verbo vocasset:Paulum prius Saulum: ecclesiæ suæ postea magnum ędificatorem:sed horrendum
Actuum.9. antea vastatorem:non solum voce compescuit:verum etiã potestate prostrauit:atq; infidelitatis tenebris sæuientẽ:ad desyderandũ lumen cordis vt surgeret:prius corporis cæcitate pcussit.Si pœna illa non esset:non ab ea postmodum sanaretur.Et qũ apertis oculis nihil videbat:si eos saluos haberet:non ad impositionem manus Ananiæ:vt eorum aperiretur obtutus:tanq̃ squamas quibus clausus fuerat inde cecidisse:scriptura narraret. Vbi est qd̃ isti cla-
23.q.6.schismatici. mare consueuerunt:liberum est credere vel nõ credere?Cui vim Christus intulit:quẽ coegit? Ecce habent Paulum apostolum:agnoscant in eo prius cogentem Christum:& postea docẽtẽ: prius ferientem & postea consolantem.Mirũ est aũt quomõ ille qui pœna corporis ad euangeliũ coactus intrauit:plus illis omnibus qui solo verbo vocati sunt in euangelio laborauit: Et quem maior timor compulit ad charitatem:eius perfecta charitas foras mittit timorem.Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios vt redirent:si perditi filii coegerũt alios vt perirent? Quis etiã illos quos non coegerunt:sed tantũmodo seduxerunt:si per terribiles/sed salubres leges in eius gremio reuocentur:blandius pia mater amplectitur:& de illis multo amplius q̃ de his quos nunq̃ perdiderat gratulatur.An non ptinet ad diligentiam pastoralem: etiã illas D
oues q̃ non violenter ereptæ:sed blande leniterq; seductæ: a grege aberrauerint: & ab alienis cœperint possideri:inuentas ad ouile dominicum si resistere voluerint flagellorum terroribus vel etiam doloribus reuocare:præsertim quoniã si apud fugitiuos & prædones seruos fœcunditate multiplicentur:plus habet iuris q; in eis dñicus character agnoscitur:q̃ in eis quos suscepimus:nec tamen rebaptizamus:minime violatur?Sic em̃ error corrigendus est ouis:vt nõ in ea corrumpatur signaculum redemptoris.Neq; em̃ si quisq̃ regio charactere assignato de serrore signetur:& accipiat indulgentiam:atq; ille redeat ad militiam: ille aũt esse in militia in qua nõdũ erat incipiat:in aliquo eorũ character ille rescinditur:an non potius in ambobus agnoscit:& honore debito qm̃ regi⁹ est approbat?Quia ergo nõ pñt malũ esse ondere quo co-
23.q.6.schismatici. gunt:nec ad bonũ se cogi oportere contẽdunt:sed a Christo coactũ ondimus Paulũ.Imitatur itaq; ecclesia in istis cogendis dñm suũ:q̃ prius vt neminem cogeret expectauit: vt de fide regum atq; gentium pdicatio prophetica compleretur.Etiam hinc em̃ nõ absurde intelligitur
2.Cor.10. illa apostolica sententia:vbi Palus beatus dicit:Parati vlcisci oẽm inobedientiã cum completa
Lucę.14. fuerit prior obedientia vestra. Vnde & ipse dñs ad magnã cœnã suã prius adduci iubet conuiuas:postea cogi.Nam cũ ei serui sui respondissent:Dñe factum est qd̃ iussisti:& adhuc est locus Exite inquit in vias & sepes:& quoscũq; inueneritis cogite intrare.In illis ergo qui leniter primo adducti sunt:cõpleta est prior obediẽtia:In istis aũt q̃ cogunt:inobediẽtia coercet. Nã qd̃ est:Cogite intrare:cũ primo dictũ esset:adducite:& responsum esset: factũ est qd̃ iussisti & adhuc est locus?Si miraculorum terroribus cogendos voluisset intelligi:magis ad eos q̃ pri⁹ vocati sunt diuina miracula multa facta sunt:maxime ad eos de qbus dictũ est:Iudęi signa pe-
23.q.6.schismatici.&.q.4.ipsa pietas. tũt:In ipsis quoq; gentilibus talia tpibus aplorũ miracula euãgeliũ cõmẽdauerũt: vt si talib⁹ cogi iuberent:ptiores vt dixi poti⁹ cõuiuæ coacti eẽ merito crederent.Quapropter si ptãrem quam p religionẽ ac fidẽ regũ tpe quo debuit diuino munere accepit ecclesia: hi q̃ inueniũtur in viis & in sepibus:id est in hæresibus & schismatibus:cogunt intrare:non quia coguntur rephendant:sed quo cogantur attendant.Cõuiuiũ domini vnitas est corporis Christi:non solũ in sacramento altaris:sed etiã in vinculo pacis.De ipsis sane possumus verissime dicere q; neminẽ cogant ad bonũ.Quoscunq; enim cogunt:non cogunt nisi ad malum. Veruntamen anteq̃ istæ leges quibus ad conuiuium sanctum coguntur intrare:in Africam mitterentur:non nullis fratribus videbatur:in qbus & ego eram:q̃uis Donatistarum rabies vsquaq; sæuiret: E
non esse petendũ ab imperatoribus:vt ipsam hæresim iuberent oĩno nõ esse:pœnam cõstituendo eis q̃ in illa esse voluissent:sed hoc potius constituerent: vt eorum furiosas violentias non paterentur qui veritatem catholicam vel pdicarent loquẽdo vel legerent constituẽdo.Quod
23.q.4.ipsa pietas. eo modo fieri aliquatenus posse arbitrabamur: si legem piissimæ memoriæ Theodosii quam generaliter in omnes hæreticos promulgauit:vt quisquis eorũ episcopus vel cleric⁹ vbilibet esset inuentus:decem libris auri multaretur:expressius in Donatistas:qui se negabant hæreticos ita confirmarent:vt non omnes ea multa ferirentur:sed in quorũ regionib⁹ aliquas vio

lentias a clericis vel a circũcellionibus vel populis eorũ ecclesia catholica pateref: vt scilicet
post protestationẽ catholicorum:qui fuissent ista perpessi:iam cura ordinum ad persoluendã
multam episcopi siue ministri cæteri tenerentur.Ita enim existimabamus eis territis & nihil
tale facere audentibus posse libere doceri & teneri catholicam veritatem: vt ad eam cogeref
nemo:sed eã qui sine formidine vellet sequeref:ne falsos & simulatores catholicos haberem⁹.
Et q̃uis aliis fratribus aliud videretur:iam ætate grauioribus:vel multarum ciuitatum & lo
corum exempla currentibus:vbi firmam & veram catholicam videbamus:quæ tamen ibi ta-
libus beneficiis dei constituta esset atq; firmata:dum per priorum imperatorũ leges ad com-
munionem homines catholicam venire cogerenf: obtinuimus tamen vt illud potius q̃d dixi
ab imperatoribus peteref.Decretũ est in concilio nr̃o:legati ad comitatũ missi sunt. Sed dei
maior misericordia qui sciret harum legum terror & quædam medicinalis molestia:q̃ multo
rum esset prauis vel frigidis animis necessaria:& illi duritiæ:quę verbis emendari non posset
vel potest:sed tñ aliquãtula seueritate disciplinę põt:id egit vt legati nostri q̃d susceperãt obti
nere non possent. Iam enim nos præuenerant ex aliis locis quædam episcoporum querelæ
grauissimæ:qui mala fuerant ab ipsis multa perpessi:& a suis sedibus exturbati.Pręcipue hor
renda & incredibilis cædis Maximiani episcopi catholici ecclesiæ Vagiensis effecit: vt nostra
legatio iam quid ageret non haberet. Iam enim lex fuerat ꝓmulgata:vt tantę immanitatis hę
resis Donatistarum:cui crudelius parci videbatur q̃ ipsa s̃quiebat:non tantum violenta esse:
sed omnino esse non sineretur impune. Non tamen supplicio capitali propter seruandam eti
am circa indignos mansuetudinem christianam:sed pecuniariis damnis propositis: & in epi-
F scopos vel ministros eorum exilio constitutos. Supradictum quippe episcopum Vagiensem
quoniã ap̃d ordinarium iudicem dicta inter partes sentẽtia: obtinuerat basilicam quam illi cũ
catholica esset inuaserunt:stantem ad altare irruentes horrendo impetu & furore crudeli: fu
stibus & huiuscemodi telis:lignis deniq; eiusdem altaris effractis immaniter ceciderunt: pu-
gione etiam ꝑcusserunt in inguine:quo vulnere sanguis effluens eum exanimem redderet:ni-
si ei ad vitam maior sæuitia eorum profuisset.Nam cum grauiter sauciatum per terram insu
per traherent:exundanti venæ puluis oberusus sanguinem obtinuit: cuius effusione ibat in
mortem.Deinde cum ab eis tandem relictum:nostri cum psalmis auferre tentarent:illi ira ar
dentiore succensi:eum deportantium manibus abstulerũt:male mulctaris fugatisq; catholicis:
quos ingenti multitudine superabant & facile sæuiendo terrebant. Inde in quandam turrem
leuatum/iam defecisse arbitrantes/cum ille adhuc viueret abiecerunt. Sed quodam molli ag-
gere exceptus:& a quibusdam nocte transeuntibus per lucernam conspectus:agnitus atq; col
lectus:& ad religiosam domum apportatus:adhibita magna cura post multos dies cum ab il-
la desperatione recreatus esset: occisum eum tamen fama scelere Donatistarum etiam trans
mare nuntiauerat.Quo posteaq̃ venit: & vita eius inopinatissima apparuit:cicatricibus suis
tam multis/tam ingentibus/tam recentibus/non frustra fama mortuum se nuntiasse mõstra
uit.Auxilium ergo petiuit ab imperatore christiano:non tam sui vlciscendi causa:q̃ tuẽdæ ec 23.q.3.Maxi
clesiæ sibi creditæ.Quod si prætermisisset:non eius fuisset laudanda patientia: sed negligen- mianus.
tia merito culpanda.Neq; enim & apostolus Paulus vitæ suæ transitoriæ consulebat: sed ec- Actuũ.21.
clesiæ dei:quando contra illos qui eum occidere conspirauerant: consilium illorum tribuno
vt proderetur effecit. Vnde factum est vt eum ad locum quo fuerat perducendus: deduce-
ret miles armatus:ne illorũ pateretur insidias. Romanas etiam leges implorare minime du-
bitauit:ciuem Romanum se esse proclamans:quos tunc affligi verberibus non licebat. Itemq;
ne iudæis eum interimere cupientibus traderetur:Cæsaris poposcit auxilium: Romani qui- Actuũ.25.
dem principis sed non christiani. Vbi satis ostendit quid facere deberent postea Christi dispẽ
satores:quando imperatores christianos periclitante ecclesia reperirent. Hinc ergo factum
est: vt imꝑator religiosus & pius perlatis in notitiam suam talibus causis: mallet piissimis le-
gibus illius impietatis errorem oĩno corrigere: & eos q̃ cõtra Christũ Christi signa portarẽt
G ad vnitatẽ catholicam terrendo & coercẽdo redigere:q̃ sæuiẽdi tñmodo auferre licẽtiã:& er-
randi ac pereundi relinquere.Iã vero cũ ipsę leges venissent in Africã:ꝓcipue illi q̃ quærebãt
occasionẽ:aut s̃uitiã furẽtiũ metuebãt:aut suos verecundabanf offẽdere:ad eccl'iam cõtinuo
transierũt.Multi etiã qui sola illic a parentibus tradita cõsuetudine tenebanf: qualẽ vero cau
sam ipsa heresis haberet nũq̃ antea cogitauerãt:nũq̃ q̃rere & cõsyderare voluerant: mox vbi

cœperunt aduertere:& nihil in ea dignum inuenire propter qd tanta damna paterētur : fine
vlla difficultate catholici facti sunt.Docuit eñ sollicitudo quos neglīgētes securitas fecerat.
Istorū aūt omniū pcedentium auctoritatem & persuasionem secuti sunt multi:qui minus ido
nei erant per se ipsos intelligere:quid distaret inter Donatistatum errorem:& catholicā veri-
tatem.Ita cum magna agmina populorum vera mater in sinum gaudens reciperet:remanse-
runt turbæ duræ:& in illa peste infelici animositate sistentes.Ex his quoq; plurimi simulando
cōmunicauerūt:alii paucitate latuerunt.Sed illi q simulabant:paulatim assuescendo:& prædi
cationem veritatis audiendo:maxime post collationem & disputationē q̄ inter nos & episco-
pos eorū apud Carthaginē fuit:ex magna parte correcti sunt.In quibusdā vero locis: vbi per-
tinacior & impacatior præualuit multitudo:cui resistere non poterant pauciores quorū erat
melior de cōmunione sententia:aut turbæ auctoritati paucorum potentiorum subditę in ma
lam partem obtemperauerunt:aliquanto diutius laboratum est.Ex his sunt in qbus adhuc la
boratur:in quo labore multi catholici : & maxime episcopi & clerici horrenda & dura ppessi
sunt:quæ cōmemorare longum est:quādo quorūdā & oculi extincti sunt:& cuiusdā epi man⁹
& lingua pcisa est:nōnulli etiā trucidati sunt.Taceo crudelissimas cędes:& domorū depdatio
nes:per nocturnas aggressiones:& incendia nō solū priuatorū habitaculorū:verūetiam eccle
siarum:In quas flāmas non defuerunt q & codices dñicos mitterent.Sed nos huiusmodi affli- H
ctos malis:consequēs consolatus est fructus.Nam vbicūq; a pditis ista cōmissa sunt:ibi feruēti
us atq; perfectius vnitas christiana pfecit : & vberius laudatur dñs:q donare dignatus est vt
serui ei⁹ passionibus suis lucrarētur fratres suos:& oues eius mortifero errore dispersas in pa
cem salutis æternę suo sanguine congregarent.Potens est dñs & misericors:quam quotidie ro
gamus vt etiā cæteris det pœnitentiam:& resipiscant de diaboli laqueis:a quo captiui tenen-
tur secundū ipsius voluntatē:q nō quærunt nisi vnde nobis calumnienť : & retribuant mala p
bonis:qa nec intelligere nouerunt:quē circa eos animum dilectionéq; seruemus: & qūo eos ve
limus secundū dñi præceptum:qd per Ezechielē pphetam pastoribus dedit:reuocare erran-
tes:& perditos inuenire.Illi aūt qd & alibi aliqñ diximus:& qd nobis faciūt sibi non imputāt:
23.q.5.qs ei. & qd sibi faciunt nobis imputant.Quis enim nostrū velit nō solum aliquē illorum perire:ve-
rumetiam aliquid pdere?Sed si aliter non meruit pacem habere domus Dauid : nisi Absalon
filius eius in bello qd contra patrem gerebat fuisset extinctus : q̄uis magna cura mandauerit
suis vt eum quantum possent viuum saluumq; seruarent:& esset cui pœnitenti paternus affe
ctus ignosceret:qd ei restitit:nisi perditum flere:& sui regni pace acqsita suam mœstitiam cō
solari?Sic ergo catholica mater bellantibus aduersus eam qd aliud q̄ filiis suis:qa vtiq; ex ipsa
magna arbore:quæ ramorū suorum porrectione toto orbe diffunditur:iste i Africa ramuscu
lus fractus est:cū eos charitate parturiat vt redeant ad radicem:sine qua veram vitam habe-
re non possunt:si aliquorum perditione cæteros tam multos collegit:præsertim quia isti non
sicut Absalon casu bellico:sed spontaneo magis interitu pereunt : dolorē materni cordis lenit
& sanat tantorum liberatione populorum.Quorū si videas in Christi pace lætitias : frequen-
tias:alacritates:& ad hymnos audiendos & canendos/& ad verbum dei percipiendū celebres
hilaresq; conuentus:multorūq; in eis cum dolore magno recordationem præteriti erroris:&
cum gaudio consyderationem cognitæ veritatis:& cū indignatione & detestatione mendaci
um magistrorum:q; modo cognoscant de nostris sacramentis q̄ falso iactauerint multorum
etiā in eis cōfessiones: q; olim vellent esse catholici:nec inter homines tanti furoris auderent
Horum ergo populorum congregationes per plurimas Africæ regiones ab illa perditione li
beratorum:si sub vno conspectu videres:tunc diceres nimiæ fuisse crudelitatis : si dū timeret
ne homines desperati:& istorū innumerabili multitudini nulla æstimatiōe cōparandi:suis &
voluntariis ignibus cremarenť:isti in æternū pdendi:& sempiternis ignibus cruciandi relin-
23.q.4.ipsa pietas. querenť.Si eñ duo aliqui in vna domo habitarent quam certissime scirem⁹ eē ruiturā:nobisq; I
q; id pnuntiantibus nollent credere:atq; in ea manere psisterent: si eos inde possemus eruere
vel inuitos:qbus imminētē illā ruinā postea demōstraremus : vt redire vlteri⁹ sub ei⁹ piculū
nō auderent:puto nisi faceremus nō immerito crudeles diiudicaremur.Porro si vn⁹ illorū no
bis diceret:qñ itraueritis eruere nos:me ipm cōtinuo trucidabo: alter aūt nec exire qdē inde
nec erui vellet:sed neq; necare se auderet:qd eligerem⁹:vtrū ambos ruinę opprimēdos relinq̄
re:an vno saltē p misericordiæ nostrę operā liberato:alterū non nostra culpa:sed sua potius in
terire?Nemo est tam infelix:qui non qd fieri in talibus reb⁹ oporteat facillime iudicet. Et de

duobus hominibus:vno scilicet perdito & vno liberato similitudinem istam proposui. Quid
ergo sentiendum est de quibusdam paucis perditis: & innumerabili multitudine populorũ
liberatorum? Non enim vel tot sunt illi homines qui sua volũtate pereunt: quot liberanẽ per
istas leges ab illa pestifera æternaq; pernicie fundi: pagi: vici:castella:municipia:ciuitates. Si 32.q.4.ipsa
autem diligentius rem de qua loquimur cogitem⁹:puto ꝙ si plurimi essent in domo ruitura pietas.
& inde saltem vnus liberari posset:atq; id cũ facere conaremur: alii seipsos præcipitio necarẽt
dolorẽ de cæteris nostrũ:de vnius saltem salute consolaremur:non tamen ne se ipsos alii per-
derent:perire vniuersos nullo liberato permitterem⁹. Quid igitur de ope misericordiæ qd̃ ꝑ
vita æterna adipiscenda & poena æterna vitanda hominibus debemus impendere iudicandũ
est:si pro salute ista non solum tẽporali:sed etiam breui ad ipsum tempus exiguũ liberanda:sic
k nos hominibus subuenire:ratio vera & benigna cõpellit? Qd̃ autem nobis obiiciũt: ꝙ res eo 23.q.7.qd̃
rum concupiscamus & auferamus: Vtinam catholici fiant:& non solum quæ dicunt sua:sed aũt.
etiã nostra in pace nobiscũ & charitate possideant. Vsqueadeo autem calumniandi cupidita
te cęcanẽ:vt non attendant:q̃ sint inter se contraria quæ loquunẽ. Ipsi certe dicunt & inuidio
sissime sibi conqueri vidẽtur:ꝙ eos in nostram cõmunionẽ violento legũ imperio coartam⁹.
Hoc vtiq; nullo modo faceremus:si res eorum possidere vellemus. Quis auarus quærit com-
possessorem? Quis dominãdi cupiditate inflãmatus vel fastu dominationis elatus desyderat
habere consortẽ? Ipsos certe attendant quondam suos iam nostros socios:& fraterna nobis di-
lectione coniunctos:quemadmodũ sua teneant:non solũ quæ habebant:sed etiã nostra q̃ nõ ha
bebant:q̃ tamẽ si pauperum cõpauperes sumus & nostra sunt & illorum. Si aũt priuatim quę
nobis sufficiant possidemus:non sunt illa nostra sed pauperũ:quorũ procurationem quodam
modo gerimus:non proprietatem nobis vsurpatione damnabili vendicam⁹. Quicqd̃ ergo no
mine ecclesiarum partis Donati possidebanẽ:christiani imꝑatores legib⁹ religiosis cũ ipis eccle
siis ad catholicam trãsire iusserunt. Cũ ergo nobiscũ sint plebes earundẽ ecclesiarũ:nobiscum
pauperes qui ab eisdem possessiunculis alebantur:ipsi potius foris positi: desinant cõcupisce-
re aliena:sed intrent in vnitatis societatem:vt pariter gubernem⁹:non illa tantũ q̃ dicũt sua
verumetiam q̃ dicuntur & nostra. Scriptum est enĩ. Oĩa vestra:vos aũt Christi:Christus aũt 1.Cor.3.
dei. Sub illo capite in vno eius corpore vnum simus:& de istis talibus rebus faciamus qd̃ scri-
ptum est in actibus apostolorum: Erat illis anima vna & cor vnum:& nemo dicebat aliqd pro Actu.4.
prium:sed erant illis oĩa cõmunia. Amemus qd̃ cantamus: Ecce q̃ bonum & q̃ iucũdum habi Psal.132.
tare fratres in vnum:vt sic experiantur:& sciant q̃ veraciter ad eos clamet mater catholica 2.Cor.12.
qd̃ scribit beatus apostolus ad Corinthios: Non quæro q̃ sunt vestra sed vos. Si autẽ consyde- Sap.10.
remus qd̃ scriptum est in libro sapiẽtiæ: Ideo iusti tulerunt spolia impiorum: Item qd̃ legitur 23.q.7.quẽ-
in ꝓuerbiis: Thesaurizantur autem iustis diuitiæ impiorum:tunc videbimus non esse quærẽ admodum.
L dum qui habeant res hæreticorum:sed qui sint in societate iustorum. Scimus quidem illos tã
tam sibi arrogare iustitiam:vt eam se iactent nõ solum habere:sed etiam aliis hominib⁹ dare
A se quippe dicunt iustificari eum:quem baptizauerint:vbi nihil eis restat: nisi dicere illi qui
baptizatur ab eis vt in baptizatorem suum credat. Cur enĩ non faciat:quãdo apostolus dicit:
Credenti in eum qui iustificat impium:deputatur fides ei⁹ ad iustitiam? In ipm̃ ergo credat si Ro.4.
eum ipse iustificat:vt deputetur fides eius ad iustitiam. Sed puto ꝙ etiã ipsi seipsos horreãt
si tamen ista vel cogitare dignanẽ. Iustus enim & iustificans non est nisi deus. Potest autem &
de istis dici quod apostolus de Iudæis: Quia ignorantes dei iustitiam & suam volentes consti Ro.10.
tuere:iustitiæ dei non sunt subiecti. Absit autem vt quisq̃ nostrum ita se iustum dicat: vt aut
suam iustitiam velit constituere:id est quasi a seipso sibi datam:cũ dicatur ei: Quid enim ha- 1.Cor.4.
bes quod non accepisti? Aut sine peccato se esse iactare audeat in hac vita: sicut ipsi in nostra
collatione dixerunt in ea se esse ecclesia quæ iam non habet maculam aut rugam: aut aliquid Eph.5.
huiusmodi:nescientes hoc modo in eis compleri:qui vel post baptismum continuo vel dimis- 1.Retra.6.
sis debitis quæ dimittenda in oratione poscuntur:de hoc exeunt corpore: in tota vero eccle-
sia tunc futurum vt sit omnino non habens maculam aut rugam aut aliquid eiusmodi:quan-
do dicendum erit: Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Aculeus enim mor- 1.Cor.15.
tis est peccatum. In hac autem vita vbi corpus quod corrumpitur aggrauat animam: si eccle Sap.9.
sia eorum iam talis est:non ergo dicant deo:qd̃ dominus nos orare docuit: Dimitte nobis debi
ta nostra. Cũ enĩ i baptismo cũcta dimissa sint:vt qd hoc poscit ecclesia:si iã etiã in hac vita nõ
habet maculam aut rugam:aut aliquid euismodi? Contemnant & apostolum Ioannem clamã

tem in epistola sua:Si dixerimus quia peccatum non habemus:nos ipsos decipimus: & veritas
1.Ioh.1. in nobis non est.Si autem cõfessi fuerimus peccata nostra:fidelis est & iustus: q dimittat nobis
peccata:& mundet nos ab omni iniquitate.Propter hanc spem dicit vniuersa ecclesia: Dimit-
Matth.6. te nobis debita nostra:vt non superbientes sed confidentes mundet nos ab iniquitate: atq; ita
sibi dominus Christus exhibeat in illa die gloriosam ecclesiam non habẽtem maculã aut rugã
aut aliquid eiusmodi.Quam modo mundat lauacro aquæ in verbo:quia neq; aliqd remanet in
baptismo quod non dimittatur omnium præteritorum peccatorũ:si tamen ipse baptismus nõ
frustra foris habeatur:si aut intus detur:aut si iam foris datus est: non foris cum illo remanet:
& quicqd ab eis qui post acceptum baptismum hic viuunt / infirmitate humana contrahitur
quarumq; culparum propter ipsum lauacrum dimittitur. Neq; enim aliqd prodest non ba-
ptizato dicere:Dimitte nobis debita nostra.Ita modo mundat ecclesiam suam lauacro aquę in
Eph.5. verbo:vt tunc eã sibi exhibeat:non habentem maculam neq; rugam:aut aliqd eiusmodi: totã
scilicet pulchram atq; perfectam:quando absorbebitur mors in victoriam.Nunc ergo inquan
tum viget in nobis q; ex deo nati sumus:ex fide viuentes:iusti sumus. Inquantũ autẽ reliquias
1.Ioh.3. mortalitatis ex Adam trahimus:sine peccato non sumus.Et illud enim verum est:Qui nat⁹ est
1.Ioh.1. ex deo non peccat:Et illud verum est:Si dixerimus quia peccatum non habemus: nos ipsos de
Ro.3. cipimus:& veritas in nobis non est.Dñs itaq; Christus & iustus est & iustificans:nos aũt iusti- M
23.q.7.quẽ- ficati gratis per gratiam ipsius.Non aũt iustificat nisi corpus suum:quod est ecclesia. Et ideo
admodum. si corpus Christi tollit spolia impiorum:& corpori Christi thesaurizãtur diuitiæ impiorum:
non debent impii foris remanere:vt calumnient:sed intrare potius vt iustificentur. Vnde &
Sap.5. illud qd̃ de die iudicii scriptum est:Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se
angustiauerunt:& abstulerunt labores eorum:non vtiq; sic intelligendum est:quia stabit Cha
nanæus aduersus Israel:cum chananæi abstulerit labores israel:sed stabit Nabuthæus aduer-
sus Achab:quoniam labores Nabuthæi abstulit Achab.Chananæus quippe impius: Nabuthæ
us iustus.Eodem modo non stabit paganus aduersus christianum qui abstulit labores ei⁹: quã
do idolorũ expoliata vel donata sũt tẽpla:sed stabit Christian⁹ aduersus paganũ q abstulit labo
res ei⁹ qñ martyrũ pstrata sũt corpora.Sic ergo nõ stabit hęretic⁹ aduersus catholicũ q abstu N
lit labores eius:qñ pualuerũt leges catholicorũ impatorũ:sed stabit catholic⁹ aduersus hęreti
cũ: q abstulit labores ei⁹ qñ furores pualebãt impiorũ circuncellionum.Ipsa quippe scriptura
soluit quæstionem:quæ non ait:Tunc stabunt homines:sed tunc stabunt iusti: Et ideo in ma-
gna constantia:quia in bona conscientia.Iustus autem hic nemo iustitia sua:id est tanq̃ sibi a se
ipso facta:sed vt dicit apostolus:sicut vnicuiq; deus partitus est mensuram fidei.Sequitur au-
Ro.12. tem & adiungit:Sicut enim in vno corpore multa membra habemus: omnia autem membra
non eosdem actus habent:ita multi vnum corpus sumus in Christo. Ac per hoc nemo poterit
23.q.7.quẽ esse iustus q̃diu fuerit ab vnitate huius corporis separat⁹.Quemadmodum enim membrum: I
admodum. si præcidatur ab hominis viui corpore:non potest tenere spiritum vitæ: Sic homo qui præci-
ditur de Christi iusti corpore:nullo modo potest spiritum tenere iustitiæ:etiam si figuram mẽ
bri teneat quam sumpsit in corpore.In huius ergo compagem veniant:& labores suos non do-
minãdi cupiditate:sed bene vtendi pietate possideant.Nos autem voluntatem nostram:vt iã
dictum est: ab huius cupiditatis sordibus: quolibet inimico iudicante purgamus: quando
eos ipsos quorum labores dicuntur: vt nobiscum & illis & nostris in societate catholica vtan-
tur: quantum valemus inquirimus.Sed hoc est inquiunt quod nos mouet. Si iniusti sumus:
Lucæ.15. quare nos quæritis? Quibus respondemus. Quærimus vos iniustos: ne permaneatis in-
iusti. Quærimus perditos: vt de inuentis gaudere possimus dicentes: Mortuus erat fra-
ter & reuixit:perierat & inuentus est. Quare ergo me inquit non baptizas: vt abluas me
peccatis? Respondeo. Quia non facio iniuriam characteri imperatoris: cum errorem cor-
rigo desertoris. Quare inquit apud te vel pœnitentiam non ago? Immo nisi egeris sal-
uus esse non poteris. Quomodo enim gaudebis te esse correctum: nisi doleas fuisse per-
uersum?Quid ergo inquit apud vos cum ad vos transimus accipimus? Respondeo. Non
quidem accipitis baptismum: qui vobis extra compagem corporis Christi inesse potuit:pro
desse non potuit:sed accipitis vnitatem spiritus in vinculo pacis: sine qua nemo poterit vi-
1.Petri.4. dere deum: & charitatem: quæ sicut scriptum est: cooperit multitudinem peccatorum.
Quod tam magnum bonum: sine quo nec linguas hominum & angelorum: nec scientiam
omnium sacramentorum:nec prophetiam: nec tantam fidem qua montes transferantur: nec

omnia quæ possidet homo distributa pauperibus:nec corporis in ignibus passionem prodesse 1.Cor.13.
O aliquid:apostolus testis est.Hoc ergo tam magnum bonum: si paruũ & nullum putatis:meri
to infeliciter erratis:merito si in vnitatem catholicam non transitis:peritis. Si ergo inquiunt 24.q.3.ipsa
oportet vt nos extra ecclesiam & aduersus ecclesiã fuisse poeniteat:vt salui esse possimus:quo- pietas.
modo post illam poenitentiam apud vos clerici vel etiam episcopi permanemus?Hoc non fie-
ret:quoniam reuera(quod fatendum est)fieri non deberet:nisi pacis ipsius compensatione sa-
narentur.Sed sibi hoc dicant & multo maxime humiliter doleant: qui in tanta morte præcisio
nis iacent: vt isto quodam vulnere matris catholicæ reuiuiscant. Cum enim præcisus ramus
inseritur:fit aliud vulnus in arbore:quo possit recipi vt viuat: q sine vita radicis peribat: sed
cum receptus recipienti coaluerit:& vigor consequetur:& fructus.Si autem non coaluerit:il
le quidem arescit:sed vita arboris permanebit.Est enim & tale inserendi genus: vt nullo præ-
ciso ramo qui intus est:ille qui foris inseratur: non tamen nullo sed vel leuissimo arboris vul-
nere.Ita ergo & isti cum ad radicem catholicam veniunt: nec eis quis post erroris sui poenitẽ-
tiam honor clericatus vel episcopatus aufertur:fit quidem aliquid tanq̃ in cortice arboris ma
tris contra integritatem seueritatis. Verumtamen quia neq; qui plantat est aliquid: neq; qui
rigat:ad dei misericordiam precibus fusis coalescente insitorum pace ramorum:charitas co- 1.Cor.3.
operit multitudinem peccatorum. Vt enim constitueretur in ecclesia:ne quisq̃ post alicuius Dis.50.vt
criminis poenitentiam clericatum accipiat:vel ad clericatum redeat: vel in clericatu maneat: cõstitueretũ
non desperatione indulgentiæ:sed rigore factum est disciplinæ. Alioquin contra claues datas
ecclesię disputabitur:de quibus dictum est:Quæ solueritis in terra soluta erunt & in cęlo.Sed Matth.16.
ne forsitan etiam:de cæteris criminibus/spe honoris ecclesiastici animus intumescens super-
be ageret poenitentiam:seuerissime placuit vt post actam de crimine damnabili poenitentiam
nemo sit clericus:vt desperatiõe temporalis altitudinis medicina maior & verior esset humi-
litatis. Nam & sanctus Dauid de criminibus mortiferis poenitentiam egit:& tamen in hono-
re suo perstitit:Et beatum Petrum quando amarissimas lachrymas fudit: vtiq; dominum ne-
gasse poenituit:& tamen apostolus mansit.Sed non ideo superuacua putanda est posteriorum
diligentia:qui vbi saluti nihil detrahebatur/humilitati aliquid addiderunt: quo salus tutius
P muniretur:experti credo aliquorum fictas poenitentias per affectatas honorum potentias.Co 23.q.4.ipsa
gunt enim multas inuenire medicinas:multorum experimenta morborum. Verum in hu- pietas.
iuscemodi causis vbi per graues dissensionum scissuras non huius aut illius hominis est peri- Dis.50.vt
culum:sed populorum strages iacent:detrahendum est aliquid seueritati:vt maioribus malis cõstitueretũ
sanandis charitas syncęra subueniat.Habeant ergo de p̃terito detestabili errore: sicut Petrus
habuit de mendacii timore/amarum dolorem:& veniant ad ecclesiam Christi veram: hoc est
matrem catholicam:Sint in illa clerici:sint episcopi vtiliter:qui contra illam fuerunt hostili-
ter. Non inuidemꝰ:immo amplectimur:optamus:hortamur: & quos in viis aut sepibus inue
nimus:intrare cogimus:& sic nondũ quibusdam persuademus:quia non res eorum:sed ipsos
quærimus. Apostolus Petrus quando Saluatorem negauit & fleuit & apostolus mansit: nõdũ
acceperat promissum spirtumsanctum.Sed multo magis isti eum non acceperunt: vbi a cor-
poris compage diuisi:qđ solũ corpus viuificat spiritussanctus:extra ecclesiam & cõtra eccle-
siã/ecclesię sacramenta tenuerunt:& tanq̃ ciuili bello nostris contra nos erectis signis armisq;
pugnauerunt. Veniant:fiat pax in virtute Hierusalem:quæ virtus charitas est.Cui sanctæ ci
uitati dictũ est.Fiat pax in virtute tua:& abundantia in turribus tuis. Non se extollant aduer Psal.121.
sus maternam sollicitudinem:quam pro ipsis & pro tantis populis quos decipient vel decipie
bant colligendis & habuit & habet:non supbiant:quia sic eos suscepit: non referant ad elatio-
nis suæ malum qđ facit ipsa propter pacis bonum: Sic multitudinibꝰ p schismata: & hæreses
pereuntibus subuenire consueuit. Hoc displicuit Lucifero:quia factum est in eis suscipiendis
atq; sanandis:qui veneno perierant Arriano: & cui displicuit in tenebras cecidit schismatis
amisso lumĩe charitatis. Hoc ergo istos ab initio seruauit Africana catholica & episcoporum
Q sentẽtia:q l ecclesia Romana iter Cęcilianũ & partẽ Donati iudicauerũt:dãnatoq; vno quodã
Donato:q auctor schismatis fuisse manifestatꝰ ẽ:cęteros correctos:etiã si extra ecclesiã ordina
ti eẽnt i suis honoribus suscipiẽdos eẽ cẽsuerũt:nõ quo etiã foris ab vnitate corpis Christi pos
sent h fespm̃ sctm̃:sed maxime pp̃ter eos quos foris positi possẽt decipere: & a susceptiõe illiꝰ
muneris impedire.Deiñ vt etiã ipsorũ infirmitas leniꝰ excepta intus sanabilis fieret: iã nulla p
tinacia claudente oculos cordis aduersus euidentiam veritatis. Quid autem aliud etiam ipsi

cogitauerunt:quando Maximianistas quos in sacrilego sicut eorum concilium indicat schis-
mate damnauerant: & in quorum iam locum alios ordinauerant:postea q̃ viderant ab eis po
pulos non recedere: ne omnes perderent in suis honoribus receperunt: & baptismo quem fo-
ris ab eis damnati dederant:nullam contradictionem quæstionemq̧ mouerunt? Quare ergo
mirantur aut queruntur aut calumniantur q̧ eos sic suscepimus pro vera pace Christi:& nõ
recordantur quid ipsi fecerint pro vana quæ contra Christum est pace Donati? Quod eorum
factum si contra eos teneatur:& intelligenter afferatur:quid omnino respondeant non habe-
bunt. Q̧ autem dicunt: si peccauimus in spiritumsanctum:quia exufflauimus baptismum R
vestrum:vt quid nos quæritis:cum remitti nobis hoc peccatum omnino non possit: dicente
Matth.12. domino:Qui peccauerit in spiritum sanctum:non remittetur ei:neq̧ in hoc sæculo neq̧ in fu
turo?non attendunt:quia secundum istum sensum nemo liberandus est. Quis enim non loqui
tur aduersus spiritum sanctum & peccat in eum: siue qui nondum est christianus:siue qui est
hæreticus Arrianus:aut Eunomianus:aut Macedonianus:qui eum dicũt esse creaturam: aut
Photinianus qui eius omnino negat aliquam esse substantiam: sed vnũ tantũmodo esse deum
patrem:siue alii hęretici quos commemorare longum est? Nulli ergo istorum liberandi sunt?
Aut ipsi iudęi quibus dominus hoc obiecit:si in eum crederent non erant baptizandi? Non eñ
ait Saluator:In baptismo remittetur:sed non remittetur inquit: neq̧ in hoc sæculo/neq̧ in fu
4.sentẽ.dis. turo. Intelligant ergo nõ omne sed aliquod significatũ esse peccatum in spiritumsanctum:qđ
43. omnino non remittetur. Sicut enim cum dixisset:Si non venirem/peccatum non haberẽt: vti-
Ioã.15. q̧ non omne peccatum intelligi voluit: quandoquidem pleni erant multis magnisq̧ peccatis:
De fide & sed aliquod proprium peccatum quod si non haberent:possent illis omnia dimitti quæ habe-
opetib⁹.ca. bant:Id est:q̧ in eum venientem non crediderunt. Hoc enim non haberent peccatum: si nõ ve
.28. niret. Sic etiam cum dixit: Qui peccauerit in spiritumsanctum:vel qui verbũ dixerit aduer-
sus spiritumsanctum: non vtiq̧ omne qđ in spiritumsanctum peccat facto siue dicto:sed aliqđ
certum & proprium intelligi voluit. Hoc est autem duricia cordis vsq̧ ad finem huius vitæ:
qua homo recusat in vnitate corporis Christi:quod viuificat spiritussanctus:remissionem ac
Ioã.20. cipere peccatorum. Cum enim dixisset discipulis: Accipite spiritumsanctum:continuo subie
cit:Si cui dimiseritis peccata dimittẽtur ei:si cui tenueritis tenebuntur. Huic ergo dono gra
tiæ dei quicunq̧ restiterit & repugnauerit:vel quoquo modo fuerit ab eo alienus: vsq̧ in finẽ
huius temporalis vitę:nõ remittetur ei neq̧ in hoc sæculo neq̧ in futuro:hoc scilicet tam grã
de peccatum vt eo teneantur cuncta peccata:qđ non probatur ab aliquo esse commissum: nisi
cum de corpore exierit. Q̧ diu vero hic viuit:eum sicut dicit apostolus patientia dei ad pœni
Ro.2. tentiam adducit. Sed si ipse perseuerantissima iniquitate:sicut consequenter adiungit aposto
lus:Secundum duriciam cordis sui:& cor impœnitens thesaurizat sibi iram in die iræ & reue
lationis iusti iudicii dei:non remittetur ei neq̧ in hoc sæculo neq̧ in futuro. Isti autem cum q̧-
bus agimus:vel de quibus agimus:non sunt desperandi. Adhuc enim sunt in corpore:sed non S
quærant spiritumsanctum nisi in Christi corpore:cuius habent foris sacramentum: sed rem
ipsam non tenent intus cuius est illud sacramentum:& ideo sibi iudicium manducãt & bibũt.
1.Cor.10. Vnus eñ panis sacramẽtũ est vnitatis. quoniã sicut apostolus dicit: Vnus panis vnũ corpus
multi sumus. Proinde ecclesia catholica sola corp⁹ est Christi:cuius ille caput est Saluator cor
Ro.5. poris sui. Extra hoc corpus neminem viuificat spiritussanctus:quia sicut ipse dicit apostolus:
Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctum qui datus est nobis. Non est
autem particeps diuinę charitatis:qui hostis est vnitatis. Non habent itaq̧ spiritumsanctum:
Iudę.1. qui sunt extra ecclesiam. De illis quippe scriptum est: Qui se ipsos segregant animales spiri-
Sap.1. tum non habentes. Sed nec ille eum percipit:qui fictus est in ecclesia:& quomodo deinde scri-
ptum est:Sanctus enim spiritus disciplinæ effugiet fictum. Qui ergo vult habere spiritum:ca
ueat foris ab ecclesia remanere:caueat in eam simulate intrare. Aut si iam talis intrauit:caue-
at in eadẽ simulatione persistere:vt veraciter coalescat arbori vitę. Prolixũ tibi librũ direxi:&
tuis fortasse occupationibus onerosum. Si ergo potuerit tibi vel partibus legi:dabit tibi domi
nus intellectum:vt habeas quid respondeas eis corrigendis atq̧ sanandis:quos etiam tibi ipsi
tanq̃ fideli filio:mater ecclesia vbi potueris:& quomodo potueris:siue ipse loquendo & respon
dẽdo:siue ad doctores ecclesię perducẽdo:in adiutorio dñi corrigendos sanandosq̧ cõmendat.

Macedonii ad beatum Augustinũ:illius sapientiã admirãtis. Q̧q̧ ob ei⁹ verecũdã petitio
nẽ duos victos liberos explicuerit affirmãtis:Et q̃ beã vita & verę virtutes sint scire optãtis.

Epistola.LI.

T




Omino merito venerabili & vere suscipiẽdo patri Augustino episcopo: Macedonius. Miro modo afficior sapientia tua: & in illis quæ edidisti: & in his q̃ interueniens ꝓ sollicitis mittere non grauaris. Nam & illa tantum habẽt acuminis scientię sanctitatis: vt nihil supra sit: Et hæc tanti verecundię: vt nisi faciam qd̃ mandas: culpam penes me remanere: non in negocio esse: diiu dicẽ: dñe merito venerabilis & vere suscipiende pater. Nõ ei instas (qd̃ plerique homines istius loci faciunt) vt quodcunq; sollicitus volueris extorqueas: sed quod tibi a iudice tot curis obstricto petibile visum fuerit: admones subseruiente verecundia: quæ maxima difficilium inter bonos efficacia est. Proinde statim commendatis effectum desyderii tribui: Nam sperandi viam ante patefecerã. Explicui duos libros (neq; enim tam lãguidi aut inertes erant vt me aliud q̃ se curare paterentur) iniecerunt manum: ereptumq; aliis sollicitudinum causis: suis vinculis illigauerunt. Ita enim mihi deus propitius sit: vt ego anceps sum: quid in illis magis mirer: sacerdotii perfectionem: philosophiæ dogmata: historiæ plenam noticiam: an facundię plenam iucunditatem. Quæ ita imperitos etiam illicere potest: vt donec explicẽt non desistant: & cum explicauerint: adhuc requirant conuicti. Nã q sunt imprudenter pertinaces: iam inde a bonis quæ memorant sæculis pro naturæ rerum obscuritate contigisse peiora: falsosq; omnes illitis quadam dulcedine felicitatibus suis: per quas non ad beatitudinẽ: sed ad prærupta sunt ducti: hæc vero nostra præcepta: & simplicis veriq; dei mysteria præter viam perpetuam: quam purissimis virtutibus pollicentur: etiam hæc sæcularia: & necessario (q nati sumus) euentura mitigare. Et visus es validissimo exemplo recentis calamitatis: quo licet firmissime causam munieris: tamen si vtrumuis licuisset: id tibi nolueram suffragari. Sed qñ orta inde fuerat conuincendorum stultitiæ querela: necesse erat inde argumenta veritatis accersire. Hæc interim occupatus aliis curis: quæ et si vanæ sunt: cum rerum exitum cogitamus tamen quasi necessarie pro nascendi conditione subscripsi. Si ocii fuerit & superstes vita: etiã de Italia rescribam: vt tantæ doctrinę opus debitis: & si non satisfacientibus remuneretur officiis. Incolumem lætamq; sanctitatem tuam: deus omnipotens æuo largissimo tueatur domine merito desyderabilis & vere suscipiende pater.

Sancti Augustini ad Macedonium: vnde vera amicitia emanet: & ob q̃ causam philosophi veram pietatem & beatitudinem inuenire non potuerint declarantis. Q̃sq; eam sola spe in præsenti vita consequi possimus: edocentis.

Epl'a.LII.

V



Vgustinus episcopus famulus Christi familiæq; eius: dilecto filio Macedonio: in domino salutem. Quis sapiẽtiam quam mihi tribuis in me nõ agnoscam: tantæ tamen erga me beniuolentiæ tuæ tamq; synceræ: gratias ago: debeoq; plurimas: & meorum studiorum labores: tali ac tanto viro placuisse delector. Multo vero amplius: q; animum tuum charitate æternitatis & veritatis atq; ipsius charitatis affectum: diuinę illi cœlesti reipublicę: cuius regnator est Christus: & in qua sola semper beateq; viuendum est: si recte hic pieq; viuatur agnosco inhiantem: video propinquantem: eiusq; potiundę amplector ardentem. Inde gppe manat etiam vera amicitia: non pensanda temporalibus commodis: sed gratuito amore potienda. Nemo enim potest veraciter amicus esse hominis: nisi fuerit ipsius primitus veritatis. Quod si gratis non fiat: nullo fieri pacto potest. De qua re etiam philosophi multa dixerunt: sed apud eos vera pietas: id est verax veri dei cultus (vnde omnia recte viuendi duci oportet officia) non inuenitur: non ob aliud: quantum intelligo: nisi quia beatam vitam ipsi sibi quodãmõ fabricare voluerunt: potiusq; patrandam q̃ impetrandam putauerunt: cum eius dator nõ sit nisi deus. Neq; ei facit beatũ hoiem: nisi q fecit hoiem. Nã q tãta creaturę suę bona: bonis malisq; largit vt sint: vt hoies sint: vt vigẽtes sensib9: valẽtes virib9: affluẽtes opib9 sint: seipm bonis dabit vt beati sint: qa ei9 etiam hoc munus est vt boni sint. Illi vero q in hac ærũnosa vita: in his moribundis membris: sub hac sarcina corruptibilis carnis: auctores suę beatę vitæ & quasi conditores esse voluerũt: velut ꝓpriis eã virtutibus appetentes: iamq; retinẽtes: nõ ab illo fonte virtutum petentes atq; sperantes: deum superbiæ suæ resistentem sentire minime

Phalaris. potuerunt. Vnde in errorem abſurdiſſimum lapſi ſunt: vt cum aſſeuerant etiam in Phala- X
ridis tauro beatum eſſe ſapientem: coguntur fateri vitam beatam aliquando eſſe fugiendam.
Exaggeratis enim malis corporis cedunt: atq; in eorum moleſtiis grauiſſimis abſcedendū ex
hac vita eſſe decernunt: Vbi nolo dicere quantum ſit ſcelus ſeipſum hominem occidere inſon
De vita btā lib.1. tem: cum omnino non debeat vel nocētem. Vnde in primo libro trium illorum: quos benigni
gniſſime & ſtudioſiſſime plegiſti: mlta iā dixim'. Sed certe cōſyderet: nec ſupbe ſed ſobrie iudi
cetur: quomō vita beata ſit: qua non ſapiens retenta fruitur: ſed illatis ſibi manibus carere cō
Tullius in tuſcula. pellitur. Eſt apud Ciceronem in extrema vt ſcis parte quinti Tuſculanarum libri/ locus: pro-
pter hóc quod dico animaduertendus. Cum enim de cæcitate corporis ageret: atq; affirma-
ret etiam cæcum beatum eſſe poſſe ſapientem: multa dixit quæ per aures percipiendo gaude
ret. Itemq; ſi ſurdus eſſet: ea quibus oblectaretur ad oculos trāſtulit. Si autem vtroq; ſenſu or-
baretur: & cęcus ſurduſq; fieret: non eſt auſus hinc ferre ſententiam: eumq; beatū dicere: Sed
addidit etiam dolores grauiſſimos corporis: qui eum ſi non interemerint: ipſe ſe interimat: &
ad portum non ſentiendi hac liberatus virtute perueniat. Cedit igitur ſapiens immaniſſimis
cladibus atq; ſuccumbit: intantum vt eis cogatur & in ſeipſum homicidium perpetrare. Cui
iam parcat vt illis careat malis: qui ſibi ipſe non parcit! Certe ſemper beatus eſt: certe beatam
vitam in ſua poteſtate conſtitutam nulla vi poteſt vllius calamitatis amittere. Ecce in cæcita
te & ſurditate & atrociſſimis cruciatibus corporis: aut amiſit beatam vitam: aut ſi & in iſtis
afflictionibus adhuc beata eſt: ſit per huiuſcemodi doctiſſimorum hominum diſputatiōes: vt
ſit aliquando beata vita quam ſapiens ferre non poſſit: vel qđ eſt abſurdius: quam ſapiens fer-
re non debeat: eamq; fugiat: abrumpat: abiiciat: ſeſeq; ab ea ferro etiam ſeu veneno vel alia vo
luntaria morte ſubducat: vt in portu non ſentiendi / vel nullus omnino ſit: quod epicurei & ſi
qui alii ſimili ſtultitia putauerunt: vel ideo beatus: quoniam fuerit ab illa beata vita tāq̄ ab ali
qua peſte liberatus. O nimium iactans ſuperbia: ſi beata vita eſt in cruciatibꝰ corporis: cur in
ea non manet ſapiens vt fruatur! Si autem miſera eſt: quod obſecro te niſi typus impedit ne fa
teatur: ne oret deū: ne iuſto & miſericordi ſupplicet: qui potens eſt & vitæ huiꝰ mala vel auer
tere: vel mitigare: vel ad ea tolerāda fortitudīe armare: vel ab eis omni modo liberare: & poſt
hęc vere beatam vitam dare: quo nullum malum admittatur: & vbi ſumum bonum nunq̄
amittatur! Hoc piorum præmium eſt: cuius adipiſcendę ſpe: vitā iſtam temporalem atq; mor
talem: non tam delectabiliter q̄ tolerābiliter ducimus: & mala eius tunc bono conſilio & diui Y
no munere fortiter ferimus: cum bonorum æternorum fideli dei promiſſione & fideli noſtra
Ro.12. expectatione gaudemus. Ad hoc nos apoſtolus exhortatus ait: Spe gaudentes: in tribulatione
patientes. Oſtendit enim quare in tribulatione patientes. præmittendo: ſpe gaudētes. Ad hāc
ſpem exhortor per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Hoc enim deus ipſe magiſter: laten-
te maieſtate diuinitatis: & carnis infirmitate apparente: non ſolum ſermonis oraculo docu-
it: verumetiam ſuæ paſſionis & reſurrectionis exemplo roborauit. In altera enim qualia tole-
rare: in altera qualia debeamus ſperare monſtrauit. Cuius & illi gratiam mererentur: niſi ela
ti inflatiq; ſuperbia inaniter conarentur iſtam vitam beatam ipſi ſibi facere: quod ſolus deus
veraciter cultoribus ſuis poſt hanc vitam ſe largiturum eſſe promiſit. Sanior quippe eſt eiuſ-
dem Ciceronis illa ſententia: vbi ait: Nam hæc vita quidem mors eſt: quam lamentari poſſem
ſi liberet. Quomodo ergo ſi recte lamentatur: beata comprobatur: ac non potius quoniam re
cte lamentatur: miſera eſſe conuincitur! Quare aſſueſce (obſecro te vir bone) beatus eſſe inte
rim ſpe: vt ſis etiam re: cum pietati perſeuerantiſſimæ retribuetur merces felicitatis æternæ.
Si prolixa epiſtola oneroſus ſum: tu hoc impetraſti tibi: qui me ſapientem appellaſti. Hinc
enim auſus ſum hæc ad te loqui: vt tibi ſapientiam non qualis mihi ſit oſtentarem: ſed qualis
eſſe debeat oſtenderem. Hæc eſt autem in præſenti ſæculo verꝰ veri dei cultus: vt ſit eius in
futuro ſæculo certus atq; integer fructus. Hic conſtātiſſima pietas: ibi ſempiterna felicitas.
Ex iſta ſapientia quæ vna & vera eſt: ſi quid habeo: a deo ſumpſi: non a me præſumpſi: atq; ab Z
illo in me perfici fideliter ſpero: a quo inchoatum eſſe humiliter gaudeo: nec in eo quod ad-
huc non donauit incredulus: nec in eo quod iam donauit ingratus. Non enim meo vel inge-
nio vel merito: ſed eius dono ſum ſi quid laudabiliter ſum. Nam quædam acutiſſima & excel
lentiſſima ingenia: tanto in maiores errores ierunt: quanto pręſidentius tanq̄ ſuis viribus cu
currerunt: nec ſuppliciter ac veraciter deum vt ſibi viam oſtenderet petiuerunt. Merita ve
ro quorumlibet hominum quæ ſint: quando quidem ille qui non cum mercede debita: ſed cū

gratuita gratia venit:omnes peccatores:solꝰ a peccatis liber & liberator:inuenit. Si ergo nos
virtus vera delectat:ei dicamus:quod in eius sacris literis legimus: Diligam te domine virtꝰ Psal.17.
mea.Et si vere beati esse volumus (quod nolle non possumus) id quod in eisdem literis di-
dicimus:fido corde teneamus.Beatus vir cuius est nomē domini spes eius: & non respexit in Psal.39.
vanitates & insanias mendaces.Quanta est aūt vanitas:quāta insania: quantūq; mēdacium:
hominem mortalem:ęrumnosam vitam mutabili spiritu & carne ducētem:tot peccatis one-
ratum:tot tentationibus subditum:tot corruptionibus obnoxium:pœnisq; iustissimis desti-
natum:seipso fidere vt beatus sit:quādo ne illud quidem quod habet in naturæ suæ dignita-
te præcipuum:id est mentem atq; rationem:potest vendicare ab erroribus:nisi deus assit lux
mentium? Abiiciamus itaq;:obsecro te fallorum philosophorum vanitates & insanias mēda-
ces:quia nec virtus nobis erit:nisi assit ipe quo iuuemur:nec beatitudo nisi assit ipe quo frua
mur:& totū mutabile atq; corruptibile nostrum:quod per se ipsum imbecille & quædam ma
teries miseriarum est:dono immortalitatis atq; incorruptionis absorbeat. Quoniam vero te
reipublicę scimus amatorē:non aliūnde esse beatum hominem:aliūde ciuitatem:vide q̄ sit in
illis sacris literis clarū.Nam quidam in eis sancto spiritu plenus hæc loquitur orans : Exime Psal.143.
me de manu filiorum alienorum:quorū os locutum est vanitatē:& dextera eorū dextera ini-
quitatis:Quorū filii velut nouellæ constabilitæ in iuuentute sua:Filiæ eorū compositæ & or
natæ sicut similitudo templi:Cellaria eorū plena eructantia ex hoc in illud:Oues eorū fœcun
dæ:multiplicantes in exitibus suis:boues eorum crassæ:Non est ruina maceriæ neq; transitꝰ
neq; clamor in plateis eorum:Beatum dixerunt populum cui hæc sunt:beatus populus cuiꝰ
dominꝰ deus ipsius. Vides ex aggeratione terrenæ felicitatis:beatum populum non dici nisi
a filiis alienis:id est non pertinentibus ad regenerationem qua efficimur filii dei:a quorū ma
nu iste se eximi precatur:ne ab eis in hanc opinionē atq; in peccata impia pertrahaꝝ. Loquen-
do quippe vanitatem:beatum dixerunt populum cui hæc sunt quę supra cōmemorauit: qui
bus ea felicitas constat quā solam dilectores huius mundi inquirunt.Et ideo dextera eorum
dextera iniquitatis:quia hæc præposuerunt:quæ fuerant postponenda:sicut sinistræ præpo-
nitur dextera.Si enim habentur:non in eis beata vita ponenda est:sed subdita debent esse:nō
ꝑdita:sequentia nō ducentia.Huic autem qui sic orabat:& a filiis alienis qui beatum dixerūt
populum cui hæc sunt:eximi discerniq; cupiebat:tanq̄ diceremus;Ipse quid sentis?Quē bea-
tum populū dicis?Non ait:beatꝰ populus cuius est virtus animi eius.Quod si dixisset:discre
uisset quidē etiam istum populū ab illo qui beatā vitā in ista visibili & corporali felicitate cō-
stituit:sed nondū transcendisset omnes vanitates & insanias mendaces.Maledictus enim om Hiere.17.
nis(sicut alibi eædem literæ docēt)qui spem suam ponit in homine.Ergo nec in seipso quisq;
debet:quia & ipse homo est.Proinde vt transiret omnium vanitatum & insaniarum menda-
cium limites:atq; ibi beatam vitam poneret vbi vere est:beatus inquit populus cuius domi-
nus deus ipsius.Cernis igitur vnde petendū sit:quod oēs docti indoctiq; desyderant:& mul-
ti errando ac superbiendo vnde petatur & vbi accipiatur ignorāt. Vtriq; autem in quodam
diuino psalmo simul reprehenduntur:& qui confidunt in virtute sua:& qui in abūdantia di Psal.48.
uitiarum suarum gloriantur:id est & philosophi [illegible]ius sæculi:& abhorrentes : vel a tali phi-
losophia:beatumq; dicentes populū cui suppetit terrena opulentia.Ac per hoc a domino deo
nostro a quo facti sumus & virtutem petamus:qua huius vitæ mala superemus:& beatam vi
tam:qua post istam vitam in eius æternitate perfruamur:vt & in virtute & in præmio virtu
tis:sicut apostolus dicit:Qui gloriatur in domino glorietur.Hoc nobis velimus:hoc ciuitati 2.Cor.10.
cuius ciues sumus.Non enī aliunde beata ciuitas:aliunde homo:cum aliud ciuitas non sit q̄
concors hominum multitudo.Itaq; si omnis prudentia tua qua consulere conaris rebus hu-
manis:si omnis fortitudo qua nullius iniquitate aduersante terreris:si omnis tēperantia qua
in tanta labe nequissimæ consuetudinis hominum te a corruptionibus abstines: si omnis iu-
stitia qua recte iudicando sua cuiq; distribuis:id laborat:id nititur: vt hi quibus vis vt bene
sit:salui sint corpore:& ab omni cuiusq̄ improbitate tuti atq; pacati:habeāt filios sicut nouel
las constabilitas:filias ornatas sicut similitudinem templi : cellaria plena eructantia ex hoc
in hoc:fœcundas oues:crassas boues:nec maceriæ ruina deformet prędium:nec litigantium
clamor personet in plateis eorum:ita non erunt verę virtutes tuæ:sicut nec istorum beatitu
do.Hic enim ad verum dicendum/illa mea verecundia quam in tua epistola benigno sermo-
ne laudasti:me impedire nō debet:si quęlibet inquā administratio tua: illis quas cōmemora-

ui instructa virtutibus:hoc intentionis fine determinatur:vt homines secũdum carnem nullas iniquas molestias patiantur:nec ad te existimas pertinere: quo istã quietem quã praestare niteris referãt:id est(vt verbis nõ ambiam)quomodo deũ verum:vbi est quietae vitae omnis fructus:colant:nihil tibi prodest ad vitã vere beatã tantus labor. Inuerecundius hoc dicere videor:& oblitus quodammodo cõsuetudinem intercessionũ mearum. Sed si nihil est verecũdia nisi quidam displicendi metus:ergo in hac causa metuendo non vereor. Metuo eñi ne primum deo:deinde ipsi amicitiae(quã mecũ inire dignatus es)iure displiceam:si minus liber in admonẽdo fuero:q̃ me admonere saluberrime existimo. Sũ certe verecũdior cũ tibi pro aliis intercedo:Cũ vero p teipso:tãto liberior quãto amicitior: qa tãto amicitior quãto fidelior: q̃q̃ haec ipsa non dicerẽ nisi verecũdius agerem. Quae si maxima est:vt ipse scripsisti:difficiliũ inter bonos efficacia adiuuet me pro te apud te:vt in illo te fruar qui mihi hanc ad te ianuã fiduciamq̃ praestitit:praesertim quia id quod suggero:iam facile arbitror esse:animo tuo tot diuinis muneribꝰ adminiculato & instructo. Si eni virtutes quas accepisti: a quo acceperis sentiens:eiq̃ gratias agens:eas ad ipsius cultum:etiam in tuis istis saecularibus honoribus conferas:tuaeq̃ potestati subditos homines:ad eum colendũ exemplo tuae religiose vitae: et ipo studio consulendi:seu fouendo seu terrendo erigas & adducas: nihilq̃ aliud in eo q̃ per te securius viuunt velis:nisi vt hinc illum promereantur:apud quem beate viuant:& verae illae virtutes erunt:& illius opitulatione:cuius largitate donatę sunt:ita crescent & perficientur:vt te ad vitam vere beatam quae non nisi aeterna est:sine vlla dubitatione perducant:vbi iam nec prudenter discernantur a bonis mala:quae non erunt:nec fortiter tolerẽtur aduersa: quia nõ ibi erit nisi quod amemus:non etiam quod toleremus:nec temperanter libido frenet: vbi nulla eius incitamenta sentiemus:nec iuste subueniatur ope indigentibus:vbi inopem atq̃ indigum non habebimus. Vna ibi virtus erit:et id ipsum erit virtus praemiumq̃ virtutis:quod dicit in sanctis eloquiis homo qui hoc amat:Mihi autem adhaerere deo bonũ est. Haec ibi erit plena & sempiterna sapientia:eademq̃ veraciter vita iam beata. Peruẽtio quippe est ad aeternum ac summum bonum:cui adhaerere in aeternum est finis nostri boni. Dicatur haec & prudentia:quia prospectissime adhaerebit bono quod nõ amittatur:& fortitudo:quia firmissime adherebit bono:vnde non auellatur:& temperantia:quia castissime adhęrebit bono: vbi iam non corrumpatur:& iustitia: quia rectissime adhaerebit bono:cui merito subiiciatur. Q̃q̃ & in hac vita virtus non est:nisi diligere quod diligendum est. Id eligere prudentia est:nullis inde auerti molestiis:fortitudo est:nullis illecebris:temperantia est:nulla superbia:iustitia est. Quid autem eligamus quod praecipue diligamus:nisi quo nihil melius inueniamus? Hoc deus est:cui si diligendo aliquid vel praeponimus:vel aequamus:nos ipsos diligere nescimus. Tãto enim nobis melius est:quantomagis in illum imus quo nihil melius est. Imus autẽ nõ ambulando:sed amando:Quem tanto habebimus praesentiorem: quanto eundem amorem quo in eum tendimus:potuerimus habere puriorem. Nec enim locis corporalibus vel extenditur vel includitur. Ad eum ergo qui vbiq̃ praesens est:& vbiq̃ totus:non pedibꝰ ire licet: sed moribus. Mores autem nostri:non ex eo quod quisq̃ nouit:sed ex eo quod quisq̃ diligit: diiudicari solent. Nec faciunt bonos vel malos mores:nisi boni vel mali amores. Prauitate ergo nostra:a rectitudine dei longe sumus. Vnde rectum amando corrigimur:vt recto recti adhaerere possimus. Ad illum ergo quanta opera possumus:etiam illi vt perueniãt agamꝰ:quos tanq̃ nosmet ipsos diligimus:si nosmet ipsos diligere illum diligendo iam nouimus. Christus nãq̃(id est veritas)dicit:In his duobus praeceptis totam legem prophetasq̃ pendere:vt diligamus deũ ex toto corde:ex tota aĩa:ex tota mẽte:& diligamꝰ proximos tanq̃ nosmet ipsos. Proximus sane hoc loco non sanguinis propinquitate: sed rationis societate pensandus est: in q̃ socii sunt omnes homines. Nam si pecuniae ratio socios facit:quantomagis ratio naturae: non negotiandi:sed nascendi lege communis? Hinc & ille comicus(sicut luculentis ingeniis non desit resplendentia veritatis)cum ab vno sene alteri seni dictum componeret: Tantum ne ab re tua est otii tibi:aliena vt cures: ea quae nihil ad te attinent?Responsum ab altero reddidit: Homo sum:humani nihil a me alienum puto. Cui sententiae ferunt etiam theatra tota plena stultis indoctisq̃ applausisse. Ita quippe omnium affectum naturaliter attigit societas humanorum animorum: vt nullus ibi hominum nisi cuiuslibet hominis proximum se esse sentiret. Cum ergo illa dilectione: quã diuina lex imperat: debeat homo diligere deum & seipsum & proximum :non tamen ex hoc tria praecepta data sunt:nec dictum est in his tribus:sed in his

Marginalia: A (beside "ad ipsius cultum"); Psal.72. (beside "Mihi autem adhaerere deo"); B (beside "Quid autem eligamus"); Matth.22. (beside "Christus nãq̃"); Terentius. (beside "Tantum ne ab re tua").

duobus præceptis tota lex pendet & prophetę:id est in dilectiõe dei:ex toto corde:ex tota ani
ma: & ex tota mente:& proximi tanq̃ sui ipsius:videlicet vt intelligeretur nullã esse aliam di
lectionẽ qua quisq; diligit se ipsum:nisi q; diligit deum. Qui enim aliter se diligit: potius se
odisse dicẽdus est. Fit quippe iniquus:priuaturq; luce iustitiæ:quia potiore ac pręstãtiore bo
no auersus:atq; inde vel ad seipsum conuersus:ad inferiora & egena vtiq; cõuertitur: fitq; in
ipso quod veracissime scriptum est:Qui aũt amat iniquitatem odit animam suam. Quia igi- Psal.10.
tur nemo nisi deum diligendo:diligit seipsum:non opus erat vt dato de dei dilectione præce-
pto:etiã se ipsum homo diligere iuberetur:cum in eo diligat se ipsum q; diligit deum. Debet 23.q.4.de-
ergo & proximum diligere tanq̃ se ipsum:vt quem potuerit hominem:vel beneficẽtiæ conso bet.
latione:vel informatione doctrinæ:vel disciplinæ coertione adducat ad colendum deum:sci-
C ens in his duobus præceptis:totam legem prophetasq; pẽdere. Hoc qui sobria discretione eli-
git:prudens est:qui nulla hinc afflictione auertitur:fortis est:qui nulla alia delectatione: tem
perans est:qui nulla elatione:iustus est. His virtutibus diuinitus inspiratis:per gratiam me-
diatoris dei cum patre & nobiscum hominis Iesu Christi: per quem post inimicitias iniqui-
tatis reconciliamur deo in spiritu charitatis: His inquam virtutibus diuinitus impertitis: &
bona vita nunc agitur:& postea præmium eius:quę nisi æterna esse non potest:beata vita per
soluitur. Hic enim sunt eædem virtutes in actu:ibi in effectu:hic in opere:ibi in mercede: hic
in officio:ibi in fine. Itaq; omnes boni & sancti etiam in tormentis quibuslibet diuino fulti ad
iutorio:spe illius finis beati vocantur:quo fine beati erunt. Nam si in eisdem tormentis: & a-
trocissimis doloribus:semper essent cum quibuslibet virtutib⁹:eos esse miseros nulla sana ra-
tio dubitaret. Pietas igitur:id est verus veri dei cult⁹:ad omnia prodest:& quæ molestias hu
ius vitæ auertat aut leniat:& quæ ad illam vitam salutemq; perducat:vbi nec aliquid iã ma-
li patiamur:& bono summo sempiternoq; perfruamur. Ad hanc te perfectius assequẽdam: &
perseuerantissime retinendam exhortor vt me ipsum:cuius nisi iã particeps esses:tuosq; istos
honores temporales ei seruire oportere iudicares: nõ Donatistis hæreticis: ad eos in vnitatẽ
Christi pacemq; redigendos:per edictum diceres: Pro vobis hoc agitur:pro vobis sacerdotes
incorruptæ fidei: pro vobis imperator Augustus: pro vobis nos quoq; eius iudices labora-
mus: Et alia multa quæ in eodem edicto ita posuisti:vt te appareat interreni iudicis cingulo
nõ parua ex parte cælestẽ rempublicã cogitare. Quare si de veris virtutib⁹:& vere beata vita
volui diutius loqui tecũ:quęso ne onerosus deputer tuis occupationib⁹: Immo vero me nõ es
se confido:qñ tu adeo magnum animũ & mirabiliter laudandum geris:vt nec illas curas de-
seras:& his libentius ac familiarius occuperis.

Macedonii ad beatum Augustinum: An sit officium sacerdotii interuenire pro reis con
sulentis.

Epistola.LIIII.



D Omino merito venerabili:& vnice colendo patri Augustino: Macedoni-
us. Optatas admodum sanctitatis tuæ literas accepi:per Bonifacium ve-
nerandæ legis Antistitem:quem ego magis receptum dilexi:q; ad me de-
syderatum pertulerat sermonem sanctitatis tuæ & incolumitatem: domi
ne merito venerabilis & vnice colende pater. Itaq; sine mora quod optabat
obtinuit. Verum quoniam existit occasio:hoc ipsum quãtulumcunq; est
quod admonitus indulsi:nolo sine mercede remanere. Cupio enim accipe-
re ea quæ mihi commodet sine pendentis incommodo:immo quæ mihi commodet cum glo-
ria dependentis. Officium sacerdotii vestri esse dicitis: interuenire pro reis: & nisi obtinea-
tis: offendi: quasi quod erat officii vestri: minime reportetis. Hic ego vehementer ambigo:
vtrum istud ex religione descendat. Nam si a domino peccata adeo prohibentur: vt nec pœ-
nitendi quidem copia post primam pœnitentiam tribuatur: quemadmodum nos possumus
ex religione contendere: vt nobis qualecunq; illud crimen fuerit dimittatur? Quod vtiq;
cum impunitum volumus probamus:& si non constat non minus auctorem q̃ probatorem
teneri in omnibus quæ peccantur:certum est nos culpæ societate vinciri: quotiens eum im-
punitum esse cupimus:qui culpæ tenetur obnoxius. Tum præterea accidit hoc quod grauius
est. Nam omnia peccata videntur veniabiliora:cum is qui reus est correctionem promit-
tit. Verum nunc vt mores nostri sunt:& sceleris pœnam cupiunt homines sibi relaxari: & id
propter quod scelus admissum est possidere. Pro his quoq; interueniendum putat sacer-

dotium vestrum: de quibus adeo futuri nulla spes est: vt etiam in presenti eadem criminis ratio perseueret. Nam qui tam peruicaciter tenet propter quæ crimena dmisit: ostendit se vbi licentia fuerit: similia peccaturum. Ob hæc igitur consulo prudentiam tuam: & me hoc ambiguo quo laboro: absolui desydero: nec ob aliam causam consultum te putes. Cæterum hoc mihi propositum est: vt intercessoribus: præsertim talis meriti qualis tu es: etiã gratias agamus. Plæraq enim quæ sponte facere videri nolo: ne remissio seueritatis alios armet in crimina: opto bonis intercessoribus relaxare: vt quod libens concedo: salua seueritate iudicii alterius merito videatur indultum. De scriptis sanctitatis tuæ: aliqua mihi promiseras: & non accepi: quæso vt vel nunc mittas: & ad hanc meam epistolam respondeas: vt quia sanctitatem tuam interim videre non datur: saltem sermonibus tuis pascar. Incolumem sanctitatem tuam diuinitas æterna tueatur æuo largissimo: domine merito venerabilis & vere colende pater.

Sancti Augustini ad Macedonium: solutionem prætactæ quæstionis expedientis: & ad illius inquisita respondentis.

Epistola.LIIII.



Vgustinus episcopus famulus Christi familiæq eius: dilecto filio Macedonio in domino salutem. Negotiosissimum in republica virum: & non suis sed aliorum vtilitatibus attentissimum: qualem te esse: & tibi gratulamur & rebus humanis: nec deserere debemus alloquio: nec occupare prooemio. Accipe itaq quod per me vel nosse voluisti: vel vtrum ipse nossem experiri. Quod si parum aut superfluum iudicares: nullo modo inter tam magnas tamq necessarias curas tuas curandum esse censeres. Quæris a me cur officii sacerdotii nostri esse dicamus interuenire pro reis: & nisi obtineamus offendi: quasi quod erat officii nostri minime reportemus. Vbi vehementer te dicis ambigere vtrum istud ex religione descendat. Deinde adiungis: qua ratione ita mouearis. Nam si a domino peccata ingsadeo prohibentur: vt nec poenitendi quidem copia post primam poenitẽtiam tribuatur: quẽadmodum nos possumus ex religione contendere: vt nobis qualecunq illud crimen fuerit dimittatur? Adhuc grauius vrges: & dicis nos probare quod volumus impunitum: & si cõstat non minus auctorem q̃ probatorem teneri in omnibus quæ peccantur: certum esse nos culpę societate vinciri: quotiens eum impunitum esse volumus: qui culpæ tenetur obnoxius. His verbis: quem non terreas: tuæ lenitatis & humanitatis ignarum? Vnde nos qui te nouimus: & hæc quærendi gratia non decernendi scripsisse minime dubitamus: aliis verbis tuis ad ista citius respõdemus. Tanq̃ enim nos hæsitare in hac quęstione volueris: aut prçuidisti quid dicturi essemus: aut admonuisti quid dicere deberemus. Et aisti: Tum præterea accidit hoc qđ grauius est. Nam omnia peccata videntur veniabiliora: cum is qui reus est correctionem promittit. Anteq̃ ergo discutiam: quid sit illud grauius: quod in epistola tua sequitur: hoc interim quod dedisti accipiam: eoq vtar ad molem hanc amouendum: qua nostræ intercessiones posse reprimi videbantur. Ideo quippe quantum facultas datur pro peccatis omnibus intercedimus: quia omnia peccata videntur veniabiliora: cum is qui reus est correctionem promittit. Hæc tua est: hæc & nostra sententia. Nullo modo ergo culpas quas corrigi volumus: approbamus: nec quod perperam committitur: ideo volumus impunitum esse: quia placet: sed hominem miserantes: facinus autem seu flagitium detestantes: quãtomagis nobis displicet vitium: tanto minus volumus memẽdatum interire vitiosum. Facile enim est atq procliue malos odisse: quia mali sunt: rarum autem & pium eosdem ipsos diligere quia homines sunt: vt in vno simul & culpam improbes: & naturam approbes: ac propterea culpam iustius oderis: q ea foedatur natura quam diligis. Non est igitur iniquitatis: sed potius humanitatis societate deuinctus: qui propterea est criminis persecutor: vt sit hominis liberator. Mortum porro corrigendorum: nullus alius q̃ in hac vita locus: nam post hanc: quisq id habebit: quod in hac sibimet conquisierit. Ideo compellimur humani generis charitate interuenire pro reis: ne istam vitam sic finiant per supplicium: vt ea finita non possint finire supplicium. Noli ergo dubitare hoc officium nostrum ex religione descendere: cum deus apud quem nulla est iniquitas: cuius summa potestas est: qui non tantum qualis quisq sit videt: verumetiam qualis futurus sit prævidet: qui solus potest iudicando non labi: quia in cognoscẽdo nõ potest falli: facit tamẽ sicut euangelium loquit: solem suũ oriri super bonos &

E

F

23.q.5.nõ ẽ iniquitatis.

G

malos:& pluit super iustos & iniustos. Cuius mirabilis bonitatis vt simus imitatores:domi-
nus Christus exhortans:Diligite(inquit) inimicos vestros:& benefacite eis qui vos oderũt: Matth.5.
& orate pro eis qui vos persequuntur:vt sitis filii patris vestri qui in cælis est: qui facit solem
suũ oriri super bonos & malos:& pluit super iustos & iniustos. Hac indulgentia & lenitate di
uina multos abuti ad perniciem suã quis nesciat?Quos arguens apostolus & grauiter incre-
pans dicit:Existimas aũt o homo omnis qui iudicas eos qui talia agunt: & facis ea: quoniam Roma.2.
tu effugies iudicium dei?An diuitias benignitatis eius & pœnitentiæ & longanimitatis con
temnis?Ignoras quoniam benignitas dei ad patientiam te adducit?Secundum autem durici
am cordis tui & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicii
dei:qui reddet vnicuiq; secundum opera eius.Nunquid quoniam isti in sua nequitia perseue
rant:ita deus in sua patientia non perseuerat:perpauca in hoc sęculo puniẽs:ne diuina proui-
dentia non esse credatur:& multa seruans vltimo examini:vt futurum iudicium commende
tur?Non vt opinor magister ille cælestis impietatem nos diligere præcepit:vt nostros diliga
mus inimicos:benefaciamus eis qui nos oderunt:oremus pro eis qui nos persequuntur:cum
proculdubio si pie deum colimus: inimicos atq; odiis aduersum nos acerrimis incitatos ac p
secutores/nisi impios habere non possumus.Num igitur diligendi sunt impii? Num impiis
benefaciendum est?Num pro impiis etiam orandum est?Ita plane.Qui enim hoc præcepit de
us est:nec tamen nos hoc pacto societati adiungit impiorum:quibus & ipse parcendo: & vitã
salutemq; largiendo:non vtiq; sociatur. Consilium quippe eius:quantum homini pio nosse
donatum est; exponit apostolus dicens:Ignoras quia patientia dei ad pœnitentiã te adducit?
Ad hanc volumus adduci pro quibus interuenimus: non eorum peccatis vel parcimus vel
fauemus.Nam quosdam quorũm crimina manifesta sunt:a vestra seueritate liberatos:a so-
cietate tamen remouem⁹ altaris: vt pœnitendo placare possint:quem peccãdo contẽpserant:
seq; ipsos puniendo.Nam nihil aliud agit quem veraciter pœnitet: nisi vt id quod mali fece-
rit impunitum esse non sinat.Eo quippe modo:sibi non parcenti ille parcit: cuius altum iu-
H stumq; iudicium nullus contemptor euadit. Q; si iniquis & scelestis ille parcendo: eisq; vi-
tam salutemq; largiendo:etiam plærisq; eorum quos nouit non acturos pœnitentiam; tamẽ
exhibet patientiam:quantomagis nos in eos qui correctionem promittunt:& vtrum faciant
quod promittunt:incerti sumus:misericordes esse debemus:vt rigorem nostrum:pro eis in-
tercedendo flectamus:pro quibus & dominum:quem nihil de moribus eorum etiam futuris
latet:non tamẽ impudenter/quia hoc ipse præcepit/oramus?Intantum autem hominum ali- De pœnitẽ.
quando iniquitas progreditur:vt etiam post actam pœnitentiam: post altaris reconciliatio- dist.3. intm
nem vel similia vel grauiora committant:& tamen deus facit etiam super tales oriri solem su 4.sentẽ.dis.
um:nec minus tribuit q̃ ante tribuebat:largissima munera vitæ ac salutis. Et q̃uis eis in ec- 14.c. quero
clesia locus simillimæ pœnitentiæ non concedatur:deus tamen super eos suæ patientiæ non
obliuiscitur.Ex quorum numero si quis nobis dicat:Aut date mihi eundem iterum pœnitẽ-
di locum:aut desperatum me permittite:vt faciam quicquid libuerit:quantum meis opibus
adiuuor:& humanis legibus non prohibeor:in scortis omniq; luxuria damnabili quidẽ apud
dominum:sed apud homines plærisq; etiam laudabili:Aut si me ab hac nequitia reuocatis:
dicite vtrum mihi aliquid prosit ad vitam futuram:si in ista vita illecebrosissimæ voluptatis De pœnitẽ.
blandimenta contempsero:si libidinum incitamenta fręnauero:si ad castigãdum corpus me- dist.3.in tm
um multa mihi etiam licita & concessa subtraxero:si me pœnitendo vehementius q̃ prius ex
cruciauero:si miserabilius ingemuero:si fleuero vberius:si vixero melius:si pauperes susten-
tauero largius:si charitate (quæ operit multitudinem peccatorum) flagrauero ardentius:
quis nostrum ita desipit: vt huic homini dicat:Nihil tibi ista proderunt in posterum: vade
saltem vitæ huius suauitate perfruere!Auertat deus tam immanem sacrilegamq; dementi-
am.Quis ergo caute salubriterq; prouisum sit:vt locus illius humillimæ pœnitentiæ semel Distin.50.
in ecclesia concedatur:ne medicina vilis minus vtilis esset ægrotis:quæ tantomagis salubris q̃uis.
est:quanto minus contẽptibilis fuerit:quis tamen audeat dicere deo:quare huic homini qui De pœnitẽ.
post primam pœnitentiam rursus se laqueis iniquitatis obstringit; adhuc iterum parcis? dis.3.q̃uis.
Quis audeat dicere erga istos non agi:quod apostolus ait:Ignoras quia patientia dei ad pœ 4.sentẽ.dis.
nitentiam te adducit?Aut istis exceptis esse definitũ quod scriptum est:Beati omnes qui con 14.illud.
fidunt in eum?Aut ad istos nõ pertinere quod dicit:Viriliter agite & confortet cor vestrum Roma.2.
omnes qui speratis in dominum?Cum igitur super peccatores tanta sit patientia: tanta mi- Psal.30.

ſericordia dei:vt in hac temporali vita:moribus emendatis:non damnentur in æternum:qui
nullius quæ ſibi præbeatur expectat miſericordiam:quoniam nemo eſt illo beatior:nemo po-
tentior:nemo iuſtior:quales nos eſſe oportet homines erga homines:qui hanc vitam noſtram
quantacunq; laude commendemus:eam ſine peccato eſſe non dicimus? Quod ſi dixerimus: I
1.Ioan.1. noſipſos(ſicut ſcriptum eſt)decipimus:& veritas in nobis non eſt. Proinde licet accuſatoris
alia perſona ſit:alia defenſoris:alia interceſſoris:alia iudicis:de quorum propriis officiis ni-
mis longum eſt & non neceſſarium hoc ſermone diſſerere: Sic tamen etiam ipſos criminum
vltores:atq; in hoc officio non ira propria concitatos:ſed legum miniſtros:nec ſuarũ ſed alie
narum examinatarum iniuriarum vindices:quales iudices eſſe debent:terruit cenſura diui-
na vt cogitarent ſibi propter ſua peccata dei miſericordiam neceſſariam:nec putarent ad cul
pam ſui officii pertinere:ſi quid erga eos miſericorditer agerent:quorum vitæ neciſq; habe-
rent legitimam poteſtatem.Nam cum ad dominum Chriſtum iudæi adduxiſſent mulierem
in adulterio comprehenſam: eumq; tentantes dicerent: ꝙ iuſſa eſſet lege lapidari: ac deinde
Ioan.8. quærerent:quid de illa ipſe pręciperet:Reſpondit eis. Qui ſine peccato eſt veſtrum: prior in
eam lapidem iaciat.Ita nec legem improbauit:quæ huiuſmodi ream iuſſit occidi:& illos ter-
rendo ad miſericordiam reuocauit:quorum iudicio hæc poſſet occidi. Puto ꝙ hac ſententia
domini audita:ſi præſens fuit etiam maritus ipſe qui violatã ſui thori fidem vindicari poſtu
labat:exterritus animum ad voluntatem parcendi ab vlciſcendi cupiditate deflexit. Nã quo
modo eſt admonitus accuſator ne ſuas perſequeretur iniurias:quando ipſi iudices ita ſunt a
iudicando prohibiti:qui in adultera punienda:non priuato dolori compellebantur ſeruire:
ſed legi? Vnde Ioſeph cui virgo Maria domini mater fuerat deſponſata: cum eam comperiſ-
ſet eſſe pręgnatam:cui ſe nouerat non eſſe commixtum:& ob hoc nihil aliud q̃ adulteram cre
didiſſet:puniri tamen eam noluit:nec approbator flagitii fuit. Nam hæc volũtas eius etiam
Matth.1. iuſtitiæ deputatur.Ita quippe de illo ſcriptum eſt;Et cum eſſet homo iuſtus:& nollet eam di
uulgare:ſtatuit eam occulte dimittere.Hæc eo cogitãte:apparuit illi angelus: qui doceret eſ
ſe numinis:quod ille putauerat criminis.Si ergo cogitata infirmitate communi: & accuſato K
rius dolor:& iudicatorius rigor frangitur:quod tandem cenſes pro reis eſſe debere:vel defen
ſoris vel interceſſoris officium:quandoquidem & vos viri boni qui nunc iudices eſtis:& in fo
ro aliquando verſati cauſas hominum ſuſcepiſtis:ſatis q̃ libentius defendere q̃ accuſare ſole-
tis? Et tamen defenſor ab interceſſore plurimum diſtat.Nam ille diluendis vel obtegẽdis cri
minibus operam maxime impendit;Interceſſor autem etiam cum de culpa conſtat: pro pœ-
na remouenda vel temperãda curam gerit.Hoc ſunt apud deum pro peccatoribus iuſti: hoc
Iacobi.5. pro ſe ipſi peccantes inuicem vt faciant admonentur. Nam ſcriptum eſt: Confitemini inui-
cem peccata veſtra:& orate pro vobis.Has ſibi partes humanitatis: vbi poteſt: omnis homo
apud hominem vẽdicat.Nam quod ipſe quiſq; domui ſuæ puniret admiſſum:in alterius do-
mo vult impunitum.Siue enim adhibeatur apud amicum:ſiue ille cuiq̃ in quem poteſtas vl
ciſcendi eſt ſe præſente ſuccenſeat:ſiue iraſcenti fortuito ſuperueniat:non iuſtiſſimus ſed in-
humaniſſimus iudicatur:ſi non interueniat.Sic ego teipſum cum aliis amicis tuis in eccleſia
Carthaginenſi:interceſſiſſe pro clerico:cui merito ſuccenſebat epiſcopus:& vtiq; nullum ibi
diſcrimen ſanguinis:ſub incruenta diſciplina timebatur:Nec cum id(quod etiam vobis diſ-
plicebat)inultum eſſe velitis:tanq̃ delicti approbatores vos iudicabamus:ſed tanq̃ humaniſ
ſimos interceſſores audiebamus. Si ergo vobis fas eſt eccleſiaſticam correptionem interce-
dendo mitigare:quomodo epiſcopus veſtro gladio non debet intercedere:cum illa exeratur:
vt in quem exeritur bene viuat:iſte ne viuat? Poſtremo ipſe dominus:apud homines inter-
Ioan.8. ceſſit ne lapidaretur adultera:& eo modo nobis interceſſionis commendauit officium: niſi
quia ille terrendo fecit:quod nos petendo.Ille enim dominus:nos ſerui ſumus. Veruntamen
ille ſic terruit vt omnes timere debeamus.Quis enim eſt noſtrum ſine peccato? Quod cum
illis dixiſſet:a quibus ei offerebatur punienda peccatrix:vt qui ſciret ſe eſſe ſine peccato:pri-
or in illam lapidem mitteret:cecidit ſæuitia tremente conſcientia. Tunc enim ex illa iam con
gregatione dilapſi:ſolam miſericordi miſeram reliquerunt.Cedat huic ſententię pietas chri
ſtianorum:cui ceſſit impietas iudæorum.Cedat humilitas obſequentium:cui ceſſit ſuperbia
perſequentium.Cedat confeſſio fidelis:cui ſucceſſit ſimulatio tentatoris.Malis parce vir bo-
ne:quanto melior:tanto eſto mitior:quanto ſis celſior poteſtate: tanto humilior ſias pietate. L
Ego quidem intuens mores tuos:appellaui te virum bonum:Sed tu intuens verba Chriſti:

dic sibi ipsi: Nemo bon⁹ nisi vn⁹ deus. Quod cum verum sit (hoc enim veritas dicit) nec ego Marci.10.
tamen existimari debeo fallaci assentatione dixisse: & dominicis verbis quasi contrarius exti-
tisse: vt cum ille dicat: Nemo bonus nisi vnus deus: ego te appellauerim virum bonum. Non
enim & ipse dominus contraria sibi locutus est: vbi ait: Bonus homo de bono thesauro cordis Lucæ.6.
sui profert bona. Deus ergo singulariter bonus est: & hoc amittere non potest. Nullius enim
boni participatione bonus est: quoniam bonum quo bonus est ipse sibi est: homo autem cũ bo
nus est: ab illo bonus est: quod a seipso esse non potest. Illius enim spiritu bona fiunt: cuius ca-
pax creata est nostra natura per propriam voluntatem. Pertinet ergo ad nos vt boni simus ac
cipere & habere quod dat qui de suo bonus est. Quo quisq; neglecto: de suo malus est. Proin-
de inquantum homo recte agit: id est scienter & amanter & pie bonum operatur: intantum
bonus est. In quantum autem peccat: id est a veritate & charitate & pietate deuiat: intantum
malus est. Quis autem est in hac vita sine aliquo peccato? Sed eum dicimus bonum cuius prę
ualent bona: eumq; optimum qui peccat minimum. Idcirco ipse dominus: quos dicit bonos
propter participationem gratiæ diuinæ: eosdem etiam malos dicit propter vitia infirmitatis
humanæ: donec totum quo constamus: ab omni vitiositate sanatum: transeat in eam vitam:
vbi nihil omnino peccabitur. Nam vtiq; bonos docebat orare: non malos: quibus præcepit
vt dicerent: Pater noster qui es in celis. Ex hoc enim boni: quo filii dei: non natura geniti sed Matth.6.
gratia facti: tanq̃ hi quibus recipientibus eum dedit potestatem filios dei fieri. Quæ genera- Ioan.1.
tio spiritalis more scripturarum etiam adoptio nominatur: vt distinguatur ab illa genera-
tione dei de deo: coæterni de coęterno. Vnde scriptum est: Generationem eius quis enarra- Esa.53.
bit? Cum ergo bonos esse demonstrauerit: quos voluit deo veraciter dicere: Pater noster qui
es in cęlis: præcepit tamen vt in eadẽ oratione inter cætera dicerent: Dimitte nobis debita no Matth.6.
stra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quæ debita / esse peccata q̃uis manifestum
sit: postea tamen manifestius declarauit dicens. Si enim dimiseritis peccata hominibus: dimit Vbi supra.
tet vobis & pater vester peccata vestra. Hanc orationem baptizati orant: nec est prorsus prę-
teritorum aliquid peccatorum: quod non baptizatis in sancta ecclesia dimittatur. Sed postea
viuendo in hac fragilitate mortali: nisi contraherent quod dimittendum esset: non veraci-
ter dicerent: Dimitte nobis debita nostra. Boni ergo inquantum non peccant: filii dei sunt:
inquantum autem peccant (quod sua non mendaci confessione testantur) vtiq; mali sunt.
Nisi forte quis dicat: alia bonorum: alia malorum esse peccata: quod nõ vsquequaq; improba
biliter dicitur. Veruntamen dominus Iesus sine vlla ambiguitate malos appellauit eosdem
ipsos: quorum patrem dicebat deum. Nam in eodem sermone vbi illam docet orationem:
alio loco exhortans ad precandum deum ait: Petite & accipietis: quærite & inuenietis: pulsa
te & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit: & qui quærit inuenit: & pulsanti aperie- Matth.7.
tur. Et paulo post: Si ergo vos inquit cum sitis mali: nostis bona data dare filiis vestris: quan-
tomagis pater vester qui in cælis est: dabit bona petentibus se? Num igitur deus pater malo- Vbi supra.
rum est? Absit. Quomodo ergo dicitur pater vester cælestis: quibus dicitur: cum sitis mali: ni
si quia vtrunq; veritas monstrat: quid simus dei dono: quid humano vitio: hoc commendans
illud emendans? Merito ait Seneca (qui tẽporib⁹ apostolorũ fuit: cuius etiam quędam ad Pau Seneca.
lum apostolum leguntur epistolæ) omnes odit qui malos odit: & tamen ideo diligendi sunt
mali: vt non sint mali: quemadmodum non vt permaneant: sed vt sanentur diliguntur ægro
ti. Quicquid autem post eam quæ fit in baptismo ablutionem peccatorum in hac vita manẽ-
M do peccamus: etiam si non tale sit: quod a diuinis remouere compellat altaribus: non dolore
sterili: sed misericordiæ sacrificiis expiatur. Quod ergo agimus vt faciatis intercedẽtibus no
bis: deo nos noueritis offerre pro vobis. Indigetis enim misericordia quã præbetis. Et videte
quis dixerit: Dimittite & dimittet vobis. Q̃q̃ etiam si ita viueremus: vt non esset quare di- Lucæ.6.
ceremus: Dimitte nobis debita nostra: quanto a nequitia purior animus esset: tanto clemen- Matth.6.
tia plenior esse deberet: vt si non compungeremur sententia domini dicentis: Qui vestrum Ioan.8.
est sine peccato: prior in illam lapidem iaciat: ipsius qui hoc dixit sectaremur exemplum:
qui cum esset vtiq; sine peccato: ait mulieri quam perterriti illi reliquerant: Nec ego te con-
demnabo: vade: iam deinceps noli peccare. Potuit enim metuere flagitiosa mulier: ne illis dis
cedentibus qui sua peccata cognouerant: vt peccato parcerent alieno: illã iustissime iam ipse
damnaret qui erat sine peccato. At ille non cõscientia pauidus: sed plenus clementia: cum illa
respondisset a nemine se fuisse damnatam: nec ego te inquit dãnabo. Tanq̃ diceret: Si malitia

tibi parcere potuit:quid metuis innocẽtiam?Et ne delictorum non doctor: sed ne approbator
videretur: Vade ait iam deinceps noli peccare:vt se homini pepercisse:nõ hominis culpam si-
bi placuisse monstraret.Iã vides igitur de religione descendere; nec nos societate criminum
obstringi:ꝙ intercedim⁹ plærunq; etiã pro sceleratis: etsi non scelerati:tamẽ pro peccatorib⁹
23.q.5.non frustra. peccatores: & quod veraciter potius q̃ iniuriose dictũ accipias:puto ꝙ apud peccatores. Nec N
ideo sane frustra instituta sunt potestates regis:vis gladii cognitoris:vngulę carnificis:arma
militis:disciplina dominantis: seueritas etiam boni patris.Habẽt ista omnia modos suos:cau
sas:rationes:vtilitates.Hæc cũ timentur:& coercentur mali:& quietius inter malos viuunt
boni:non quia boni pronuntiandi sunt:qui talia metuendo nõ peccãt (Nõ eñ bonus est quis
piam timore pœnæ:sed amore iustitiæ)veruntamen non inutiliter etiã metu legũ humana co
erceetur audacia:&vt tuta sit inter improbos innocẽtia:& in ipsis improbandis dũ formidato
supplicio frenat̃ facultas:inuocato deo sanet̃ voluntas.Sed huic ordinationi rerũ humanaq;
contrariæ nõ sunt intercessiones episcoporũ:Immo vero nec causa nec locus intercedẽdi vll⁹
esset:si ista non essent.Tanto eñ sunt intercedentiũ:& parcẽtiũ beneficia gratiora: quãto pec
cantiũ iustiora supplicia.Nec ob aliud quantũ sapio in veteri testamento antiquorũ tempori
bus pphetarũ seuerior legis vindicta feruebat:nisi vt ostenderet̃ recte iniquis pœnas consti-
tutas;vt quod eis parcere noui testamenti indulgentia commonemur:aut remedium sit salu
tis quo peccatis parcatur & nostris:aut commendatio mansuetudinis:vt per eos qui parcũt:
veritas prędicata non tantũ timeatur:verũetiã diligat̃.Plurimũ autẽ interest:quo animo qs- O
ꝙ parcat.Sicuti enim est aliquãdo misericordia puniens:ita & crudelitas parcẽs.Nã(vt exẽ-
pli gratiam anifestum aliquid ponã)quis non crudelem verius dixerit eum: q puero peperce
rit volẽti obstinatissime de serpentibus ludere?Quis autem non misericordem; qui talia pro
hibens:contemptorem verborum etiam verberibus emẽdauerit?Et ideo nõ vsq; ad mortem p
23.q.5.cum homo. tendenda est disciplina:vt cũ sit cui pdesse possit:q̃q̃ etiã cũ homo ab homine occidit̃ : multũ
distet vtrũ fiat nocendi cupiditate;vel iniuste aliquid auferendi:sicut fit ab inimico:sicut a la
trone:an vlciscendi vel obediendi ordine:sicut a iudice:sicut a carnifice:an euadendi vel sub-
ueniendi necessitate:sicut interimitur latro a viatore:hostis a milite.Et aliquando qui causa
mortis fuit:potius ĩ culpa est:q̃ ille qui occidit.Velut si quisq̃ decipiat fideiussorem suũ atq;
ille pro isto supplicium legitimum luat.Nec tamẽ omnis qui causa alienę mortis est:reus est.
Quid si enim quisq̃ stuprum petat:seseq; si non impetrauerit interimat?Quid si filius timens
patris pia verbera:præcipitio pereat? Quid si alius homine liberato: vel si alius liberetur:sibi
ipse mortẽ inferat? Num propter istas alienarum mortium causas:aut sceleri consentiẽdum
est:aut vindicta peccati quæ non fit nocendi sed corrigendi studio:etiã paterna tollenda: aut
opera misericordiæ cohibenda sunt?Hęc cũ accidunt:debemus eis humanũ dolorem:nõ pro
pter illa ne accidant recte factorum reprimere voluntatem.Sic etiam cũ intercedim⁹ pro pec
catore damnando:sequuntur aliquando quæ nolumus:siue in ipso qui nostra intercessione li
beratur:vt vel immanius impunita crassetur audacia:subdita cupiditati:ingrata lenitati:at
ꝙ vnus morti ereptus plurimos necet: vel ipo p beneficiũ nostrũ in melius commutato:mori
busq; correpto:alius male viuendo pereat;sibiq; huius impunitate proposita:talia vel grauio
ra committat:non vt opinor hęc mala imputanda sunt nobis:cum intercedim⁹ vobis:sed po-
tius illa bona quæ cum id facimus intuemur & volumus:id est commendatio mãsuetudinis
ad conciliandã dilectionem verbo veritatis:& vt qui liberantur a temporali morte : sic viuãt
23.q.5.prodest. ne in æternam (vnde nunq̃ liberentur)incurrant. Prodest ergo & seueritas vestra: cuius P
ministerio quies adiuuatur & nostra: prodest & intercessio nostra:cuius ministerio seueritas
temperatur & vestra. Non vobis displiceat ꝙ rogamini a bonis:quia nec bonis displicet:ꝙ
timemini a malis.Nam hominum iniquitatem etiam apostolus Paulus:non tantũ de iudicio
futuro:verũetiã de præsentibus vestris sęcularibus terruit:asserẽs & ipas ad dispẽsationẽ di
Roma.13. uinæ puidentię pertinere.Omnis inquit anima potestatib⁹ sublimioribus subdita sit.Nõ est
eñ potestas nisi a deo. Quę aũt sunt:a deo ordinata sunt.Quapropter q resistit potestati:dei
ordinationi resistit.Qui aũt resistũt:ipi sibi iudiciũ acqrũt.Principes eñ nõ sunt timori bo-
ni operis sed mali.Vis autem nõ timere potestatẽ?Bonũ fac & habebis laudẽ ex illa.Dei enim
minister est tibi in bonum. Q; si malum feceris time:non eñ frustra gladiũ portat: dei enim
minister est:vindex in ira ei qui male agit.Ideoq; necessitate subditi estote: nõ solum propter
iram;sed et propter conscientiam.Ideo enim & tributa præstatis. Ministri enim dei sunt: in

hoc ipsum perseuerantes. Reddite omnibus debita: cui tributum tributum: cui vectigal vecti gal: cui timorē timorē: cui honorē honorē: nemini qcq̄ debeatis: nisi vt inuicē diligatis. Hæc verba apli: vtilitatē vestrę seueritatis ostēdūt. Proinde sicut dilectionē iussi sunt terrētib⁹ debe re q̄ timētis: ita dilectionē iussi sūt timētib⁹ debere q̄ terrēt. Nihil nocēdi cupiditate fiat: sed oīa cōsulēdi charitate: & nihil fiat imaniter: nihil inhūaniter. Ita formidabit vltio cognitoris: vt nec intercessoris religio contēnat: quia & plectendo & ignoscendo hoc solum bene agitur: vt vita hominum corrigatur. Q. si tanta est peruersitas & impietas: vt ei & corrigendæ nec di sciplina possit prodesse nec venia: a bonis tamen intentione atq; conscientia quā deus cernit: 23.q.5.pro dest.

Q siue seueritate siue lenitate: non nisi officio dilectionis impletur. Qd autem in epistola tua se quitur: vbi dicis: Verum nunc vt mores nostri sunt: & sceleris pœnam cupiunt sibi homines relaxari: & id propter qd scelus admissum est possidere: pessimum hominum genus cōmemo ras: cui pœnitendi medicina omnino non prodest. Si enim res aliena propter quā peccatū est: cum reddi possit non redditur: non agitur pœnitentia sed fingitur: Si autem veraciter agit: non remittetur peccatum nisi restituatur ablatum: Sed vt dixi: cum restitui potest. Plerunq; eñ q auferet amittit: siue alios patiēdo malos: siue ipse male viuēdo: nec aliud habet vnde re stituat. Huic certe non possumus dicere: redde qd abstulisti: nisi cum habere credim⁹ & nega re. Vbi quidem si aliquos sustinet repente cruciatus: dum existimatur habere qd reddat: nul la est iniquitas: quia etsi non est vnde luat ablatam pecuniam: merito tamen dum eam per mo lestias corporales adhibere compellitur: peccati quo male ablata est: pœnas luit. Sed inhuma num non est etiam pro talibus intercedere: tanq̄ pro reis criminum: non ad hoc vt minime re stituantur aliena: sed ne frustra homo in hominem sæuiat: Ille præsertim qui iam remisit cul pam sed quærit pecuniam: et si fraudari metuit: non expetit vindicari. Deniq; in talibus cau sis si persuadere potuerimus eos pro quibus interuenimus: non habere qd poscitur: continuo nobis eorum molestiæ relaxantur. Aliquando autem misericordes & in ipso dubio nolunt ho mini pro incerta pecunia certa inferre supplicia: ad hanc misericordiam etiam nos prouoca re & exhortari decet. Melius enim etiā si habet: amittis: q̄ si nō habet: aut excrucias aut occi dis. Sed pro istis magis apud eos qui repetunt: q̄ apud eos qui iudicāt: intercedere conuenit: ne ipse videatur auferre qui cum habet potestatem non cogit reddere: q̄uis in cogendo ita de beat adhibere integritatem: ne amittat humanitatem. Illud vero fidentissime dixerim: eū qui pro homine ad hoc interuenit: ne male ablata restituat: & qui ad se confugientem quantū ho 14.q.6.ca.1. De vsuris. cum tu. De re.iu.li. 6.peccatū.

R neste potest ad restituendum non compellit: socium esse fraudis & criminis. Nam miseri cordius opem nostram talibus subtrahimus: q̄ impendimus. Non enim opem fert qui ad pec candum adiuuat: ac non potius subuertit atq; opprimit. Sed nunquid ideo nos aut exigere: aut ad exigendum tradere vel possumus vel debemus? Agimus quantum episcopalis facul tas datur: & humanum quidem nonnunq̄: sed maxime ac semper diuinum iudicium cōmina tes. Nolētes autem reddere: quos nouimus & male abstulisse: & vnde reddāt habere: arguim⁹ increpamus & detestamur: quosdam clam: quosdam palam: sicut diuersitas personarum di uersam videtur posse recipere medicinam: nec in aliorum perniciem ad maiorem insaniam cō citari. Aliquando etiam si res magis curanda non impedit: sancti altaris cōmunione priuam⁹ Verum sæpe accidit vt nos fallant: vel negando se abstulisse: vel affirmando se vnde restituāt non habere: Sæpe etiam & vos fallamini putando vel nos non agere vt reddant: vel ipsos ha bere vnde reddant: & omnes aut pene omnes homines amamus nostras suspitiones vel voca re vel existimare cognitiones: quādo credibilibus rerum signis mouemur: cum credibilia nō nulla sint falsa: sicut incredibilia nōnulla sunt vera. Ideo quosdam commemorans: qui & sce leris pœnam sibi cupiūt relaxari: & id propter qd scelus admissum est possidere: addidisti: &

S aisti: Pro his quoq; interueniendum putat sacerdotium vestrum. Fieri enim potest: vt tu sci as qd ego nescio: & ppterea putē p aliquo interueniēdū: q; si me fallere potuit: cū te nō potue rit vt ego eū nō credā possidere: qd tu possidere nosti. Ita fit vt cū de reo sētētia nō vna sit no stra: neutri tamen nostrum placeat: q; res non redditur aliena. De homine vt homines: diuer sa sentimus: sed in ipsa iustitia simul sumus. Eo modo etiam fieri potest: vt qd scio aliquē non habere: hoc eum tu habere non certissime teneas: sed credibiliter suspicaris: & ob hoc tibi vi dear interuenire pro eo qui & sceleris pœnam sibi cupiat relaxari: & id ppter qd scel⁹ admis sum est possidere. Ad summam igitur neq; apud tales (si qui reperiuntur qualem te esse gau demus) neq; apud ipsosqui magno studio aliena ac nihil profutura / multoq; etiam periculosa

ac perniciosa petit:neq; apud cor meũ(cui testis est deus)ausim dicere/sentire/decernere: in
teruenięndum esse pro aliquo:vt qđ scelere abstulit:sceleris impunitate possideat:Sed vt remis
14.q.5.nõ sane. sa iniuria:qđ iniuriose abstulit reddat:si tñ habet qđ abstulit:vel aliud vñ illud restituat.Nõ T
sane quicquid ab inuito sumitur:iniuriose aufertur.Nam plęriq; nec medico volunt reddere
honorem suum:nec operario mercedem:nec tamen hæc qui ab inuito accipiunt:per iniuriam
11.q.3.non licet. accipiunt:quæ potius per iniuriam non darentur.Sed non ideo debet iudex vęndere iustum
iudicium:aut testis verum testimonium;quia vęndit aduocatus iustum patrocinium: & iu-
risperitus verum consilium.Illi enim inter vtrãq; partem ad examina adhibentur: isti ex vna
parte consistunt.Cum autem iudicia & testimonia:quæ nec iusta nec vera vęndẽda sunt:ini-
qua & falsa vęnduntur:multo sceleratius vtiq; pecunia sumitur: quia scelerate/etiam q̃uis a
volẽtibus datur.Ille tamẽ solet tanq̃ male sibi ablatam pecuniam repetere qui iustum iudiciũ
emit:quoniam vęnale esse non debuit.Qui vero pro iniquo iudicio dedit: vellet quidem repe
tere:nisi timeret vel puderet emisse.Sunt aliæ personæ inferioris loci: quæ ab vtraq; parte nõ
insolenter accipiũt:sicut officialis:& a quo mouetur:& cui admouetur officium. Ab his exor
ta per immoderatam improbitatem repeti solent:data per tolerabilem consuetudinem nõ so-
lent:magisq; reprehendimus:qui talia inusitate repetiuerunt:q̃ qui ea de more sumpserunt:
quoniam multæ necessariæ personę rebus humanis:vel inuitãtur huiusmodi cõmodis:vel re
nentur.Isti si viam vitæ mutauerint:aut excellẽtioris cõscenderint sanctitatis gradum: faci-
lius ea quæ hoc modo acquisierunt:tanq̃ sua pauperibus largiuntur : q̃ eis a quibus accepta
sunt tanq̃ aliena restituant.Qui vero contra ius societatis humanæ:furtis/rapinis/calumni-
is/oppressionibus/inuasionibus abstulerit:reddẽda potius q̃ donanda censemus: Zachæi pu-
blicani euangelico exemplo:qui cum hospitio dominum suscepisset:in vitam sanctam repen-
Lucæ.19. te mutatus:Dimidium inquit rerum mearũ do pauperibus:& si cui aliquid abstuli:quadru-
plum reddo.Verũtamen si iustitia synçerius consulatur:iustius dicit aduocato:Redde qđ ac
cepisti:quando contra veritatem stetisti:iniquitati affuisti:iudicem fefellisti : iustam causam
oppressisti:de falsitate vicisti.Qđ vides multos honestissimos & disertissimos viros:non solũ
impune:verũetiam gloriose videri sibi committere:q̃ cuiq̃ in quolibet officio militanti. Red
de qđ accepisti;quando iubente iudice cuicunq; causæ necessarium hominem tenuisti:ne resi
steret vinxisti:ne fugeret inclusisti;postremo aut permanente lite exhibuisti: aut finita dimisi
sti.Sed illud cur aduocato non dicatur in promptu est:quia scilicet ita nõ vult homo repete-
re:quod patrono vt male vinceret:dedit:sicut nõ vult reddere:quod ab aduersario:cum ma-
le vicisset:accepit.Quis tandem aduocatus:aut ex aduocato ita vir optimus facile reperitur:
qui suscepto suo:dicat:Recipe qđ mihi cũ tibi male adessem dedisti:& redde aduersario tuo:
quod me agente inique abstulisti?Et tamẽ quem prioris non rectæ vitæ/rectissime poenitet:
etiam hoc facere debet:vt si ille qui inique litigauit:non vult admonitus corrigere iniquita-
tem:eius tamen iniquitatis nolit iste habere mercedem:nisi forte restituendum est alienum:
qđ per furtum clanculo aufertur:& restituendum nõ est alienum:qđ in ipso foro vbi peccata
14.q.4.qd dicam. puniuntur:decepto iudice:& circũuẽtis legibus obtinetur?Quid dicam de vsuris: quas etiã V
ipsę leges & iudices reddi iubent?An crudelior est qui subtrahit aliquid vel eripit diuiti:q̃ q
trucidat pauperem foenore?Hæc atq; huiusmodi male vtiq; possidentur:& vellem vt restitu
erentur:sed nõ est quo iudice repetantur.Iam vero si prudenter intueamur:qđ scriptum est:
Fidelis hominis totus mundus diuitiarũ est;infidelis autem nec obolus:nõne omnes qui sibi
videntur gaudere licite conquisitis:eisq; vti nesciunt:aliena possidere conuincimus?Hoc eñ
certe alienum non est:qđ iure possidetur:hoc autem iure qđ iuste:& hoc iuste qđ bene . Om-
ne igitur qđ male possidetur alienum est:male autem possidet:qui male vtitur. Cernis ergo
q̃ multi debeant reddere aliena:si vel pauci quibus reddant reperiuntur:qui tamen vbi sunt
tanto magis ista contemnunt:quanto ea iustius possidere potuerunt.Iustitiam quippe & ne-
mo male habet:& qui non dilexerit non habet:Pecunia vero & a malis male habetur: & a bo-
nis tanto melius habetur:quanto minus amatur.Sed inter hæc toleratur iniquitas male ha-
bentium:& quædam inter eos iura cõstituuntur:quæ appellant ciuilia:non q; hinc fiat vt be
ne vtentes sint:sed vt male vtentes minus molesti sint:donec fideles & pii(quorum iure sunt
oñia)q vel ex illis fiunt:vel inter illos tantisper viuẽtes:malis eorum non obstringunt:sed ex
ercent:perueniant ad illam ciuitatem:vbi hæreditas æternitatis est:vbi non habet nisi iustus
locũ:nõ nisi sapiẽs principatũ:vbi possidebũt quicunq; ibi erũt:vere sua.Sed tamen etiam hic

non intercedimus:vt secundum mores legesq́ terrenas non restituantur aliena:quis placabiles nos velimus malis:non vt placeant vel permaneant mali:sed quia ex illis fiunt quicunq́ sunt boni:& sacrificio misericordiæ placatur deus:quem nisi ꝓpitium haberent mali:nulli essent boni.Diu est ꝙ occupatiõibus tuis loquendo videor onerosus:cum tibi homini acuto & docto cito solui potuerit qd quærebas.Iam dudum asit finire deberẽ:si te tantũ scirẽ fuisse lecturum qd flagitasti vt rescriberem.Felix in Christo viuas fili charissime.

Dioscori ad beatum Augustinum:super quibusdam Ciceronis dialogorum interrogatiũculis efflagitantis. Epistola.LV.

X 
Rocemiare apud te non solum superfluum est:sed etiam molestum:qui rem non verba desyderas.Ideoq́ simpliciter audi.Senex Alipius rogatus a me sępius pollicitus erat:tecum respondere dialogorum pauculis interrogatiũculis:& qm̃ in Mauritania dicitur hodieq́ esse:peto viribus omnibus:& rogo:vt tu solus respõdere digneris:qd etiam pręsente ipso fratre tuo/sine dubio facturus eras.Non est pecunia:nõ est aurum:qd ꝑ quouis daturus eras ꝓculdubio si haberes:nunc vero sine labore loqueris : qd requiro.Possem te plus & per multos charos tuos exorare:sed noui animũ tuũ:qui non rogari desyderat:sed omnibus præstare:si tantum absit qd dedecet . ꝙ in hac re penitus nihil est dedecoris:tamẽ quod cunq́ est:peto præstes nauigaturo.Nosti q̃ mihi molestissimum est oneri esse: non dico syncęritati tuæ:sed cuipiam.Solus autem deus nouit:quoniã nimia necessitate impulsus hoc feci: Vobis eñ saluis & fauente domino nauigaturus sum:& mores hominum non ignoratis: qui procliues sunt ad vituperãdum:& quoniam si interrogatus quis non responderit:indoctus& hebes putabitur.Vides : ergo obsecro te ad oẽia sine cunctatione responde:ne me tristem dimittas.Sic videam parentes meos:quia propter hoc solum cerdonẽ misi & ipsum expecto solum.Frater Zenobius:magister memoriæ factus est:& misit nobis euectionem cum annonis. Si ergo dignus non sum:vt respondeas interrogatiunculis meis: saltem timeantur annonæ. Incolumem te summa diuinitas lõga nobis tueatur ætate.Papas plurimum dignationem tuam salutat.

Beati Augustini ad Dioscorum:illum de superfluis & curiosis quæstiunculis inquirẽtem increpantis:& ab inani vulgi applausu & fallaci hominum laude cauendum esse demonstrantis:Et de summo hominis bono accurate disputantis. Epistola.LVI.

Y 
V me innumerabilium quæstionum turba repente circũuallandum: vel potius obruendum putasti:etiam si vacantẽ otiosumq́ credidisti.Quando.n. ego in quolibet otio:tot rerum nodos tam festinanti:& vt scribis: iam pene ꝓficiscenti possem dissoluere? Numero enim rerũ ipsarum impedirer: etiã si non difficiles ad soluendum forẽt.Tanta sunt autem perplexitate inuoluti:& tenacitate constricti:vt etiam si pauci essent:otiosissimũ me occupantes:magna mora temporis fatigarent intentionem:atq́ attererent vngues meos.Ego autem vellem te abripere de medio delitiosarum inquisitionum tuarum:& constipare inter curas meas:vt vel disceres non esse inaniter curiosus:vel curiositatem tuam cibandam atq́ nutriendam imponere non auderes eis:quorum inter curas vel maxima cura est reprimere ac refrenare curiosos.Quanto eñ melius:quantoq́ fructuosius:si in dandis vllis literis tempus atq́ opera impẽditur:ad hoc potius impendiũ:vt resecentur vanæ atq́ fallaces cupiditates tuæ:quæ tanto magis cauendæ sunt:quanto facilius decipiunt : nescio qua vmbra honestatis:& liberalium studiorum nomine velatæ atq́ palliatæ : q̃ vt nostro ministerio atq́ (vt ita dixerim)satellitio induratũ:quo tam bonã tuam mentem premant: vehemẽtius excitentur.Ecce eñ tot dialogi lecti:si ad videndum finem & capessendum omnium actionum nihil te adiuuerunt:quid ꝓsunt:dic mihi? Nam vbi finem constitueris totius huius flagrantissimi studij tui:& tibi infructuosi & nobis molesti:epistola tua satis indicas.Cum enim de soluẽdis questionibus quas misisti tu ad me:per literas satageres:ita scripsisti:Possem te in quis plus & per multos charos tuos exorare:sed noui animum tuum:qui non rogari desyderat:sed omnibus præstare:si tantum absit qd dedecet : ꝙ in hac re penitus nihil est dedecoris tamen quodcũq́ est peto præstes nauigaturo.In his verbis epistolæ tuæ recte quidem de me existimas : ꝙ omnibus præstare desyderem:si absit qd dedecet.Sed in hac re nihil esse dedecoris:non mihi videtur:Non enim dedecora facies rerum attingit sensum meum: cum cogito

episcopum ecclesiasticis curis circũstrepentibus districtum atq; distentum: repente quasi ob-
surdescẽtem cohibere ab his omnibus:& dialogorum Tullianorum quæstiunculas:vni schola
stico exponere.Qđ quantũ dedeceat:q̃q̃ tuorum studiorum raptus ardore prorsus nolis attẽ
dere:tu etiam sentis tamen.Quid eñ aliud indicat : q cum dixisses:in hac re penitus nihil eẽ
dedecoris:statim adiunxisti:tamẽ quodcunq; est peto præstes nauigaturo.Hoc enim sonat vi
deri tibi quidem nihil in hac re esse dedecoris:tamen quodcũq; est dedecoris:petere te vt præ
stem nauigaturo.Sed quid est quæso te:qđ addidisti nauigaturo? An ego:nisi nauigaturus es
ses:præstare tibi aliquid dedecoris non deberem? Nimirum putas q aqua marina dedecus ab
luatur.Qđ si ita esset:mecum certe qui nauigaturus non sum:inexpiatum remaneret. Scri-
bis etiam nosse me:q̃ tibi molestissimum sit oneri esse cuipiam:& attestaris solum deum nosse Z
q nimia necessitate impulsus hoc feceris. Hic sane cum epistolam tuam legerem:satis aduer
ti animũ cognoscere necessitatem tuam : cum ecce mihi affers & dicis: mores hominum non
ignoratis:qui procliues sunt ad vituperandum:& quoniam si interrogatus quis non respõde
rit:indoctus & hebes putabitur.Hoc loco vero exarsi ad rescribẽdum tibi: Hoc enim languo
re animi tui penetrasti mihi pectus:& irrupisti in curas meas: vt dissimulare non possem quã
tum me deus adiuuaret mederi tibi:non vt de tuis quæstionibus enodandis explicandisq; co
gitarem:sed vt felicitatem tuam pendẽtem ex linguis hominum atq; nutantem a tam infelici
retinaculo abrumperem:& cuidam sedi omnino inconcussæ stabiliq; religarem. Tu ne o Dio-
score nec Persium tuum respicis insultantem tibi cõtorto versiculo : sed plane puerile caput/
Persius, si sensus assit/idoneo colapho contõdẽtem atq; coercentem:Scire tuũ nihil est nisi te scire hoc
sciat alter? Tot vt superius dixi/legisti dialogos:tot philosophorum altercationibus cor inse-
ruisti: Dic mihi quis eorum finem actionum suarum cõstituerit in fama vulgi: aut in lingua
hominũ vel bonorum atq; sapientium? Tu autem &(qđ magis pudendum est)iam nauigatu
rus:satis præclare te in Africam proficisci testaris:cum aliam ob causam te oneri non esse asse
ris negotiosissimis/& in alia longe distantia intentis episcopis:vt tibi exponam Ciceronem:ni
si quia times homines procliues ad vituperandum:ne interrogatus ab eis:si non responderis:
indoctus & hebes puteris.O rem dignam vigiliis & lucubrationibus episcoporum. Non mi
hi videris aliunde dies noctesq; cogitare:nisi vt studiis tuis atq; doctrina æque lauderis ab ho
minibus.Qđ etsi semper ad certa & recta tendentibus periculosum esse iudicaui:nunc tamen
in te maxime experior.Non enim aliunde q̃ ex eadem pernicie non vidisti:qua tandẽ te posse-
mus moueri:vt tibi qđ petebas daremus.Q̃ eñ peruerse tu ipse non ob aliud ad ea discenda
quæ interrogas raperis:nisi vt lauderis:aut non vitupereris ab hominibus:tam peruerse etiã
nos putas in tua petitione talibus causis allegatis moueri.Et vtinam possemus efficere: vt tu
quoq; tam inani atq; fallaci humanæ laudis bono minime mouereris : cum tibi nos indicare-
mus non ad præstandum tibi qđ petis(quoniam hæc de te scribis)sed ad te corrigẽdum mo-
ueri.Mores hominum inquis p̱cliues sunt ad vituperandum . Q; deinde: si interrogat⁹ quis
non responderit inquis:indoctus & hebes putabitur: Ecce ego te interrogo non de Cicero &
nis libris aliquid:cuius sensum fortasse legentes indagare non possunt:sed de epistola ipa tua
& de sententia verborum tuorum.Quæro eñ cur non dixeris:qui non responderit:indoctus
& hebes manifestabitur:sed potius dixeris:qui non responderit indoctus & hebes putabit: ni
si quia satis etiam ipse intelligis:eum qui talia non responderit:non esse indoctum & hebetem;
sed putari? At ego te admoneo eum qui talium putatorum linguis tanq̃ falcibus concidi ti-
met:lignum esse aridum:& ideo non putari tantum indoctum & hebetem : sed vere esse atq;
conuinci.Fortasse dixeris:Sed cum hebes animo non sim:& præcipue non esse studeam : nolo
hebes animo vel putari. Recte:sed quo fine nolis:id quæro. Q; enim illis quæstionibus aperiẽ
dis tibi & explicandis nec nobis oneri esse dubitasti:hanc cautam & hunc finem esse dixisti:&
tam necessarium: vt eam nimiam necessitatem appellares:ne scilicet de his interrogatus neq;
responderis:ab hominibus ad vituperandum procliuis/& hebes indoctusq; puteris.Ego autẽ
quæro:hoccine totum sit:cur a nobis ista desyderes:an etiam indoctus & hebes putari p̱pter
aliud aliquid nolis? Si hoc totum est:cernis vt arbitror hunc esse finem tam vehementis intẽ-
tionis tuæ:qua nobis quoq; oneri es:vt fateris.Quid autem a Dioscoro potest nobis esse one-
ri:nisi qđ ipsum Dioscorum etiam nesciẽtem onerat ? qđ non sentiet nisi cũ surgere voluerit.
Atq; vtinam nõ sic alligarẽt hęc onera:& frustra etiã humeros conetur excutere.Qđ nõ ideo
dico:quia istæ discuntur quæstiones:sed quia tali fine discuntur. Hunc eñ finem iam certe

sentis esse nugatorium:inanem:ventosum. Habet & tumorem:sub quo etiam tabes gignitur:
& pupilla mentis ad non videndam opulentiã veritatis offunditur. Crede sic est mi Dioscore
ita te fruar in ipsa volũtate:& in ipsa cuius vmbra auerteris/dignitate veritatis. Vnde enim
tibi:nisi vel hoc modo de hac re fidem faciam:non inuenio. Nõ eñ vides eam: aut vllo modo
9 q̃diu linguis humanis ruinosa gaudia construis/potes eam videre. Si autem ibi non finis est
harum actionum:atq; intentionis tuæ: sed propter aliud aliquid indoctus & hebes nõ vis pu
tari:quæro quid illud sit: si ꝓpterea ne angustior tibi aditus ad acquirẽdas tẽporales diuitias
vxorem impetrandam:honores capessendos:& cætera huiusmodi:præcipiti fluxu transcurrẽ
tia:atq; in se lapsos in vnum rapientia? Neq; ad hunc finem tibi seruire nos decet:immo decet
etiam hinc te amouere. Non eñ sic te ꝓhibemus in incerto famę finẽ ponere: vt tanq̃ de Min
cio in Eridanum emigres: quo te ipse fortasse Mincius etiam non emigrantem impingeret.
Cum enim non satiauerit auidũ spiritũ vanitas laudis humanæ: quia nihil ad cibandum af
fert nisi inane & inflatum:cogetur eam ipsa auiditas referre in aliud:quasi vberiꝰ atq; fructuo
sius:qđ nihilominus si temporali lapsu præterfluit:ita est quasi fluuius ducat in fluuium: vt
non sit finis miseriæ:q̃diu finis officiorum nostrorum in re instabili collocatur. In aliquo igi
tur firmo atq; incõmutabili bono te figere volumus constantissimæ intentionis domũ:& se
curissimam requiem omnis bonę atq; honestæ actionis tuæ. An forte istam ipsam terrenam fe
licitatem quã cõmemoraui:si prosperi rumoris aura:aut etiam flatibus vela pandendo ad eã
potueris peruenire:hanc cogitas referre in aliud certum & verum & plenum bonum? At mi
hi non videtur: atq; omnino ipsa veritas negat:vel tantis ad se anfractibus:quę tam proxima
est:vel tantis sumptibus:quæ tam gratuita est:perueniri. An ipsa humana laude:tanq̃ instru
mento vtendum existimas:vt aditum per hanc prępares ad animos hominũ: persuadendo ve
ra atq; salubria:& caues te ne cum indoctum atq; hebetẽ putauerint:indignum arbitrentur:
cui autem vel intentissimam vel patientissimam præbeant:siue ad recte facta quenq̃ exhorte
ris:siue malitiam atq; nequitiam peccantis obiurges? Hunc tu finem iustitiæ ac beneficentiæ
si in illis interrogandis quæstionibus cogitasti:nos de te male meruimus; quibus in epistola
tua non id potius quo moueremur posuisti:vt aut libenter daremus qđ petebas: aut ideo nõ
daremus:quia causa quælibet alia fortasse prohiberet. Non tamen quia tuæ vanæ cupiditati
non solum seruire: verũetiam non resistere puderet. Quanto eñ melius atq; salubrius quæso
te/ipsas veritatis regulas multo certius & breuius per se ipsas accipis:quibus falsa omnia pos
sis ipse refellere:ne qđ falsum & pudendum est:si multorum annosas & decrepitas falsitates:
studio iactantiori q̃ prudentiori didiceris:doctum atq; intelligentẽ te esse arbitreris:qđ iã nõ
existimo tibi videri. Non eñ frustra tamdiu tam vera Dioscoro diximus:ex quo in hac episto
A la gradimur. Quapropter iam illud videamus:cum te istarum rerum ignorantia nequaq̃ in
doctum atq; hebetem iudices:sed ipsius potius veritatis:vt quisquis de his rebus scripsit vel
scripserit:aut ea sint quæ iam certus tenes:aut si falsa sunt:securus ignores:neq; de diuersita
te cognoscenda sententiarum alienarum:quasi ne indoctus & hebes remaneas: inani sollicitu
dine macereris. Cum ergo hæc ita sint:etiam illud si placet videamus:vtrum aliorum fal
sa existimatio:q sunt (vt scribis) ad vituperandum procliues: vt si te ista ignorare ꝑsenserint:
indoctum atq; hebetem:falso quidem;sed tamen putent:sic te mouere debeat:vt etiam ab epi
scopis tibi hæc exponi/non incongruenter petas:quandoquidem eo fine iam te ista cupere cre
dimus:quo illis consulas ad persuadendam veritatem vitamq; eorum corrigendam: qui te si
in Ciceronis libris indoctum hebetemq; putauerint:indignum habebunt: a quo aliquid vti
lis salubrisq; scientiæ sibi accipiendum esse arbitrentur? Qđ non ita est:mihi crede. Primũ qa
esse aliquos in illis terris:vbi imperitus minimeq; acutus videri times:qui te de istis quæstio
nibus quicq̃ interrogent omnino non video:quandoquidem hic quo ad ea discẽda venisti: &
Romę expertus es:q̃ negligenter habeantur:& ob hoc neq; doceant neq; discantur:& in Afri
ca vsqueadeo de his interrogatorẽ pateris nemihẽ:vt nec te ipsum qui patiatur:inuenias: ea
q; inopia episcopis exponenda ea mittere cogaris:quasi vero episcopi isti etiam si adolescẽtes
eodem quo tu raperis animi ardore:vel potius errore:quasi aliquid magnum hæc discere cu
rarunt:vsq; ad canos episcopales:& vsq; ad cathedras ecclesiasticas:ea sibi in memoria dura
re putarentur. Aut si ipsi vellent:non illa etiam de inuitorum cordibus curę maiores grauio
resq; secluderent: Aut si aliqua ex eis in animis eorum nimia consuetudine remanerent: non
etiam ipsa obliuione sepelire mallent recordata: q̃ inepria respondere quæsita: cũ in ipsa etiã

ſcholari lenitate & rhetoricis cathedris:ita obmutuiſſe atq; obtorpuiſſe videantur:vt a Car-
thagine Hipponẽ quo exponi poſſint mittẽda exiſtimentur:vbi tam inſolita atq; omnino per
egrina ſunt:vt ſi vellem reſpondendi curam inſpicere:aliquid volens videre:quomodo ad ſen
tẽtiam ꝙ mihi exponẽda eſſet:deſup veniatur: Aut ab ea deinceps quæ contexeretur oratio:
codicem prorſus inuenire non poſſem.Illi autem Carthaginenſes rhetores:ſi huic tuo ſtudio
defuerunt:nõ modo a me nõ reprehendunt:ſed etiã approbantur:ſi forte iam recolũt:nõ Ro-
manorum fororum:ſed græcorũ gymnaſiorũ iſta ſolere eſſe certamina.Tu vero cũ & in gym
naſia cogitationẽ inieciſti:& ea quoq; ipſa inueniſti talibus rebus nuda atq; frigida: vbi has cu
ras tuas deponeres:chriſtianorũ tibi baſilica Hipponẽſis occurrit:q̃a in ea nũc ſedet epiſcop⁹:
q aliquãdo iſta pueris vendidit.Sed nec te volo eſſe adhuc puerum:& me iam eſſe puerilĩũ re
rum:ſicut nõ venditorẽ:ita nec largitorẽ decet. Quæ cũ ita ſint:id eſt cũ duæ tantæ vrbes B
latinarũ literarũ artifices:Roma atq; Carthago:nec tędio tibi ſint:vt a te iſta ꝑquirant:nec tę
dia tua curẽt:vt te iſta ꝑquirẽtẽ exaudiãt:miror tãtũ quãtũ dici nõ põt:vereri te tã boni inge
nii iuuenẽ:ne in græcis atq; oriẽtalibus vrbibus quenq̃ de his rebus moleſtum interrogato-
rẽ feras.Facilius quippe corniculas in Africa audieris:ꝙ in illis partibus hoc genus vocis.De
inde ſi fallor:& quiſq̃ ibi forte huiuſmodi quæſtionũ tãto vtiq; odioſior:quãto in illis locis in
eptior ꝑcontator extiterit:nõne magis caues ne multo facilius exiſtant:qui te græci hoĩes in
græcia cõſtitutũ:& græca imbutũ primitus lingua:de ipſis philoſophorũ libris aliqua inter-
rogarẽt:ꝙ Cicero in ſuis literis nõ poſuit?Qđ ſi acciderit:qđ reſpõſurus es:poti⁹ te iſta in la-
tinorũ auctorũ libris:ꝙ in græcorũ noſſe voluiſſe?Qua reſpõſione:primo græciæ facies iniu-
riã:& noſti ꝙ illi hoĩes hoc nõ ferãt.Deinde iã exulcerati & irati:ꝙ cito te(qđ nimis nõ vis)&
hebetẽ iudicabũt:q græcoꝝ philoſophoꝝ dogmata:vel potius dogmatũ ꝑticulas quaſdã diſ
cerptas atq; diſperſas in latinis dialogis:ꝙ in ipſorũ auctorũ libris græcis torta atq; contexta
diſcere maluiſti:& indoctum:q cũ tã multa in tua lingua neſcias:earum rerum fruſta in alie
na colligere ambiſti.An forte illud reſpõdebis non te gręcos de his rebus libros cõtẽpſiſſe:ſed
prius latinos curaſſe cognoſcere:nunc autem velle te in latinis doctũ/iam græce quærere?Si
hoc non pudet hominem græcum latina puerum didiciſſe:nunc velle diſcere græca barbarũ
pudebit ne tandem in ipſis latinis ignorare aliqua quæ ꝙmulti latini docti tecum neſciant?
Vel hoc ipſo ſentis:ꝙ te nobis magna neceſſitate dicis oneroſum:in tanta doctorum multi-
tudine apud Carthaginem conſtitutus.Poſtremo fac te de omnibus quæ a nobis quæris:in-
terrogatum/reſpõdere potuiſſe.Ecce iam doctiſſimus atq; acutiſſimus diceris:ecce iã te lau-
dibus in cælum græculus flatus attollit:Tu tantum memento grauitatis tuæ:& illam mere
ri laudem quo fine volueris:vt ſcilicet eos leuiter leuia iſta miratos:& beniuolentiſſime atq;
auidiſſime iam in tua ora ſuſpenſos:grauiſſimum aliquid & ſaluberrimum doceas.Id ipſum
quicquid eſt grauiſſimum & ſaluberrimum:vtrum teneas:& recte tradere noueris:vellem co
gnoſcere.Ridiculum eſt enim cum ꝓpterea ſuperflua multa didiceris:vt tibi aures hominũ
ad neceſſaria præparentur:ipſa neceſſaria non tenere:quibus excipiẽdis eas per ſuperflua præ
paraueris.Et dum occuparis vt diſcas vnde facias intentos:nolle diſcere qđ infundatur intẽ-
tis. Sed ſi hoc te ſcire iã dicis:idq; ipſum chriſtianam doctrinam eſſe reſpondes:quã te om- C
nibus præponere nouimus:& in ea ſola eſſe præſumere ſpem ſalutis æternæ:nõ opus eſt ei co
gnitione dialogoꝝ Ciceronis:& collectione emẽdicatarũ diſcordantiũ ſentẽtiarũ alienarũ ꝓ-
curari auditores:vt oribus tuis intenti fiant:qui abs te aliquid tale accepturi ſunt.Nolo pri-
us aliquid doceas:qđ dediſcendũ eſt:vt vera doceas.Nam ſi alienarum ſententiarum diſſidẽ-
tium & repugnantium cognitio aliquid adiuuat inſinuatorem chriſtianæ veritatis:vt noue
rit quomodo aduerſantes deſtruat falſitates:ad hoc duntaxat:ne q̃s cõtra differẽs non niſi in
refellendis tuis figat oculum:ſua vero ſedulo occultet.Nam cognitio veritatis:oĩa falſa ſi mo
do ꝓferantur:etiam quæ prius inaudita erant:& diiudicare & ſubuertere idonea eſt.Sed vt
non ſolum aperta feriantur:ſed etiam abſcondita eruant:ſi alienos opus eſt cognoſcere erro-
res:erige oculos/aureſq; oro te:& vide atq; auſculta:vtrũ aliquis aduerſus nos de Anaxime-
ne & de Anaxagora ꝓferat aliq̃d:q̃ñ iã ne ipſorũ quidẽ multo recentiorũ:multũq; loquacium
Stoicorũ aut Epicureorũ cineres caleãt:vnde aliqua cõtra fidem chriſtianam ſcintilla excite
tur:Sed circuli atq; cõuenticula partim fugacia:partim etiã audacter prõpta:vel Donatiſta
rũ:vel Maximianẽſiũ:vel Manichæorũ:vel etiã ad quorũ greges turbãq; venturus es Arriano
rũ/Eunomianoꝝ/Macedonianoꝝ/Cataphygarũ/cæterarũq; beſtiaꝝ innumerabiliter ꝓſtre-

pant:quorum omnium errores si cognoscere piget:quid nobis est propter defensionem chri-
stianæ religionis quærere quid senserit Anaximenes:& olim sopitas lites inani curiositate re
coquere:cum quorundam etiā hęreticorū:qui nomine christiano gloriari voluerunt:vt Mar
cionistarum & Sabellianorum:multorumq̧ præterea iam dissensiones quęstionesq̧ sileantur
Tamē si opus est vt dixi veritati aduersantes prænoscere aliquas:& prætractas habere senten
tias:de hæreticis potius q̄ se christianos vocant:q̄ de Anaxagora & Democrito nobis cogitā-
dum fuit.Ille autem quisquis abs te quæsierit:quæ tu a nobis quæris: audiat ꝙ ea doctius &
prudentius nescias.Si em̄ Themistocles non curauit ꝙ est habitus indoctior:cum canere ner
uis in epulis recusasset:vbi cum se nescire illa dixisset:atq̧ ei dictum esset: quid igitur nosti?
respondit:rempublicam ex parua magnā facere:dubitandum est tibi dicere:te ista nescire:cū
ei qui rogarit quid noueris:respondere possis:nosse te:quoniam etiam sine istis homo esse pos
sit beatus?Q̄d si adhuc non tenes:tam peruerse ista conquiris:q̄ peruerse si aliquo corporis pe
riculoso morbo grauareris:delitiosas & tenerrimas vestes potius q̄ medicamenta medicosq̧
conquireres.Non em̄ vllo modo differenda est ista cognitio: aut illa huic a te præsertim iam
in hac ætate vel discendi ordine/præferenda est. Vide autem q̄ facile posses hoc scire si velles.
D Qui em̄ quærit quomodo ad beatam vitam pueniat:nihil aliud profecto quærit:nisi vbi sit fi
nis boni:hoc est vbi constitutum sit:non praua opinione atq̧ temeraria:sed certa atq̧ incon-
cussa veritate summū hominis bonum:q̄d a quolibet vbi cōstituatur non inuenitur: nisi aut
in corpore:aut in animo:aut in deo:aut in duobus aliquib⁹ horum:aut certe in omnibus. Q̄
si didiceris:neq̧ summū bonū:nec aliquā partem summi boni omnino esse in corpore:duo re-
stabunt:animus & deus:quorum vel in vno:vel in ambobus sit.Si autem adieceris & didice-
ris hoc idem de animo q̄d de corpore:quid aliud iam nisi deus occurret:in quo summū homi
nis bonum constitutum sit?non quo alia bona non sint: sed summū id dicitur quo cuncta refe
runtur.Eo enim fruendo quisq̧ beatus est: propter q̄d cętera vult habere:cum illud iam non
propter aliud:sed ꝓpter seipsum diligatur.Et ideo finis ibi dicit̄:q̄a iam quo occurrat & quo
referatur non inuenitur.Ibi requies appetendi:ibi fruendi securitas: ibi tranquillissimū gau-
dium optimæ voluntatis.Da igitur qui cito videat:non corpus esse animi bonum:sed animū
potius esse corporis bonum:Recedetur iam ab inquirendo: vtrum summū illud bonum:vel
aliqua eius pars sit in corpore. Q̄d em̄ stultissime negatur meliorem eē animum corpore: itē
stultissime negatur meliorem esse eum qui dat beatam vitam:vel partem aliquā beatæ vitę:q̄
eum qui accipit.Nō igitur accipit animus a corpore vel summum bonum vel partem aliquā
summi boni.Hoc qui non vident:cæcati sunt dulcedine carnalium voluptatum: quā ex indi-
gentia sanitatis venire non intuentur.Sanitas autem perfecta corporis:illa extrema toti⁹ ho-
minis immortalitas erit. Tam potenti enim natura deus fecit animam: vt ex eius plenissima
beatitudine quæ in fine temporum sanctis ꝓmittitur:redundet etiam in inferiorem naturā
q̄d est corpus:nō beatitudo:quæ fruentis & intelligentis est propria:sed plenitudo sanitatis:
id est incorruptionis vigor.Q̄d qui non vidēt(vt dixi)bellant inquietis altercationibus:va-
rie pro suo quisq̧ captu in corpore constituentes summū hominis bonum:& carnalium sedi-
tiosorum turbas concitant.Inter quos Epicurei apud indoctam multitudinem excellentiore
E auctoritate viguerunt.Da item qui cito videat animum quoq̧ ipsum non suo bono beatum
esse:cum beatus est:Alioquin nunq̄ esset miser:& recederetur a quęrendo:vtrum in animo sit
summū illud atq̧(vt ita dixerim)beatificum bonum:vel aliqua pars eius. Nam cum seipso
sibi quasi suo bono animus gaudet:superb⁹ est.Cum vero perspicit se esse mutabilem: vel hoc
vno saltem ꝙ de stulto sapiens efficitur:sapientiamq̧ esse incōmutabilem cernit:simul opor-
tet cernat esse illam supra suam naturam:eiusq̧ participatione atq̧ illustratione se vberius &
certius gaudere:q̄ se ipso.Ita cessans atq̧ detumescens a iactatione atq̧ inflatione propria:in
hærere deo atq̧ ab illo incōmutabili refici & reformari nititur:a quo esse iam capit:nō solum
omnem speciem rerum omniū:siue quæ sensu corporis:siue quæ intelligentia mentis attingū
tur:sed etiam ipsam capacitatem formationis ante formationē:cum vel informe aliquid dici
tur q̄d formari potest.Itaq̧ tanto minus se esse stabilem sentit:quāto minus hæret deo q̄ sum
me est.Et ideo illum summe esse:quia nulla mutabilitate proficit seu deficit: sibi autem illam
cōmutationem expedire qua proficit:vt perfecte illi cohæreat:eam vero commutationē quæ
in defectu est:esse vitiosam:omnem autem defectum ad interitum vergere:quo vtrum aliqua
res perueniat:tam & si non appareat:tamen apparere omnibus eo ducere interitum:vt nō sit

qđ erat. Vnde colligit non ob aliud res deficere:nisi q ex nihilo factæ sunt: vt qđ in eis est q sunt & manent:& pro defectibus etiam suis ad vniuersitatis complexum ordinantur:ad eius bonitatem omnipotentiamq pertineat qui summe est & conditor:qui potens est etiam ex nihilo:non tantum aliquid:sed etiam magnum aliquid facere. Primum aũt peccatũ:hoc est primum voluntarium defectum: esse gaudere ad propriam potestatem. Ad minus enim gaudet:q̃ si ad potestatem dei gaudeat:quæ vtiq maior est. Hoc non videntes: & potentias intuẽtes animi humani:magnamq pulchritudinem factorum atq dictorum:etiã si in corpore puduit ponere summum bonum:in ipso tamen animo ponẽtes:infra vtiq posuerunt:q̃ vbi syncerissima ratione ponendum est. Inter hos qui ita sentiũt apud græcos philosophos:& numero & disputandi subtilitate Stoici prævaluerunt:qui tamen in naturalibus corporea omnia esse arbitrantes:magis a carne q̃ a corpore animum auertere potuerunt. Inter eos autem qui fruendum deo:a quo & nos & omnia facta sunt:vnum atq summum bonum nostrum esse dicunt: apud illos eminuerunt Platonici:qui non immerito ad officium suum pertinere arbitrati sunt Stoicis & Epicureis maxime & prope solis omnino resistere. Idem quippe Academici qui Platonici:qđ docet auditorum ipsa successio. Arcesilaus eñ qui primus occultata sententia sua:nihil aliud istos q̃ refellere statuit:quære cui successerit:Polemonẽ inuenies:Quære cui Polemon:Xenocratem. Xenocrati autem discipulo academiã scholam suam reliqt Plato. Quantum igitur pertinet ad quæstionem de summo hominis bono:remoue personas hominum:atq ipsam disceptationem cõstitue: profecto reperies duos errores se aduersa fronte collidi. Vnum constituentem in corpore: alium constituentem in animo summum bonum. Rationem autem veritatis:qua summũ bonum nostrum:deus esse intelligitur:vtriq resistere:sed non prius docentem vera q̃ praua dedocentem. Idipsum rursum adiunctis personis cõstitue:reperies Epicureos & Stoicos inter se acerrime dimicantes. Eorum vero litem conãtes diiudicare Platonicos:occultantes sententiam veritatis:& illorum vanam in falsitate fiduciã conuincẽtes & redarguentes. Sed nõ sicut illi errorum suorum:ita Platonici veræ rationis psonam implere potuerunt. Oĩbus enim defuit diuinæ humilitatis exemplum:qđ opportunissimo tempore per dominum nostrum Iesum Christum illustratum est: cui vni exemplo in cuiusuis animo ferociter arrogantis:omnis superbia cedit & frangitur & emoritur. Ideoq nõ valentes illi auctoritate turbas terrenarũ rerum delectatione cæcatas ad inuisibilium fidem ducere:cum eas viderent Epicureis maxime contentionibus commoueri:non solum ad hauriendam quo vltro ferebantur:sed etiam ad defensitãdam corporis voluptatem: vt in ea summum bonum hominis cõstitueretur: eos autem qui aduersus hanc voluptatem:virtutis laude mouerentur:minus difficulter eam contemplari in animis hominum:vnde facta bona: de quibus vtcunq poterant iudicare:procederent:simul videbant si eis conarẽtur insinuare aliquam rem diuinam:& super omnia incommutabilem quę nullo attingeret corporis sensu:sed sola mente intelligeretur:quæ tamen etiam naturam ipsius mentis excederet:eumq esse deũ propositum animo humano ad fruendum:purgatum ab omni labe humanarum cupiditatũ: in quo vno acquiesceret omnis beatitudinis appetitus: & in quo nobis vno bonorum omniũ finis esset:non eos intellecturos:sed repugnantibus vel Epicureis vel Stoicis:multo q̃ sibi facilius palmam daturos:id est vera salubrisq sententia:qđ perniciosissimum est generi humano:imperitorum populorum irrisione sordesceret. & hoc in moralibus. In naturalibus autem quæstionibus si isti dicerent effectricem omnium naturarum esse incorpoream sapientiam:illi autem a corpore nusq̃ descederent:cum alii in atomis:alii quatuor elementis: in quibus ad efficienda omnia ignis pręualeret:principia rerum darent:quis non videret stultorum abundantiam corpori deditam:cum incorpoream potẽtiam cõditricem rerum nequaq̃ valeret intueri:in quorum potius suffragium raperetur:restabat pars rationalium quęstionum. Nosti eñ quicquid propter adipiscendam sapientiam quęritur:aut de moribus:aut de natura:aut de ratione quęstionem habere. Cum ergo Epicurei nunq̃ sensus corporis falli dicerent:Stoici autem falli aliquando concederent:vtriq tamen regulam conprehendendę veritatis in sensibus ponerent:quis istis contradicentibus audiret platonicos? Quis non modo in sapientium sed omnino in hominum numero habendos putaret si ab eis prompte diceretur:non solũ esse aliquid qđ neq tactu coporis:neq olfactu: vel gustatu:neq his auribus aut oculis percipi possit:neq omnino talium rerum quæ ita sentirentur aliqua imaginatione cogitari: sed id solũ verum esse atq id solum posse percipi:quia incommutabile & sempiternum est: percipi autẽ

Platonici. Academici. Arcesilaus. Polemon. Xenocrates Plato.

F

sola intelligentia qua vna veritas quomodo attingi potest attingitur! Cum ergo talia senti-
rent Platonici:quę neq docerent carni deditos homines:neq tanta eēnt auctoritate apud po
pulos:vt credenda persuaderent:donec ad eum habitum perduceretur animus quo ista capiā
tur:elegerunt occultare sententiam suam:& contra eos differere:qui verum se inuenisse iacta
rent:cum inuentionem ipsam veri in carnis sensibus ponerēt. Et eorum quidem consiliū qua
le fuerit quid attinet quęrere! diuinum certe vel diuina aliqua auctoritate præditum nō fuit.
G Tantum illud attende:quoniā Plato a Cicerone multis modis apertissime ostenditur in sapiē
tia nō humana:sed plane diuina:vnde humana quodāmodo accēderetur. In illa vtiq sapien-
tia prorsus immutabili atq eodem modo semper se habente veritate constituisse & finem bo-
ni & causas rerum & ratiocinādi fiduciam.Oppugnatos autem esse nomine Epicureorum &
Stoicorum a platonicis eos qui in corporis vel in animi natura ponerent & finem boni & cau
sas rerum & ratiocinandi fiduciam:eorum successione temporum esse deuolutam:vt Christi
anæ etiam ætatis exordium rerum inuisibilium atq æternarum fides per visibilia miracula
salubriter prædicaretur hominibus:q nec videre:nec cogitare aliqd præter corpora poterāt:
beato apostolo Paulo:qui eandem fidem gentibus præseminabat:iidem ipsi Epicurei & Stoi-
ci/in actibus apostolorum contraxisse inueniant.Qua in re satis mihi videtur demonstratum
esse errores gentium:siue de moribus:siue de natura rerum:siue de ratione inuestigandæ ve-
ritatis:qui q̄uis essent multi atq multiplices:in his tamen maxime duabus sectis eminebant:
expugnantibus doctis ; & tanta differendi subtilitate:atq copia subuertētibus: durasse tamē
vsq in tempora christiana.Quos iā certe nostra ætate sic obmutuisse conspicimus:vt vix iam
in scholis rhetorū cōmemoraretur tantum quæ fuerint illorum sententiæ: certamina tamen
etiam de loquacissimis græcorū gymnasiis eradicata atq compressa sunt ; ita vt siqua nūc er
roris secta contra veritatē:hoc est cōtra ecclesiā Christi:emerserit: nisi nomine cooperta chri
stiano:ad pugnandum prosilire non audeat.Ex quo intelligitur ipsos quoq platonicæ gentis
philosophos: paucis mutatis quæ christiana improbat disciplina:inuictissimo vni regi Chri-
sto:pias ceruices oportere submittere:& intelligere verbum dei homine indutum : qui iussit
H & creditum est:qđ illi vel pferre metuebāt.Huic te mi Dioscore vt tota pietate subdas velim
nec aliam tibi ad capessendam & obtinendam veritatem viam munias q̄ quæ munita est ab il
lo qui gressuum nostrorum tanq̄ deus videt infirmitatem.Ea est autem prima humilitas: se-
cūda humilitas:tertia hūilitas:& quotiēs iterrogares hoc dicerē:nō quo alia nō sint pcepta q̄
dicantur:sed nisi humilitas omnia quæcunq bene facimus & præcesserit:& comitatur:& cō
secuta fuerit:& pposita quā ituemur:& apposita cui adhęreamꝰ:& iposita qua reprimamur
iā nobis de aliquo bono facto gauderibꝰ: totū extorq̄t de manu supbia. Vitia qppe cętera i pec
catis:supbia vero etiā in recte factis timēda est:ne illa q̄ laudabiliter facta sunt: ipsiꝰ laudis cu
piditate amittant.Itaq sicut rhetor ille nobilissimꝰ cū interrogatꝰ esset : qd ei primū videret
in eloquētię pceptis obseruari oportere:pnūciationē dicit respōdisse:Cū q̄reret qd scđo:eādē
pnūciationē:qd tertio:nihil aliud q̄ pnūciationē dixisse.Si interrogares:& quotiēs interroga
I res de pceptis christianæ religionis:nihil me aliud respondere nisi humilitatē liberet.Et si for
te alia dicere necessitas cogeret:huic humilitati saluberrimæ quā dn̄s noster Iesus Christꝰ vt
doceret humiliatꝰ est : huic inquā maxime aduersat quædā(vt ita dicā)imperitissima sciētia
dū nos scire gaudemꝰ:quid Anaximenes/qd Anaxagoras/qd Pythagoras/qd Democritꝰ sen
serit:& cæteri huiusmodi:vt docti eruditiq videamur:cū hoc a vera doctrina & eruditione
longe absit.Qui eñ didicerit deū non distendi aut diffundi p locos:neq finitos neq infinitos
quasi in aliqua parte maior sit:in aliqua minor:sed totū vbiq esse pręsentē:sicut veritatē:cuiꝰ
nemo sobrie dicit partē esse in isto loco:& partē in illo:quoniam veritas vtiq deus est:nequaq̄
eum mouebit qđ de infinito aere sensit:qcunq sensit q ipse deus esset . Quid ad illū si nesciat
quā dicāt isti corporis formam!eam quippe dicunt quæ vndiq finita sit:Et verum refellendi
causa tanq̄ Academicus Anaximeni Cicero obiecerit:formam & pulchritudinem deum ha-
bere oportere:quasi corpoream speciem cogitans:quia ille corporeum deum esse dixerat:Aer
eñ corpus est:an & ipse sentiebat esse formam & pulchritudinem incorpoream veritati:qua
ipse animus informatur:& per quā oīa sapientis facta pulchra esse iudicamus : vt nō tantū
refellendi gratia:sed etiam verissime dixerit:q deum pulcherrima specie deceat esse:quia ni-
hil est pulchrius ipsa intelligibili atq incommutabili veritate ! Q: autem ait ille gigni aerē:
quem tamen deum esse censebat:nullo modo mouet hunc virum qui intelligit non sicut aer

gignitur:id est aliqua causa vt fit efficit:cũ omnino deus nõ fit:ita genitum esse verbum dei:
deum apud deum:sed longe alio modo:quẽ nemo nisi cui ipse deus inspirarit intelligit.Illum
aũt etiã in ipsis corporalibus desipere quis non videat:cum aerẽ gigni dicat:& deum velit:eũ
autem a quo aer gignitur:nõ eñ a nullo gigni põt:nõ dicat deum?Cum autẽ dicitur aer esse
semper in motu:nequaq̃ cõturbat hominem:vt ppterea illum deum putet: q nouit oĩs cor-
poris motum inferiorem esse:q̃ est motus animi.Motũ aũt animi lõge pigriorem:q̃ est motus
summæ atq; incõmutabilis sapiẽtiæ.Item Anaxagoras siue quilibet:si mẽtem dicit ipsam ve- K
ritatem atq; sapientiam:quid mihi est de verbo cum homine contendere? Manifestum est eñ
omnium rerum descriptionem & modum de illa fieri:eamq; nõ incongrue dici infinitam:nõ
per spacia locorum:sed per potentiam:quę cogitatione humana comprehendi non potest.Ne
q; q; informe aliquid sit ipsa sapientia: hoc enim corporum est vt quæcunq; infinita fuerint:
sint & informia.Cicero autem studio refellendi/quãtum videtur/propter aduersarios corpo
raliter sentiẽtes:negat infinito aliquid iungi potuisse:quia ex ea parte qua quicq̃ adiungitur
necesse est esse in corporibus aliquem finem.Ideo ait non eum vidisse neq; motum sensui iun-
ctum & continentẽ:id est continua copulatione adhærẽtem infinito:id est infinitæ rei vllum
esse potuisse:quasi de corporibus ageret:qbus nihil iungi nisi p fines locorum potest.Sic autẽ
addidit:Neq; sensum oĩno quo non tota natura pulsa sentiret:quasi ille dixisset mentẽ illã
ordinatricẽ & moderatricẽ rerum omniũ habere sensum:qualẽ haberet aĩa p corpus.Nã ma-
nifestũ est totã sentire aĩam:cũ p corp⁹ aliqd sentit.Nã totã vtiq; nõ latet:qcqd illd est qd sen
titur.Ad hoc aũt dixit totã naturã sentire:vt illi quasi auferret/qd ait/mẽtẽ ĩfinitã.Quomo
do eñ tota sentit si infinita est?Sẽsus eñ corporis ab aliquo loco incipit: nec percurrit totum
nisi ad cuius finem peruenerit:qd in infinito dici nõ põt.Sed neq; ille de sensu corporis aliqd
dixerat.Et aliter dicit totum qd incorporeũ est:qa sine finib⁹ locorũ intelligit:vt & totũ & in
finitũ dici possit.Totum ppter integritatem:infinitũ ppter hoc:qa locorũ finibus non ambi
tur.Deinde inqt:Si mẽtem ipsam quasi aĩal aliquod eẽ voluit:erit aliqd interius ex quo illud L
aĩal nõietur:vt mens ista quasi corpus sit:& habeat intus animã vnde animal appellet. Vide
queãdmodũ corporali cõsuetudine loquitur.Quomodo eñ solent videri animalia ppter sen
sum grossum:vt opinor eorum contra quos disserit:& tamẽ dixit rẽ quæ illos si euigilare pos
sent satis admoneret:omne qd sicut corpus viuũ aĩo occurrit:magis animã habere & esse ani
mal : q̃ animã esse cogitari oportere. Hoc est enim qd ait:Erit aliqd interius:ex quo illud aĩal
nominetur.sed adiungit:Quid autẽ interius mẽte?Non ergo potest mens habere interiorem
animam vt sit animal:quia ipsa est interior. Ergo corpus habeat extrinsecus cui sit interior:
vt sit animal.Hoc est eñ qd ait:Cingatur igitur corpore externo: quasi Anaxagoras dixerit:
nisi animalis alicuius esset:mentem esse non posse.Si mentem ipsam solam sapientiam esse sen
tiebat: quę nullius quasi animantis propria est:quia omnibus animis se frui valentibus veri-
tas cõmuniter præsto est.Et ideo vide q̃ vrbane concludat:Qd qm non placet inquit:hoc est
non placet Anaxagoræ:vt illa mens quã dicit deum:cingatur corpore externo quo animal eẽ
possit:aperta simplexq; mens nulla re adiuncta qua sentire possit: id est nullo corpore adiũcto
per qd sentire possit:fugere intelligentiæ nostræ vim & notionem videtur.Nihil verius:q̃ fu
gere hoc vim & notionem intelligentiæ Stoicorum & Epicureorum:qui nisi corporalia cogi
tare non possunt.Qd autem ait:Nostrę:humanæ intelligi voluit:& bene non ait fugit:sed fu
gere videtur.Hoc enim illis videtur:neminẽ hoc posse intelligere: & ideo nihil tale esse arbi-
trantur.Sed quorundã intelligentiam quantum homini datũ est:non fugit esse apertam sim-
plicemq; sapientiam atq; veritatẽ:quæ nullius animãtis sit propria: sed qua cõmuniter oĩs
quæ id potest anima:sapiens & vera efficitur.Quã si sensit esse Anaxagoras:eamq; deum esse
vidit mentemq; appellauit:nõ solum nomen Anaxagoræ : qd ppter literatam vetustatẽ om-
nes(vt militariter loquar)literiores libẽter sufflãt:nos doctos & sapientes non facit:sed ne ip
sa quidem eius cognitio qua id verum esse cognouit.Non enim mihi propterea veritas cha-
ra esse debet quia non latuit Anaxagoram:sed quia veritas est:etiam si nullus eam cognouis-
set illorum.Si igitur nec eius hominis qui verũ forsitan vidit:cognitio nos inflare debet : vt
ea quasi docti esse videamur:sed ipsius veri soliditate:qua vere docti esse possumus : quanto
minus eorum hominum qui falsa senserunt nomina & dogmata : nostram possunt adiuuare
doctrinam:& latentia cognita facere?Cum si homines simus:magis nos cõtristari deceat : tot
& tam nobilitatorum hominum erroribus:si eos audire contigerit:q̃ hæc propterea studiose

M quaerere:vt inter eos qui illa nesciunt iactatione inanissima ventilemur.Quãto enim melius
ne audissem quidem nomen Democriti:q̃ cum dolore cogitarem nescio quem suis tempori-
bus magnum putatum:qui deos esse arbitraretur imagines: quæ de solidis corporibus flue-
rent:solidęq ipsę nõ essent:easq hac atq hac motu ꝓprio circũeundo atq illabẽdo in animos
hominũ facere:vt vis diuina cogitetur:cum ꝑfecto illud corpus vnde imago flueret: quanto
solidius est:prętantiusq esse iudicetur!Ideoq fluctuauit eius/sicut isti dicũt/nutauitq sen-
tentia:vt aliquando naturam quãdam de qua fluerent imagines deum esse diceret: qui tamẽ
cogitari non posset:nisi per eas imagines quas fundit ac emittit:id est quæ de illa natura quã
nescio quã corporeã & sempiternam:ac etiam p hoc diuinam putat quasi vaporis similitudi-
nem: cõtinua velut emanatione ferrentur:& venirent atq intrarent in animos nostros vt de
um vel deos cogitare possemus.Nullam enim aliã causam cuiuslibet cogitationis nostræ opi-
nantur isti:nisi cum ab his corporibus quæ cogitamus veniunt:atq intrant imagines in ani-
mos nostros:quasi non multa ac prope innumerabilia cogitentur incorporaliter atq intelligi
biliter ab eis qui talia cogitare nouerunt:sicut ipsa sapiẽtia & veritas.Quã si isti non cogitãt:
miror quomodo de illa vtcunq disputent.Si autem cogitant:vellẽ mihi dicerent:vel de quo
corpore:vel qualis in eorum animos veniat imago veritatis. Q̃q Democritus etiã hoc di
stare in naturalibus quæstionibus ab Epicuro dicitur:ꝙ iste sentit inesse concursioni atomo-
rum vim quandam animalẽ & spiritalem:qua vi eũ credo & imagines ipsas diuinitate prædi
tas dicere:nõ oẽs omniũ rerũ:sed deorum: & principia mẽtis eẽ in vniuersis quibus diuinita
tem tribuit:& animantes imagines:quæ vel prodesse nobis soleant vel nocere.Epicurus vero
neq aliquid in principiis rerum ponit ꝑter atomos:id est corpuscula quędam tam minuta:vt
etiã diuidi nequeãt:neq sentiri aut visu:aut tactu possint:quorũ corpusculorũ concursu for
tuito:& mũdos innumerabiles:& animantia:& ipsas aĩas fieri dicit:& deos quos humana for
ma nõ in aliquo mũdo:sed extra mũdos:atq inter mũdos cõstituit:& nõ vult oĩno aliqd prę-
ter corpora cogitare:q̃ tñ vt cogitet imagines dicit ab ipsis rebus quas atomis formari putat
N defluere:atq in animũ introire subtiliores q̃ sunt illę imagines quę ad oculos veniunt.Nã &
vidẽdi causam hãc esse dicit:ingẽtes quasdã imagines: ita vt vniuersum mũdum complectã
tur extrinsecus.Intelligis aũt iam vt arbitror quas isti opinent imagines.Miror nõ admonuis
se Democritũ vel hoc ipso falsa esse q̃ dicit:quia veniẽtes tã magnæ imagines in tã breuẽ ani-
mũ nostrũ:si corporeus:vt illi volũt:tã paruo corpore includit:totę illũ tãgere nõ possunt.A
magno eñ corpe cũ paruũ corp⁹ attingit:a toto simul attingi nullo pacto põt.Quõ igit totę
simul cogitant:si intãtũ cogitant:inquãtũ veniẽtes atq intrãtes animũ attingũt: q̃ nec totæ
intrare possunt p tã paruũ corp⁹:nec totæ tã paruũ animũ attingere! Memẽto me scđm illos
hæc dicere.Nõ eñ ego talẽ animũ sentio.Aut si incorporeũ Democrit⁹ animũ existimat: Epi
curus quidem solus ista ratione vrgeri potest.Sed etiã ille quare nõ vidit:nõ opus eẽ nec fieri
posse:vt incorporeus anim⁹ aduẽtu atq cõtactu corporearũ imaginũ cogitet. De visu certe
oculorũ:ambo pariter redarguũt.Tã breues eñ oculos:tã grãdiũ imaginum corpora tota at
tingere nullo modo possunt.Cũ autẽ q̃rit ab eis:quare vna imago videat corpis alicui⁹:a quo
innumerabiliter imagines fluũt:Respondẽt:eo ipso quo frequẽter fluũt & trãseunt imagines
quasi quadã earũ cõstipatione & densitate fieri vt ex multis vna videat. Quã vanitatẽ Cice-
ro ita refellit:vt eo ipso neget ęternũ deũ eorũ posse cogitare:quo innumerabiliter fluẽtib⁹ &
labentibus imaginibus cogitatur.Et quoniam innumerabilitate atomorum suppeditante:di
cunt fieri formas deorum sempiternas:cum ita discedunt quædam corpuscula de diuino cor
pore vt alia succedant:& dissolui illã naturam eadem successione nõ sinant:Omnia ergo inge
æterna essent:quia nulli deest ista innumerabilitas atomorum:quæ perpetuas ruinas subinde
suppleat.Deinde quomodo non vereat iste deus ne intereat:cũ sine vlla intermissione pulset:
agitetur q atomorũ incursione sempiterna!Pulsari eñ dicit illud corpus:qđ irruentibus ato
mis feriat:& agitari qđ penetret.Deinde cum ex ipso imagines de q̃bus iã satis dictũ est:semp
affluant:quomodo põt de immortalitate confidere!In quibus omnibus delyramẽtis hęc opi-
nãtiũ:illud ꝑcipue dolendum est: ꝙ nõ sufficit enarrari:vt nulla cuiusq̃ disputatione aduer
sante respuant.Sed acutissimorũ hominũ ingenia:id etiã negotiũ susceperunt:vt copiose ista
refellerent:quæ statim dicta etiam a tardissimis derideri abiicique debuerunt.Si enim concesse
O ris esse atomos:si cõcesseris etiã concursu fortuito se ipsas pellere & agitare:Nũ & illđ eis fas
est cõcedere:vt inter se atomi fortuito cõcurrẽtes:rẽ aliquam ita conficiãt: vt eam forma mo

dificēt:figura determinēt:ęqualitate poliāt:colore illustrent:aīa vegetēt:quę oīa nullo modo
nisi arte diuinæ ꝓuidentiæ fieri videt quisquis magis mente q̄ oculis amat videre: idq; ab eo
expetit a quo factus est! Nā nec ipsos atomos esse vllo modo concedendum est : qđ omissa sub
tilitate quæ de diuisione corporum a doctis traditur:vide q̄ facile secundū ipsorum opinionē
possit ostēdi. Certe em̄ ipsi dicūt oīa q̄ sint naturæ : nihil esse aliud q̄ corpora & inania q̄q; his
accidāt: qđ credo motū & pulsum dicere & cōsequentes formas. Dicāt ergo in quo genere po
nāt imagines:quas de corporibus solidioribus affluere putant:ipsas minime solidas: ita vt ta
ctu nisi oculorū cū videmus:& animi cū cogitamus sentiri nō possint:si & ipsa corpora sunt!
Nā ita cēsent : vt exire a corpore & venire ad oculos vel ad animū possint:quē nihilominus di
cūt esse corporeū. Quæro vtrū etiā ab ipsis atomis affluāt imagines! Si affluūt:quomodo iam
sunt atomi a quibus aliqua corpora separant! Si nō affluūt:aut pōt aliqd sine imaginibus co
gitari:qđ vehemēter nolūt:aut vnde norūt atomos quos nec cogitare potuerūt! Sed iā pudet
me ista refellere:cū eos nō puduerit ista sentire. Cū vero ausi sunt etiā defendere:non iā eorū:
sed ipsius generis humani me pudet:cuius aures hæc ferre potuerunt. Cū igitur tanta sit cæ P
citas mētiū p ingluuiē peccatorū amorēq; carnis:vt etiā ista sentētiarū portēta doctores cōte
rere disputādo potuerint:dubitabis tu Dioscore:vel quisq̄ vigilāti ingenio ꝓditus:nullo mo
do assequēdā veritatē melius consuli potuisse generi hūano:q̄ vt homo ab ipsa veritate susce
ptus ineffabiliter atq; mirabiliter & ipsius in terris ꝑsonam gerens:recta ꝓcipiendo:& diuina
faciendo salubriter credi ꝑsuaderet:qđ nōdū prudēter posset intelligi! Huius nos gloriæ su
mus:huic te īmobiliter atq; cōstanter credere hortamur:p quē factū est:vt nō pauci:sed popu
li etiā q nō possunt ista diiudicare ratione:fide credāt:donec salutaribus ꝓceptis adminicula
ti euadāt ab his ꝑplexitatibus in auras purissimę atq; syncęrissimę veritatis. Cuius auctorita
ti tāto deuotius obtēperari oportet:quāto videmꝰ nullū iā errorem se audere extollere:ad cō
gregādas sibi turbas imperitorū:q nō christiani noīs velamēta conquirat. Eos aūt solos ex ve
teribus ꝓter christianū nomē in cōuēticulis suis aliquando frequētius ꝑdurare : q scripturas
eas tenent p quas annūtiatū esse ipsum dñm Iesum Christum:se intelligere & videre dissimu
lant. Porro illi q cum in vnitate atq; cōmunione catholica nō sint:christiano tñ noīe glorian
tur:cogunt aduersari credētibus:& audēt imperitos quasi ratione traducere: qñ maxime cū
ista medicina dñs venerit:vt fidē populis imperaret. Sed hoc facere cogunt:vt dixi:quia iace
re se abiectissime sentiūt:si eorꝫ auctoritas cū auctoritate catholica cōferat. Conant ergo au
ctoritatem stabilissimam fundatissimæ ecclesiæ quasi rationis noīe & pollicitatione superare.
Omnium em̄ hæreticorū quasi regularis est ista temeritas. Sed ille fidei imperator clementis
simus:& p conuentus celeberrimos populorū atq; gentiū /sedesq; ipsas apl'orū arce auctorita
tis muniuit ecclesiam:& per pauciores pie doctos & vere spiritales viros copiosissimis appara
tibus etiā inuictissimę rationis armauit. Verum illa rectissima disciplina est:in arcem fidei q̄
maxime recipi infirmos:vt pro eis iam tutissime positis:fortissima ratione pugnetur. Plato
nici vero qui falsorum philosophorum erroribus:illo tempore circūlatrantibus:non habētes
diuinam personam qua imperarent fidem:sententiam suam tegere quærendam: q̄ polluendā
ꝓferre maluerunt:cum iam Christi nomen terrenis regnis admirātibus perturbatisq; crebre
sceret : emergere cœperant:ad proferendum atq; aperiēdum quid Plato sensisset. Tūc Plotini
schola Romæ floruit:habuitq; cōdiscipulos multos acutissimos & solertissimos viros:Sed ali
qui eorum magicarū artium curiositate deprauati sunt:aliqui dñm Iesum Christū:ipsius ve
ritatis atq; sapientiæ incōmutabilis /quā conabātur attingere /cognoscētes gestare personam
in eius militiā trāsierūt. Itaq; totum culmen auctoritatis lumenq; rationis in illo vno saluta
ri nomine:atq; in vna eius ecclesia recreando atq; reformando humano generi constitutū est.
Hæc me tibi diutissime in hac epistola locutum: etsi alia forte tu malles : omnino non pœni Q
tet. Probabis enim hæc magis quantomagis in veritate ꝓficies:& tūc ꝓbabis consilium meū:
qđ nunc vtilitati studiorum tuorū minus obsecutū putas. Q̄q̄ etiā illis ipsis quæstionibꝰ tu
is:nō solū quibusdā in hac epl'a:sed etiā cæteris pene omnibus in ipsis mēbranis:in qbꝰ eas mi
sisti:vt potui breuiter annotando responderim. In qbus me si parū egisse: aut aliud q̄ volebas
egisse arbitraris:non recte cogitas mi Dioscore:a quo nūc ista q̄sieris. Oratoris aūt libros:& q̄
sunt de oratore:omnes prætermisi: Nescio quis em̄ nugator mihi eē visus sum si ea exponen
da persequerer. Nam de cæteris possem etiam decenter interrogari:si mihi quisq̄ res ipsas:nō
de libris Ciceronis:sed per se ipsas tractādas dissoluēdasq; ꝓferret. In illis aūt res ipsę nūc no

strae pfessioni minus cõgruunt. Haec aũt oĩa nõ facerem: nisi me post aegritudinẽ in qua eram
cum homo tuus venisset: aliquantũ ab Hippone remouerem. Quibus item diebus perturba-
tione valitudinis febribusq; repetitus sum. Inde factum est vt tardius q̃ possent tibi haec mit-
terentur. Quae quomodo acceperis: rescripta flagito.

Sancti Augustini ad Dardanũ: se ipsum q; tardius ad quaesita respõderit excusantis: Et de
inde ad interrogata p eum: Quomodo mediator dei & hominũ homo Christus Iesus: nũc esse
credatur in caelo: cum pendens in ligno iamq; moriturus: latroni credenti dixerit: Hodie me-
cum eris in paradiso: respondentis. Epistola.LVII.

RAteor me frater dilectissime Dardane: illustrior mihi ĩ charitate Christi: q̃
in huius seculi dignitate: in literis tuis tardius respõdisse q̃ debui. Cuius rei
causas nollẽ quaereres: ne molesti⁹ me feras diutius excusantem: q̃ pertuli-
sti tardius rescribentẽ. Cũ ergo te malim offensioni meae facile ignoscere: q̃
de mea defensione iudicare: quecunq; illę causę fuerint: crede nullũ tui apd
me esse potuisse contẽptũ: Immo enimuero citissime rescripsissem: si te con
tempsissem. Nec modo quia tandem aliquando rescripsi: ideo saltem tandẽ
aliquando dignum aliquid te lectore molitus sum: & qđ merito possim tuo nomine praenota-
re. Sed rescribere vtcũq; iam malui: q̃ pati & hãc aetatẽ me huius officii debitore trãsire. Nec
tua me dignitas terruit fecitq; cunctantẽ: cum sit humanitas tua gratior q̃ illa suspectior. Sed
vnde te magis amo: hinc difficilius vnde sufficiam tantae auiditati religiosi tui amoris inue-
nio. Huc accessit: q; praeter mutuae charitatis flãmam: qua fit vt etiã eos quos nunq̃ vidim⁹
diligamus: dũ eos habere qđ diligimus credimus: vbi me vtiq; praeuenisti: fecistiq; vt verear
in me decipi opinionẽ atq; expectationem tuam. Praeter hoc ergo mihi tales questiones in tua
epistola pposuisti: quae si a quolibet ppositae forent: ocio quoq; meo quid mihi desit: non par-
uum negotium fierent. Cum vero abs te pponuntur cui pfunda rimanti solutionis earum su
pficies nequaq̃ sat est: & pponuntur occupatissimo aliarumq; curarum molibus vallato & ob
stricto: tuae prudentiae est & beniuolentiae cogitare: q̃ te placitum habere debeam: vel q; diu
non respondi: vel si etiã nũc p tuae intentionis grãditate non respondero. Quaeris igitur: Me- 1.Timoth.2.
diator dei & hominũ homo Christus Iesus: quomodo nũc esse credat in caelo: cum pendẽs in li
gno: iamq; moriturus latroni credẽti dixerit: Hodie mecũ eris in paradiso. Et hinc fortasse in Lucae.23.
telligendũ dicis paradisum: quasi in aliqua cęli parte cõpositũ: aut qa vbiq; deus sit: hominem
quoq; illũ qui in deo sit vbiq; diffusum. Ex hoc nimirũ intelligi volẽs: etiã in paradiso esse po-
tuisse q vbiq; sit. Vbi ego quero vel potius agnosco: quẽadmodũ accipias hominem Christũ:
nõ vtiq; sicut quidam haeretici verbũ dei & carnem: hoc est sine anima humana: vt verbum
esset carni p anima: vel verbũ dei & aĩam & carnẽ: sed sine mente humana: vt verbum dei eẽt
& anima pro mẽte humana. Non vtiq; sic accipis hominem Christum: sed sicut superius locu
tus es: vbi aisti: Christũ omnipotentem deum: ea te ratione credulitatis accipere vt deum non
crederes: nisi perfectum etiam hominem credidisses. Profecto cum dicis hominem perfectum:
totã illic naturã humanã vis intelligi. Nõ est aũt hõ pfectus: si vel anima carni: vel aię ipsi mẽs
humana defuerit. Si ergo secundum hoiem: quẽ verbũ deus suscepit: putamus dictum esse:
Hodie mecum eris in paradiso: non ex his verbis in caelo existimandus est esse paradisus. Ne-
q; eñ ipso die in cęlo futur⁹ erat homo Christus Iesus: sed in inferno secũdũ animam: in sepul
cro aũt secũdũ carnem. Et de carne qdem q; eo die in sepulcro sit posita: manifestissimũ est euã
geliũ. Qz vero illa aĩa in infernum descẽderit: apostolica doctrina praedicat: Quandoquidem
beatus Petrus ad hanc rem testimonium de psalmis adhibet: vbi de ipso praedictũ esse demon Act.2.
strat: Qm̃ nõ derelinques aĩam meam in inferno: neq; dabis sanctũ tuũ videre corruptionem. Psal.15.
Illud de aĩa dictũ est: qa nõ ibi est derelicta vnde tam cito remeauit: Illud de corpore: qđ in se-
pulcro corrũpi celeri resurrectione nõ potuit. Sed in sepulcro paradisum nullus intelligit: Et
si quisq̃ esset ita absurdus: vt hoc sapere conaretur: eo q; illud sepulcrum in horto erat: certe
hinc ab ista opinione reuocaretur: q; ille cui dictum est: Hodie mecum eris in paradiso: in illo
die fuit cum Christo in illo sepulcro: nec eius fidei pro magno munere offerretur sepultura
carnis: nihil gaudii vel doloris in morte sentientis: cum ille de requie vbi sensus est cogitaret
Restat igitur vt si secundum hominem dictum est: Hodie mecum eris in paradiso: in inferno
intelligatur esse paradisus: vbi erat eo die futurus secũdum humanam animã Christ⁹. Vtrũ
autẽ sinus ille Abrahae: vbi diues impius cum in tormentis esset inferni: requiescẽtem paupe

rem vidit:vel paradisi censendus vocabulo:vel ad inferos ptinere existimãdus sit: nõ facile dí
Lucę.16. xerim. De illo qppe diuite legimus dictum esse:Mortuus est aũt & diues: & sepultus est in in-
ferno:Et eum apud inferos in tormentis esset. In pauperis aũt morte vel requie non sunt infe-
ri nominati : Sed contigit inquit mori inopem illum & offerri ab angelis in sinum Abrahæ.
Deinde ardenti diuiti dicit Abraham:Inter nos & vos chaos magnum firmatum est:tanq̃ in
ter inferos sedesq; beatorum. Non enim facile alicubi scripturarum inferorum nomen positũ
inuenitur in bono. Vnde etiam quæri solet:si non nisi pœnalia recte intelligũtur inferna: quo
modo aĩam dñi Christi pie credam⁹ fuisse in inferno? Sed bene respondetur: ideo descendisse:
Act.2. vt qbus oportuit subueniret. Vñ beatus Petr⁹ cũ dicit soluisse dolores inferni: in quibus im- R
possibile erat teneri eũ. Porro si vtraq; regio & dolentium & requiescentiũ:id est & vbi diues
ille torquebatur:& vbi pauper ille lętabaf: in inferno esse credẽda est:quis audeat dicere dñm
Iesum ad pœnales inferni ptes venisse tantũmodo:nec fuisse apud eos qui in Abrahæ sinu re-
qescunt? vbi si fuit:ipse est intelligendus paradisus:quẽ latronis animę illo die dignat⁹ est pol
liceri:Quę si ita sunt:generale paradisi nomẽ ẽ:vbi feliciter viuit. Neq; eñ qa paradisus est ap
pellatus vbi Adã fuit ante peccatũ: ppterea scriptura prohibita est etiam ecclesiam vocare pa
radisum cũ fructu pomorum. Est aũt sensus multo expeditior:& ab his oĩbus ambiguitati- T.
bus liber:si nõ secũdũ id q; homo erat:sed secũdũ id q; deus erat dixisse accipiaf:Hodie mecũ
3.senten.dis. eris in paradiso. Hõ qppe Christ⁹ illo die secũdũ carnẽ in sepulcro: scđm aĩam in inferno futu
22.ca. hic q̃- rus erat:deus vero idẽ ipse Christ⁹ vbiq; semp est. Est enim lux q̃ lucet etiã in tenebris q̃uis eã
ritur. tenebrę nõ cõprehẽdãt. Est virtus & sapientia dei:de qua scriptum est : q; attingat a fine vsq;
Ioan.1. ad finem fortiter:& disponat oĩa suauiter:& attingat vbiq; ppter suã mũditiã: & nihil inq
Sap.8. natũ in eã incurrat. Vbicunq; ergo sit paradisus:qsq; beatoꝝ ibi ẽ:cũ illo ibi est q vbiq; est. Cũ
Sap.7. eñ sit Christus deus & homo: De⁹ vtiq;:vnde dicit: Ego & pater vnũ sumus: Homo aũt: vñ
Ioan.10. dicit:Pater maior me est:Idẽq; filius dei vnigenit⁹ a patre:& filius hoĩs ex semine Dauid secũ
Ioan.14. dum carnem:vtrunq; in illo obseruãdum est cũ loquif:vel cũ de illo scriptura loquif:& quid
secundum qđ dicaf intuendum. Nam sicut vnus homo est anima rationalis & caro:sic & vn⁹
Ioan.1. Christus est verbum & homo. Proinde qđ ad verbũ attinet:creator est Christus: Oĩa enim
Ro.1. p ipsum facta sunt:Qđ vero ad hominẽ:creatura est Christus. Factus est eñ ex semine Dauid
secũdũ carnẽ:& in similitudinẽ hominũ factus. Item quia in homine duo sunt: anima & caro:
secundũ animã tristis fuit vsq; ad mortem:secundum carnem passus est mortem. Nec tamen
cum filiũ dei Christũ dicimus: hominẽ separamus:aut cum eũdẽ Christũ filiũ hoĩs dicimus:
separamus deũ. Secundum hominem nãq; in terra erat nõ in cęlo vbi nunc est qñ dicebat:Ne
Ioan.3. mo ascẽdit in cælum:nisi qui de cælo descendit:filius hoĩs qui est in cælo : q̃uis secundũ id q;
filius dei erat esset in cælo: secundum id vero q; filius hominis erat adhuc esset in terra:non-
dũq; ascendit in cælum. Similiter cum secundum id qđ filius dei est sit dñs gloriæ : secũdum
1.Cor.2. id autẽ q; est filius hoĩs crucifixus sit:ait tñ ap'lus:Si eñ cognouissent : nũq̃ dñm glorię cruci
fixissent. Ac p hoc & filius hoĩs secũdũ deũ erat in cælo:& filius dei secũdũ hoĩem crucifigeba
tur in terra. Sicut ergo potuit recte dici:dñs gloriæ crucifixus:cum ad solam carnẽ illa passio
pertineret:ita recte dici potuit:Hodie mecum eris in paradiso: cũ iuxta humanã humilitatem:
per carnem in sepulcro :.per aĩam in inferno illo die futurus esset ;iuxta diuinam vero immu
tabilitatem nunq̃ de paradiso:quia vbiq; est semp:recessisset. Noli itaq; dubitare ibi nunc esse
hominẽ Christum Iesum:vnde venturus est:memoriterq; recole & fideliter tene christianam
confessionem:quoniam resurrexit a mortuis:ascẽdit in cælum:sedet ad dexterã patris:nec ali
unde q̃ inde venturus est ad viuos mortuosq; iudicandos. Et sic vẽturus est illa angelica vo-
ce testante:quẽadmodum ire visus est in cælum:id est in eadem carnis forma atq; substantia:
cui profecto immortalitatem dedit:naturam non abstulit. Secundũ hanc formam non est pu
tandus vbiq; diffusus. Cauendũ est eñ:ne ita diuinitatẽ astruamus hominis:vt veritatẽ cor-
poris auferamus. Non est aũt cõsequẽs:vt qđ in deo est:ita sit vbiq; vt deus. Nam & de nobis
Act.17. veracissima scriptura dicit:q; in illo viuimus:mouemur: & sumus: nec tamen sicut ille vbiq;
3.senten.dis. sumus:sed aliter homo ille in deo:quoniam aliter & deus ille in homine pprio quodam & sin
22.ca. solet. gulari modo. Vna eñ persona deus & homo est: & vtrũq; est vnus Christus Iesus:vbiq; p id V
1.senten.dis. q; deus est : in cælo aũt p id q; homo . Q̃q̃ & in eo ipso q; dicitur deus vbiq; diffusus ; carna-
37.fatea- li resistendũ est cogitationi: & mẽs a corporis sensibus auocanda:ne quasi spatiosa magnitudí
mur. ne opinemur deum per cuncta diffundi:sicut humus;aut humor;aut aer:aut lux ista diffun-

ditur(Oĩs eñ huiuſcemodi magnitudo minor eſt in ſui parte q̃ in toto) ſed ita potius ſicuti
eſt magna ſapiẽtia etiã in hoĩe cuius corpus eſt paruum. Et ſi duo ſunt ſapiẽtes: quorũ ſit al-
ter corpore grãdior: neuter ſapiẽtior: nõ eſt illa in maiore maior: minor in minore: aut minor
in vno q̃ in duobꝰ: ſed tãta ĩ hoc quãta in illo: & tãta in vno quoq; quãta in vtroq;. Neq; eñ ſi
ęq̃liter ſunt oĩno ſapiẽtes: plꝰ ſapiũt ãbo q̃ ſinguli: quẽadmodũ ſi æqualiter ſint ĩmortales: nõ
plus viuũt q̃ ſinguli. Ipſa deniq; ĩmortalitas corporis q̃ in Chriſti carne pceſſit: nobiſq; in fi-
ne futura pmittit: cũ magna ſit res: nõ eſt pfecto mole magna: Sed licet corporaliter habeat:
incorporea quãdã excellẽtia eſt. Nã cũ ipſum ĩmortale corpꝰ minus ſit in pte q̃ in toto: ĩmor-
talitas eius tã plena eſt in parte q̃ in toto: & cũ ſint aliis alia maiora: non tñ aliis alia ĩmortali-
ora ſunt mẽbra. Sicut nũc quãdo ex omni pte ſani ſumus ſecũdũ modũ pſentis in corpore ſa-
nitatis: non quia maior eſt manus tota q̃ digitus: ideo manus totius ſanitatẽ maiorẽ dicimus
eſſe q̃ digiti: ſed in illis inęqualibus æqualis eſt ipſa: quãdo ita breuiora grandioribus compa-
rantur: vt qđ tã magnũ eſſe nõ põt q̃ eſt aliud: poſſit tamẽ eſſe tã ſanũ. Eſſet aũt maior ſanitas
in maioribus mẽbris: ſi eſſent maiora ſaniora. Cũ vero nõ eſt ita; ſed maiora atq; minora tã ſa-
na ſunt: diſpar eſt pfecto in mẽbrorũ molibus quãtitas: ſed par eſt in diſparibus ſanitas. Cum
ergo ſit corpus aliqua ſubſtantia: quãtitas eius eſt in magnitudine molis eius: ſanitas vero eiꝰ
nõ quãtitas ſed qualitas eius eſt. Non ergo potuit obtinere quãtitas corporis: qđ potuit qua-
litas. Nam ita diſtantibus partibus quæ ſimul eſſe nõ poſſunt: quoniam ſua quæq; ſpacia loco-
rum tenent: minores minora: & maiora maiores: nõ potuit eſſe in ſingulis quibuſq; partibus
tota vel tanta: ſed amplior eſt quãtitas in amplioribus partibus: breuior in breuioribus: & in
nulla parte tanta quanta per totum. Qualitas vero corporis quæ ſanitas dicitur: cum ſanum
corpus eſt totum: tanta eſt in maioribus: quanta in minoribus partibus. Non enim q̃ minꝰ ma-
gnæ ſunt: ideo minus ſanę ſunt: aut quæ ampliores ideo ſaniores. Abſit ergo: vt qđ poteſt in
X corpore qualitas creati corporis: non poſſit in ſe ipſa ſubſtantia creatoris. Eſt ergo deus p cun-
cta diffuſus. Ipſe quippe ait per prophetam: Cælum & terram ego impleo. Et qđ pauloante po- Hiere.23.
ſui de ſapiẽtia eius: Attingit a fine vſq; ad finem fortiter: & diſponit oĩa ſuauiter. Itemq; ſcri- Sap.8.
ptum eſt: Spiritus domini repleuit orbem terrarũ. Eiq; dicitur in quodã pſalmo: Quo abibo Sap.1.
a ſpiritu tuo: & a facie tua quo fugiã? Si aſcẽdero in cælũ tu ibi es: ſi deſcẽdero ad infernũ ades Pſal.138.
qa ſubſtantialiter deus vbiq; diffuſus. Sed ſic eſt deus p cuncta diffuſus: vt nõ ſit qualitas mũ-
di: ſed ſubſtãtia creatrix mundi: ſine labore regẽs: & ſine onere cõtinens mundum: Nõ tamen
p ſpacia locorũ quaſi mole diffuſa: ita vt in dimidio mundi corpe ſit dimidius: & in alio dimi- 1.ſenten.diſ.
dio dimidius: atq; ita p totũ totus: ſed in ſolo cælo totus: & in ſola terra totus: & in cælo & in 37.fatea-
terra totus ſolus: & nullo contẽtus loco: ſed in ſe ipſo vbiq; totus. Ita pater: ita filius: ita ſpiri- mur.
tus ſanctus: ita trinitas vnus deus. Neq; eñ mũdũ inter ſe in tres partes diuiſerunt: quas ſin-
gulas ſinguli implerẽt: quaſi nõ haberet vbi eſſet filius aut ſpũs ſanctꝰ in mundo: ſi totũ occu-
paſſet pater. Non ita ſe habet vera incorporea immutabiliſq; diuinitas. Non eñ corpora ſunt
quorum amplior ſit in tribus q̃ in ſingulis magnitudo: nec loca ſuis molibus tenẽt: vt diſtan-
tibus ſpaciis ſimul eſſe nõ poſſint. Si eñ aĩa in corpore conſtituta: non ſolũ nullas anguſtias:
verũetiã quãdam latitudinẽ inuenit: non corporaliũ locorũ: ſed ſpiritaliũ gaudiorũ: cũ ſit qđ
ait aplˢus: Neſcitis quoniã corpora veſtra templũ in vobis ſpiritus ſancti eſt: quẽ habetis a deo 1.Cor.6.
nec dici niſi ſtultiſſime põt: nõ habere locũ in noſtro corpore ſpiritũ ſanctũ: qđ totum noſtra 1.ſenten.diſ.
aĩa impleuerit: quãto ſtultius dicit illis anguſtiis impediri alicubi trinitatẽ: vt pater & filius 37.ſciendũ.
Y & ſpiritusſanctus vbiq; ſimul eſſe non poſſint? Verũ illud eſt multo mirabilius: q cũ deꝰ vbi-
q; ſit totus: non tamen in omnibus habitat. Non eñ omnibus dici poteſt: quod ait apoſtolus:
vel quod iam dixi: vel etiam illud: Neſcitis quia templum dei eſtis: & ſpiritus dei habitat in
vobis. Vnde econtrario de quibuſdam idem dicit: Quiſquis aũt ſpiritum Chriſti nõ habet hic
nõ eſt eius. Quis porro audeat opinari: niſi qſquis inſeparabilitatem penitus trinitatis igno- Ro.8.
rat: q in aliquo habitare poſſit pater aut filius: in quo nõ habitat ſpũs ſanctꝰ: aut in aliquo ſpi-
ritus ſanctus: in quo nõ pater & filiꝰ? Vñ fatẽdũ eſt vbiq; eſſe deũ p diuinitatis pręſentiã: ſed
nõ vbiq; p habitationis gratiã. Propter hãc eñ habitationẽ: vbi pculdubio gratia dilectionis
eius agnoſcitur: non dicimus: Pater noſter qui es vbiq;: cum & hoc verum ſit: ſed Pater no-
ſter qui es in cælis: vt tẽplũ eius potius in oratione cõmemoremus: qđ & nos ipſi eſſe debemus Matth.6.
& inquantũ ſumꝰ intãtũ ad eius ſocietatẽ & adoptiõis familiã ptinemꝰ. Si eñ populus dei nõ-
dũ factꝰ ęq̃lis ãgelis eiꝰ: adhuc in iſta pegrinatiõe dicit tẽplũ eiꝰ: quãto magis ẽ tẽplũ eiꝰ ĩ cęlis

vbi est populus angelorum:qbus aggregādi & coęquandi sumus:cū finita pegrinatione qđ p
missum est sumpserimus?Cum igit̄ q vbiq; est non in omnibus habitet:etiam in quibus habi
4.Reg.2. tat:nō æqualiter habitat.Nam vnde est illud qđ Helisęus poposcit : vt dupliciter in eo fieret
spiritus dei q erat in Helia:Et vnde in omnibus sanctis sunt alii aliis sanctiores: nisi abundan
tius habendo habitatorem deum?Quomodo ergo verum supra diximus:q deus vbiq; sit to
tus:quādo in aliis est amplius:in aliis minus?Sed nō est negligēter intuēdum qđ diximus:in Z
se ipso esse vbiq; totum.Non ergo in eis : quia alii plus eum capiūt:alii minus .Ideo eīn vbiq;
esse dicitur:quia nulli parti rerum absens est:Ideo totus:quia nō parti rerum partem suā præ
sentem præbet:& alteri parti alteram partem:æquales æqualibus:minori vero minorem: ma
iori q; maiorem:sed non solum vniuersitati creaturæ:verūetiam cuilibet parti eius totus pa
riter adest.Hiq; ab eo longe esse dicuntur:q peccando dissimillimi facti sunt:& hi ei ppinqua
re:qui eius similitudinem pie viuendo recipiunt.Sicut recte dicuntur oculi tanto esse ab hac
luce longius:quāto fuerint cæciores.Quid etiam tam lōge est a luce q̄ cæcitas:etiā si lux præ
sto sit:atq; oculos perfundat extinctos?Propinquare autem luci merito perhibentur oculi:qui
sanitatis accessu aciem recipiendo lucem recipiunt.Porro autem qđ parum distincte putaui &
mus posse intelligi:cum diceremus deum esse vbiq; totum:nisi adderemus in se ipō: video di
ligentius exponendum.Quomodo enim vbiq; si in se ipso?Vbiq; scilicet:quia nusq̄ est absens.
In se ipso autem:quia non continetur ab eis quibus est præsens tanq̄ sine eis esse nō possit.Nā
spatia locorum tolle corporibus nusq̄ erunt:& quia nusq̄ erunt: nec erunt. Tolle ipsa corpo
ra qualitatibus corporum non erit vbi sint:& ideo necesse est vt non sint. Etenim cum per to
tam suā molē corpus æqualiter sanum est:aut æqualiter candidū:nō est in vlla q̄ in alia parte
eius sanitas maior:aut candidior:nec maior in toto q̄ in parte eius:quia nō sanius aut candi
dius totum constat esse q̄ partem.Si autem inæqualiter sit sanum aut inęqualiter candidum:
fieri potest:vt in minore parte sit sanitas maior aut candidior:tā minora q̄ maiora saniora vel
candidiora sunt membra:vsqueadeo non mole constat qđ in qualitatibus magnum dicit̄ esse
vel paruum.Verūetiam si moles ipsa corporis:quantacunq; vel quantulacunq; sit penitus au
feratur:qualitates eius non erunt vbi sint:q̄uis non mole metiendæ sint.At vero deus non si
minus capitur ab illo cui præsens est:ideo ipse minor est.Totus enim in se ipso est:nec in qui
bus est ita est vt indigeat eis tanq̄ non possit eē nisi in eis. Sicut autem nec ab illo abest in quo
non habitat:& totus adest q̄uis eum ille non habeat:ita & illi in quo habitat:totus est pręsens
q̄uis eum non ex toto capiat.Neq; enim ad habitādum diuidit se per hominum corda seu cor
pora:aliam sui partem huic tribuens illi aliam:sicut lux ista per aditus & per fenestras domo
rū:sed potius si quēlibet sonum cum corporea res sit ac transitoria surdus nō capit:surdaster
non totum capit:atq; in his qui audiunt cum pariter ei propinquent : tantomagis alius alio
Li.83.q.42. capit:quanto est acutioris:tanto autem minus:quanto est obtusioris auditus: cum ille nō va
rie magis minus ve insonet:sed in eo loco in quo sunt:omnibus æqualiter præsto sit: quāto ex
1. sentē. dis. cellentius deus natura incorporea & immutabiliter viua:qui non sicut sonus p moras tēpoꝝ
37. ne autē. tendi & diuidi potest:nec spacio aereo tanq̄ loco suo indiget:vbi præsentibus præsto sit : sed
æterna stabilitate in se ipso manens:totus adesse rebus omnibus potest: & singulis totꝰ: q̄uis
in quibus habitat:habeāt eū p suę capacitatis diuersitate:alii amplius:alii minꝰ:quos ipē sibi
dilectissimum templum gratia suæ bonitatis ædificat?Et donationū quidem dictæ sunt diui 9
siones tanq̄ per partes & membra vnius corporis:vbi & simul omnes vnū templum: & singu
li singula templa sumus:quia non est deus in omnibus q̄ in singulis maior.Et fit plærunq; vt
plures eum minus capiant:vnus amplius.Sed cum dixisset apostolus: Diuisiones autem do
1.Aor.12. nationum sunt:continuo subiecit:Idem aūt spiritus.Item cum ipsas donationum diuisiones
commemorasset:Oīa aūt hæc inquit operatur vnus atq; idem spiritus:diuidens propria vni
cuiq; put vult.Diuidens ergo non ipse diuisus:quia ipse vnus atq; idē.Illę vero diuisiōes di
ctæ sunt:sicut mēbrorū in corpore:quia non idē valēt aures qđ oculi:atq; ita mēbra cętera di
uersis officiis concorditer distributa:quæ tamen cum sani sumus:vna neq; diuersa : nec alibi
maiore:alibi minore:sed cum sint ipsa disparia cōmuni & parili salute cōgaudēt. Huius cor
poris caput est Christus:huius corporis vnitas nostro sacrificio cōmēdat̄.Qđ breuiter signi
1.Corin.10. ficauit apostolus dicēs:Vnꝰ panis vnū corpꝰ multi sumꝰ:Per caput nostrū recōciliamur deo:
quia in illo est diuinitas vnigeniti facta particeps mortalitatis nrę:vt & nos pticipes eius im
mortalitatis essemus.Hoc sacramentū longe est a cordibus sapiētiū supboꝝ:& ideo nō Chri

ſtianorũ:ac per hoc nec vere ſapientiũ.Illorũ etiã dico ſapientiũ:qui cognouerũt deũ: quia co
gnoſcentes deũ:ſicut dicit apoſtolus:non ſicut deum glorificauerunt aut gratias egerũt.No Roma.i.
ſti autẽ in quo ſacrificio dicat:Gratias agamus dño deo noſtro.A cuius ſacrificii humilitate
lõge abeſt typus & cothurnus illorum.Et ideo multũ mirabilis res eſt:quemadmodum quo-
rundam nondũ cognoſcentiũ deũ ſit inhabitator deus:& quorundã cognoſcẽtiũ non ſit.Nec
illi enĩ ad templũ dei pertinent:qui cognoſcentes deũ nõ ſicut deũ glorificauerunt:aut grati
as egerunt:& ad templũ dei pertinẽt paruuli ſanctificati ſacramento Chriſti:regenerati ſpiri 1.ſenten.diſ.
tuſancto:qui certe regenerati per ætatẽ nondũ poſſunt cognoſcere deũ. Vnde quẽ potuerũt 37.ca.illud.
illi noſſe nec habere:iſti potuerunt habere anteq̃ noſſe.Beatiſſimi autẽ ſunt qui bꝰhoc eſt deũ
A habere qđ noſſe.Ipſa quippe notitia pleniſſima:veriſſima:feliciſſima eſt.Hinc iam oportet eti
am illã quã poſt epiſtolæ tuæ ſubſcriptionem addidiſti:pertractare queſtionẽ:Si adhuc igno
rant paruuli deũ:quomodo Ioannes etiã anteq̃ naſceretur:ad aduentũ & præſentiam matris
domini/in ſuæ matris vtero potuit exultare? Cũ enĩ cõmemoraſſes te legiſſe librum meũ de
baptiſmo paruulorũ:addidiſti & aiſti:de prægnantibus quid ſentias opto cognoſcere:cũ cre-
dulitatis fidẽ pro puero mater Ioannis baptiſtæ reſponderit.Hæc ſunt certe verba Helizabet
matris Ioannis:Beata tu inter mulieres:& beatus fructus vẽtris tui:Et vnde hoc mihi:vt ve Lucæ.i.
niat mater domini mei ad me?Ecce enĩ vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis: exul
tauit in gaudio infans in vtero meo.Hoc aũt vt diceret:ſicut euangeliſta prælocutus eſt: re-
pleta eſt ſpirituſancto:quo proculdubio reuelante cognouit quid illa exultatio ſignificaſſet i
fantis:id eſt illius veniſſe matrẽ:cuius præcurſor ipſe & demonſtrator eſſet futurus. Potuit er 4.ſentẽ. diſ.
go eſſe iſta ſignificatio rei tantæ a maioribꝰcognoſcẽdæ non a paruulo cognitæ.Nam neq; cũ 6.ca.illud.
hoc ante in euangelio narretur/ dictum eſt:credidit infans in vtero eius:ſed exultauit in gau
dio. Videmus aũt exultationẽ nõ ſolũ paruulorũ:ſed etiã pecorũ:non vtiq; de aliqua fide vel
religione vel quacunq; rationali cognitione venientẽ.Sed hæc plane inuſitata & noua extitit
quia in vtero:& ad eius aduentũ:quæ hoĩm ſaluatorẽ fuerat paritura.Ideo mira:ideo in ma-
gnis ſignis deputanda.Ideo hæc exultatio:& tanq̃ matri dñi reddita reſalutatio: tanq̃ ſolent
miracula fieri:facta eſt diuinitus in infante:nõ humanitus ab infante. Quãq̃ etiam ſi vſq̃adeo
eſt in illo puero accelerat? vſus rationis & volũtatis:vt intra viſcera materna iã poſſet agno-
ſcere:credere:conſentire:qđ in aliis paruulis ætas expectatur vt poſſint:etiam hoc in miracu
lis habendũ diuinæ potentiæ:nõ ad humanæ trahendũ eſt exemplar naturæ.Nã quãdo deus
voluit:etiã iumentũ mutũ rationabiliter eſt locutũ:Nec ideo ſunt admoniti hoĩes in delibe- Numeri.22.
rationibus ſuis:etiam aſinina expectare cõſilia.Quocirca nec quod factũ eſt in Ioanne contẽ- Sup Geñ.ad
no:nec inde regulã quid ſentiendũ ſit de paruulis figo:Immo id in illo ꝓpterea mirabiliter ꝓ lſam.n.c.29.
dico:quia in aliis nõ inuenio.Habet quidẽ aliud ſimile etiã illa in Rebeccæ vtero lucta gemi-
norũ.Verũ & hoc vſq̃adeo prodigium fuit:vt diuinũ propterea mulier oraculũ quæreret: Geñ.25.
B & audiret duobus illis infantulis:duos populos fuiſſe figuratos.Scire aũt diuina paruulos q
nec humana adhuc nouerint:ſi verbis velimus oſtẽdere:vereor ne ipſis ſenſibus noſtris facere
videamur iniuriã:quãdo id loquẽdo ſuademus:vbi omnes vires officiumq; ſermonis facilli-
me ſuperat euidentia veritatis.An nõ videamus etiã cum articulatæ vocis qualiacũq; ſigna
edere cœperint:atq; ad initium fandi tranſire ab infantia:adhuc eos talia ſentire ac dicere:in
quibus ſi remanſiſſent:anniſq; accedentibus tales eſſe perſiſterent:nullus eos vel fatuus:nimi
um fatuos eſſe dubitaret?Niſi forte id reſtat:vt in vagitu infantiæ:vel in ipſo adhuc vteri ſilẽ
tio credamus paruulos fuiſſe ſapientes:poſtea vero q̃ nobiſcum cœperunt loqui:ad hãc igno
rantiã quã videmus creſcendo veniſſe.Qđ opinari vides q̃ ſit abſurdũ: cũ puerorũ ſenſus in
qualiacunq; verba ꝓrumpens:qui certe ad ea quæ maiores ſapiunt pene nullus eſt:tamẽ com
paratus illi in quo naſcunt̃ intelligentia dici poteſt.Vnde autẽ in ipſo tanto ſalutis præſidio:
qñ eis chriſtiana gratia ſubuenitur: q; vocibus quibus poſſunt & motibus reluctant̃:non eis
imputatur:atq; omnis reniſus ipſorum nihili penditur:donec in eis ſacramenta peragantur:
quibus id quod de originali damnatione tractũ eſt expietur:niſi quia intantũ neſciunt quid
faciunt:vt nec facere iudicent̃?Porro ſi iã vterent̃ rationis & voluntatis arbitrio:quo illi ſan-
ctificationi adhiberi deberet aſſenſus:quantum mali eſſet reſiſtere tantæ gratiæ:q̃q; non ſolũ
C nihil prodeſſet quod fieret:verũetiam inde reatus accreſceret:quis chriſtianus ignoret? Dici
mus ergo in baptizatis paruulis:q̃uis id neſciant: habitare ſpiritumſanctum.Sic enĩ eũ neſci
unt q̃uis ſit in eis:quemadmodum neſciũt & mentẽ ſuam:cuius in eis ratio qua vti nondum

possunt:velut quędā scintilla sopita est:excitāda ætatis accessu. Neq; hoc in paruulis mirum
1.Corī.6. debet videri:cū apostolus quibusdā etiā maiorib⁹ dicat:Nescitis quia templū dei estis:& spi-
1.Corī.2. ritus dei habitat in vobis? De qualibus paulo ante dixerat:Animalis aūt homo nō percipit q̄
sunt spirit⁹ dei. Quos etiā paruulos vocat:non carnis ætate:sed mentis. Nō itaq; percipiebāt
cognitione spiritū sanctū qui habitabat in eis:& habitāte in se spiritu sancto/adhuc animales
nondū spiritales erant:quia nōdū poterant inhabitatorē suū spiritū cognitione percipere. Ha
bitare aūt ideo & in talibus dicit:quia in eis occulte agit:vt sint templū eius:idq; in pficienti
Roma.8. bus & proficiendo perseuerantibus perficit. Spe eñ salui facti sumus:sicut apostolus dicit: cū
Titum.3. alio loco dicat:Saluos nos fecit p lauacrū regenerationis. Cū ergo hic dicat saluos nos fecit:
tanq̄ salus ipa iā data sit:quēadmodū intelligēdū sit:illic exponit:vbi ait:Spe eñ salui facti su
mus:Spes aūt q̄ videt nō est spes. Qd̄ eñ videt quis:qd sperat? Si aūt qd̄ non videmus:spera-
mus:per patientiā expectamus. Multa itaq; dicunt in scripturis tāq̄ facta sint:cū in spe adhuc
Ioan.15. esse intelligant. Vñ est & illud quod dñs discipulis ait:Omnia q̄ audiui a patre meo: nota fe-
Ioan.16. ci vobis. Qd̄ vsq̄adeo scd̄m spem dictū est futurorū: vt eis postmodū dicat: Multa habeo vo-
bis dicere:sed nō potestis illa portare modo. Ait ergo in quib⁹ mortalib⁹ adhuc habitat i ipam
ædificationem habitaculi sui:quā nō in ista sed in alia post hanc vitā perficit:quando absorbe
1.Corī.15. bitur mors in victoria:diceturq; illi: Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus?
Quid est autem mortis aculeus nisi peccatū? Propter qd̄ nūc etiā renati ex aqua & spiritu:om D
nibusq; peccatis siue originis ex Adā:in quo omnes peccauerunt:siue factorū/dictorū/cogita
tionūq; nostrarū:in illius lauacri mundatione deletis:tñ quia manemus in hac vita humana:
Matth.6. quæ tentatio est super terram:merito dicimus:Dimitte nobis debita nostra. Et hanc oratio-
Ephe.5. nem dicit vniuersa ecclesia:quā mundat saluator lauacro aquæ in verbo:vt eam sibi exhibeat
gloriosam:nō habētem maculam:aut rugam:aut aliquid eiusmodi. Tūc vtiq; perficietur in
re:vbi nunc proficiendo ambulatur in spe. Nam quomodo est nunc nō habens maculam: aut
rugam:aut aliquid eiusmodi;quæ vel in omnibus ad eam pertinentibus hominibus: qui iam
ratione mentis vtuntur:& voluntatis arbitrio:mortalisq; carnis sarcinam portant: vel certe
quod etiam ipsos contentiosos necesse est fateri: in multis suis membris veraciter dicit: Di-
mitte nobis debita nostra? Cum itaq; proficientes in quibus mortalibus habitat dum de die
in diem renouantur:magis magisq; iustificet:exaudiat orantes:mundet confitentes: vt exhi
beat sibi templum immaculatum in æternum:merito dicitur non habitare in eis:qui cogno-
Roma.1. scentes deum:non sicut deum glorificauerunt:vel gratias egerunt. Colendo enim & seruien
do creaturæ potius q̄ creatori:non vnius veri dei templum se esse voluerunt. Atq; ita dū vo-
lunt eum habere cum multis:facilius effecerunt vt eum non haberent:q̄ vt diis multis falsis
ve miscerent. Et merito dicitur habitare in eis:quos secundum propositum vocatos: iustifi-
cādos glorificandosq; suscepit:etiam anteq̄ incorpoream/quæ vbiq; tota est/valeant eius nos
se naturam:quantum nosci ex parte per speculum & in ænigmate ab homine in hac vita cum
plurimum profecerit potest. Sunt enim in quibus habitat multi tales: qualibus dicit aposto
1.Coī.3. lus:Non potui vobis loqui quasi spiritalibus:sed quasi carnalibus: tanq̄ paruulis in Christo
lac vobis potū dedi nō escā. Nōdum enim poteratis:sed nec adhuc quidem potestis. His quip
1.Cor.6. pe etiam illud dicit:Nescitis quia templum dei estis:& spiritus dei habitat in vobis? Hos ta-
les si etiam anteq̄ perueniant ad spiritalem mentis ætatem:vbi non lacte alantur: sed solido
cibo:dies vitæ huius extremus inuenerit:perficiet in eis habitator illorū:quicquid hic intel-
ligentiæ minus habuerunt:quoniam & ab vnitate corporis Christi: qui nobis via factus est:
& a tēpli dei societate non recesserūt. Vnde vt non recedant:regulam fidei pusillis magnisq;
communem in ecclesia perseueranter tenent: & in quod peruenerunt in eo ambulant: donec
eis deus reuelet: si quid aliter sapiunt:cogitationes suas carnales non dogmatizant:quia non
obdurant contentiosis defensionibus immanendo:sed quodammodo ambulando/id est pro-
ficiendo desudant:intelligentiæ perspicuitatem impetrātes per fidei pietatē. Quę cū ita sint:
duo ista q̄ in vno fiūt hoīe:nasci & renasci:ad duos hoīes pertinēt. Vnū ad illū primū Adam: E
1.Corī.15. alterū ad scd̄m qui dicit Christ⁹. Sed nō pri⁹ (ait apl's) qd̄ spiritale est: sed qd̄ aīale/postea spi
ritale. Prim⁹ homo de terra terren⁹:secūdus homo de cęlo cęlestis: Qualis terren⁹ tales & ter-
reni:& qualis cęlestis tales & cęlestes. Sicut portauimus imaginē terreni: portemus & imagi
nē eius q de cælo est. Itē dicit:Per vnū hominē mors:& per vnū hominē resurrectio mortuo-

rum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur:ita & in Christo omnes viuificabuntur. Oēs &
omnes ideo dixit:quia in mortem nemo nisi per illum:in vitam nemo nisi per istum. In primo
patuit ꝙ hominis arbitrium valeret ad mortem:in secundo autem ꝙ dei adiutorium valeret
ad vitam. Deniq̄ primus homo non nisi homo:secundus vero deus & homo. Peccatum enim
factum est relicto deo:iustitia non fit sine deo:ac per hoc nec moreremur nisi per carnalem p-
paginem/de membris illius veniremus:nec viueremus nisi per spiritalem connexionem mem
bra huius essemus. Ideo nobis opus fuit nasci & renasci:Illi autem propter nos tantummodo
nasci. Nos enim a peccato ad iustitiam renascēdo transimus:ille autem a nullo peccato ad iu-
stitiam transitum fecit:sed in eo ꝙ baptizatus est:nostræ regenerationis sacramētum sua hu-
F militate altius commendauit: Veterē tamē hominē nostrum passione:nouum autem re-
surrectione significans. Inobedientia namq̄ concupiscentię quæ habitat in carne mortali:qua
fit vt eadem etiam membra præter voluntatis moueantur arbitrium:ad eum modum redi-
gitur iustitia coniugali:vt licite copulatis parentibus generent̄:quibus sit necessarium rege-
nerari. Non tamen per huiusmodi conuenientiam maris & fœminæ venire voluit carnem su
am Christus: sed de virgine nihil tale in eius conceptu concupiscente: similitudinem carnis
peccati sumpsit ille pro nobis:qua caro peccati mundaretur in nobis. Sicut enim per vnius de Roma.5.
lictum (ait apostolus) in omnes homines ad cōdemnationem:ita per vnius iustificationē in
omnes homines ad iustificationem vitæ. Nemo enim nascitur nisi operante concupiscentia
carnali:quæ tracta est ex primo homine qui est Adam:& nemo renascitur nisi operāte gratia
spiritali:quæ data est per secundum hominem qui est Christus. Quaproter si ad illum nascē- 4.sentē.dis.
do pertinemus:ad hunc renascendo:nec renasci quisq̄ potest anteq̄ natus sit:profecto ille sin- 6.ca.illud.
gulariter natus est:cui renasci nō opus fuit:quia nō ex peccato in quo nunq̄ fuit:trāsitum fe-
cit:neq̄ iniquitate conceptus est:aut eum in delictis mater eius in vtero aluit: quia spiritus-
sanctus superuenit in eam:& virtus altissimi obumbrauit eam:vnde quod natū est ex ea san- Lucæ.1.
ctum vocatur filius dei. Nuptiarum enim bonum non extinguit:sed modificat inobedientiā
membrorum malum:vt limitata quodammodo concupiscētia carnalis:fiat saltem pudicitia
coniugalis. Virgo autem Maria cui dictum est: Et virtus altissimi obumbrabit tibi:in san-
ctam concipiendo prolem sub tali vmbraculo nullo ardore concupiscentiæ huius æstuauit.
Hoc ergo excepto lapide angulari:non video quomodo ædificentur homines in domum dei
ad habendum in se inhabitantem deum:nisi cum fuerint renati:quod non possunt esse anteq̄
G nati. Quamlibet itaq̄ sententiam de prægnantibus immo de hominibus habeamus adhuc in
tra materna viscera constitutis:vtrum existimemus eos nec ne donari posse aliquo sanctifica
tionis modo: Vel propter Ioannem qui nondum in hanc editus lucem:tamē exultauit in gau Lucæ.1.
dio: quod vtiq̄ nisi operatione spiritussancti fieri potuisse quis credat? Vel propter Hiere- Hiere.1.
miam cui dominus dicit:Priusq̄ exires de vulua sanctificaui te: Tamē illa sanctificatio qua ef 1.sentē.dist.
ficimur & singuli templa dei:& in vnum omnes templum dei nō est:nisi renatorum:quod ni 6.ca.illud etī
si nati homines esse non possunt. Nullus autem vitam in qua natus est bene finiet: nisi renat⁹ am.
anteq̄ finiat. Q; si quisq̄ dicit iam esse natum hominem:etiam cū adhuc est in vtero matris:
testimoniumq̄ adhibet ex euangelio:quia dictum est ad Ioseph de pręgnante virgine domini
matre:Quod enī in ea natum est:de spiritu sancto est: Nunquidnam huic natiuitati accedit Matth.1.
secunda natiuitas:alioquin nō erit iam secūda sed tertia? Dn̄s aūt cum hinc loqueretur: Nisi Ioan.3.
quis (inquit) renatus fuerit denuo:eā scilicet computans primam natiuitatē: quæ fit matre
pariente:nō concipiēte atq̄ prægnante: quæ fit ex ea:nō quæ fit in ea. Neq̄ enī renatum dici
mus hominem quem mater peperit:tanq̄ iterum natus sit:qui iam semel natus fuerat in vte
ro. Sed illa natiuitate nō computata quę grauidam facit:natus dicitur homo partu:vt possit
renasci ex aqua & spiritu. Secundū quā ex matre natiuitatem:etiā ipse dominus in Bethleē Iu Matth.2.
dæ dicitur natus. Si igitur homo regenerari per gratiam spiritus in vtero potest:quoniam re
stat illi adhuc nasci:renascit̄ ergo anteq̄ nascit̄:quod fieri nullo modo potest. Proinde in com-
pagem corporis Christi tanq̄ in viuam structurā templi dei quæ est eius ecclesia: nati homi-
nes nō ex operibus iustitiæ quæ fecerunt:sed renascendo per gratiam transferuntur tanq̄ de
massa ruinæ ad ædificii firmamentum. Pręter hoc enim ædificium:quod beatificandum con
struitur ad æternam habitationem dei:vita hominis omnis infelix & mors est potius appellā
H da q̄ vita. Quisquis ergo ĩhabitabitur a deo:ne ira dei maneat super eum:ab hoc corpore: ab
hoc templo:ab hac ciuitate:non erit alienus. Omnis autem non renatus alienus est. Sacramē

tum porro regenerationis nostræ manifestum esse voluit:manifestat⁹ mediator. Erat autem antiquis iustis aliquid occultum:cum tamen & illi eadem fide salui fierent:quæ fuerat suo tēpore reuelanda. Non enim audemus fideles temporis nostri præferre amicis dei per quos nobis ista prophetata sunt:cū deum Abraham:& deum Isaac:& deum Iacob:ita se deus esse cōmendet:vt hoc dicat suum nomen æternum. Q̄ si circuncisio antiquis sanctis pro baptismo fuisse creditur:quid respondebitur de his:qui anteq̄ hoc præceptum esset:deo placuerūt:nō
Hebræo.11. tamē sine fide. Quia sine fide(vt scriptum est ad Hebræos)impossibile est deo placere. Habē
2.Cor.4. tes autem inquit apostolus eundem spiritum fidei:ppter quod scriptum est: Credidi ppter
Psal.115. quod locutus sum:& nos credimus:propter quod & loquimur. Non diceret eundem: nisi &
illorum idem ipse esset spiritus fidei. Sicut autem illi quando idem sacramentum occultum erat:credebant Christi incarnationem futuram:sic & nos credimus factam. Et a nobis autem & ab aliis:futurus expectatur ad iudicium eius aduentus. Non est enim aliud dei mysterium
1.Cor.15. nisi Christus:in quo oportet viuificari mortuos in Adam:quia sicut in Adam omnes moriū tur:sic & in Christo omnes viuificabuntur:quemadmodum superius disseruimus. Q̄obrem deus qui vbiq̧ præsens est:& vbiq̧ totus:non in omnibus habitat:sed in eis tantum quos effi
Col.1. cit beatissimum templum suum: vel beatissima templa sua: eruens eos a potestate tenebrarū & transferens in regnum filii charitatis suæ:quod incipit a regeneratione. Aliter autem dicitur templum eius in significatione:cum fit per manus hominum de rebus inanimis:sicut tabernaculum:lignis:velis:pellibus atq̧ huiusmodi mobilibus. Sicut etiam per Salomonem templum lapidibus:lignis:metallis constructum. Aliter vero re ipsa vera:quæ illis signi
1.Petri.2. ficationibus figurata est. Vnde dicitur: Et vos tanq̄ lapides viui:ædificamini domus spirita
2.Cor.6. les. Et vnde item scriptum est: Nos enim templa dei viui sumus: sicut deus dicit: Quoniam inhabitabo in illis & inambulabo:& ero illorū deus:& ipsi erunt mihi plebs. Nec mouere nos debet ꝙ per quosdam ad hoc templum non pertinentes:vel nondum pertinentes:id est in quibus non habitat:vel nondū habitat: deus aliquid virtutis operatur:sicut per illum qui in nomine Christi expellebat dæmonia:cum Christum non sequeretur: quē permitti iussit ppter multis vtilem commēdationem nominis sui. Multos quoq̧ ait sibi in nouissima die dicturos:
Matth.7. In nomine tuo virtutes multas fecimus. Quibus vtiq̧ non responderet: Nō vos noui:si ad tē
Act.10. plum dei quod inhabitando beatificat pertinerent. Cornelius etiam Centurio anteq̄ regeneratione incorporaretur huic templo:missum ad se angelum videt:auditq̧ dicentem:ꝙ exauditæ sint orationes eius:& eleemosynæ acceptæ. Agit enim hæc deus tanq̄ vbiq̧ præsens:vel per sanctos angelos suos. Nam illa priusq̄ exiret de vulua sanctificatio Hieremiæ:q̄q̄ nonnulli hoc in typum saluatoris accipiant: qui regeneratione non eguit: tamen etiam si de ipso pro
4.sentē.dis. pheta accipiatur:potest & secundū prædestinationem nō inconuenieter intelligi: sicut filios
6.ca.illud. dei appellat euangelium nōdū regeneratos:vbi Caiphas dū de dn̄o dixisset:Expedit vobis vt
Ioan.11. vnus moriatur homo pro populo:& non tota gens pereat:mox euangelium secutum adiunxit:Hoc autem a semet ipso non dixit: sed cum esset pontifex anni illius prophetauit: quia Iesus moriturus erat pro gente:& nō tātum pro gente:sed vt filios dei qui erāt dispersi cōgregaret in vnum. Filios dei appellauit vtiq̧ preter Hebræam gentem: in cæteris etiam omnib⁹ gentibus constitutos:nondum fideles:nondum baptizatos. Quomodo ergo dei filios: nisi se
Ephe.1. cundum prædestinationem:scd̄m quā & apostolus dicit:ꝙ nos elegerit deus in Christo ante constitutionem mundi. Illa vero in vnum congregatio:factura eos erat filios dei. Neq̧ enim in vnum dictum est aliquem corporalem locum:cum de tali vocatione gentiū ppheta prædixerit:Et adorabunt eum vnusquisq̧ de loco suo:omnes insulæ gentium: Sed congregaret in vnum dictum est:in vnum spiritum:& in vnum corpus:cuius vnum caput est Christus. Talis congregatio ædificatio est templi dei. Talem congregationem non generatio carnalis: sed regeneratio spiritalis facit. Habitat itaq̧ in singulis deus tanq̄ in templis suis: & in omnibus simul in vnum congregatis:tanq̄ in templo suo. Q̄d templum q̄diu sicut arca Noe in hoc sæ
Psal.28. culo fluctuat:fit qd̄ in psalmo scriptum est:Dominus diluuium inhabitat. Q̄uis & propter multos in omnibus gentibus populos fidelium:quos aquarum nomine Apocalypsis significat:possit intelligi congruenter:Dominus diluuium inhabitat. Sequitur autem: Et sedebit domin⁹ rex in æternum: Vtiq̧ in ipso templo suo iam in vita sua æterna post fluctuationem huius sæculi constituto. Deus igitur vbiq̧ presens est:& vbiq̧ totus præsens:nec vbiq̧ habitans:sed in templo suo:cui per gratiam benignus est & ppitius. Capitur autem habitans ab

aliis amplius:ab aliis min⁹. De ipso vero capite nostro apostol⁹ ait: Quia in ipo inhabitat om- Col.2.
K nis plenitudo diuinitatis corporaliter. Nõ ideo corporaliter: quia corporeus est deus: sed aut verbo translato vsus est: tanq̃ in templo manufacto/non corporaliter sed umbraliter habitaue rit: id est prefigurantibus signis. Nam illas omnes obseruationes: vmbras futurorũ vocat: etiam ipso translato vocabulo. Summus enim deus: sicut scriptum est: nõ in manufactis templis habitat. Aut certe corporaliter dictum est: quia & in Christi corpore quod assumpsit ex virgi ne: tanq̃ in templo habitat deus. Hinc est enim q̃ iudæis signum petentibus: cum dixisset: Sol uite templum hoc: & ĩ triduo resuscitabo illud: euangelista quid hoc esset consequenter expo nens ait: Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Quid ergo est? Hoccine interesse arbitramur inter caput & membra cætera: q̃ in quolibet quis precipuo membro: velut in aliquo ma gno ꝓpheta aut apostolo q̃uis diuinitas habitet: non tamẽ sicut in capite qđ est Christus om nis plenitudo diuinitatis? Nam & in nostro corpore inest sensus singulis membris: sed nõ tan tus quantus in capite: vbi prorsus omnis est quinq̃partitus. Ibi enĩ & visus: & auditus: & olfactus: & gustus: & tactus. In cæteris aũt solus est tactus. An etiam præter hoc tanq̃ in templo in illo corpore habitat omnis plenitudo diuinitatis: est aliud qđ intersit inter illud caput: & cuiuslibet membri excellẽtiam? Est plane: quod singulari quadam susceptione hominis illius vna facta est persona cum verbo. De nullo enim sanctorum dici potuit: aut potest: aut poterit Verbum caro factum est. Nullus sanctorũ qualibet præstantia gratiæ vnigeniti nomen acce pit: vt qđ est ipm dei verbum ante sæcula: hoc simul cum assumpto homine diceret. Singularis est ergo illa susceptio: nec cum hominibus aliquibus sanctis quãtalibet sapientia & sancti tate prestantibus: nullo modo potest esse communis: vbi diuinæ gratiæ satis perspicuum cla rumq̃ documentũ est. Quis enĩ tam sit sacrilegus: vt audeat affirmare aliquam posse animã per meritũ liberi arbitrii vt alter sit Christus efficere? Vt ergo ad personã verbi vnigeniti ꝑ tinet: quo pacto per liberum arbitrium communiter omnibus & naturaliter datum vna sola aĩa meruisset: nisi hoc singularis gratia præstitisset: quã fas est prædicare: de qua nefas est vel
L le iudicare? Hæc si pro viribus nostris quantum dñs adiuuit rite tractauimus: qñ deũ vbiq̃ ꝑ sentem & non spaciis distantibus: quasi aliqua mole vel diffensione diffusum: sed vbiq̃ totum cogitare te extendis: auerte mentem ab omnibus imaginibus corporum: quas humana cogitatio voluere consueuit. Non enim sic sapientia: non iustitia: nõ sic deniq̃ charitas cogitatur de qua scriptum est: Deus charitas est. Cum vero habitationem eius cogitas: vnitatem cogi- 1.Ioan.4.
ta congregationẽq̃ sanctorum: maxime in cælis: vbi propterea precipue dicitur habitare: q a ibi fit voluntas eius perfecta eorũ in quibus habitat obedientia. Deinde in terra: vbi ædificãs habitat domũ suam: in fine sæculi dedicandam. Christũ aũt dñm nostrũ vnigenitum dei filium æqualem patri: eundemq̃ hominis filium: quo maior est pater: & vbiq̃ totum presentem esse non dubites tanq̃ deum: & in eodem templo dei esse tanq̃ inhabitantem deum: & in loco aliquo cæli propter veri corporis modum. Sed cum me delectat loqui tecũ: nescio vtrũ seruauerim sermonis sufficientis modum: quasi diuturnum silentium loquacitate cõpensem. Verum quia religione & beniuolentia qua me præoccupasti: ita inuisceratus es cordi meo: vt tã q̃ cum amico vere colloquar: quicquid ĩ opere stili nostri vtiliter elaboratum esse cognoscis: deo gr̃as age. Siqua autẽ vitia mea perspicis: vti charissim⁹ amicus ignosce: eadẽ scilicet syn ceritate dilectionis mihi optans medicinã qua concedis & veniam.

Paulini ad beatũ Augustinũ: Quid sit quod in psalmo decimoquinto dicitur. Sanctis q sunt in terra eius: mirificauit omnes voluntates eius inter illos &c. Qui sint illi sancti q sunt in terra: interrogantis: Et de quibusdam aliis dubitatiunculis ex psalmis: euangelio: & episto lis sibi satisfieri desyderantis.

Epistola.LVIII.

M  E paucis quæ nũc iam ad nauẽ currente literarũ perlatore: & mihi in ipsi us festinatione properanti: in mentem venerũt: ne sine corollario mihi re scribas: aliqua proponam. Quæ si forte lucida sunt & mihi videntur obscu ra: nemo prudentum filiorum: qui forte de nostris ĩti hora lectiunculæ hu ius circa te steterint: de insipientia mea rideat: sed potius beniuolentia fra ternæ charitatis faueat instruendo vt efficiar videntium particeps: & ex doctrina tua illuminatis mentibus consyderantium mirabilia de lege dñi
O Dic ergo mihi benedicte doctor israel: quid sit quod dicitur in psalmo quintodecimo. Sanctis Psal.15.

qui in terra sunt eius:mirificauit oẽs volũtates suas inter illos.Multiplicatæ sunt eñ omnes
infirmitates eorũ:postea accelerauerunt.Quos ait sanctos qui in terra sint sancti? Num illos
iudæos qui filii carnis Abraæ:& nõ filii repromissionis excludunt a semine qđ in Isaac voca-
tum est?Ideo sanctos in terra:quia sancti genere carnali:vita aũt sensuq̧ terreni sunt: qui ter-
rena sapiunt & carnali obseruantia in vetustate literæ consenescũt:Non renascentes in nouã
creaturam:quia nõ receperunt eum:per quẽ vetera transierũt:& facta sunt omnia noua. Sic
enim forte eos in hoc psalmo sanctos appellat: quomodo & in euangelio iustos: vbi dicit:
Matth.9. Non veni vocare iustos sed peccatores: Id est illos iustos q in sanctitate generis & litera legis
Matth.3. glorianturQuibus dicitur:Nolite gloriari in patre Abraam:quia potens est deus de lapidi-
bus istis excitare filios Abraam.Quorũ forma in illo pharissæo proponitur:qui iustitias suas
tanq̃ nescienti domino recolens prędicabat in templo:nõ orans vt exaudiret:sed exigẽs qua-
si debitum meriti pro operibus bonis quidem sed ingratis deo:Quia qđ iustitia ædificauerat
superbia destruebat:nec id ipsum silentio sed voce clamabat:vt appareret eum nõ diuinis au
Psal.52. ribus loqui:q & ab hominibꝰ vellet audiri. Atq̧ ideo nõ placuit deo:quia placebat sibi.Quo-
niam dissipauit dominus ossa hominum sibi placentium.Confusi sunt inquit:quia spreuit il- N
Lucæ.18. los:qui cor humile & conturbatum non spernit.Deniq̧ & in ipsa euangelii parabola:qua pha
rissæi & publicani persona cõferunt:euidenter ostendit ipse dominus quid in homine suscipi
Iacobi.4. at:quid repellat:sicut scriptum est:Quia deus superbis resistit:humilibꝰ autem dat gratiam.
Ideo protestatur magis iustificatum abiisse e templo publicanum de cõfessione peccatorum
suorum:q̃ pharissęum de imputatione iustitiarũ suarũ.Merito aũt ille laudator sui repudia-
tus abscessit a facie dei:qui cum ipso nomine peritiam legis præferret:oblitus fuerat in pphe-
Esa.66. tam dicentem dominum:Super quem habitabo nisi super humilem & quietum:& tremẽtem
sermones meos?Ille autem in corde contrito sui accusator accipitur:& obtinet veniam de cõ-
fessis peccatis propter gratiam humilitatis:sancto illo pharissęo(quales iudæi sancti sunt)re
portante sarcinam peccatorum de iactãtia sanctitatis.Ipsius nimirũ sunt forma iudæi illi:qui
Roma.10. bus apostolus ait:q̧ suam iustitiam statuere cupientes:q̃ ex lege est:iustitiæ dei non sunt sub-
iecti:quæ est ex fide:quæ reputata est patri nostro Abraam ad iustitiam:nõ ex operibus: quia
secundum omnipotentiam dei credidit deo.Apud quem ille vere iustus est qui ex fide viuit:
nec sanctus in terra est sed in cælo:quia non carne sed spiritu ambulat:cuius cõuersatio in cæ
lis est.Non glorianti in circuncisione carnis:sed in circuncisione cordis:quæ nõ litera sed spi-
ritu agitur inuisibiliter:vnde laus eius non ex hominibus sed ex deo. Deinde qđ iungit in eo
Psal.15. dem versiculo:Miras fecit voluntates suas inter illos:credo ex eo dicit q̧ ipsis primum lucer-
nã legis accendit:& præcepta viuendi dedit.Notas enim(inquit)fecit vias suas Moysi: & fi-
liis israel voluntates suas.Deinde ipsum pietatis suæ sacramentum in ipsis operatus est:natꝰ
in carne ex virgine deus in gẽte ipsorum:& de carne ipsorum factus ex semine Dauid homo
Deinde virtutes sanitatum:quas in ipsis & coram ipsis perfecit.Qui per hæc non modo credi-
tus fit:sed & blasphematus est ab eis cum dicerent:Hic homo si a deo esset:non curaret sabba
Ioan.9. tis:Et non eiicit dæmonia nisi in Beelzebub principe dæmoniorũ. Propter hanc mentem ob-
Matth.12. durata impietate cæcatam:multiplicatæ sunt infirmitates & tenebræ eorũ. Sed quid est qđ
ait:Postea accelerauerunt?Vtrũ in pœnitentiã:sicut illi in actibus apostolorum qui beati Pe
Actu.2. tri prędicatione compuncti crediderunt in eum quẽ crucifixerũt:& festinantes tanto expiari
peccato ad domum gratiæ concurrerunt?An vero quia virtutes animæ ex fide & charitate
dei roborantur:illis impiis vtroq̧ vacuis multiplicatæ sunt infirmitates animæ ex impietate
scelerum mortiferis languoribus occupatæ?Christus etenim lumen & vita credẽtium est: &
sanitas sub pennis eiꝰ.Vnde non mirũ si & tenebræ & infirmitates eorum multiplicatæ sunt
in interitum:qui vitã & lucẽ non receperunt:neq̧ sub pennis eius manere voluerunt. Quos
vt ipse flens in euangelio protestatur:sæpe voluit congregare ipsos sub alas suas: sicut galli-
na congregat pullos suos: & noluerunt. Multiplicatis ergo infirmitatibus quo accelerauer-
runt?forte in crucem domini conclamandam:& inuito Pilato nefariis vocibus extorquendã
vt adimplerent mensuram patrum suorum:vt isti dominum prophetarum occiderent:quo-
rum patres ipsos prophetas interfecerunt:a quibꝰ hic mundi saluator esse vẽturus nuntiaba
Psal.13. tur.Postea accelerauerunt: Veloces eñ pedes eorum ad effundendũ sanguinem.Contritio &
Ioan.17. infelicitas in viis eorum:& viam pacis non cognouerunt:id est Christũ q dicit:Ego sum via.
Psal.16. In consequẽti psalmo illud mihi exponi desydero:qđ dicat:De absconditis tuis adimpletus O

est venter eorum.Saturati sunt porcina : vel sicut in quibusdam psalteriis scriptum audio:
Saturati sunt filiis & reliquerunt quæ superfuerunt paruulis suis.Rursus in alio psalmo ad
mirari soleo:filium ad patrē loqui intelligens:in psalmo quinquagesimooctauo: vbi de iudæ-
is inimicis(de quibus supra dixerat:Ecce ipsi loquētur in ore suo:& gladius in labiis eorum) Psal.58.
paulo infra dicit:Ne occideris eos:nequādo obliuiscant̃ legis tuę:Disperge illos ī virtute tua:
& destrue eos dn̄e.Quod in his vsq; in hodiernum diem videmus impleri.Destructi sunt eñ
a veteri sua gloria:sine templo & sine sacrificiis:ac sine prophetis:in omniū gentiū dispersiōe
viuentes.Sed quid miramur ꝙ iam per prophetā pro eis non occidendis rogabat : pro quib⁹
& sub ipso tempore passionis iam ad crucem eū ducentibus precabatur:dicens: Pater dimit- Lucæ.23.
te eis:non eñ sciunt quid faciunt! Verū qđ adiecit:Ne vnq̄ obliuiscantur legis tuæ:tanq̄ pro
pter hoc necessaria esset etiam sine fide euangelii vita eorum: obscurū mihi fateor. Quid eñ
his ad salutē quæ sola fide quæritur prodest in legis memoria & meditatione versari: nisi for
te propter honorem legis ipsius vel generis Abraam:vt etiam in parte terrena carnalis semi-
nis eius qua videntur secundum arenam maris computari:legis antiquæ litera perseueret:
ne forte aliqui legendo legem:illuminentur ad fidem Christi:qui & legis & prophetarum fi-
nis est:& in omnibus eorum libris præfiguratus ac prophetatus elucet! Aut quia ex ipsis im
piis eorū generatio ventura est electorum:qui de singulis tribubus electi: in duodenis milib⁹
signabuntur:quibus ipsa reuelatio beati Ioannis ex voce angeli prænuntiantis hoc testimoni-
um perhibet:quia comitatui regis æterni familiarius adhærebunt penit⁹ immaculati: & hu
manæ coniunctionis expertes! De quibus specialiter ait:Sequuntur agnum quocūq; ierit: qa Apoca.14.
cum mulieribus se non coinquinauerunt:virgines enim sunt. In sexagesimoseptimo prætet
alia illud mihi obscurissimum est quod ait: Veruntamen deus conquassauit capita inimicoꝝ Psal.67.
suoꝝ:verticem capilli perambulantiū in delictis suis:quid sit Verticem capilli perambulanti
um in delictis.Nō enim dixit: Verticem capitis:sed verticem capilli:qui sine sensu est. An re
pletum peccatis hominē vult ostendere! Scriptum est:Omne cor in dolore a pedibus vsq; ad
caput.Et paulo infra quod ait:Lingua canum tuorū ex inimicis ab ipso.A quo ipso! Et nunqd
canes dei dici possunt gentiles:quos ipse in euangelio canes nominat! Aut ne forte ipsos canes Matth.15.
dei dicat:quales æstimari possunt:si qui in nomine christiano gentiliter viuant:quorum pars
P cum infidelibus ponitur:quia deum quē verbis colunt:factis negāt! Hæc interim de psalmis:
nunc & de apostolo/quodcunq; proponā.Dicit ad Ephesios:qđ in alia epistola dixerat de gra
dibus vel ordinibus dispositionum dei operante spiritusancto.Diuisiones gratiarū. Et quos- 1.Cor.12.
dam quidem dedit apostolos:quosdā autē prophetas:alios vero euangelistas:alios aūt pasto- Eph.3.
res & doctores ad consummationem sanctorū: & reliqua.Hoc opto distinguas mihi in hac di
uersitate nominum:quæ sit cuiq; nomini officiorū vel gratiarū proprietas: Quid proprium
sit apostolorum:quid prophetarum:quid euangelistarū:quid pastorū:quid ve doctorum . In
omnibus enim his diuersis nominibus simile & ꝓpe vnum doctrinę officium video fuisse tra
ctatum.Hos autē prophetas quos post apostolos posuit:non puto illos esse:qui ordine tempo
rum ante apostolos fuerunt:sed istos quibus iam sub apostolis per gratiā donabat̃:aut interp̄
tatio scripturarū & inspectio mentium:aut prędictio temporis(Si enim ego ipse/vt de his qđ Qđ sequit̃
sentiam habeas/differētiam facturum me sperauerim: certe apostolos vocitabo eos qui dum vsq; ad/secu
cæli ac terræ conditor vnigenitus Mariæ filius Iesus Christus has terras humaniter peram- turi:vbi hoc
bularet missi ab eo fuerant atq; edocti spirituq; sancto inflāmati:vt oues fide errantes sua do signū iterū
ctrina ad vnū ouile colligerent. Vt enim ad vim termini ꝑficiscar:Apostolus gręcum dicitur ponit̃ nō ha
ab apos quod notat augmentū vel præeminentiā:& stolon qđ est missio:quasi præeminenter betur in ali-
missus ad augmentationē scilicet fidei catholicæ. Vel Apostolus quasi post missus: id est post is exemplari
Q Christi mortē missus ad prędicandū.Propheta aūt a pro:id est procul:& phor faris:quasi quę bus.
sunt:erunt:vel fuerunt:locuturus.Hanc aūt prophetandi differentiam abs me cognitam:p-
scribere volui:orans vt tibi si quippiam superesse videatur:rescribas.Prophetare enim inuē-
tum est significare futurarum rerum prædictionem. Vnde Esaiæ septimo: Ecce virgo conci
piet filium.Item prophetare est præterita narrare. Vnde Genesis primo:In principio creauit
deus cælum & terram.Et quarti Regū quinto:dicebat Helisæus:Nonne cor meū in præsen-
ti erat quādo reuersus est homo in curru suo! Est etiam prophetare prophetias recitare. Vn-
de primi Paralipomenon vicesimoquinto:Magistratus exercitus segregauit filios Asaph q
propheta rent in citharis & psalteriis.Prophetare quoq; est laudes dei canere. Vnde Numeri

vndecimo:Quis tribuat mihi vt oīs populus pphetet?Est quoq pphetare idē qđ docere.Vñ primæ Corinthiorū quartodecimo:Aemulamini spiritalia: magis aūt vt pphetetis.Et Actuū tertiodecimo:Erāt in ecclesia prophetæ & doctores.Itē est exercere officiū prælocutoris. Vnde Exodi septimo:Aaron erit propheta tuus:id est prælocutor. Prophetare etiā inuenimus idem qđ figurare:quēadmodū Iosue dicit ppheta:quia figurabat Christū. Est etiam ppheta qui aliena refert:Sicut Saul qui pphetauit in medio dom⁹ suæ:id est aliena referebat.Isto vero loco:nō eos q venturū in carne dñm Christū pphetarunt pphetas dicimus: sed per aliquā

Act.11.&.21. gratiā.)secuturi:vt Agab⁹ cernebat:q & famē instantē prædixit: & q beat⁹ Paulus in Hierosolymis passurus esset:& verbo denūtiauit:& signo zonæ eius ostēdit.Inter pastores specialiter & doctores quid intersit dignoscere volo:quia prępositis ecclesiæ vtrūq nomē ascribi solet.Itē R

1.Timoth.2. qđ ait ad Timotheū: Obsecro igitur primū omniū fieri obsecrationes:orationes: postulationes:gratiarūactiones:pro omnibus hominibus:quęso exponas mihi qđ discrimē sit in hac diuersitate verborū:cū omnia mihi q gerenda dixit:orationis officio cōuenire videanť.Item qđ ad Romanos ait:interrogo & rogo vt edisseras mihi.Multum em̄ cæcutire me fateor in hac

Roma.11. apostoli sententia: de Iudæis q ait:Secundum euangelium quidem inimici propter vos: secūdum electionem aūt charissimi propter patres:quomodo iidem & inimici propter nos qui

1.Timot.2. credidimus ex gentibus:tanq non potuerunt gentes credere:nisi iudæi nō credidissent?Aut ipse vnus omnium creator deus:qui omnes homines saluos fieri vult: & ad agnitionem veritatis venire:capax non fuit acquisitionis vtriusq:nisi alterū pro altero possideret? Deinde si charissimi propter patres:quomodo aut vnde charissimi si non credant: & inimici deo esse p

Psal.138. sistant?Nōne inquit:Qui oderāt te deus oderā illos:& sup inimicos tuos tabescebā; perfecto

Vbi supra. odio oderam illos?Certe hoc puto paterna vox loquitur ad filium per prophetam in eodem psalmo: vbi supra de parte credentium dixerat:Mihi autē nimis honorificati sunt amici tui deus:nimis confortatus est principatus eorum.Quid autem illis prodest ad salutem quę non nisi per fidem & gratiam Christi capitur:si propter fidem patrum charissimi nō sunt:cui bono diliguntur:quos necesse est propter hoc damnari:q propter suam infidelitatem:a prophetarum & patriarcharum parentum fide discrepantes:inimici sunt euāgelio Christi? Si ergo charissimi deo:quomodo peribunt?& si non credunt:quomodo non peribunt? Si propter pa-

Ezech.14. tres sine suo merito diligunť:quomodo/& propter quid nō saluabūtur? Sed & si fuerūt Noe: Daniel:& Iob:in medio eorum:filios impios non saluabunt:soli salui erūt?Adhuc aliud obscurius mihi erue de profundo & in vadum profer.In epistola Colossensiū omnino colligere non S

Col.2. possum quod ait:Nemo vos seducat:volens in humilitate & religione angelorum quæ nō vidit:ambulans frustra inflatus sensu carnis suæ & non tenens caput: de quibus angelis dicit: si de inimicis & malis:quæ illorum religio aut quæ humilitas:& quis sit magister seductiōis huius:qui per obtentum nescio cuius angelicæ religionis quasi visa & comperta doceat quæ non vidit?Sine dubio hæretici qui doctrinas dæmoniorum & sequuntur & ptomunt conceptis ab eorū spiritu adinuentionibus quæ non viderunt phantasmata quasi visa fingentes:& pestiferis disputationibus in corda male credula seminantes.Hi sunt qui non tenēt caput: id

Matth.15. est Christum fontem veritatis:cuius doctrinæ quicquid aduersatur insanū est: Et hi cæci du

Hiere.2. ces cæcorum:De quibus dici puto:Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ:& foderunt sibi lacus contritos q nō tenent aquam.Deinde in sequēti capite adiecit:Ne tetigeritis:neq gustaueritis:neq contrectaueritis:quę sunt omnia in interitū ipso vsu secundū pręcepta & doctrinas hominū:rationē quidem habentia sapientiæ in superstitione & humilitate ad nō parcendū corpori non in honore aliquo ad saturitatē carnis.Qui sunt isti quibus rationem sapiētiæ inesse testatur magister veritatis:& tamē ipsam veritatem religionis inesse abneget? Ne for-

2.Timoth.3 te de talibus loquitur:de quibus ad Timotheum dicit: Habētes autem speciem pietatis:virtutem eius abnegantes? Rogo ergo specialiter hæc capitula duo de Colossēsium epistola per singula mihi verba dissoluas:quia laudabilib⁹ execranda permiscuit.Quid est em̄ tam laudabile q ratio sapiētiæ:& quid tam execrabile q superstitio erroris?Humilitas quoq & deo pla-

Col.2. cita:& maxime in vera religione laudabilis:cum ratione sapientiæ ipsis datur. De quorū do-

Roma.14. ctrinis & actibus dicitur nobis:Ne tetigeritis neq gustaueritis quæ sunt in interitum: quia

Psal.32. nō sunt ex deo:& omne qđ nō est ex fide peccatum est.Deus aūt dissipauit consilia sapiētium:

Roma.8. qui deo stulti sunt per prudētiam carnis:q non potest legi dei esse subiecta.Scit enim cogita-

Psal.93. tiones hominum quoniam vanæ sunt.Qualem humilitatem:qualemq rationem sapiētię su-

T perstitioni hominũ doctrinis veniendi inesse dicat requiro. Et qd ait: Ad non parcendum cor Col.2.
pori:non in honore aliquo ad saturitatem carnis: Prorsus hæc parum ĩtelligo: quia in eadem sententia magna mihi videtur esse discretio. Arbitror enim eum de abstinentia qualibet ficta vel inutili: qualis solet ab hæreticis affectari: hoc dicere: Ad nõ parcendũ corpori. Qd autem adiecit: Non in honore aliquo: quia sancti operis speciem: non in fide veritatis exercentes: nullius gloriæ honore vel fructu agunt: qd in magna erroris peruersi reprehensione conficiunt: transfigurantes se in ministros iustitiæ. Sed qd adiecit: Ad saturitatẽ carnis: cõtrarium mihi videtur illi quo dicit: Ad nõ parcẽdũ corpori. Videtur enim mihi ille nõ parcere corpori qui carnẽ ieiuniis domat: sicut apostolus dicit: Liuidũ facio corpus meũ: & in seruitutẽ redigo: a
1.Corin.9.
quo opere saturitas carnis aliena est: nisi forte & ipsam saturandæ carnis curam: quę maxime obseruantiã religionis prætẽdentibus probrosa est: Non parcere corpori dixit secũdum illud honestatis pręceptum qd alibi dicit: vt vnusquisq̃ suum vas honorifice possidere nouerit: vt 1.Thessal.4.
hostiam viuã & placentem deo suum corpus exhibeat: non in saturitate carnis: quia dissensio corporis/animæ sobrietatem necat: & inimica est castitati. Restat vt aliquid & de euangelicis
V locis suggeram beatitudini tuæ. Nõ quidem quanta legenti per otium occurrere solẽt (Nec enim nunc vacabat dispersa per libros quærere: aut in reminiscẽdis memoriam ventilare) sed vel pauca quæ ad horam dictationis huius in mentẽ veniũt sciscitabor. De resurrectionis forma non grandẽ: sed plenam fidei instructione epistolã: qua secundę cõsultationi meæ/dũ Carthagini hyemarem rescripseras: si habes relictã in scedis: rogo vt mittas: aut certe retexas eã mihi: qđ tibi facile est. Nam etsi scripta nõ extat: quia forte breuis epistola vt tumultuaris tibi inter libros tuos haberi præsto fit: renoua eam mihi in eodem sensu promptã de thesauro cordis tui: & mitte ad me inter alia responsa: quæ reddes mihi vt spero: præstãte mihi ac tibi cõmeatum dierũ Christo: vt eã quo labor tuus in me fructificet accipiã. Secundũ hæc capitula scripturarũ: de quib⁹ te qui vides quasi per deum interrogaui: vt audiam quid in te vel ex te mihi loquatur deus. Hoc autẽ rogo lucere mihi facias: quomodo vel qua ratione: dominus post resurrectionẽ: vel cũ mulieribus quæ primę ad sepulchrum venerũt: vel postea illis duobus in via: deinde discipulis suis & non agnit⁹ fit: & agnitus. In eodem enim corpore resurrexit in quo & passus est. Et quomodo non eadem erat eiusdem corporis forma quæ fuerat: aut si eadẽ erat: quomodo non agnoscebatur ab his qui eum nouerãt. Illud vero sacramẽti esse credo: q̃ qui in via ambulantibus non fuerat agnitus: in fractione panis reuelatus est. Idipsum ta Luce.24.
men tuo sensu volo tenere non meo. Et qđ ad Mariã ait: Noli me tangere: nõdum enim ascen Ioan.20.
di ad patrem: Si cõminus stantem non sinebatur attingere: quomodo eũ tangeret cum ascendisset ad patrem: nisi forte fidei profectu & mentis ascẽsu: qua deus homini fit lõginquus aut proximus: & illa dubitauerit de Christo: quẽ hortulanũ putauerat: ideo fortassis audire meruit: Noli me tãgere. Indigna enim iudicabatur vt tãgeret manu Christũ: quẽ necdũ fide apprehenderat: nec intellexerat deum cum hortulanũ putasset: de quo pauloante ab angelis audierat: Quid quæritis viuentem cum mortuis? Noli ergo me tangere: quia tibi nondũ ascen Luc.24.
di ad patrem: cui adhuc tantũ homo videor: postea me tanges: cũ ad agnoscendum me credẽ
X do conscenderis. De illis etiã beatissimi Simeonis verbis: quid sentias edissere mihi: vt sequar sensum tuũ: quibus cum ad vidẽdum ex oraculo dei Christũ agente spiritu venisset in tẽplũ: & acceptũ sinu benedixisset infantẽ dominũ: ait ad Mariã: Ecce hic positus est in ruinam & re Luc.2.
surrectionem multorũ in israel: & in signum cui cõtradicetur: & tuam ipsius animã pertrãsibit gladius: vt reuelentur multorum cordium cogitationes. Nunquid de passione Marię quę nusq̃ scripta est: hoc prophetasse credendũ est? An vero de matetno eius affectu: quo postea in tempore passionis assistens cruci: qua hoc erat fixum: qđ ipsa pepererat: maternorũ viscerũ dolore confixa est: & animã illius quã eius secũdum carnẽ ipsa spectante cõfoderat: crucis rhomphæa penetrabat. Video enim & in psalmis de Ioseph ita dictũ esse: Humiliauerunt in compe Psal.104.
dibus pedes eius: ferrum pertransiit animã eius: sicut in euangelio dixit Simeon: Et tuam ipsius animã pertransibit gladius. Non ait carnem: sed animã: in qua pietatis affectio continetur: & doloris aculeus quasi gladius operatur: cum aut aliqua carnis suæ iniuria afficitur vt Ioseph: qui non mortis sed iniuriarum pertulit passiones: in seruũ venditus: & in reum vinculatus: & carceri datus: Aut affectionis maternæ tristitia vel dolore cruciatur: vt in Maria: quã vtrq̃ ad crucẽ domini in quo tunc sui tantũ corporis filiũ cogitabat: materna mẽs duxerat: vt cum eũ vidisset mortuũ: humana infirmitate lugeret: sepeliendũq̃ colligeret: nihil sibi

de ipsius resurrectione presumens:quia subsecuturæ admirationis fidem: in oculis posita paſ
sionis poena cæcabat. Quis eandē astantem cruci suæ:dominus nō morientis infirmitate tre
pidans consolatus sit:sed ipsam qua obibat volēs/in potestatē habens mortē:plena virtute vi
Ioan.19. uentis:& cōstantia resurrecturi de cruce admonet dicens de beato apostolo Ioanne:Mulier ec
ce filius tuus. Itēq3 illi ibidē consistenti:ecce mater tua. Iam scilicet ab humana fragilitate qua
erat natus ex foemina:per crucis mortem demigrans in aeternitatem dei:vt esset in gloria dei
patris:delegat homini iura pietatis humanae:& ex discipulis suis adolescētiorem eligit:vt cō
uenienter assignet virgini apostolo virginem matrē: Duo pariter in eadem sententia docens:
formā pietatis relinquēs nobis cum est de matre sollicitus:vt quā relinquebat corpore:nō re
linqueret cura. Sed nec corpore relictura:quē videbat moriētem:mox erat visura rediuiuum.
Et illud quod ad fidem omniū pertineret:salutiferum pietatis suæ sacramentum:arcana diui
ni ratione consilii sub hac voce designans: vt & alii matrem delegaret pro matre habēdam:&
vice sua consolādam: atq3 illi vicissim nouum filium vice corporis sui traderet:immo (vt ita
dixerim) gigneret:quo ostēderet eam pręter se:qui ex ea virgine natus esset:nec habuisse filiū
nec habere:quia nec saluator tantopere curam desolationis habuisset eius si illi vnicus nō fuiſ
Luc.2. set. Sed redeam[9] ad verba Simeonis:in quorum clausula intellectū meum caligare fateor: Et Y
tuam inquit animā pertransibit framea vel gladius: vt reuelentur multorum cordium cogi
tationes. Secūdum literam hoc mihi penitus obscurū est:quia nec Mariam beatissimā vsq3 legi
mus occisam: vt de corporali gladio sanctus ille ei futuram passionem prophetasse videatur.
Psal.7. Sed & qd subiecit: Vt reuelētur multorū cordium cogitationes. Scrutans enim inquit corda
1.Corin.4. & renes deus. Et de futuro iudicio apostolus ait: Quia tūc manifestabit deus operta cordium
& occulta tenebrarū. Itidem apostolus spiritaliter exprimēs arma cęlestia:quibus in interiori
Eph.6. nostro debeamus armari:gladium spiritus dicit verbum dei. De quo ad Hebræos ait. Viuus
Heb.4. est sermo dei & efficax:& penetrabilior omni gladio accipiti: ptingens inquit vsq3 ad diuisio
nem animæ ac spiritus:& reliqua quæ nosti. Quid ergo mirum si istius verbi ignita vis & an
cipitis gladii penetrabilior acies:& sancti Ioseph olim:& postea beatæ Mariæ animā pertrāsi
uit? Nā neq3 in illius neq3 in huius corpore ferrum trāsisse cognouim[9]. Atq3 vt magis pateat
Psal.104. ibi prophetam ferrū pro verbi gladio posuisse:statim subsequente versiculo ait: Sermo domi
ni igniuit illum. Sermo enim dei & ignis & gladius est:verbo ipso deo vtrūq3 dicēte de se: Ignē
Matth.10. enim inquit veni mittere in terram:& quid volo nisi iam accēdatur? Item alibi dicit: Non ve
ni pacē mittere sed gladium: Vides eum vnā vim doctrinæ suæ diuerso ignis & gladii nomi
ne designasse: Aut quomodo Mariæ illata per gladiū passio vel tribulatio perstaret. Itaq3 hoc
scire cupio:quid ad Mariam pertineret:vt reuelatētur multorum cordium cogitationes:aut
vbi apparuit: quia ex eo q3 animam eius: siue carnalis in ferro:siue spiritalis gladius in verbo
dei pertrāsiuit:exinde multorū cordium cogitationes reuelatæ sunt. Expone ergo hāc maxi
me de verbis Simeonis clausulam mihi: quia lucem nō dubito sanctæ animæ tuæ:quæ de in
terioris oculi puritate meruit illuminationē spiritussancti:per quem scrutari & inspicere poſ
sit etiam alta dei. Deus misereatur mei per orationes tuas:& illuminet vultum tuū super me:
per lucernam verbi tui:sancte domine beatissime frater ī domino Christo vnanime: magister
meus in fide veritatis:& susceptor meus in visceribus charitatis.

*Sancti Augustini ad Paulinū:quæstiunculis eiusdē in priori epistola prælibatis:ma
gna cum modestia & vtilitate respondentis. Epistola. LIX.*



Beatissimo et venerabiliter desyderabili & desyderabiliter venerabili sancto Z
sanctæq3 charissimo fratri & coepiscopo Paulino: Augustinus in domino sa
lutē. Q3 de peruentione tam prospera fratris & cōpresbyteri nostri Quin
ti:& qui cū eo nauigauerunt:cito nos dominus exhilarauit:nuntiantib[9] li
teris sanctitatis tuæ:gratias agens ei qui recreat afflictos & humiles conso
latur: & syncęritati cordis tui occasione filii & cōdiaconi nostri Rufini quę
proxima occurrit:nunc rescripta persoluo. De littore nāq3 Hipponensi profectus est:& appro
bo misericordię consiliū qd tibi dominus inspirauit:mihiq3 insinuare dignatus es. Ipse & hoc
adiuuet:ipse prosperet qui iam curam nostrā ex magna parte leniuit:quia peruectus & com
mendatus est charissimus homo non solum bonis operibus: sed etiā sanctis orationibus tuis.

Literæ sanæ venerationis tuæ vbi multa quæsisti:& quærenda admonuisti: & quærendo do-
cuisti:ad me peruenerunt. Sed quas ipse continuo rescripsi per homines eorũdem sanctorum
solatiorum nostrorum:sicut his tuis recentioribus cõperi: non sunt redditæ venerationi tuę.
In quibus quidem quatenus ad interrogata responderim:recolere non valui:nec earum exem
plum cũ requisissem:vbi hæc omnia possem recognoscere:inueni. Ad nõnulla tamẽ me respõ
disse certus omnino sum:& ideo non ad omnia: quia vt cito finirem festinatio perlatoris vrge
bat.Simul etiam miserã sicut iusseras:& illius epistolæ exemplũ:quã tuę charitati apud Car-
thaginem de corporum resurrectione rescripseram: vbi de vsu membrorum exorta erat quę-
stio.Nunc ergo & hoc misi:& alterũ alterius: quia nec ipsam in manus tuas peruenisse conie-
ci:eo ꝙ iterum interrogasti quædam:quæ iam me in ea respõdisse lego & agnosco.Sed ista per
quem dixerim nescio. Scripta quippe charitatis tuæ quibus ea reddidi: sicut etiam ipsa indi-
cant:missa sunt mihi ab Hippone a nostris: cũ essem apud sanctum fratrem & coepiscopũ no-
& strum Bonifacium.Nam eorum perlatorẽ non vidi:& cõtinuo rescripta non distuli.Quia er-
go sicut tunc scripsi nõ potueram inspicere codices græcos propter quędam psalmi.xvi.inspe
xi:postea quos inueni : & vnus habebat:qđ & latini nostri: Domine perdens de terra disperti- Psal.16.
re eos.Alius sicut ipse posuisti:A paucis de terra.Et illud quidem apertũ habet sensum: Per-
dens de terra quã eis dedisti:dispertire eos in gẽtibus:qđ & factum eis est:cum graui bello ex-
pugnati atq; subuersi sint.Illud autẽ alterum quomodo accipiendũ sit: nõ mihi occurrit:nisi
quia in cõparatione perditæ multitudinis eorum reliquiæ saluæ factæ sunt vtiq; in paucis:a
quibus eos dispertiendos hoc est diuidendos atq; separandos : scriptura prænũtiauit dicens:
Domine a paucis:id est a reliquiis quas ex illa gẽte saluas fecisti:de terra dispertire eos:vt ter-
ram intelligamus ecclesiam hæreditatẽq; fidelium atq; sanctorum : quæ dicitur terra viuen-
tium:& quæ etiã illo loco recte intelligi potest.Beati mites quoniã ipsi hæreditate possidebũt Matth.5.
terram.Cum autem dictum esset:A paucis de terra diuide eos:additum est:in vita eorum:vt
in manifesto futurum intelligeretur dum hic viuunt.Separantur enim multi ab ecclesia : sed
cum moriuntur:qui tamen cum viuunt per sacramentorum cõmunionem vnitatisq; catho-
licæ videntur ecclesię copulati.Isti ergo diuisi sunt a paucis:qui diuisi sunt de terra:quã sicut
agrum suum excolit pater agricola.Diuisi autem in vita sua:id est hic in manifesto:sicut vide
mus.Sequitur autem: Et de absconditis tuis adimpletus est vẽter eorum:id est præter hoc ꝙ
in manifesto diuisi sunt:etiam de absconditis tuis:quę in occulto reddis retributionem malo-
9 rum:adimpletus est venter eorum. Vẽtrem posuit pro internorum latentiumq; secretis. Qđ
vero sequitur:Saturati sunt sarcina:alias porcina: Iã quid mihi ex hoc videretur aperui . Sed
quod alii codices habent:& verius habere perhibentur:qui diligentiora exemplaria per accẽ-
tus notam eandem verbi græci ambiguitatem græco scribẽdi more dissoluunt: obscurius est
quidem:sed electiori sententię videtur aptius conuenire.Quia enim dixerat:Et de abscondi-
tis tuis adimpletus est venter eorũ:quibus verbis occulta dei iudicia significata sunt: Occul-
ta quippe sunt miseris:qui etiam gaudent in malis quos tradidit deus in concupiscentias cor
dis eorum:velut quæreretur vnde possint cognosci:qui in abscondito ira dei adimpleti sunt:
& responderetur qđ in euangelio dictũ est:Ex fructibus eorum cognoscetis eos: cõtinuo sub- Matth.7.
iunctum est:Saturati sunt filiis:hoc est fructibus: qđ euidentius dicitur operibus suis. Vnde
alibi legitur:Parturiuit iniustitiam:cõcepit dolorem:& peperit iniquitatem.Et alibi:Dein cõ Psal.7.
cupiscentia cum conceperit parit peccatum . Mali ergo filii mala opera:quibus cognoscũtur: Iacobi.1.
& qui de absconditis dei iudiciis internis cogitationum suarum tanq̃ in vent rem adimpleti
sunt.Bona opera boni filii sunt. Vnde ad sponsam ecclesiam dicitur: Dẽtes tui sicut grex de- Canti.4.
tonsarũ ascendens de lauacro:quæ omnes geminos creant:& sterilis non est in illis. In quo ge-
mino foetu:geminum opus dilectionis agnoscitur : dei scilicet & proximi. In quibus duobus Matth.22.
præceptis tota lex pendet & prophetæ.Iste autem sensus quo ita exponitur qđ scriptũ est:Sa-
turati sunt filiis:non mihi occurrerat:cum ante rescriberem:sed recensui breuissimã quandã
eiusdem psalmi expositionem quã iam olim dictaueram:& hoc satis breuiter a me positum re
peri.Inspexi etiam codices græcos:vtrum datiuus casus esset:qđ dictũ est filiis : an genitiuus:
quo illa lingua vtitur pro ablatiuo: & inueni genitiuũ. Quod si ad verbum interpretaretur:
scriptum esset:Saturati sunt filiorum:sed recte interpres sententiam secutus est:& latino mo
re dixit:Saturati sunt filiis. Qđ vero sequitur:Et relinquerunt reliquias paruulis suis:existi
mo paruulos accipiendos manifestos carnis filios. Vnde etiam secũdum istam:nõ de porcina:

Matth.27. sed de filiis expositionē:manet illa sententia qua dixerūt: Sanguis huius super nos & sup filios nostros.Ita enim reliquerūt operū suorum reliquias paruulis suis. In quindecimo autem
Psal.15. psalmo:qđ scriptū est: Mirificauit: vel mirificet omnes volūtates suas inter illos:nihil prohibet intelligi:immo & cōuenientius videtur non inter illos:sed in illis.Sic enim & græci codices habent.Sæpe autem qđ habet illa lingua in illis: nostri interpretantur inter illos:vbi videtur sentētia cōuenire. Accipiamus ergo:Sanctis qui sunt in terra eius: mirificauit omnes voluntates suas in illis:qđ pleriq codices habent.Et intelligamus voluntates eius: munera gratiæ:quæ gratis data est:id est/quia voluit:non quia debebatur. Vnde est:Scuto bonæ volūtatis tuæ custodisti nos:Et in volūtate tua deduxisti me: Et volūtarie genuit nos verbo veritatis:Et pluuiā voluntariā segregans deus hęreditati tuæ:Et diuidens propria vnicuiq prout vult:& alia innumerabilia.Proinde:Mirificauit omnes voluntates suas in illis. In quibus:nisi in sanctis qui in terra sunt eius? Si enim terra sicut supra ostendimus potest accipi in bono:& vbi non additū est eius:quātomagis vbi dicitur terra eius!Miras enim fecit omnes volūtates suas in illis.Miras oīno fecit:quia eos ex desperatione mirabiliter liberauit.Ex hac admiratione exclamat apostolus:O altitudo diuitiarū sapientiæ & scientiæ dei . Supra quippe dixerat: Cōclusit ergo deus oēs in infidelitate vt omniū misereatur.Nam hoc etiā hic sequitur: Multiplicatæ sunt ifirmitates eorū postea accelerauerūt.Infirmitates posuit pro peccatis:sicut ad Romanos apostolus dicit: Si enim Christus cū infirmi essemus adhuc iuxta tēpus pro impiis mortuus est:hos dixit infirmos quos impios.Deinde paulopost eandē sententiā repetēs: Commēdat(inquit) suā charitatē deus in nobis: quoniā cū adhuc peccatores essemus:Christ⁹ pro nobis mortuus est.Quos infirmos supra:eos hic peccatores appellauit.Item in cōsequentibus hoc idem aliis verbis versans:Si enim cū inimici essemus(iquit) recōciliati sumus deo p mortem filii eius.Ac per hoc in eo qđ dictum est:Multiplicatæ sunt infirmitates eorū:intelliguntur multiplicata peccata eorū.Lex enim subintrauit vt abūdaret delictū.Sed quoniā vbi abūdauit delictū superabūdauit gratia:ideo postea accelerauerūt. Non enim venit ille vocare iustos sed peccatores:quia nō est opus sanis medicus sed ægrotātibus:quorū scilicet multiplicatæ sunt infirmitates:vt eis sanandis esset necessaria tantæ gratiæ medicina: et cui dimittuntur peccata multa diligeret multū.Hoc cinis vaccæ & aspersio sanguinis & cruentarū multiplicatio victimarū significabat:nō efficiebat.Iō deinceps dicit:Nō cōgregabo cōuenticula eorū de sanguinib⁹:id est illorū sacrificiorū quæ immolabātur in figura sanguinis Christi. Nec memor ero nominū eorum per labia mea.Nomina quippe illorū erant in multiplicatiōe infirmitatum:Fornicatores:idolis seruientes:adulteri:molles:masculorū concubitores:fures:auari:raptores:ebriosi:maledici:& quicūq alii regnū dei non possidebunt.Sed vbi abundāte peccato superabūdauit gratia:postea accelerauerūt.Hęc quidē fuerūt: sed abluti sunt:sed sanctificati sunt:sed iustificati sunt ī nomine domini nostri Iesu Christi:& in spiritu dei nostri.Ideo non memor erit nominū illorū per labia sua.Sane codices emēdatiores & electioris authoritatis:nō habēt volūtates suas:sed volūtates meas:qđ tantūdem valet:quia ex persona filii dei dicitur.Ipse quippe loquitur:quē verba illa euidēter ostēdūt : quib⁹ & apostoli vsi sunt:Nō derelinques animā meā in inferno:nec dabis sanctū tuum videre corruptionē.Eadem sunt,vtiq munera gratiæ patris & filii & spiritussancti.Et ideo rectissime & filius eas potest dicere volūtates suas.Qđ vero in psalmo.lviii.de iudæis intelligitur: dicēte: Ne occideris eos ne quādo obliuiscātur legis tuæ:cōuenienter mihi videt intelligi ita esse prænuntiatū: eādem gentem etiam debellatā atq subuersam in populi victoris superstitiones nō fuisse cessurā:sed in veteri lege mansurā:vt apud eam esset testimoniū scripturarū toto orbe terrarū: vnde ecclesia fuerat euocanda.Nullo enim euidētiore documēto ostēditur gentibus:qđ saluberrime aduertitur:non inopinatū & repentinū aliquid institutū spiritu præsumptionis humanæ: vt Christi nomen in spe salutis æternæ:tanta authoritate prępolleat:sed olim fuisse prophetatū atq cōscriptū.Nam ipsa pphetia quid aliud nisi a nostris putaretur esse conficta: si non de inimicorum codicibus probaretur! Ideo ne occideris eos:ne ipsius gentis nomen extinxeris:ne quando obliuiscantur legis tuæ. Quodvtiq fieret si ritus & sacra gentiū colere compulsi penitus qualecunq nomen religionis suæ minime retinerent . Quod in eorum figura etiam de Cain scriptum est: q constituit in eo dominus signum: ne quis occideret eum . Deniq cum dixisset: Ne occideris eos ne quando obliuiscantur legis tuæ:velut quæreretur: quid de illis esset faciendum ; vt in aliquos vsus testimonii veritatis non occidantur : id est non consumantur

Marginal references: Vbi supra. Psal.5. Psal.72. Iacobi.1. Psal.67. 1.Corin.12. Psal.15. Roma.11. Vbi supra. Psal.15. Roma.5. Matth.9. Psal.15. Eph.5. Actuū.2. Psal.58. Gen.4. Psal.58.

neq; obliuiscantur legis dei:continuo subiunxit: Disperge illos in virtute tua. Si enim in vno
loco essent terrarum:non adiuuarent testimonio prædicationē euangelii:quę fructificat toto
orbe terrarum. Ideo disperge illos in virtute tua:vt eius ipsius cuius fuerunt negatores:perse
cutores:interfectores:vbiq; sint testes per ipsam legem quam nō obliuiscuntur: in qua est ille
prophetatus quem non sequuntur. Neq; enim eis aliquid prodest q: eam non obliuiscuntur.
C Aliud est enim legē dei habere in memoria:aliud in intellectu & effectu. In.lx.autē &.vii.psal
mo:qđ quæris quid sit: Verūtamen deus conquassabit capita inimicorū suorum:verticem ca Psal.67.
pilli perambulantiū in delictis suis:non mihi videtur aliud dictum: q̄ deus conquassabit capi
ta inimicorum suorum:nimiū superbientiū: nimium se extollentium in delictis suis. Per hy
perbolen quippe significauit superbiam:tantum se extollentē: & tanta elatione incedētem:
quasi capilli verticem perambulando calcaret. Item in eodem psalmo:qđ scriptum est: Lingua Vbi supra.
canum tuorum ex inimicis ab ipso:non semper in malo accipiendi sunt canes: Alioquin nō re Esa.56.
prehenderētur apud prophetā canes:nescientes latrare:& amantes dormitare. Profecto enim
laudabiles canes essent:si & latrare scirent: & vigilare amarent. Et certe illi trecenti in nume
ro per crucis literam sacratissimo non eligerentur ad victoriam faciendā: qui tanq̄ canes lam
berent aquā:nisi aliquid magnum significarēt. Vigilant enim & latrant boni canes: & pro do Iudic.7.
mo & pro domino & pro grege & pro pastore. Deniq; & hic in ecclesiæ laudibus:cum prophe
tia exereretur:lingua canum est cōmemorata non dentes. Tuorum autem canum dixit ex ini
micis: id est vt qui erant inimici tui fierent canes tui: & latrarent pro te qui sæuiebant in te.
Addidit autē: Ab ipso:vt non a seipsis hoc factum intelligerent:sed ab ipso:id est misericordia
D eius & gratia. De prophetis qđ ait apostolus: Quosdam quidem dedit deus in ecclesia aposto Eph.4.
los:quosdam autem prophetas:hoc ita intelligo qđ ipse scripsisti:prophetas eos dictos isto lo
lo ex quibus Agabus erat:non illos qui venturum in carne dominū prophetauerunt. Euange
listas vero inuenimus quos apostolos fuisse non legimus: Sicut fuerunt Lucas & Marcus. Pa
stores autem & doctores quos maxime vt discernerem voluisti:eosdē puto esse sicut & tibi vi
sum est:vt non alios pastores:alios doctores intelligamus: sed ideo cum prædixisset: pastores:
subiunxisse doctores:vt intelligerēt pastores ad officium suum pertinere doctrinā. Ideo enim
non ait: Quosdam autem pastores quosdam vero doctores: sed cum superiora ipso locutionis
genere distingueret dicendo:quosdā autem apostolos:quosdā autem prophetas:quosdā vero
euangelistas:hoc tanq̄ vnum aliquid duobus nominibus amplexus est:quosdam autem pasto
E res & doctores. Illa plane difficillime discernitur: vbi ad Timotheū scribens ait: Obsecro itaq; 1.Timoth.2
primū omnium fieri obsecrationes:orationes:interpellationes:gratiarūactiones. Secundum
grecum enim eloquiū discernenda sunt. Nam nostri interpretes vix reperiuntur:qui ea dili
genter & scienter transferre curauerint. Ecce enim sicut ea ipse posuisti: Obsecro fieri obsecra
tiones:non eodem verbo vtrūq; dixit apostolus:qui vtiq; græce illam scripsit epistolā:sed pro
eo qđ in latino est obsecro: ille græce dixit παραχαλεω. Pro eo vero qđ latinus vester habet
obsecrationes:ille posuit δεησισ. Proinde alii codices in quibus & nostri sunt:non habēt obse
crationes:sed deprecationes. Tria porro quæ sequūtur:orationes:interpellationes: gratiarū
actiones:plęriq; latini codices sic habent. Vnde si velimus secūdum latinæ linguæ proprieta
tes ista discernere:more loquendi nostrā vel qualēcunq; scientiam fortasse tenebimus. Sed mi
rum si sententiā græci sermonis vel consuetudinis obtinebimus. Precationē & deprecationē
multi nostri hoc idem putant: & hoc quotidiano vsu iam omnino pręualuit. Qui autē distin
ctius latine locuti sunt:precationibus vtebātur in optandis bonis:deprecationib⁹ vero in de
uitādis malis. Precari enim dicebāt esse precādo & bona optare. Imprecari mala: qđ vulgo iā
dicitur maledicere. Deprecari autē mala precando depellere. Sed vsitatū iam loquendi modū
potius sequamur: & siue precationes siue deprecationes inuenerim⁹: qđ greci δεησισ vocāt:
non putemus emendandū esse. Orationes vero:quas græcus habet προσευχασ:distinguere
a precibus vel precationibus omnino difficile est. Qđ vero quidā codices nō habent oratio
nes sed adorationes:quia nō dictū est in gręco ευχασ:sed προσευχασ:nō arbitror sciēter in
terpretatū. προσευχασ enī oratiōes dici a græcis notissimū est. Et vtiq; aliud est orare: aliud
est adorare. Deniq; nō isto verbo:sed alio legitur in græco: Dominū deum tuum adorabis: Et Matth.4.
adorabo ad tēplum sanctum tuū: & siqua similia. Pro interpellationibus autē quod nostri ha Psal.5.
bent:secundum codices credo vestros postulationes posuisti. Hæc interim duo: id est qđ alii
postulationes:alii interpellationes interpretati sunt: vnum verbū transferre voluerunt quod

græcus habet ερτευξισ:Et profecto aduertis:Sed nosti aliud esse interpellare:aliud postulare. Non enim solemus dicere:postulant interpellaturi:sed interpellant postulaturi. Veruntamen ex vicinitate verbum vsurpatű:cui propinquitas ipsa impetrat intellectum:nō est velut censoria notatione culpādum. Nam & de ipso domino Iesu Christo dictum est: φ interpellat pro
Roma.8. nobis. Nunquid non interpellat & nō etiam postulat? Immo vero quia postulat: pro eo positű
1.Ioan.2. est:interpellat. Euidenter quippe alibi de eo dicitur: Et si quis peccauerit:aduocatű habemus ad patrem Iesum Christum iustum:ipse est exoratio pro peccatis nostris. Q̄ʒq̄ fortassis codices apud vos etiam in eo loco de domino Iesu Christo nō habent interpellat pro nobis:sed postulat pro nobis. In græco enim quo verbo hic positæ sunt interpellationes: quas ipse posuisti F
postulationes:ipsum & illic verbum est vbi scriptum est:interpellat pro nobis. Cum igitur & qui precatur & qui orat precetur:& qui interpellat deum:ad hoc interpellet vt oret & precetur:quid sibi vult φ ista ita posuit apostolus:vt non sit eorum negligenda distinctio? Excepto itaq; nomine generali:& salua loquendi consuetudine: secūdum quam siue dicas precationē: siue orationem:siue interpellationem:vel postulationem:vna eadēq; res intelligitur. Aliqua etiam singulorű istorum proprietas inquirenda est:sed ad eam liquido peruenire difficile est. Multa quippe hinc dici possunt quæ improbanda non sint: sed eligo in his verbis hoc intelligere:qđ omnis vel pene omnis frequētat ecclesia: vt precationes accipiamus dictas quas facimus in celebratione sacramentorű:anteq̄ illud qđ est in domini mensa incipiat benedici:orationes cum benedicitur & sanctificatur:& ad distribuendum cōminuitur: quā totam petitionem fere omnis ecclesia dominica oratione concludit. Ad quem intellectum etiam verbi græci origo nos adiuuat. Nā eam quā dicunt ευχηυ: raro ita scriptura ponit vt intelligatur oratio: sed plærunq; & multo vsitatius votum appellatur ευχηυ.προσευχηυ vero: qđ verbum ita positum est vnde tractamus:semper orationem vocat. Vnde hāc verbi originem (sicut superius dixi) nonnulli minus erudite intuentes: προσευχηυ non orationem sed adorationem dicere voluerunt:quæ potius προσευχεσισ dicitur. Sed quia oratio interdum dicitur vocari ευχη: adoratio putata est προσευχη. Porro si vsitatius vt dixi in scripturis votum appellatur ευχη: excepto nomine generali orationis: ea proprie intelligenda est oratio quam facimus ad votum:id est προσευχηυ. Vouentur autem omnia quæ offeruntur deo:maxime sancti altaris oblatio:quo sacramento prædicatur nostrum aliud votum maximű:quo nos nouimus in Christo esse mansuros:vtiq; in compage corporis Christi. Cuius rei sacramentum est:
1.Corin.10. φ vnus panis vnum corpus multi sumus. Ideo in huius sanctificatione & distributionis præparatione:existimo apostolű iussisse proprie fieri προσευχασ:id est orationes:vel (vt nōnulli minus perire interpretati sunt) adorationes:hoc est enim ad votum:qđ vsitatius in scripturis nuncupatur ευχη. Interpellationes autem siue/vt vestri codices habēt/postulationes fiűt cum populus benedicitur: Tunc enim antistites velut aduocati:susceptos suos manus impositionem misericordissimę offerunt potestati. Quibus peractis & participato tanto sacramento:gratiarűactio cuncta concludit: quā in his etiam verbis vltimā commendauit apostolus. Hæc autem causa præcipua fuit ista dicendi:vt his breuiter perstrictis atq; significatis nō pu
1.Timoth.2 taretur negligendum esse quod sequitur: Pro omnibus hominibus/pro regibus/& his qui in sublimitate sunt: vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & charitate:ne quisq̄ sicut se habet humanæ cogitationis infirmitas: existimaret non esse ista facienda pro his a quibus persecutionem patiebatur ecclesia: cum membra Christi ex omni essent homi-
Vbi supra. num genere colligēda. Vnde adiungit & dicit: Hoc enim bonum & acceptum est coram saluatore nostro deo:qui omnes homines vult saluos fieri: & in agnitionem veritatis venire. Et ne quisq̄ diceret posse esse salutis viam in bona conuersatione:& vnius dei omnipotentis cul-
1.Timoth.2 tu:siue participatione corporis & sanguinis Christi: Vnus enim deus inquit: & vnus mediator dei & hominum/homo Christus Iesus: vt illud quod dixerat: Omnes homines vult saluos fieri: nullo alio modo intelligatur præstari nisi per mediatorem: non deum quod semper
Ioan.1. verbum erat:sed hominem Christum Iesum:cum verbum caro factum est & habitauit in no-
Roma.11. bis. Vnde nec illud moueat te:quod de iudæis idem apostolus ait: Secundum euangeliű quidem inimici propter vos:secundű electionē autē dilecti ꝑpter patres. Altitudo quippe illa di- G
uitiarű sapiētiæ & scientię dei:& illa inscrutabilia iudicia eius:& inuestigabiles vię eius:hinc fidelibus cordibus magnam ingerunt admirationem: qui de illius sapientia pertingente a fine vsq; ad finem fortiter & omnia suauiter disponente non dubitant: quid sit φ ei placet:vt

nascãtur:crescant ac multiplicentur hi:quos etsi malos ipse non fecit:tamẽ malos futuros es-
se præsciuit.Nimis enim consiliũ eius in abdito est:quo etiã malis bene vtitur ad profectũ bo-
norum:etiam in hoc mirificans omnipotentiã bonitatis suæ:quia sicut illorũ nequitiæ est ma
le vti bonis operibus eius:sic illius sapiẽtiæ est bene vti malis operibus eorũ.Hanc igitur alti-
tudinem sacramẽti sic commendat apostolus:Nolo vos ignorare fratres hoc sacramẽtum:vt Roma.11.
non sitis vobis sapientes:quia cęcitas ex parte in israel facta est:donec plenitudo gentium in-
traret:& sic omnis israel saluus fieret.Ex parte dixit:quia non omnes excæcati sunt.Erant eñ
ex illis qui Christum cognouerunt.Plenitudo autẽ gentium in his intrat: qui secũdum pro-
positum vocati sunt:& sic omnis israel saluus fiet:quia & ex iudæis & ex gẽtibus qui secundũ
propositũ vocati sunt:ipsi verus sunt israel.De quo dicit idem apostolus:Et super israel dei.Il
los autem dicit israel secũdum carnem:Videte inquit israel secũdum carnem. Deinde inter-
ponit testimoniũ prophetæ: Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatẽ ab Iacob: & hoc Esa.59.
illis a me testamentum cum abstulero peccata eorum:non vtiq; omnium iudæorũ sed electo-
H rum.Hinc adiungit ea quæ inquirenda posuisti:Secundum euangeliũ quidem inimici ꝓpter
vos.Pretium quidem redemptionis nostræ sanguis est Christi:qui vtiq; nõ nisi ab inimicis pó
tuit occidi. Hic est ille vsus malorũ in prouectũ bonorũ.Quod vero adiungit:Secũdum ele-
ctionẽ autẽ dilecti propter patres: hinc ostẽdit non illos inimicos: sed electos esse dilectos. Sed
scripturę mos est ita loqui de parte tanq̃ de toto: Sicut Corinthios ĩ primis epistolæ suæ par-
tibus ita laudat tanq̃ omnes tales sint:cum essent laudabiles quidam eorũ:& postea in nõnul-
lis epistolæ ipsius locis:ita reprehendit tanq̃ omnes culpabiles essent propter quosdam qui ta
les erant.Istam diuinarũ scripturarũ consuetudinẽ per omne corpus literarũ eius creberrime
sparsam:quisquis diligenter aduerterit:multa dissoluit quæ inter se vidẽtur esse cõtraria.Ini
micos ergo alios dicit: alios dilectos: Sed qui in vno populo erant velut eosdẽ ipsos dicere vi-
detur: q̃q̃ & ex ipsis inimicis qui crucifixerunt dominũ plærĩq; conuersi sunt & apparauerũt
electi.Tunc electi quãdo conuersi quantũ ad saluris initium:quantũ vero ad dei præsciẽtiam
non tunc electi:sed ante cõstitutionem mundi:sicut idem dicit apostolus:ꝙ elegerit nos ante Ephe.1.
mundi constitutionem. Duobus itaq; modis : ipsi inimici qui dilecti:siue quia in vno populo
vtriq; fuerãt:siue quia ex inimicis sæuientibus vsq; ad sanguinẽ Christi:quidã eorũ dilecti fa-
cti erant secũdum electionem quæ latebat in præsciẽtia dei. Ad hoc enim addidit:propter pa
tres:quia id quod patribus promissum est oportebat impleri:sicut circa finem epistolæ ad Ro
manos ait:Dico enim Christum ministrum fuisse circũcisionis propter veritatem dei ad con Ro.15.
firmandas promissiones patrum:gentes autem super misericordia glorificare deũ. Secũdum
istam misericordiã dictum est:Inimici propter vos:qđ & supra dixerat:Illorũ delicto salus gẽ-
tibus.Cum autem dixisset:Secundũ electionem propter patres:addidit:Sine pœnitẽtia enim Ro.11.
sunt dona & vocatio dei. Vides certe illos significari:qui pertinent ad numerũ prædestinato-
rum:De quibus alio loco dicit: Scimus quia diligẽtibus deum omnia cooperãtur in bonum:
his qui secũdum propositũ vocati sunt sancti. Multi enim sunt vocati:pauci vero electi. Qui Ro.8.
vero electi:ipsi sunt secũdum propositum vocati: in quibus dei proculdubio præscientia falli Matth.22.
non potest.Hos præsciuit & prędestinauit conformes imaginis filii sui: vt sit ipse primogeni-
tus in multis fratribus.Quos autem prædestinauit:illos & vocauit.Hęc vocatio est secundũ
propositum:hæc est sine pœnitẽtia.Quos autem vocauit:illos & iustificauit:Quos autem iu
stificauit:illos & glorificauit. Si deus pro nobis: quis contra nos? Non sunt in ista vocatione
qui in fide quæ per dilectionem operatur: etiã si aliquantulũ ambulant/non perseuerant vsq;
in finem.Et vtiq; potuerunt rapi:ne malitia mutaret intellectum eorum:si ad illam prędesti- Sap.4.
nationem & vocationem quæ secũdum propositum & sine pœnitentia est:pertinerent. At ne
quisq̃ præsumptor ita de occultis iudicet alienis:vt dicat:ideo non rapti sunt ex hac vita an-
teq̃ essent fidei desertores:quia in eadem vita non fideliter ambulabant: & hoc in eorum cor-
dibus nouerat dominus:q̃uis hominibus aliter appareret:quid dicturus est de infantulis par
uulis:qui plærĩq; accepto in illa ætate christianæ gratiæ sacramento: cum sine dubio perti-
nerent ad vitam æternam regnumq; cælorum si continuo ex hac vita emigrarent: finuntur
crescere: & nonnulli etiam apostatæ fiunt: vnde nisi quia non pertinent ad illam prædesti-
nationem: & secundum propositum:ac sine pœnitentia vocationem? Cur autem ad eam alii
pertineant alii non pertineãt:occulta causa esse potest:iniusta non potest. Nũquid eñ iniqui-
I tas apud deum? Absit. Nam & hoc ad illam pertinet altitudinem iudiciorũ:quã mirans tanq̃

expauit apostolus. Ideo quippe illa iudicia vocat:ne quisq̃ talia fieri putet: siue iniquitate:si-
ue temeritate facientis: siue casu & fortuito labentibus vllis partibus iam dispositorũ sub tā-
Col. 2. ta sapientia dei sæculorũ. In epistola porro ad Colossenses quod scriptũ est: Nemo vos seducat
volēs in humilitate:& cętera quę sequũtur: quousq; tibi obscura esse dixisti: nec ego adhuc si-
ne caligine intelligo. atq; vtinā præsens de me ista quæsisses. In eo quippe sensu: quē mihi his
verbis habere videor: adhibēda est quædā pronũtiatio in vultu & modo vocis: qui exprimi li
teris non potest: vt ex aliqua parte aperiatur: quod ideo fit obscurius: quia non recte sicut exi-
stimo pnũtiatur. Quod enim scriptũ est: Ne tetigeritis: ne gustaueritis: ne attaminaueritis:
tanq̃ præceptũ putatur apostoli: nescio quid tangere: gustare: attaminare prohibentis. Cōtra
est autē: si tamē in tanta obscuritate ista non fallor. Per irrisionē quippe verba posuit eorum: a
quibus eos nolebat decipi atq; seduci: qui discernētes cibos secundũ culturā angelorũ: atq; ita
de hoc mũdo decernētes dicunt: Ne tetigeritis: ne gustaueritis: ne attaminaueritis: cum sint
omnia munda mundis: & omnis creatura dei bona sit. Qđ in alio loco ipse euidenter cōmen-
dat. Totam ergo ipsius sententiæ circũstantiam videamus. Ita enim apostoli intētione perspe K
cta: sensum eius quātum valemus fortasse tenebimus. Quibus enim ita scribit: metuebat eos
seduci vmbris rerum dulci nomine scientiæ: & auerti a luce veritatis: quæ est in Christo Iesu
domino nostro. Hanc autē sub nomine sapientiæ vel scientiæ curam vanarum superfluarum
ve obseruationum: & de superstitione gentilitatis: maximeq; ab eis qui philosophi sunt nũcu
pati: & a iudaismo cauēda esse cernebat: vbi erant vmbræ futurorum remouēdæ: quoniam lu
men earum iam Christus aduenerat. Cum ergo cōmemorasset & commendasset quātum cer
Col. 2. tamen pro eis haberet: & pro his qui Laodiciæ fuerant: & quicunq; non viderant faciem eius
in carne: vt cordibus consolarentur copulati in charitate: & in omnibus diuitiis plenitudi-
nis intellectus: ad cognoscēdum mysterium dei quod est Christus: in quo sunt omnes thesau
ri sapientiæ & scientiæ absconditi: Hoc dico inquit vt nemo vos circũueniat in verisimili ser-
mone. quia veritatis amore ducebātur: verisimilitudinē illis timuit ne deciperentur. Et ideo
cōmendauit in Christo: q dulcissimũ habebant thesaurum: scilicet sapientiæ & scientiæ: cu-
ius nomine & promissione induci poterant in errorem. Nam etsi corpore inquit absens sum:
spiritu vobiscum sum: gaudens & videns vestram ordinationē: & id quod deest fidei vestrę in
Christo. Ideo illis timebat: quoniam quid eis adhuc deesset videbat. Sicut ergo accepistis in-
quit Iesum Christum dominum nostrum: in ipso ambulate radicati & superædificati in ipso:
& cōfirmati in fide sicut & didicistis: abũdātes in ea gratiarũactione. Vult eos fide nutriri: vt
capaces fiant participandorum thesaurorũ sapientiæ & scientiæ qui sunt absconditi in Chri-
sto: ne anteq̃ sint ad hæc idonei: verisimili sermone capiantur & a veritatis itinere deuient.
Deinde apertius quid eis timeat ostendens: Videte inquit ne quis vos decipiat per philoso-
phiam & inanem seductionem secũdum traditionem hominum: secundum elementa mũdi:
& non secundum Christum: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.
Ideo corporaliter dixit: quia illi vmbraliter seducebant: translato verbo vsus: sicut etiam vm
bræ nomen in his rebus non est vtiq; verbũ proprium: sed quadā similitudinis ratione trāsla-
Col. 2. tum. Et estis in illo inquit repleti: qui est caput omnis principatus & potestatis. Per principa-
tus enim & potestates superstitio gētilium vel philosophi seducebant: prædicantes illam quā
vocant theologiam per elementa huius mundi. Caput autem omniũ Christum: principium
Ioh. 8. omniũ voluit intelligi: sicut ipse ait cum ei dictum esset: Tu quis es? Respondit: Principiũ qui
Ioh. 1. & loquor vobis. Omnia enim per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Mirabiliter au
tem vult eos esse horũ velut mirabiliũ cōtemptores: cum eos ostendit corpus factos illius ca-
Col. 2. pitis: dicendo: Et estis in illo repleti: qui est caput omnis principatus & potestatis. Hinc iā ne
vmbris iudaismi seducant adiũgit: In quo etiā circũcisi estis circũcisione nō manufacta in ex-
poliatione corporis carnis: Vel sicut aliqui habēt: In expoliatiōe corporis peccatorum carnis
circuncisionis Christi: consepulti ei in baptismum: in quo & consurrexistis per fidem opera-
tionis dei: qui suscitauit illum a mortuis. Vide quēadmodum & hic corpus Christi eos osten
dit: vt ista contemnant: cohærentes tanto capiti suo: mediatori dei & hominum Christo Ie-
su: & nullum falsum vel inualidum medium per quod deo cohæreant requirentes. Et vos
inquit cum essetis mortui in delictis & præputio carnis vestræ. Præputium vocauit quod
significatur præputio: hoc est delicta carnalia quibus expoliandi sumus. Viuificauit inquit
cum illo donans vobis omnia delicta: delens quod aduersus nos erat chirographum in decre-

tis:quod erat contrarium nobis:quia reos lex faciebat: quæ ſubintrauerat vt abundaret deli-
ctum.Tollens inquit illud de medio & affigẽs illud cruci:exuens ſe carnem principatus & po
teſtates exemplauit:fiducialiter triumphans eos in ſemetipſo:nõ vtiq; bonos:ſed malos prin
cipatus & malas poteſtates:diabolicas ſcilicet & dęmoniacas exemplauit:id eſt exemplũ de il
lis dedit:vt quẽadmodum ipſe ſe exuit carne:ſic ſuos oſtẽderet exuendos carnalib⁹ vitiis:per
L quæ illi eis dominabãtur.Iam hic diligẽter attende quẽadmodũ inferat propter qđ cũcta iſta
cõmemorauimus.Nemo ergo vos inquit iudicet in cibo:tanq̃ propterea oĩa illa dixerit:quia
iſti per huiuſmodi obſeruationes ſeducebãtur a veritate qua liberi fiebãt.De qua dictũ eſt in
euangelio:Et veritas liberabit vos:id eſt liberos faciet.Nemo ergo vos inquit iudicet in cibo:
aut in potu aut in parte diei feſti aut neomeniæ aut ſabbatorũ:qđ eſt vmbra futurorum. hoc Ioan.8.
propter iudaiſmũ.Deinde ſequitur propter ſuperſtitiones gẽtilium:Corpus autẽ Chriſti in-
quit:nemo vos cõuincat.Turpe eſt inquit & nimis incongruũ:& a generoſitate veſtræ liber-
tatis alienũ:vt cũ ſitis corpus Chriſti:ſeducamini vmbris:& cõuinci videamini veluti peccã
tes:ſi hæc obſeruare negligitis.Corpus ergo Chriſti:nemo vos cõuincat volens in humilita-
te cordis.Hoc ſi per verbũ græcum diceretur:& in latina cõſuetudine populari:ſonaret vſita
tius.Sic eñ & vulgo dicitur.Qui diuitem affectat θέλω diues:& qui ſapientẽ θέλω ſapiẽs:
et cætera huiuſmodi.Ergo & hic θέλω humilis:qđ plenius dicitur θέλωρ humilis:id eſt vo
lens humilis:affectans humilitatẽ:qđ intelligitur:volẽs videri humilis : affectãs humilitatẽ.
Hoc eñ in talibus obſeruationibus agitur:vt cor hominis velut religione humile reddatur.
Addidit autẽ & culturam angelorũ:vel ſicut veſtri codices habent:religionẽ angelorũ : quæ
gręce θρησκεία dicitur:angelos volens intelligi principatus:quos elementorũ mundi huius
præpoſitos:in his obſeruationibus colendos eſſe arbitrãtur.Nemo ergo vos inquit cõuincat
cũ ſitis corpus Chriſti:volens videri humilis corde in cultura angelorũ:quæ non vidit incul
cans:Vel ſicut quidam codices habent:Quæ vidit inculcans.Aut eñ ſic dicere voluit:Quę
non vidit inculcans:quia homines iſta ſuſpitionibus & opinionibus agũt:nõ ꝙ viderint iſta
eſſe facienda.Aut certe quę vidit inculcans:ideo magna exiſtimans:quia vidit ea quibuſdam
locis obſeruari alibi ab hominibus quorũ authoritati haberet fidem etiã ratione nõ reddita:
et ideo ſibi magnus videtur:quia ei cõtigit quorundã ſacrorũ videre ſecreta.Sed plenior ſen-
ſus eſt:quæ non vidit inculcans:fruſtra inflatus mente carnis ſuæ. Mirabiliter ibi eum dixit
inflatũ mente carnis ſuæ:vbi θέλω humilem ſupra dixerat.Fit eñ miris modis in anima ho-
minis vt de falſa humilitate magis infletur:q̃ ſi apertius ſuperbiret. Et non tenens inquit ca- Col.2.
put:qđ vult Chriſtũ intelligi:ex quo omne corpus cõpactum:& connexum:ſubminiſtratũ et
copulatum creſcit in incrementũ dei.Si ergo mortui eſtis cũ Chriſto ab elementis huius mũ
M di:quid adhuc velut viuẽtes de hoc mundo decernitis?His dictis inſerit verba eorum qui de
cernunt de hoc mundo per has obſeruationes quaſi rationabiles affectata vanitate humilita-
tis inflati:Ne tetigeritis:ne guſtaueritis:ne attaminaueritis.Recolam⁹ qđ dictũ eſt ſuperius: Vbi ſupra.
vt hoc intelligamus.Non vult eñ eos in his obſeruationibus iudicari vbi dicitur:Ne tetige-
ritis:ne guſtaueritis:ne attaminaueritis:quę ſunt omnia inquit in corruptionẽ per abuſionẽ.
Omnia hæc inquit magis ad corruptionẽ valent:cũ ſuperſtitioſe ab his abſtinetur : vt eis ho-
mo abutatur:id eſt non eis vtatur ſecundũ præcepta & doctrinas hominũ.Hoc planũ eſt: ſed
qđ ſequitur multũ requiris.Quæ ſunt quidẽ rationem habentia ſapientię in obſeruatione &
humilitate cordis & vexatione corporis: Vel ſicut alii interpretati ſunt: Ad non parcendum
corpori:non in honore aliquo ad ſaturitatẽ carnis.Cur inquis hęc dicit rationẽ habere ſapien
tiæ:quæ ita reprehendit?Dicam ꝙ & ĩ ſcripturis potes aduertere:ſępe ſapientiã poſitam etiã
in ſedibus mundi huius:quã dicit expreſſius ſapientiã huius mundi. Nec moueat ꝙ hic non
addidit:mundi.Non eñ & alio loco:cũ ait: Vbi ſapiens:vbi ſcriba: addidit huius mũdi:vt di 1.Cor.1.
ceret vbi ſapiens huius mundi:& tamen hoc intelligitur.Sic & iſta ratio ſapientiæ.Nihil eñ
ab eis dicitur in huiuſmodi ſuperſtitioſis obſeruationibus:vbi nõ mundi huius elementa na-
turaliũq; rerum /ratio quædã ſapientiæ reddi videatur.Nam & cũ dicit:Cauete ne quis vos
decipiat per philoſophiam:non ait:huius mundi.Et quid eſt philoſophia latine niſi ſtudium
ſapientiæ?Sunt ergo inquit iſta rationẽ quidem habentia ſapientię:id eſt de quibus aliqua ra
tio reddatur:ſecundũ elementa mundi huius & principatus ac poteſtates in obſeruatione &
humilitate cordis.Id eñ agunt iſta:vt ſuperſtitionis vitio cor humilietur ad non parcẽdum
corpori:dum fraudatur iſtis eſcis:quibus cõpellitur abſtinere:nõ in honore aliquo ad ſaturi-

tatē carnis:nō φ honoratius illo magis q̄ illo cibo caro saturaretur:cū ad eius necessitatē non
pertineat:nisi a quolibet valitudini apto alimēto refici atq; fulciri. De euāgelio inquisitio tua N
solet multos mouere:quomodo dn̄s post resurrectionē:cū ī eodē corpore surrexerit:a quibus-
dā qui eū nouerāt vtriusq; sexus hominibus & agnitus nō sit & agnitus sit. Vbi primū quęri
solet:vtrū in eius corpore:an potius ī illorū oculis aliquid factū sit:quo nō posset agnosci? Cū
Luc.24. em̄ legitur: Tenebātur oculi eorū ne agnoscerēt eū:impedimentū quoddā agnoscēdi videt̄ in
Marci.16. luminibus factū esse cernētium. Cū vero aperte alibi dicit̄: Apparuit eis ī alia effigie : vtiq; in
ipso corpore cuius alia erat effigies:aliquid factū fuisse quo impedimēto tenerent̄:id est morā
agnoscēdi paterent̄ oculi illorū. Sed ego miror cū duo sint in corpore:quibus cuiusq; species
agnoscat̄:liniamēta & color : cur ante resurrectionē:φ in monte ita trāsfiguratus est vt fieret
vultus eius splēdidus sicut sol:neminē mouet eū vsq; ad tantā excellentiā fulgoris & lucis co
lorē sui corporis mutare potuisse: & post resurrectionē mouet aliquatenus:liniamēta mutata
esse vt nō posset agnosci. Et rursum eadē potētiæ facultate:sicut tunc pristinū colorem: sic et
post resurrectionē pristina liniamēta reuocasse. Nam & illi tres discipuli ante quorū oculos in
monte transfiguratus est:nō eū agnoscerēt si ad eos talis aliunde venisset:sed quia cū illo erāt
ipsum esse certissime retinebāt. At em̄ corpus ipsum erat in quo resurrexit:quid hoc ad rem?
Nam illud vtiq; ipsum corpus erat:in quo in monte transfiguratus est: & ipsum erat iuuenis
in quo natus est: & tamen si quis eū repente iuuenem vidisset:qui non nisi infantulū nosset:nō
vtiq; agnosceret. An vero ad liniamenta mutanda non potest celeriter dei potestas:q̄d potest
Ioan.20. per annotū moras hominis ætas? Q̄d autem Mariæ dixit: Noli me tangere:nondum em̄ ascē-
di ad patrem:nihil aliud noueris me intellexisse q̄ tu. Ita em̄ significare voluit tactum specia-
lem:id est accessum fidei se requirere:qua creditur eum excelsum esse cum patre: Et φ ab illis
duobus in fractione panis est agnitus:sacramentum esse quo nos in agnitionē suam cōgregat
Luc.2. nullus debet ambigere. De verbis Simeonis:vbi ait virgini matri domini: Et tuam ipsius ani
mam pertransibit framea:in alia epistola cuius exemplum etiam modo misi:dixi quid mihi vi
deatur:q̄d etiam tibi inter caetera visum est. Et quod adiunxit: Vt denudentur multorū cor
dium cogitationes:hoc intelligendum puto:quia per domini passionem: & insidiæ iudæorū
et discipulorum infirmitas patuit. Tribulationem igitur:gladii nomine significatam esse cre O
dibile est:quo materna anima vulnerata est doloris affectu. Ipse fuit gladius in ore persecuto-
Psal.58. rum:de quibus in psalmo dicitur: Et gladius in ore eorum. Ipsi enim erāt filii hominum:quo-
Psal.56. rum dentes arma & sagittæ: & lingua eorum gladius acutus . Nam & ferrum q̄d pertransiit
animam Ioseph:pro dura tribulatione positum ferrum mihi videtur. Aperte quippe dicitur:
Psal.104. Ferrum pertransiit animam eius donec veniret verbum eius:id est tandiu fuit in dura tribu
latione donec fieret q̄d prædixit. Hinc enim magnus est habitus: & ab illa tribulatione libera
tus. Sed ne humanæ sapientiæ tribueretur φ venit verbum eius:id est factum est quod præ-
dixit:more suo scriptura sancta deo inde dat gloriam : et continuo subiungit: Eloquium do-
mini igniuit eum. Vt potui non defui interrogationibus tuis : adiutus orationibus tuis : et P
ipsis quas misisti disputationibus tuis. Cum enim interrogando disputas : & quæris acriter:
et doces humiliter. Vtile est autem vt de obscuritatibus diuinarum scripturarum:quas exer
citationis nostræ causa deus esse voluit:multæ inueniantur sentētiæ:cum aliud alii videtur:
quæ tamen omnes sanæ fidei doctrinæq; concordent. Dabis sane veniam stilo meo multum se
stināti:vt iam in naui constituto occurrerem perlatori. Filium autem nostrum Paulinum in
Christi charitate dulcissimum:in hac potius epistola resaluto: & paucis vt festinus exhortor:
vt misericordiæ domini qui sciens dare auxilium de tribulatione:eum turbulentissima tem-
pestate misit in portum:quo tu pelago tranquilliore permeasti:ipsi marinæ tranquillitati mi
nime credens: & qui eius rudimentis excipiendis atq; nutriendis te dedit:gratias agat quan-
tas potest: & omnia ossa eius dicant: Domine quis similis tibi? Non enim vberiore fructu le-
git vel audit me docentem ac disserentem:vel quibuslibet exhortationibus accēdentem:q̄ in-
spicit te viuentem. Resalutant sanctam & syncerissimā benignitatem tuam conserui mei qui
mecum sunt. Condiaconus autem noster Peregrinus : ex quo a me profectus est : cum sancto
fratre nostro Vrbano:quando episcopatus sarcinam subire perrexit:nondum remeauit Hip-
ponem. Saluos eos tamē in nomine Christi & literis eorum & fama nuntiante cognoscimus.
Compresbyterum Paulinum: & omnes qui tua præsentia in domino perfruuntur:germano
salutamus affectu.

Sancti Augustini ad Cęcilianũ præsidẽ:vt circa Hipponensem diœcesim ita inuigilare
velit contra hæreticos:quemadmodum in aliis Africæ partibus fecerit:exorantis.

Epistola.LX.

Q DOmino eximio:& in Christi charitate vere merito honorabili ac suscipien-
do filio Cęciliano: Augustinus. Administrationis tuę claritas & fama vir-
tutũ:pietatis quoq; christianæ laudãda diligẽtia & fida syncęritas:quæ ti-
bi diuina munera eo donante gaudes tributa:a quo speras promittente po
tiora:excitauerũt me vt hoc epistolari alloquio:æstus causarũ mearũ/excel
lentiæ aperirem tuæ. Quantũ eñ per alias Africæ terras te vnitati catholi
cæ mirabili efficacia consuluisse gaudemus:tantũ dolemus regionẽ hippo
nensium:& ei vicinas partes:confines Numidię:pręsidali edicti tui vigore:nondum adiuuari
meruisse:domine eximie & i Christi charitate meritoq; honorabilis ac suscipiende fili. Qđ ne
meæ potius negligentię deputetur:qui episcopalem sarcinã Hippone sustineo:tuę magnificẽ
tiæ non tacendũ putaui. Quãtum etiã in campo Hipponẽsi hæretica præsumat audacia:si ex
fratribus & collegis meis:qui hęc tuę sublimitati narrare potuerint:vel ex presbytero quem
cum literis misi:fueris audire dignatus:adiuuãte domino deo nostro: proculdubio prouide-
bis vt tumor sacrilegæ vanitatis:terrendo sanetur potius:q̃ vlciscendo resecetur.

Beati Augustini ad Dulcitiũ tribunũ:quemadmodum oporteat hæreticis respondere
qui cum cędibus ecclesiam vastare non possint:in seipsos tamẽ crudelissimi:proprio exitio eã
terrere se credant:instituentis: Ac deinde authoritatibus plurimis:nemini sibiipsi mortẽ in-
ferre licere:edocentis.

Epistola.LXI.

DOmino eximio & honorabili filio Dulcitio: Augustinus salutẽ in domino. De isto dul
R Non debui contẽnere petitionẽ tuam:qua desyderasti a me institui:quẽad citiovide.2.
modũ te oporteat hæreticis respondere:quorũ salus in domini misericor- Retrac.59.
dia:instantia quoq; tuę strenuitatis inquiritur. Q̃uis eñ ingentes eorum et.63.
multitudines:vnde plurimũ gratulamur:quidã tamen eorũ & deo & ho-
minibus miserabili instinctu furoris ingrati:nisi suis cædibus nos vastare
non possunt:suo nos exitio terrere se credunt:aut lætitiam suã quærentes
de mortibus nostris:aut tristitiam nostrã de mortibus suis. Sed nõ debet cor tantorũq; popu
lorũ salutem:furiosus error hominũ impedire paucorũ. Quid eis velimus nõ solũ deus & pru
dentes homines:verũetiam ipsi cũ sint nobis inimicissimi sentiunt. Cũ eñ suæ prouincię ter-
rendos putant:non dubitant nos timere ne pereant. Sed quid faciamus:videntes q; multi ad-
iuuante domino per occasionẽ vestram viam pacis inueniant. Nunquid prohibere nos possu-
mus vel debemus ab hac vnitatis instantia:dũ metuimus ne quidã durissimi & in seipsos cru
delissimi:non nostra sed propria voluntate se perdant? Optaremus quidẽ vt omnes qui cõtra
Christũ portant signũ Christi:& contra euãgelium de ipso euangelio qđ non intelligunt glo
riantur:a sua peruersitate discederent. Sed quoniã deus occulta satis dispositione : sed tamen
iusta nonnullos eorũ poenis prędestinauit extremis: proculdubio melius incõparabili nume-
rositate:plurimis ab illa pestifera diuisione & dispersione redintegratis atq; collectis : quidam
suis ignibus pereunt:quoniã pariter vniuersi sempiternis ignibus gehennatũ merito sacrile-
gę dissensionis ardebunt. Sic eñ pereuntes dolet ecclesia:quẽadmodũ rebellẽ filiũ sanctus Da
uid:de cuius salute seruanda/sollicita dilectione mandauerat. Nam eũ merito nefandę impie
tatis extinctum:etiam cũ testimonio lachrymosę vocis ingemuit. Verũtamen superbo & ma
ligno discedente:in locum suum populus dei qui fuerat illius tyrannide diuisus agnouit re-
S gẽ suũ:& de amisso filio mœrorẽ patris/perfectio consolata est vnitatis. Non itaq; reprehendi
mus domine eximie & honorabilis fili:q; tales homines apud Taniugadẽ/prius edicto admo-
nendos existimasti:sed qđ ibi dixisti:noueritis vos debitæ neci dandos : putauerunt sicut eo-
rũ rescripta indicant:hoc te fuisse cõminatũ: q; tu illos apprehensos fueras occisurus:non in-
telligentes de illa nece:quã ipsi sibi volunt ingerere:te locutũ. Non eñ tu in eos ius gladii vl-
lis legibus accepisti:aut imperialibus constitutis:quorũ tibi iniuncta est executio: hoc præce-
ptũ est vt necentur. Secundo sane edicto dilectionis tuæ planius quid volueris aperuisti. Q2
autẽ etiam ipsum episcopum illorũ putasti literis alloquendũ:humanissime ostendisti: quãta
mansuetudine tẽperati sint in catholica ecclesia:etiam qui potestate christiani imperatoris : si
ue terrendo siue plectendo corrigẽdis præficiuntur erroribus:nisi q; honorificentioribus eũ

verbis tractasti q̃ decebat hæreticum. Sed q eius responsioni me respondere voluisti: credo te arbitratum etiam hoc Taniugadensibus debere præstare: vt fallax doctrina ipsius a quo seducebantur aliquanto diligẽtius refellatur: verum nos & occupatissimi sumus: & iam plurimis opusculis nostris huiusmodi vaniloquia refutauimus. Iam enim nescio quotiẽs disputando & scribendo monstrauimus: non eos posse habere martyrum mortem: quia christianorum non habent vitã: cũ martyrẽ nõ faciat pœna sed causa. Docuimus etiã liberum arbitrium sic homini datum: vt tamen & diuinis legibus & humanis rectissime grauium supplicia constituta sint peccatorum: & pertinere ad religiosos reges terræ: non solum adulteria vel homicidia vel huiusmodi alia flagitia seu facinora: verũetiã sacrilegia: seueritate congrua cohibere: multumq illos falli qui putant a nobis istos tales suscipi: quales sunt: quia nõ eos rebaptizamus. Quomodo enim tales suscipiuntur quales sunt cum sint hæretici: & ad nos transeundo fiant catholici! Neq enim propterea corda deprauata non licet corrigi: quia sacramenta semel data non licet iterari. De mortibus autem furiosissimis: quas quidam eorum ipsi sibi inferunt: T
de quibus solent detestabiles & abominabiles esse: multis etiã suis quorũ mentes dementia nõ tanta possedit: eis secundũ scripturas rationemq christianorum sæpe respondimus: quoniam

Ecclesiastici.14. scriptum est: Qui sibi nequã cui bonus! Aut certe in eisdem positum tẽtationibus: mori volentem occidit & proximũ: qui sibi expedire & licere putat occidere seipsum: quoniam scriptura dicit: Diliges proximum tuum tanq̃ teipsum. Nullis autem iubentibus legibus vel legitimis potestatibus: non licere alterum occidere: etiam volentem & petentem: & viuere iam non valentem: satis indicat scriptura Regnorum: Vbi rex Dauid regis Saulis interfectorem iussit occidi: cum ille dixisset ab eo iam saucio atq semiuiuo petitum se fuisse vt hoc faceret: et animam corporeis nexibus obluctãtem solui q cupientem: vno ictu vulneris ab illis cruciatibus liberaret. Proinde quia omnis qui sine vlla legitimæ potestatis authoritate hominem occidit: homicida est: quisquis seipsum occidit non fit homicida si nõ homo est. Hæc omnia multimodis in aliis plurimis nostris sermõibus & literis diximus. Verũtamen quod fatẽdum de V
(Leuit.19. Matth.22. 2.Reg.1.)

2.Macca.14 isto Razio seniore: quem summa exemplorum inopia coartati se in maccabæorum libris quasi ad authoritatem sceleris: qu o seipsos perdũt: perscrutatis omnibus ecclesiasticis authoritatibus: vix aliquando se inuenisse gloriãtur: adhuc eis nunq̃ respondisse me recolo: sed qđ tuæ charitati & prudentibus quibusq sufficiat ad istos redarguendos: si ad vitam christianorum de iudæa gente atq illis literis parati sunt oĩm sanctorũ exempla trãsferre: tunc & hoc transferant. Si autem illic sunt plurima eorum quoq hominum: qui literarum illarũ veritate laudati sunt: vel huic iam tempori non conuenientia: vel etiam illo tempore non recte facta: tale etiam hoc est qđ in seipsum Razius iste commisit: qui cum esset & apud suos nobilis & multum in iudaismo profecisset: quæ sibi in comparatione iustitiæ christianæ: damna & stercora fuisse dicit apostolus: & propter hoc idem Razius iudæorum pater appellatur: quid mirum est si tã homini elatio superba subrepsit: vt mallet manu propria perimi: q̃ post illam in suorum aspectibus celsitudinẽ / sustinere indignam in hostium manibus seruitutem! Solent in literis gẽtium ista laudari. In his autem maccabæorum libris: quis homo fuerit ipse laudatus: factũ tamen eius narratum est non laudatũ: & iudicandum potius q̃ imitandum: quasi ante oculos cõstitutũ: nõ sane nostro iudicio iudicãdũ: quod nos quoq vt hoĩes habere possem[9]: sed iudi-

Ecclesiastici.2. cio doctrīę sobrię: q̃ i ipsis quoq libris veterib[9] clara est. lõge q̃ppe fuit iste Razi[9] a verbis illis v bi leg if. Oĩe qđ tibi applicitũ fuerit accipe: & in dolore sustine: & in hũilitate tua patientiã

2.Mac.14. habe. Nõ ergo fuit istevir eligẽdę mortis sapiẽs: sed ferendæ hũilitatis ĩpatiens. Scriptũ est: q voluerit nobiliter et viriliter mori: sed nũquid ideo sapiẽter! Nobiliter. s. ne libertatẽ sui gñis captiu[9] amitteret. Viriliter aũt: q tãtas vires animi haberet: qbus idone[9] esset vt se ipse pmeret: qđ gladio cũ implere nõ posset: de muro se præcipitẽ dedit. & sic adhucviuus abruptã cucurrit ad petrã: atq ibi exanguis intestina sua produxit: quę vtraq manu dissipata spargebat in populũ: ac dei de postea defessus occubuit. Magna hęc sunt: nec tamẽ bona. Nõ eñ bonũ est

Exo.23. oĩe qđ magnũ est: quoniã sunt magna etiã mala. Deus dixit: Innocentẽ & iustũ ne occidas. Si ergo iste innocẽs & iustus nõ fuit: cur proponiť imitãdus! Si autẽ inocẽs & iustus fuit: quare interfector inocẽtis & iusti. i. ipsius Razii insup putať esse laudãdus! Hęc interim ne nimiũ prolixa fiat: huic eplę implẽdę satis sint. Debeo autẽ Taniugadẽsibus eiusmodi ministeriũ charita-

2.Retr.59. tis: qm̃ mihi & noto tuo & ab honorabili & charissimo filio meo Eleusino: q tribunatũ apud eos egit: bene ĩsinuati sunt: vt ambab[9] epistolis Gaudẽtii Donatistarũ episcopi: & maxime po

fteriori: quā fcdm fcripturas factas fe feciffe arbitrat: ita refpōdeā ne aliqd pretermiffū putetur.

Sancti Auguftini ad Celeftinū diaconū: Quō charitas libēter gaudenterq̧ recipienda fit: receptaq̧ repetenda: & q̄ cū reddif: adhuc debeaf: explanantis.

Epiftola.LXII.

X  Ominovenerabili nimiūq̧ defyderabili: fancto fratri & condiacono Celeftino Auguftinus in domino falutem. Quis longe abfens fuerim: quando per Proiectum clericum ad me directa Hipponē fanctitatis tuæ fcripta venerunt: Tamen poftea q̄ veni: eifq̧ lectis /refcriptorum debitorem me factū effe cognoui: reddendi tempus opperiebar: & ecce fubito profecturi a nobis chariffimi fratris noftri Albini acolythi: gratiffima occurrit occafio. De tua igitur quę mihi exoptatiffima eft falute lętatus: fanctitati tuę falutationem debitam reddo. Semper autem debeo charitatem: quę fola etiam reddita: femper detinet debitorem. Reddif enim cum impenditur: debetur autem etiam fi reddita fuerit: quia nullum eft tempus quando impendenda iam non fit: nec cum redditur amittitur: fed potius reddendo multiplicatur: habendo enim redditur non carendo. Et cum reddi non poffit nifi habeatur: nec haberi poteft nifi reddatur: Immo etiam cum redditur ab homine: crefcit in homine: & tanto maior acquiritur: quanto pluribus redditur. Quomodo autem negatur amicis: quæ debetur & inimicis? Sed & inimicis tanta impenditur: amicis fecura rependitur. Agit tamen quantum poteft: vt ab his etiam quibus pro malis bona retribuit: id recipiat quod impēdit. Optamus quippe fieri amicum quem veraciter diligimus inimicum: quia non eum diligimus nifi velimus bonū: quod vtiq̧ non erit nifi amiferit inimicitiarum malum. Non ergo fic impēditur charitas vt pecunia. Excepto enim q̄ impendendo illa diminuitur: hæc augetur: etiam illo inter fe differunt: q̄ pecuniā cui dederimus tunc ei beniuolentiores erimus fi recipere non quæramus. Nō autem poteft effe verus charitatis impēfor nifi fuerit benignus exactor: quoniam pecunia cū recipitur accedit cui datur: fed recedit a quo datur: Charitasvero non folum apud eū crefcit qui hanc ab eo quem diligit exigit: etiam fi non recepit: fed etiam ille a quo eam recepit: tūc incipit habere cū reddit. Proinde domine frater mutuam tibi charitatem libēs reddo gaudēfq̧ recipio: quā recipio adhuc repeto: quā reddo adhuc debeo. Vnum eñ magiftrum apud quem condifcipuli fumus: per eius apoftolum docibiles audire debemus præcipientem ac dicentem Nemini quicq̄ debeatis: nifi vt inuicem diligatis.

Sancti Auguftini ad eundem Cælestinū: libros fuos quos contra manichæos cōfcripfit repetentis: Et de triplici naturarum diftributione differentis. Ro.13.

Epiftola.LXIII.

Y  Vguftinus Cælestino. O vtinā poffem affidue tibi aliquid dicere. Id aūt aliquid eft: vt curis exueremur inanibus: & curis indueremur vtilibus. Nam de fecuritate nefcio vtrū quicq̄ in hoc mūdo fperandū fit. Scripfi nec recepi vlla refcripta. Mifi aduerfum manichæos libros quos paratos & emēdatos mittere potui: nec quicq̄ ex illis iudicii motufq̧ noftri notū mihi factū eft. Nūc eos repetere iā me: vos autē reftituere cōuenit. Peto itaq̧ ne differatis eos remittere cum refcriptis quib⁹ noffe cupio qd de illis geritis: vel adhuc ad illū errorē expugnādū qd armaturę vobis op⁹ effe arbitremini. Sane qm̄ te noui: accipe hoc quoddā grāde & breue. Eft natura p locos & tēpora mutabilis: vt eft corp⁹. Et eft natura p locos nullo modo: fed tm̄ p tēpora etiā ipfa mutabilis: vt aīa. Et eft natura q̄ nec p locos nec p tēpora mutari pōt: hoc de⁹ eft. Qd hic infinuaui quoquo modo mutabile: creatura dicif: qd immutabile creator. Cū aūt oīe qd effe dicim⁹: inquātū manet dicam⁹: & inquantū vnū eft: oīs porro pulchritudinis forma vnitas fit: vides pfecto ī ifta diftributiōe naturarū: qd fumme fit qd infime: & tñ fit qd medie: maiufq̧ infimo & minus fūmo fit. Summū illud eft ipa beatitas. Infimū qd nec beatū effe pōt nec miferū. Qd vero mediū: viuit īclinatiōe ad infimū mifere: cōuerfione ad fummū beate viuit. Qui chrifto credit: nō diligit infimū: nō fupbit in medio: atq̧ ita fummo inhærere fit idoneus: & hoc eft totū qd agere iubemur: monemur: accēdimur. 8. de Gen. ad literam ca.25.&.26 ī fentē. dif. 37.c.& duobus fe.

Beati Auguftini ad Aurelium epifcopum: eidem de fua beniuolentia gratias agentis: de illiufq̧ fagacitate & integritate in ecclefia Africana plurimum fructum fperātis: Atq̧ de conuiuationibus & comeffationibus ab ecclefia proiiciendis feuere laborantis.

Epiftola.LXIIII.


Vrelio episcopo: Augustinus presbyter. Qua gratia respondere literis san Z
ctitatis tuae: cum diu haesitans non reperirem. Omnia enim vicit affectus animi mei: quem iam sponte surgentem lectio epistolae multo ardentius excitauit. Commisi me iam deo qui pro viribus meis operaretur in me: vt ea rescriberem: quae vtrique nostrum studio in domino & cura ecclesiastica pro tua praestantia & mea obsecundatione congruerent. Atque illud primum: quod orationibus meis te adiuuari credis: non solum non defugio: verumetiam libenter amplector. Ita enim etsi non meis vel certe tuis me dominus nunc exaudiet. Quod fratrem Alipium in nostra coniunctione mansisse: vt exemplo sit fratribus curas mundi huius vitare cupientibus: beniuolentissime accepisti: ago gratias quas nullis verbis explicare possim: dominus hoc rependat in animam tuam. Omnis itaque fratrum coetus qui apud nos coepit coalescere: tanta tibi praerogatiua obstrictus est: vt locis terrarum tantum longe disiunctis ita nobis consulueris: tanquam praesentissimus spiritu. Quapropter precibus quantum valemus incumbimus: vt locum tibi commissum tecum dominus sustinere dignetur: nec te vspiam deserere: sed adesse adiutor in opportunitatibus: faciens cum ecclesia sua misericordiam per sacerdotium tuum: quale spiritales viri vt faciat lachrymis eum gemitibusque interpellant. Scias itaque domine beatissime & plenissima charitate venerabilis: non desperare nos: immo sperare vehementer quod dominus & deus noster per authoritatem personae quam geris: quam non carni: sed spiritui tuo impositam esse confidimus: multas carnales foeditates & egritudines quas Africana ecclesia in multis patitur: in paucis gemit: conciliorum grauitate & tua possit sanare. Cum enim apostolus tria & breuiter genera vitiorum detestanda & vitanda vno in loco posuerit: de quibus innumerabilium peccatorum exurgit seges: vnum horum quod secundo loco posuit acerrime in ecclesia vindicatur: duo autem reliqua: id est primum & vltimum: tolerabilia videntur hominibus: atque ita paulatim fieri potest: vt nec vitia iam putentur. Ait enim vas electionis: Non in comessationibus et
Ro.13. ebrietatibus: non in cubilibus & impudicitiis: non in contentione & dolo: sed induite vos dominum Iesum Christum: & carnis curam ne feceritis in concupiscentiis. Horum ergo trium cubilia et impudicitiae tam magnum crimen putantur: vt nemo dignus non modo ecclesiastico ministerio: sed ipsa etiam sacramentorum communione videatur: qui se isto peccato maculauit: Et recte omnino. Sed quare solum? Comessationes enim & ebrietates ita concessae & licitae putantur: vt in honorem etiam beatissimorum martyrum: non solum per dies solennes (quod ipsum quis non lugendum videat qui haec non carnis oculis inspicit?) sed etiam quotidie celebrentur. Quae foeditas si tantum flagitiosa & non etiam sacrilega esset: quibuscunque tolerantiae viribus sustentandam putaremus. Quanquam vbi est illud: quod cum multa vitia enumerasset idem apostolus: inter quae posuit ebriosos: ita conclusit: vt diceret cum talibus nec panem edere? Sed feramus haec in luxu & labe domestica: & eorum conuiuiorum quae priuatis parietibus continentur: accipiamusque cum eis corpus cum quibus panem edere prohibemur: saltem de sanctorum corporum sepulchris: saltem de locis sacrorum: de domibus orationum tantum dedecus arceatur. Quis enim audet negare priuatim: quod cum frequentatur in sanctis locis honor martyrum nominatur? Haec si prima Africa tentaret auferre a caeteris terris: imitatione digna esse deberet. Cum vero & per Italiae maximam partem: et in aliis omnibus aut prope omnibus transmarinis ecclesiis: partim quia nunquam facta sunt: partim quia vel orta vel inueterata sanctorum & vere debita futura cogitantium episcoporum diligentia & animaduersione extincta atque deleta sint: dubitamus quomodo possumus tantam morum labem vel proposito tam lato exemplo emendare. Et nos quidem illarum partium hominem habemus episcopum: vnde magnas deo agimus gratias: quanquam eius modestiae atque lenitatis est: eius denique prudentiae & sollicitudinis in domino: vt etiam si afferrent cito illi de scripturis persuaderetur curandum quod licentiosa & maledibera consuetudo vulnus inflixit. Sed tanta pestilentia est huius mali: vt sanari prorsus quantum mihi videtur nisi concilii authoritate non possit: Aut si ab vna ecclesia inchoanda est medicina: sicut videtur audaciae mutare conari quod Carthaginensis ecclesia tenet: sic magnae impudentiae est velle seruare: quae Carthaginensis ecclesia correxit. Ad hanc autem rem quis alius episcopus esset optandus: nisi is quem diaconus execrabatur? Sed quod erat tunc dolendum: nunc auferendum est non aspere: sed sicut scriptum est: In spiritu lenitatis & mansuetudinis. Dant enim mihi fiduciam literae tuae indices grauissimae charitatis: vt tecum tanquam mecum audeam colloqui. Non ergo aspere quantum existimo: non duriter: non modo imperioso ista tolluntur: magis docendo quam iubendo: magis monendo quam minando.

Margin notes: 44.dist.ca. comessationes. — 1.Cor.5. — 9 — Gal.6. — 44.dist.ca. comessationes.

Sic enim agendum est cũ multitudine peccantium. Seueritas autem exercenda est in peccata
paucorum. Et si quid minamur: cum dolore fiat: de scripturis cõminando vindictam futurã:
ne nos ipsi in nostra potestate: sed deus in nostro sermone timeatur. Itaq; prius mouebuntur
spiritales vel spiritalibus proximi: quorum authoritate & lenissimis quidẽ sed instantissimis
admonitionibus caetera multitudo frangatur. Sed quoniam istae in cimiteriis ebrietates & lu
xuriosa conuiuia: non solum honores martyrum in carnali & imperita plebe credi solent: sed
etiam solatia mortuorum: mihi videtur facilius illi dissuaderi posse istam foeditatem ac turpi
tudinem: si & de scripturis prohibeatur: & oblationes pro spiritibus dormientium: quas ve-
re aliquid adiuuare credendum est: super ipsas memorias nõ sint sumptuosę: atq; omnibus pe
tentibus sine typo & cum alacritate praebeantur neq; vęndantur. Sed si quis aliquid pecuniae
offerre voluerit: in praesenti pauperibus eroget. Ita nec deserere videbuntur memorias suo-
rum: qđ potest gignere non leuem cordis dolorem: & id celebrabitur in ecclesia quo pie & ho
neste celebratur. Haec enim interim de comessationibus & ebrietatibus dicta sint. De conten-
A tione autem & dolo quid me attinet dicere: quando ista vitia non in plebe: sed in nostro nume
ro grauiora sunt? Horum autem morborum mater superbia est: & humanae laudis auiditas:
quae etiam hypocrisim saepe generat. Huic non resistitur nisi crebris diuinorum librorum te
stimoniis incutiatur timor & charitas dei: si tamen ille qui hoc agit seipsum praebeat patien-
tiae atq; humilitatis exemplum: minus sibi assumendo q̃ offertur: sed tamen ab eis qui se ho-
norant: nec totum nec nihil accipiendo: & id qđ accipitur laudis aut honoris: non propter se
qui totus coram deo esse debet & humana contẽnere: sed propter illos accipiatur quibus con
sulere non potest si nimia deiectione vilescat. Ad hoc enim pertinet qđ dictum est: Nemo iuuẽ 1. Timot. 4.
tutem tuam contẽnat: cũ hoc ille dixerit: qui alio loco ait: Si hominibus placere vellem: Chri- Gal. 1.
sti seruus non essem. Magnum est de honoribus & laudibus hominum non lętari: sed omnem
pompam inanem praecidere: & si quid inde necessarium retinetur: id totum ad vtilitatem ho
norantium salutemq; conferre. Non enim frustra dictum est: Deus confringet ossa hominum Psal. 52.
placere volentium. Quid enim languidius: quid tam sine stabilitate ac fortitudine / qđ ossa si
gnificant / q̃ homo: quem male loquentium lingua debilitat: cum sciat falsa esse quae dicũtur?
Cuius rei dolor nullo modo animae viscera dilaniaret: si non amor laudis ossa eius confringe-
ret. Praesumo de robore animi tui. Itaq; ista quae tecum confero mihi dico: dignaris tamen cre
do mecum considerare: q̃ sint grauia: q̃ difficilia. Non enim huius hostis vires sentit: nisi qui
ei bellum indixerit: quia & si cuiq̃ facile est laude carere dum denegatur: difficile est ea non
delectari cum offertur: & tamen tanta mentis in deum debet esse suspensio: vt si non merito
laudemur: corrigamus eos quos possumus: ne arbitrentur aut in nobis esse quod non est: aut
nostrum esse qđ dei est: aut ea laudent: quae q̃uis non desint nobis: aut etiam supersint: nequa-
q̃ tamen sunt laudabilia: velut sunt bona omnia quae vel cum pecoribus habemus communia
vel cum impiis hominibus. Si autem merito laudamur: propter deum gratulemur eis quib⁹
placet verum bonum: non tamen pro his quia placemus hominibus: sed si coram deo tales su
mus quales nos esse credunt: & non tribuitur nobis sed deo: cuius dona sunt omnia quae vere
meritoq; laudantur. Haec mihi ipse canto quotidie: vel potius ille cuius salutaria praecepta
sunt quaecunq; siue in diuinis lectionibus inueniuntur: siue quae intrinsecus animo suggerũ
tur: & tamen vehementer cum aduersario dimicans: saepe ab eo vulnera capio: cum delectatio
nem oblatę laudis mihi auferre non possum. Haec propterea scripsi: vt si tuae senectuti iam nõ
B sunt necessaria: siue q; pluta huiusmodi ipse cogites atq; vtiliora: siue q; tuae sanctitati medici
na ista non opus sit: mala tamen mea nota sint tibi: sciasq; vnde pro mea infirmitate deum ro-
gare digneris: qđ vt impensissime facias: obsecro per humanitatem illius qui praeceptũ dedit:
vt inuicem onera nostra portemus. Multa sunt quae de vita nostra & conuersatione deflerem
quae nollem per literas ad te venire: sed inter cor meum & cor tuum / nulla essent ministe-
ria praeter os meum & aures tuas. Si autem venerabilis nobis omniumq; nostrum tota syn-
ceritate charissimus (cuius in te vere fraternam cum praesens essem benignitatem studi-
umq; perspexi) senex Saturninus dignatus fuerit quando opportunum videbit ad vos ve-
nire: quicquid cum eius sanctitate & speciali affectu colloqui potuerimus: aut non mul-
tum distabit: ac si cum tua dignatione id ageremus. Quod si nobiscum ab eo petere atq; im-
petrare digneris: tantis precibus posco: quantis verba nulla sufficiunt. Absentiam enim
meam tantũ longe Hipponenses vehemẽter nimisq; formidãt: neq; vllo modo mihi sic volũt

credere:vt & ego vobis. Agrũ fratrib⁹ datũ prouisione & liberalitate tua didicimus ante epi stolã tuã:per sanctũ fratrẽ & cõseruum nostrũ Partheniumːa quo multa alia quæ audire desy derabamus audiuimus. Præstabit dominus vt etiã cætera quę adhuc desyderamus impleant.

Sancti Augustini ad Paulinũ & Therasiã:q̃ quęstiunculã sibi ꝓpositã nimis breuiter expli cuerit cõquereris: & qualiter nostrę volũtati diuinã voluntatẽ pręferre debeamus enodantis.

Epistola.LXV.

C



Anctis & deo dilectis:merito venerabilib⁹:& multũ desyderabilib⁹ fratrib⁹ Paulino & Therasię: Augustinus in dño salutẽ. Charissimus frater Celsus cũ rescripta repeteret:debitũ reddere festinaui. Sed vere festinaui. Cum eñi eũ putarẽ adhuc aliquot dies nobiscũ remoraturũ:repente cõperta occasio ne nauigii:mihi prodianã suã profectionẽ iam nocte suggessit. Quid facerẽ cũ eũ tenere nõ possem: & quia advos cũ quibus ei melius esset properabat: nec si possem deberẽ? Proinde pauca illico hęc arripui dictãda atq̃ mittẽda: prolixionis epistolæ me cõfidẽs debitorẽ:cũ post reditũ venerabiliũ fratrũ nostrorũ collegarũ Theasii & Euodii:primũ nostri ex parte satiatus fuero. Vberius eñi ad vos in eorũ pectoribus et orationib⁹ nos esse vẽturos iãiamq̃ in Christi nomine atq̃ adiutorio speramus. Cũ hęc scri beremus etiã pervnanimẽ filiũ nostrũ Carthagustinẽsis ecclesię presbyterũ Fortunatianũ Ro mã nauigaturũ:aliã epistolã paucis ante diebus iã dederã. Nunc ergo qđ soleo rogo:vt qđ so letis faciatis. Oretis pro nobis vt videat deus humilitatẽ nostram & laborem nostrum: & di mittat oĩa peccata nostra. Colloqui autẽ vobiscũ talia cupio(si dignemini)literis:qualia col loqui possemus si coram vestris sensibus adessemus. Ecce illam quęstiunculam quã nuper pro posueram:tanq̃ si præsens pręsenti inter dulces loquelas obderem: plane christiano intellectu et deuotione soluisti:sed nimis cursim & breuiter. Posset quippe aliquanto diutius & vberius habitare gratia oris tui:si cũ dixisses ita te illo quo feliciter vteris loco perseuerare decreuisse vt si quid de te aliud domino placuerit:eius voluntatem pręferas tuę:id ipsum aliquãto aper tius explicares:quonam modo voluntatem dei quæ nostræ voluntati præponẽda est:noueri mus: Vtrũ tantum in ea re quã propterea præferre deberemus:quia & inuiti cogeremur. Ibi enim fit quidem qđ volumus. Sed ideo nos cogimur vt velimus:quia ille vult cuius volunta tis nec excellentiam fas est recusare:nec omnipotẽtiam licet euitare:sicut Petrum alter cinxit et tulit quo noluerat:verũtamen quo nollet iit:sed volens mortem subegit. Aspera manet ibi vbi est potestas non mutare sententiam:q̃uis aliud occurrat : in quo potius appareat volũtas dei ad imitandam sententiam nos vocantis:non quia nostra mala erat:sed in qua recte perma neret:nisi ab illo in alteram vocaremur. Neq̃ eñi malum fuit Abraæ nutrire & educare filiũ quo posset quãtum in ipso esset vsq̃ ad finẽ vitę suę:sed repẽte iussus occidere: mutauit vtiq̃ non prius malã sententiam:sed quę mala esset si potius submutata non esset. Hinc quoq̃ non dubito nihil aliud videri tibi:sed plærũq̃ non voce de cælo:nõ per prophetã:nõ per reuelatio nẽ:vel somnii vel excessu mẽtis : qui dicitur extasis:sed rebus ipsis accidentibus:& ad aliud q̃ statueramus vocantibus cogimur agnoscere dei voluntatem aliam q̃ erat nostra. Qꝫ si profi cisci statueremus : & aliquid oriretur qđ consulta de officio nostro veritas vetaret deserere: aut decernentibus ibi manere nuntiaretur aliquid qđ eadem veritate consulta nos compelle ret proficisci:ex hoc tertio genere causarum mutandæ sententiæ quid tibi videatur peto me cũ plenius & enodatius colloquaris. Sæpe nos quippe conturbat:& difficile est nos aliquid qđ magis faciendum erat omittere:dum illud mutare volumus:in quo prius permanere statue ramus:non quidem malum:verum iam ideo malum:quia id qđ potius agendũ est occurrens deseritur. Quod si non occurreret:non solum sine vituperatione sed etiam cum laude:in illo priore perduraretur. Hic non falli difficile est:hic omnino vox prophetica præualet: Delicta

D

Psal.18. quis intelligit? Hinc oro participem me facias cogitationum tuarum: quid in talibus vel face re soleas vel faciendum esse reperias.

Sancti Augustini & Alipii ad Maximum medicum ciuem:vt suos qui ecclesię catholi cæ nondum sunt incorporati:docere non differat: quemadmodum vnum deum in trinitate cultu latriæ adorare debeant:rogantis. Et quomodo de trinitate credere & sentire oporteat explanantis.

Epistola.LXVI.

E Omino eximio meritoq; honorabili & religioso fratri Maximo: Alipius & Augustinus in dño salutē. Cū a scō fratre & coepiscopo nro Peregrino de tua tuorūq; nō corporali sed spirituali salute præcipue quæreremus: de tua quidē lætos: de tuorū vero tristes nos eius respōsa fecerūt: q nō sunt ecclesiæ catholicæ salubri correctione sociati. Et quia id cito futurū sperabam⁹: adhuc nō esse factū dolem⁹: dñe eximie meritoq; honorabilis & religiose frater. Proinde charitatē tuā in dñi pace salutātes: & præcipimus & rogam⁹: vt eos qđ didicisti docere nō differas: vnū scilicet deū esse solū cui seruit⁹ illa debeť: q̄ latria græco vocabulo nūcupať. Ipm eñ verbū est in lege vbi scriptū est: Dñm deū tuū adorabis: & illi soli serui es. Quē si deū patrē tantūmodo dixerim⁹: respondebiť nobis: ergo latria filio non debeť: qđ nefas est dicere. Si aūt debeť: quō ergo vni tantū debeť deo si & patri & filio debetur nisi quia vnus cui per latriā seruire iussi sumus: ita diciť solus vt & pater intelligatur & fili⁹: immo vero etiā spirituſſanct⁹? De illo quippe dicit apostolus: Nescitis quia corpora vestra tēplū sunt in vobis spirituſſancti quē habetis a deo & non estis vestri. Empti enim estis magno pretio: glorificate deū & portate in corpore vestro. Quē deum nisi spiritumſanctū: cuius corpora nostra dixerat esse templū? Debeť ergo latria spirituiſancto. Nam si templū facere: sicut Salomon fecit: de lignis & lapidib⁹ iuberemur: vtiq; faciendo templū latriā exhibere conuinceremur: quantomagis latriā debemus cui nō templū facim⁹ sed sum⁹? Ac per hoc si pri & filio & spirituiſancto latria debetur & exhibetur a nobis: de qua dictum est: Dominū deum tuum adorabis & soli illi serui es: proculdubio dñs deus noster cui soli per latriā seruire debem⁹ non est pater solus: nec filius solus: nec solus spirituſſanctus: Sed ipsa trinitas vnus deus solus pater & filius & spirituſſanctus: non vt pater sit ipse q filius vel spirituſſanctus ipse sit: aut pater aut filius: cum sit in illa trinitate pater filii solius: & filius patris solius: spūs aūt sanctus & patris & filii sit spiritus: sed propter vnā eandemq; naturā atq; inseparabilem vitā: ipsa trinitas quantum ab homine potest fide præcedente intelligitur vnus dñs deus noster: de quo dictum est: Dñm deum tuū adorabis & illi soli serui es. Et quē prędicat apostolus. Ait eñ. Quoniā ex ipo & in ipo & p ipm sunt oia: ipi glia in sæcula sęculorū amen. Non eñ sic ex deo patre vnigenit⁹ filius queadmodū ex illo est vniuersa creatura quā ex nihilo creauit. Hunc quippe de sua substātia genuit nō ex nihilo fecit: nec eū ex tpe genuit: per quem cuncta tpa condidit. Qm sicut flāma splēdorem quē gignit tpe non pręcedit: ita pater nunq̄ sine filio fuit. Ipse est quippe sapientia: de qua scriptum est: Splēdor est eñ lucis æternæ. Luci ergo cuius cādor est: id est deo patri: sine dubio coęterna est. Et ideo non sicut in principio fecit deus cælum & terram: ita in principio fecit verbum: sed in principio erat verbum. Spiritus quoq; sanctus non sicut creatura ex nihilo est factus. Hæc trinitas vnius est eiusdemq; naturæ atq; substātię: nō minor in singulis q̄ in omnibus: nec maior in omnibus q̄ in singulis: sed tāta in solo patre vel in solo filio: quāta in pře simul & filio: & tanta in solo spirituſancto: quāta simul in patre & filio & spū scō. Neq; eñ pater vt haberet filiū de seipso minuit seipm: sed ita genuit de se alterū sibi: vt totus maneret in se: & esset in filio tantus quantus & solus. Similiter & spirituſſanct⁹ integer de integro nō pręcedit vnde pcedit: sed tantus cū illo quātus ex illo: nec minuit eum procedēdo nec auget hærendo. Et hęc oia nec cōfuse vnū sunt: nec disiuncte tria sunt: sed cum sint vnū tria sunt: & cū sint tria vnū sunt. Proinde quia tam multis cordibus fideliū suorū donauit vt esset cor vnū: quātomagis conseruat in seipso vt sint hæc tria & singula deus & simul oia: nō tres dii sed vnus deus. Hic est vnus dominus deus noster: cui vniuersa pietate seruitur: cui soli latria illa debeť: qui cū in rebus q̄ nascunť in tpe sua bonitate effecerit: vt suę substantiæ prolem qualibet res gignat: id est homo hominem: non alterius naturæ sed eius cuius ipse est: vide q̄ impie dicatur ipse non genuisse id quod ipse est. Hæc enim propinquitatis sunt nomina non naturæ: & ideo ad aliquid vel relatiue dicuntur: quæ aliquando eadē sunt: aliquando diuersa. Eadem scilicet cum frater refertur ad fratrem: amicus ad amicum: vicin⁹ ad vicinum: cognatus ad cognatum: & siqua similia: quæ infinita est velle omnia percurrere In his enim quod est iste ad illum: hoc est ille ad istum. Diuersa sunt autem: sicut pater ad filium: filius ad patrem: socer ad generum: gener ad socerum: dominus ad seruum: seruus ad dominum. Nō est quidem hoc iste ad illum: quod ille ad istum: sed ambo tantum homines sunt. Relatio diuersa est non natura: quoniam si attendas quid sit alter ad alterum: non est hoc ad illum iste: quod ad istum ille: quia iste pater: ille filius: aut iste socer: ille gener: aut iste domin⁹

Matth.4.

1.Cor.6.

Roma.11.

Sapien.7.

m.

ille seruus.Si aūt attēdas quid quisq; sit:vel ad seipm vel in se:hoc est & ille:qa ille hō est sicut iste.Vñ intelligit prudētia tua non ab eis rationabiliter dici quorū errore te dñs liberauit:iō dei patris & dei filii naturā esse diuersam:quia iste pater est:ille filius.Et deū patrē non genuisse id quod est ipse:quia nō genuit patrem filii sui:quod est ad illum ipse. Quis em̄ non videat ista vocabula non in seipsis demōstrare naturas:sed alteri⁹ ad alterū significare psonas? Tale est etiā illud qđ simili loquuntur errore:Ideo filium alterius esse naturæ:diuersæq; substantiæ:quia pater deus nō est de altero deo:filius aūt deus est quidem sed de patre deo.& hic em̄ non indicatur substantia sed origo:id est non quid sit sed vnde sit quisq; vel nō sit. Neq; enim Abel & Adam ideo non vnius naturæ atq; substantiæ fuerunt:quia iste fuit homo de homine illo:ille de nullo.Si ergo vtriusq; natura quęritur:homo Abel:homo Adam.Si aūt origo:primus homo ex quo Abel:nullus homo ex quo Adam. Itē in deo patre & deo filio:si vtriusq; natura quæratur:vterq; deus:nec magis magnus alter altero deus.Si aūt origo: pater est deus de quo filius est deus:de quo aūt pater null⁹ est de⁹.Frustra itaq; ad hoc respōdere conātes dicunt:sed hō cū passione generat:deus aūt sine passione genuit filiū.Hoc em̄ nō solū ipos nihil sed nos adiuuat plurimū.Nam si tēporalibus & passibilib⁹ rebus deus tribuit:vt qđ sunt hoc generent:quantomagis ipse æternus & impassibilis:nō aliud q̄ est ipse generauit vnus vnicū! Ideo nostra inenarrabili admiratione:qm̄ sine passiōe:& tanta secum æqualitate:vt eū nec potestate præcederet nec ætate.Sed ideo totū quod habet:qđ potest: non tribuit sibi sed patri:qa non est a seipso sed a patre:Aequalis est em̄ patri:sed hoc quoq; accepit a patre: nec sic accepit vnde esset æqualis:quasi prius fuerit inæqualis:sed natus æqualis:sicut semp natus:ita semper æqualis.Non vtiq; inæqualem genuit:& æqualitatē iā nato addidit: sed gignēdo eam dedit:quia æqualem non imparem genuit.Ideo in forma dei æqualem esse deo:non ei rapina fuerat sed natura:qm̄ id nascendo sumpsit:non superbiendo pręsumpsit.Propterea non patrē dicit esse maiorem:quia seipsum exinaniuit: formam serui accipiens non amittens dei: propter quā formam serui:non tm̄ patre:verumetiā seipso & spiritusancto minor factus est.Nec tantū hac excellentissima trinitate:sed etiā minoratus est paulominus ab angelis.Hominib⁹quoq; minor fuit:quando parentibus subditus fuit.Propter hanc itaq; formā serui:quā veniente plenitudine temporis exinanitus accepit:dixit:Pater maior me est.Propter illā formam vero quā nec exinanit⁹ amisit:dixit:Ego & pater vnum sum⁹:& hō scilicet factus:& permanēs de⁹. Hō em̄ assumpt⁹est a deo:nō hoie cōsumpt⁹ est deus. Iō valde rationabiliter & pfe minor est hō Christus:& pſi æqualis est idē ipse de⁹Christus.Cū igit huic rectæ atq; catholicę fidei pręsentib⁹ nobis cū magna exultatiōe ppli dei cōsociatū te esse gaudeam⁹:quare adhuc de tuorū segnitia tristes sum⁹!Obsecram⁹te p miam dei:vt ipo adiuuāte auferas istū mœrorē de cordibus nr̄is. Neq; em̄ credendū est auctoritatē tuā ad peruersitatē tuorū plurimū valere potuisse: & ad correctionem nihil valere posse.An forte cōtemnūt te:qa in eccl'iæ catholicæ participatione hac ætate venisti:cū te amplius debeant admirari atq; venerari quia vetustissimū errorē senili quadā iuuentute vicisti!Absit vt ipi resistant tibi vera dicēti:cui cōsenserāt a veritate deuiāti.Absit vt nolint tecū recta sentire:cū quo eos delectauit errare: tu tm̄ ora pro eis & insta eis:imo vero adduc eos ad domū dei tecū:q i domo tua sunt tecū:vel te nō pigeat in dei domū cū illis venire:q in domū tuā soliti fuerāt cōuenire:pſertim cū catholica mater aliquos a te petit:aliquos repetit.Petit eos quos apud te inuenit:repetit eos quos p te pdidit.Non excruciet damnis sed potius lætet lucris.Agrat filios quos nō habuit:nō plāgat quos habuit. Oram⁹ad deū vt facias qđ hortamur:& speram⁹ de mīa ei⁹: q; lris sc̄ti fratris & coepiscopi nr̄i Peregrini:& rescriptis dilectiōis tuę:cito de hac re gaudio replebit cor nostrum:& lingua nostra exultatione.

Margin notes: Abel & Adam … ; 1.senté. dist. 6.s.ordádū. ; Ioan.14. ; Ioan.10.

H

I

Beati Augustini ad Alipiū senē:de Gabiniani & Dioscori ad fidē catholicā conuersione plurimum gratulantis. Epistola.LXVII.



Vgustin⁹ Alipio seni. Frater Paulus hic est incolumis: apportat negotiorū suorū secundas curas:pręstabit dñs vt etiā ipę vltimę sint.Multū nos salutat: & narrat gaudia de Gabiniano:q; ab illa sua causa / mīa dei liberat⁹: nō solū christianus sed etiā fidelis fit valde bonus:p pascha proxime baptizat⁹ in corde atq; in ore habens gratiā quā pcepit.Quantū eū desyderē qñ explicabo!Sed nosti vt eū diligā.Architheater etiā Dioscorus christianus fidelis est simul gratiā consecut⁹.Audi etiā quēadmodū.Neq; em̄ ceruicula illa K

vel lingua nisi aliquo prodigio donarenť. Filia eius ĩ qua vnica acquiescebat ægrotabat:& vs
q ad totã desperationẽ salutis tẽporalis eodẽ ipo patre renuntiãte peruenit. Diciť ergo & cõ
stat:cũ mihi hoc & añ fratris Pauli reditũ:comes Peregrinus vir laudabilis & bene christian9
qui cũ eis eodẽ tpe baptizatus est:indicarit. Diciť ergo ille senex tandẽ conuersus ad implorã
dã xpi miam:voto se obligasse christianũ fore si illã saluã videret.factũ est. At ille qd vouerat:
dissimulabat exoluere:sed adhuc manus excelsa. Nam repentina cæcitare suffundiť:statimq
venit in mẽtẽ vñ illud esset:exclamauit confitẽs:atq iterũ vouit:se recepto lumine impleturũ
esse qd vouerat. Recepit:impleuit:& adhuc manus excelsa:Symbolũ nõ tenuerat:aut fortas
se tenere recusauerat:& se nõ potuisse recusauerat:deus viderat. Iã tñ post festa oia receptio
nis suę in paralysim soluiť multis ac pene omnib9 mẽbris. Tũc somno admonitus confitetur
per scripturã ob hoc sibi dictũ esse accidisse q symbolũ nõ reddiderit. Post illã cõfessionẽ red
duniť officia oim mẽbrorũ nisi linguæ solius:se tamẽ didicisse symbolũ:ideoq memoria iã te
nere nihilominus in eadẽ tentatione literis fassus est. Ois est ab eo deleta nugacitas: q vt scis
multũ decolorabat naturalẽ quandã eius benignitatẽ:cũq insultantẽ christianis:faciebat val
de sacrilegũ. Quid dicã dño:nisi hymnũ canamus & superexaltemus eũ in sæcula!

Clericorũ catholicorũ regionis Hipponæ:ad Ianuarium primæ sedis partis Donati:de
nouo genere & inauditæ crudelitatis persecutione donatistarũ & circũcellionũ cõtra catho
licos perpetrata conquerentium:Simul & iustas pœnas eisdẽ per imperiales leges impositas
declarantium. Epistola.LXVIII.

L Ianuario:Clerici catholici regionis Hipponẽsium. Clerici & circũcelliones
vestri noui generis & inauditæ crudelitatis persecutiõe in nos sæuiũt. Qui
si malũ pro malo redderent:etiã sic cõtra legẽ facerẽt Christi: Nũc vero cõ
syderatis omnib9 factis nostris & vestris:inuenimus hoc pati quod scriptũ Psal.34.
est:Retribuebant mihi mala pro bonis. Et in alio psalmo:Cum his qui ode Psal.119.
rant pacẽ eram pacificus:cũ loquebar / debellabant me gratis. Nam cũ sis in
tam grandi constitutus ætate:arbitramur te optime nosse: q pars Donati
quæ primo apud Carthaginem pars Maiorini dicebatur:vltro accusauit Cæcilianum tunc
epm ecclĩæ Carthaginẽsis:apud imperatorẽ illũ antiquũ Cõstantinũ. Sed ne forte aut oblita
hoc sit grauitas tua:aut te nosse dissimules: aut etiã (qd nõ putam9) fortitã nescias exemplũ
relationis tunc Anulini procõsulis: quẽ pars Maiorini tũc interpellauit:vt ea crimina q obii
ciebat Cæciliano:ad memoratũ imperatorẽ ab eodem proconsule mitterentur: his nostris li
teris inseruimus. Anulinus tunc pcõsul Africæ. Scripta cælestia maiestatis vestræ: accepta
atq adorata:Cæciliano & his qui sub eodem agunt quiq clerici appellanť:deuotio paruita
tis meæ insinuare curauit:eosdemq hortata est:vt vnitate consensu omnium facta:cum om
ni omnino munere indulgẽtiæ maiestatis vestrę liberati esse videanť catholici:custodita san
ctitate legis debitæ reuerentiæ ac diuinis rebus inseruiant. Verũ post paucos dies extiterũt
quidã adunata secum populi multitudine:qui Cęciliano contradicendũ putarẽt:quiq fasci
culũ in aluta insignatũ obtulerũt dicationi nr̃æ:atq impendio postularũt: vt ad sacrũ & ve
nerabilem comitatũ nois vr̃i dirigerẽ:q manẽte Cęciliano in statu suo subiectis eorũdẽ actis:
q cũcta maiestas vr̃a possit dignoscere: paruitas mea dirigere curauit. Trãsmissi libelli duo:
vnus in aluta subscriptus ita:Libellus ecclesiæ catholicæ criminũ Cęciliani traditus a parte
M Maiorini. Item alius sine sigillo cohærẽs eidẽ alutæ:datus die.xvii.kl'.maias Carthagine.dño
nostro Constantino Augusto tertius. Post hanc relationẽ ad se missam:iussit imperator veni
re partes ad episcopale iudiciũ in vrbe Roma faciendũ:vbi quẽadmodũ causa dicta atq finita
sit:& Cęcilianus innocens indicatus sit:indicãt gesta ecclesiastica. Iam vtiq post pacificũ mo
deramen iudicii episcopalis:omnis contentionis & animositatis pertinacia debebat extingui.
Sed rursus maiores vestri ad imperatorẽ redierũt:& nõ recte iudicatã neq omnẽ causam au
ditam esse conquesti sunt. Vnde ille alterũ episcopale iudicium dedit habẽdum in Arelaten
si galliæ ciuitate. Vbi multi vestri vana & diabolica dissensione damnata:cũ Cęciliano in cõ
cordiã redierunt. Alii vero pertinacissimi & litigiosissimi:ad eundẽ imperatorem appellaue
runt. Postea & ipse coactus episcopalem causam inter partes cognitã terminauit:& prius con
tra vestra partẽ legem constituit:vt loca cõgregationũ vestrarũ fisco vendicarentur. Quarũ
oim rerum documẽta:si vellem9 inserere:nimiũ lõgas literas faceremus. Illud tamẽ nullo mo
do prætermittendum est:quomodo Felicis Aptungensis:quem fontem malorum in concilio
Carthaginensi; ab Secũdo Tigisitano primate patres vestri fuisse dixerunt;vrgẽtib9 apud im

peratorem vestris publico iudicio causa discussa atq; finita sit. Nam memoratus imperator
in hac ipsa causa vestros apud se accusatores: & assiduos interpellatores: literis suis fuisse testa
tur: quarum exemplum infra scripsimus. Imperatores/cæsares/flauii/Cōstantinus maxim9 & N
Valerianus Licinius: ad Probianū procōsulem Africę. Helianus prædecessor tuus merito dū
vir perfectissimus verus vicarius præfectorū tūc per Africā vestrā: incōmoda valitudine te-
neretur: eiusdem partibus functus: inter cætera etiam id negotiū vel inuidiam q̄ de Cęciliano
no epō ecclīæ catholicæ videtur esse commota: ad examen suū atq; iussionē credidit esse reuo
candā. Etenim cū tam Superiū Cēturionem & Cęcilianum magistratuū Aprūginorum & Sa
turniū excuratorē & Calibiū iuniorē eiusdē ciuitatis curatorē: atq; Soli; seruū publicū supra
scriptæ ciuitatis: p̄sentes esse fecisset: audientiā præbuit competētē: adeo vt cū Cęciliano fuis
set obiectū: q̄ a Felice eidem episcopatus videretur esse delatus: cui diuinarū scripturarū p-
ditio atq; exustio videretur obiecta: innocentē de eo Felicē fuisse constiterit. Deniq; cū Maxi-
mus Vigentiū decurionē Ziquēsiū ciuitatis epistolam Cæciliani ex diuino iure falsasse cōtē
deret: eundem ipsum Vigentiū suspensum actis q̄ suberant peruidimus: & ideo minime cer-
tū q̄ se Decurionē ziquēsiū asseuerauerit. Vnde volumus vt eundē ipm Vigentium sub ido-
nea prosecutione ad comitatū meū Constantini augusti mittas: vt illis q impręsentiarū agūt:
atq; diurnis diebus interpellare nō desinūt: audientibus & corā assistentib9: apparere & inti-
mari possit: frustra eos Cęciliano epō inuidiā comparare: atq; aduersus eum violēter insurge
re voluisse. Ita enī fiet vt omissis sicut oportet eiusmodi contentionibus / populus sine dissen
sione aliqua religioni propriæ cum debita veneratione deseruiat. Hæc cum videas ita se ha- O
bere: quid est q̄ nobis de imperatorum iussionib9: quę contra vos constituunt: inuidiā conci
tatis: cum hoc totū vos potius antea feceritis! Si nihil debent ī talis causis imperatores iubere:
si ad imperatores christianos hæc cura pertinere non debet: quis vrgebat maiores vestros cau
sam Cęciliani ad imperatorem per proconsulē mittere: & episcopum contra quē absentē iam
sententias quoquo modo dixeratis: iterum apud imperatorem accusare: quo īnocente pronū-
tiato: ordinatori eius Felici alias apud eundē imperatorem calumnias machinari! Et nūc qd
alius q̄ ipsius maioris Constantini iudiciū cōtra vestrā partē viuit: quod maiores vestri elege
runt: qd assiduis interpellationibus extorserunt: qd episcopali iudicio prętulerūt: si displice-
rent imperialia iudicia: qui primitus imperatores ad ea vobis excitanda coegerūt! Sic enī mo
do contra catholicam clamatis in his quæ contra vos ab imperatoribus decernunt: quemad-
modum si vellent aduersus Danielem clamare: qui liberato illo: eisdē leonib9 consumendi mis
Prouer.19. si sunt: a quibus tamē ipi primitus cōsumi noluerūt. Scriptum est enī: Nihil interest inter mi
nas regis & iram leonis. Danielem calumniosi inimici in lacum leonum mitti coegerunt: vi-
cit innocētia eius illorū malitiā: illa sus inde leuat9 est: ipsi illuc missi perierunt. Similiter ma
iores vestri Cęcilianum & eius societatem: regiæ iræ consumendam obiecerūt: cuius innocē-
tia liberata ab eisdē regib9: eadē vos patimini: quæ illos vestri pati voluerunt: qm̄ scriptum est
Eccli.27. Qui parat proximo foueā: ipse incidet in eam. De nobis ergo quid queramini nō habetis: & ta P
men ecclesiæ catholicæ mansuetudo: etiam ab his imperatorū iussionibus omnino cōquieue
rat: nisi vestri clerici & circūcelliones per suas immanissimas improbitates furiosasq; violen-
tias quietē nostrā perturbantes atq; vastātes: hæc in vos recoli & moneri coegissent. Nam pri
usq̄ recentiores leges istæ: de quibus modo querimini: venissent in Africam: insidias in itine-
ribus nostris episcopis tetenderunt: conclericos nostros plagis immanissimis quassauerunt:
laicis quoq; & plagas grauissimas inflixerunt: & intulerunt eorum ædificiis incēdia. Presby-
terum etiam quendam quia propria libera voluntate vnitatem nostrę communionis elegit:
de domo sua raptū: & pro arbitrio immaniter cęsum: in gurgite etiā coenoso volutatum: bur
da vestitū: cum quibusdā dolendū: quibusdā ridendū in pōpa sui facinoris ostētassent: abdu-
ctū inde quo voluerūt: vix post dies duodecim dimiserūt. Vn̄ cōuentus municipalib9 gestis a
nostro epō Proculianus: cū ab inquirenda causa dissimulasset: & iterū cōtinuo cōuētus esset:
nihil se dicturū ampli9 gestis expressit. Et hodie illi q hoc fecerūt pbri vr̄i sunt: adhuc nos isu-
per territātes: & sicut potuerūt p̄sequētes. Nec tn̄ de his iniuriis & persecutionib9: quas eccle
sia catholica in regione nostra tunc pertulit: imperatoribus conquestus est episcopus no-
ster: Sed facto concilio placuit vt pacifice conueniremini: quod si fieri posset: haberetis in
ter nos collationem: & errore sublato: fraterna charitas pacis in vinculo lętaretur. Et in ipsa
conuentione quid Proculianus primo responderit: q̄ conciliū facturi essetis: & alias & illic vi

Q furi quid respondere deberetis. Deinde quid postea cum propter suam promissionem denuo conuentus esset: actis expresserit: recusans pacificã collationẽ: ipsa gesta instruant grauitatem tuam. Deinde cum vestrorũ clericorũ & circuncellionũ notissima omnib⁹ non cessaret immanitas: dicta causa est: cum Crispinus iudicatus hæreticus: nec poena decẽ librarũ auri q̃ in hæreticos ab imperatoribus fuerat constituta: per mãsuetudinẽ catholicã ferri permissus est: & tamen ad imperatores appellandũ putauit. Cuius appellationi q̀ ita resp̃sum est: Nonne vestrorũ præcedens improbitas: & eadem ipsius appellatio extorsit vt fieret: nec tamẽ etiã post ipsum rescriptum intercedentibus apud imperatorem nostris episcopis: eadẽ auri condemnatione multatus est. Ex cõcilio aũt vestri episcopi legatos ad comitatum miserũt: qui impetrarent vt non omnes episcopi & clerici partis vestræ ad eandẽ condẽnationẽ decẽ librarũ auri: quæ in omnes hæreticos constituta est: tenerentur: sed hi soli in quorũ locis aliquas a vestris violentias ecclesia catholica pateretur. Sed cum legati Romã venerunt: iam cicatrices epi catholici Bacaitani horrenda ac recentissima imperatorẽ commemorãt: vt leges tales mitterẽtur: quales & missæ sunt. Quibus in Africã venientibus cum vtiq̀ nõ ad malũ sed ad bonum coepissetis vrgeri: qd facere debebatis nisi & vos mittere ad episcopos nostros: vt quomodo vos ipsi conuenerant: sic conuenirentur a vobis: & potius collatione veritas appareret? Non solum autem non fecistis: sed peiora mala nobis vestri nunc faciunt: non tantũ nos fustib⁹ quassant: ferroq̀ concidunt: verumetiam in oculos extinguendos calcẽ mixto aceto incredibili excogitatione sceleris mittunt. Domus insuper nostras compilantes: arma sibi ingentia & terribilia fabricarunt: quibus armati per diuersa discurrũt: comminantes atq̀ anhelãtes cædes: rapinas: incendia: cæcitates. Quibus rebus compulsi sumus tibi primitus cõqueri. Consyderet

R grauitas tua q̃ multi vestrũ immo vos omnes qui vos pati dicitis persecutionẽ sub ipsis quasi terribilibus imperatorũ catholicorũ legibus: in possessionib⁹ vestris & alienis securi sedeatis: & nos a vestris tam inaudita mala patiamur. Vos dicitis pati persecutionem: & nos ab armatis vestris fustibus & ferro concidimur. Vos dicitis pati persecutionem: & nostræ domus ab armatis vestris compilando vastantur. Vos dicitis pati persecutionem: & nostri oculi ab armatis vestris calce & aceto extinguuntur. Insuper etiam si quas mortes sibi vltro ingerunt nobis volunt esse inuidiosas: vobis gloriosas. Quod nobis faciunt sibi non imputant: & qd sibi faciunt nobis imputant. Viuunt vt latrones: moriuntur vt circuncelliones: honorantur vt martyres: & tamen nec latrones aliquãdo audiuimus: eos quos deprædati sunt excæcasse. Occisos auferunt luci: viuis auferunt lucem. Nos interim si quando vestros tenemus: cum magna dilectione seruamus illæsos: loquimur illis: & legimus omnia quibus error ipse conuincit: qui fratres a fratribus separat: facimus quod dominus per Esaiam prophetam præcepit dicẽs Audite qui pauetis verbum domini: dicite fratres nostri estis his qui vos oderunt: & qui vos execrantur: vt nomen domini honorificetur & appareat illis in iucunditate: ipsi autem erubescant: ac si aliquos eorum consyderantes euidentiam veritatis & pulchritudinem pacis non baptismo quem iam sicut regalem characterem tanq̃ desertores acceperant: sed fidei quæ illis defuit: & spirituisancti charitati & Christi corpori sociamus. Scriptum est enim. Fide mundans corda eorum. Itemq̀ scriptum est: Charitas cooperit multitudinem peccatorum. Si autem vel nimia duritia: vel pudore non ferentes eorum insultationem: cum quibus contra nos tam multa falsa iactabant: & tam multa mala excogitabant: vel magis timore: ne qualia nobis antea faciebant: talia nobiscum iam patiantur: vnitati Christi consentire noluerunt sicut illæsi retenti sunt: sic a nobis dimittuntur illæsi. Hoc quantum possumus monemus etiam laicos nostros: vt eos illæsos teneant: & nobis corripiendos instruendosq̀ perducant. Sed aliqui nos audiunt: & si possunt faciunt. Alii cum illis quemadmodum cum latronib⁹ agũt: quia eos reuera tales patiuntur. Aliqui ictus eorum suis corporibus imminentes feriendo repellunt: ne ab eis ante feriantur. Aliqui apprehensos iudicibus offerunt: nec nobis intercedentibus eis parcunt: dũ ab eis pati mala immania pertimescunt. In quibus omnibus illi non

S deponunt facta latronum: & honorem sibi exigunt martyrum. Hoc est ergo desyderium nostrum quod tuæ grauitati per has literas & per fratres quos misimus allegamus. Primum si fieri potest vt cum episcopis nostris pacifice conferatis: vt in quibus fuerit inuentus: non homines sed error ipse tollatur: vt homines non puniantur sed corrigantur: vt vos modo cõueniatis: quia eorum conuentionem antea contempsistis. Quanto melius enim hoc inter vos faciatis: vt qd egeritis conscriptum & subscriptũ impatori mittatis: q̃ vt hæc apud terrenas pote-

Act.15.

1.Petri.4.

ftates fiant:quæ non poſſunt niſi iam datis contra vos legibus inſæuire? Veſtri enim collegæ qui nauigauerant apud præfectos:dixerunt ſe audiri veniſſe. Et nominauerũt ſanctũ patrem noſtrum catholicũ epiſcopum Valentinum:qui tunc in comitatu erat: dicentes cũ illo ſe vel ſe audiri:quod eis nõ poterat iudex concedere:qui iam ſecundũ leges q̃ contra vos conſtitutę ſunt iudicabat:nec ille epiſcopus ita venerat:aut aliquod tale mandatũ a ſuis epis acceperat. Quanto ergo melius ipſe imperator:qui nõ eſt eiſdẽ legibus ſubditus:& qui habet in poteſtate alias leges ferre:cum ei collatio veſtra fuerit recitata:de tota ipa cauſa poterit iudicare:q̃uis iam olim dicta fuerit terminata? Sed ideo nos conferre volumus:vt eis qui neſciunt iam finita monſtretur. Q: ſi hoc facere veſtri epiſcopi voluerint:quid inde perditis:& nõ potius acquiritis:quia voluntas veſtra innoteſcit:ne diffidentia merito reprehendatur? An forte putatis nõ licere fieri:cum non vos lateat:q domin⁹ Chriſtus etiam cum diabolo de lege locut⁹ eſt? Q: cum Paulo nõ ſolũ iudæi:ſed etiam de hæreſi ſtoicorum & epicureorũ philoſophi gentium contulerunt? An forte iſtæ leges imperatoris:vos nõ permittunt noſtros epos conuenire? Ecce interim epiſcopos noſtros qui ſunt in regione Hipponenſi:vbi a veſtris tãta mala patimur: conuenite. Quanto eñ licentius & liberius ad nos per veſtros veſtra ſcripta q̃ eorum arma per ueniunt? Poſtremo per iſtos ipſos fratres noſtros quos ad vos miſimus talia reſcribite. Si aũt & hoc non vultis:ſaltẽ cũ veſtris a quibus talia patimur nos audite. Oſtẽdite nobis veritatẽ pro qua vos pati dicitis perſecutionem:cũ patiamur nos veſtrorũ tantã crudelitatẽ. Si eñ nos eſſe in errore conuiceritis:forte concedetis nobis vt nõ rebaptizemur a nobis: iuſtũ exiſtimantes:vt nobis hoc præſtetis:q baptizati ſumus ab eis: quos nullo iudicio damnaſtis: quod præſtitiſtis eis:quos Felicianus Muſticanus:& Prætextatus Aſſuritanus per tam lõgũ tempus baptizauerant:quãdo eos per iudicũ iuſſa de baſilicis pellere conabamini: quia Maximiano communicabant:cum quo a vobis in concilio Bagaitano expreſſe nominatimq; dãnati ſunt. Quæ oĩa geſtis iudicialibus & municipalibus demonſtramus:vbi & ipſum cõciliũ veſtrum allegaſtis:dum vultis iudicib⁹ oſtendere:q ſchiſmaticos veſtros de baſilicis pelleretis Et tñ qui ab ipo ſemine Abraæ:in quo omnes gẽtes bñdicunt: ſchiſma feciſtis:de baſilicis pelli nõ vultis:nõ per iudices ſicut ſchiſmaticis noſtris vos feciſtis:ſed per ipos reges terræ q cõpleta prophetia Chriſtũ adorant:apud Cęcilianum accuſantes victi receſſiſtis. Si autẽ nec audire nec docere nos vultis:venite aut mittite nobiſcum in regionem hipponenſium:qui videant armatum exercitum veſtrum:q̃uis nullus miles numero armorũ ſuorũ calcem & acetũ addidit ad oculos barbarorũ. Si neq; ad hoc vultis:ſaltẽ ſcribite ad illos:vt iã iſta nõ faciãt:vel iam ſe a cædib⁹ noſtris:a rapinis: ab excæcatione compeſcant. Nolumus dicere:damnate illos Vos eñ videritis quomodo vos nõ inquinent:quos modo oſtendimus in veſtra cõmunione latrones:& nos inquinent quos nunq̃ potuiſtis oſtendere traditores. Ex his omnibus eligite quod volueritis. Si aũt querelas noſtras contempſeritis:nos minime pœnitebit ordine pacifico agere voluiſſe. Aderit dñs eccl'iæ ſuæ:vt vos potius humilitatem noſtram contẽpſiſſe pœniteat.

Beati Auguſtini ad Reſtitutum diaconum: quomodo in eccleſia dei ſiqua forte peruerſa vel etiã ſcelerata corrigere aut extinguere non valeamus: ſaluo vnitatis vinculo toleranda ſint: pertractantis.

Epiſtola.LXIX.



Omino deſyderãtiſſimo & honorifica ſyncęritate chariſſimo fratri & diacono Reſtituto: Auguſtinus in dño ſalutẽ. Aeſt us indicãtes piã flãmã cordis tui indicauit mihi fideliſſim⁹ (vt ſcis) particeps eorũ frater Deogratias. Legi itaq; Tytoniũ quẽ bene noſti: niſi quidẽ oĩa pbaturus: Nã q̃ in illo cauẽda ſint bene noſti. Hãc tamẽ queſtionẽ quomodo in eccleſia dei ſiqua forte peruerſa vel etiam ſcelerata corrigere aut extinguere nõ valem⁹: ſaluo vnitatis vinculo toleranda ſint ſtrenue videt mihi tractauiſſe atq; ſoluiſſe: q̃q̃ in eius literis tantummodo intentione correcta: ad ipſos diuinarũ ſcripturarũ fontes recurrere nos oportet: vt ibi videamus q̃plurima de hac re teſtimonia ſententiarum vel exempla geſtorũ: & qm̃ nemo poſſit oĩa ponere: niſi qui pene oẽs ſanctorum librorum paginas in ſua ſcripta transferre voluerit. Ita ppe nulla eſt: quę nos nõ admoneat intus in ipa ſocietate ſacramentorũ: quibus imbuimur ad vitam æternam: cũ his q oderũt pacẽ eſſe debere pacificos: donec ingemiſcẽdo nřa lõginqua peregrinatio trãſeat: atq; in virtute Hieruſalẽ matris

æternæ ſecuriſſima pace perfruamur:& in turribꝰ eius abũdantia verorũ fratrũ:quoꝝ nũc in
ter multos falſos gemimus paucitatẽ.Quę eſt aũt virtus illius ciuitatis:niſi deus eius deꝰ nr̃?
Vides igiť in quo ſolo fiat pax:& ſingulis hominibꝰ q ſecũ ſine illo bellũ gerunt:& in nullo ex
trinſecus oborto ſcandalo:& omnibꝰ ſimul qui q̃q̃ in hac ſe vita diligãt & amicitiæ fide nexi
bus teneanť:tamẽ nec pręſentia corpis nec cõſeſſione animi ſumme perfecteq̧ copulanť.Con
fortetur cor tuum in dño:memor noſtri.

Beati Auguſtini ad Bonifaciũ comitẽ:Cur poſt prioris vxoris obitũ:alterã nõ baptiza
tã ducere voluit:& filiã ex ea genitã per hæreticos baptizari permiſerit: Cur etiam cõcubina
li commixtione & vanitatibus huius ſæculi ſe polluerit:paterne corrigentis: & ad ſaniorem
viuendi normam allicientis.

Epiſtola.LXX.

X Omino filio in præſenti & in æterna ſalute dei mĩa ptegẽdo & regẽdo Bo
nifacio: Auguſtinꝰ.Fideliorẽ hoĩem & q faciliores haberet acceſſus ad au
res tuas ferens literas meas nunq̃ potui reperire : q̃ nũc obtulit dñs ſeruũ
& miniſtrũ Chriſti:diaconũ Paulũ:ambobꝰ nobis chariſſimũ:vt aliquid ti
bi loquerer:nõ pro potẽtia tua & honore quẽ geris in iſto ſæculo maligno
nec pro incolumitate carnis tuę corruptibilis atq̧ mortalis:qa & ipa trãſi
toria eſt:& q̃ diu ſit ſemp incertũ eſt:ſed pro illa ſalute quam nobis pmiſit
Chriſtus:q ppterea hic exhonoratꝰ atq̧ crucifixus eſt:vt doceret nos bona huius ſæculi ma
gis contẽnere q̃ diligere:& hoc amare & ſperare ab illo:qđ in ſua reſurrectione mõſtrauit.Re Roma.6.
ſurrexit eñ a mortuis iã nec moriturus:& mors ei vltra nõ dñabiť.Scio nõ deeſſe hoĩes q te
ſecundũ vitã mũdi huius diligũt:& ſecũdũ ipam tibi dãt conſilia:aliqñ vtilia : aliqñ inutilia:
quia hoĩes ſunt:& ſicut poſſunt ad p̃ſens ſapiũt:neſciẽtes qđ cõtingat ſequẽti die.Scđm autẽ
deũ ne pereat aĩa tua:nõ facile tibi quiſq̃ cõſulit:nõ qa deſunt q hoc faciãt : ſed qa difficile eſt
inuenire qñ tecũ iſta poſſint loqui.Nã & ego ſemp deſyderaui:& nunq̃ inueni locũ vel tp̃s:vt
agerẽ tecũ qđ me agere oportebat cũ hoĩe quẽ multũ diligo in Chriſto.Scis aũt qualẽ me apđ
Hipponẽ videris:qñ ad me venire dignatꝰ es:quia vix loquebar imbecillitate corporis fatiga
tus.Nũc ergo fili audi me ſaltẽ p lr̃as tibi ſermocinantẽ:quas in periculis tuis nũq̃ tibi mitte
re potui:periculũ cogitans platoris:& cauens ne ad eos ad quos nollẽ mea ep̃la pueniret. Vñ
peto vt ignoſcas ſi me putas plus timuiſſe q̃ debui:tñ dixi qđ timui.Audi ergo me:immo do
Y minũ noſtrũ per miniſteriũ infirmitatis meæ.Recole qualis fueris adhuc in corpore conſtitu
ta religioſæ memoriæ priore cõiuge tua:& recenti eius obitu:quõ tibi vanitas ſæculi huius
horruerit:& quõ cõcupieris ſeruitutem dei.Nos nouimus:nos teſtes ſumus:qđ nobiſcũ apđ 17.q.2.nos
Tubanas de aĩo & voluntate tua fueris colloqutꝰ.Soli tecũ eramus ego & frater Alipiꝰ.Nõ nouimus.
eñ exiſtimo tantũ valuiſſe terrenas curas quibꝰ impletus es:vt hoc de memoria tua penitus
delere potuerint.Nempe oẽs actus publicos quibꝰ occupatꝰ eras:relinquere cupiebas : & te in
otiũ ſanctũ cõferre:atq̧ in ea vita viuere in qua ſerui dei monachi viuũt.Vt aũt non faceres:
quid te reuocauit:niſi quia conſyderaſti oſtendentibus nobis:quantũ prodeſſet Chriſti eccle
ſiis quod agebas:ſi ea ſola intentione ageres:vt defenſę ab infeſtationibus barbarorum:quietã
& trãquillã vitã agerent:ſicut dicit apoſtolus:In omni pietate & caſtitate:Tu aũt ex hoc mũ 1.Timoth.2.
do nihil quæreres:niſi ea quæ neceſſaria eſſent huic vitæ ſuſtentandæ tuæ ac tuorum : accin
ctus baltheo caſtiſſimæ continentiæ:& inter arma corporalia ſpiritalibus armis tutius forti
uſq̧ munitꝰ.Cum ergo te eſſe in hoc propoſito gauderemꝰ:nauigaſti:vxoremq̧ duxiſti: Sed
nauigaſſe obedientiæ fuit:quã ſecundum apoſtolum debebas ſublimioribus poteſtatibꝰ: vxo
rem autem non duxiſſes niſi ſuſceptam deſerens continentiam concupiſcentia victus eſſes.
quod ego cum comperiſſem:fateor miratus obſtupui : dolorẽ aũt meũ ex aliqua parte conſo
labatur:q̧ audiui te illam ducere noluiſſe:niſi prius catholica fuiſſet facta:& tamẽ hæreſis eo
rum qui verum filium dei negant tantũ præualuit in domo tua: vt ab ipſis filia tua baptiza
retur.Iam vero ſi ad nos non falſa parlata ſunt : q̃ vtinã falſa ſint:q̧ ab ipſis hæreticis: q̧ eti
am ancillæ a deo datæ rebaptizatæ ſint:quantis tantum malum plangendum eſt fontibus la
chrymarũ:ipam quoq̧ vxorẽ nõ tibi ſuffeciſſe:ſed cõcubinarũ neſcio q̃rũ cõmixtione pollutũ
loquuntur homines:& forſitan mentiuntur . Iſta omnibus patent:tot & tanta mala:quæ te
poſteaq̃ coniugatus es conſecuta ſunt.Quid ergo dicam?chriſtianus es:cor habes : deum ti
mes:tu ipſe cõſydera quę volo dicere:& inuenies de quantis malis debeas agere pœnitentiam

propter quam tibi credo dominũ parcere: & a periculis omnibus liberare; vt agas eam sicut
Eccli.5. agenda est. Sed si illud audias qđ scriptum est: Ne tardes cõuerti ad dñm: neq; differas de die Z
in diem. Iustã quidẽ dicis habere causam: cuius iudex ego nõ sum: Sed qualiscunq; sit tua cau
sa: de qua modo quærere vel disputare nõ opus est: nũquid corã deo potes negare; ꝙ in istam
necessitatẽ nõ peruenisses: nisi bona sæculi huius dilexisses: q̃ tanq̃ seruus dei quẽ te ante no-
ueramus: cõtemnere omnino & pro nihilo habere debuisti: & oblata quidẽ sumere vt eis vte-
reris ad pietatẽ: nõ aũt negata vel delegata sic quærere: vt ꝓpter illa in istã necessitatẽ perdu
cereris: vbi cũ amantur vana: perpetrantur mala: pauca quidẽ a te: sed multa propter te: & cũ
timentur quæ ad exiguũ tempus nocent: si tamẽ nocent: committuntur ea quæ vere in æter-
num noceant! De quibus vt vnũ aliquid dicam: quis non videat ꝙ multi homines tibi cohæ-
reant ad tuendã tuam potentiã vel salutem: qui etiam si tibi omnes fideles sint; nec aliquorũ
vllæ timeantur insidiæ: nempe tñ ad ea bona quæ ipi quoq; nõ secundũ deũ sed secundũ sęcu-
lũ diligunt: per te cupiunt peruenire: ac per hoc qui refrẹnare & compescere debuisti cupidi-
tates tuas: explere cogeris alienas. Quod vt fiat: necesse est multa q̃ deo displicẽt fiant. Nec sic
tamẽ explentur tales cupiditates. Nam facilius resecãtur q̃ in eis qui mundum diligunt ali-
1.Ioan.2. quando satiant. Propter quod dicit diuina scriptura: Nolite diligere mundũ: nec ea q̃ in mũ-
do sunt. Si quis dilexerit mundum: dilectio patris non est in eo: Quia omne quod in mundo
est: concupiscentia carnis est: & concupiscentia oculorũ: & ambitio sæculi: quæ nõ est a patre:
sed ex mundo est. Et mundus transit & cõcupiscentia eius. Qui aũt facit voluntatem dei: ma
net in æternum. Quãdo ergo poteris tot hominũ armatorũ quorũ fouenda est cupiditas: ti-
metur atrocitas: quando inquã poteris eorũ concupiscentiã qui diligunt mundũ: nõ dico sa-
tiare: quod fieri nullo modo potest: sed aliqua ex parte pascere: ne vniuersa plebs pereat: nisi &
tu facias q̃ deus ꝓhibet: & facientibus cõminatur! Propter quod vides tã multa cõtrita: vt iã
vile aliquid quod rapiatur vix inueniat. Quid aũt dicam de vastatione Africę: quam faciunt
Afri barbari resistente nullo: dum tu talis tuis necessitatibꝰ occuparis: nec aliquid ordinas vn
de ista calamitas auertatur! Quis aũt crederet: quis hoc timeret: Bonifacio domesticorum &
Africæ comite in Africa cõstituto: cum tam magno exercitu & potestate: qui tribunus cum
paucis fœderatis omnes ipas gentes expugnando & terrendo pacauerat: nunc tantum fuis-
se barbaros ausuros: tantũ progressuros: tanta vastaturos: tanta loca q̃ plena populis fuerant
deserta facturos! Qui non dicebant quandocũq; tu comitiuam sumeres potestatẽ: Afros bar-
baros non solum domitos: sed etiam tributarios futuros Romanæ reipublicæ! Et tũc q̃ in cõ
trariũ versa sit spes hominũ vides: nec diutius hinc tecũ loquendũ est; quia plus ea tu potes
cogitare q̃ nos dicere. Sed forte ad ea respondes: illis hoc esse potius imputãdũ qui te læserũt
qui tuis officiosis virtutibus non paria: sed cõtraria reddiderunt. Quas causas ego audire &
iudicare non possum: tuam causam potius aspice & inspice: quam non cum hominibus qui-
buslibet: sed cum deo habere te cognoscis: quia in Christo fideliter viuis: ipsum debes timere
ne offendas. Nam causas ego superiores potius attendo: quia vt Africa tanta mala patiatur: 9
suis debent homines imputare peccatis. Veruntamen noli te ad eorum numerum pertinere
quos malos & impios deus flagellat pœnis temporalibus quos voluerit. Ipsis nanq; iniquis si
correcti nõ fuerint seruat æterna supplicia: qui eorum malitia iuste vtitur: vt aliis mala inge
rat temporalia. Tu deum attende: Iesum Christum considera: qui tanta bona præstitit: & tã
Matth.5. ta mala pertulit. Quicunq; ad eius regnum cupiunt pertinere: & cum illo ac sub illo semper
beate viuere: diligunt etiam inimicos suos: bene faciunt illis qui eos oderunt: & orant pro eis
a quibus persecutionem patiuntur. Et si quando adhibent pro disciplina molestam seuerita-
tem: non tamen amittũt syncẹrissimam charitatem. Si ergo tibi bona sunt præstita: q̃uis ter
rena/transitoria/ab imperio Romano: quia & ipsum terrenum est non cæleste: nec potest prę
stare nisi quod habet in potestate. Si ergo bona in te collata sunt: noli reddere mala pro bonis
Si aũt mala tibi irrogata sunt: noli reddere mala pro malis. Quid istorum duorũ sit: nec discu
1.Thessal.5. tere volo: nec valeo iudicare: ego christiano loquor: Noli reddere vel mala pro bonis: vel mala
pro malis. Dicis mihi fortasse: in tãta necessitate qd vis vt faciã! Si consiliũ a me secundũ hoc
sæculũ quęris: quõ ista salus tua transitoria sit: & potẽtia atq; opulentia vel ista seruet quam
nũc habes: vel etiã maior addat: quid tibi respondeã nescio. Incerta quippe ista: certũ consiliũ
habere nõ possunt. Si autem secundũ deum me cõsulis: ne aĩa tua pereat: & times verba veri-
Lucæ.9. tatis dicentis: Quid prodest homini si totum mundũ lucretur: animæ aũt suæ detrimẽtũ pa-

A tiatur? habeo plane qd dicā: est apud me consiliū qd a me audias. Quid autē opus est vt aliud dicā: q̄ illud qd supra dixi: Noli diligere mūdū: nec ea quæ in mūdo sunt. Si qs aūt dilexit mūdū: nō est charitas patris in illo: Qm̄ oia quæ in mūdo sunt: cōcupiscētia carnis est: & cōcupiscētia oculorū & ambitio sęculi: quæ nō est ex patre: sed ex mundo est. Et mūdus trāsit & concupiscētia eius. Qui aūt fecerit voluntatem dei manet in æternū: sicut & deus manet in æternum. Ecce consiliū arripe & age. Hic appareat si vir fortis es: vince cupiditates quibus iste diligitur mundus: age pœnitentiam de præteritis malis: quando ab eis cupiditatibus vict⁹ per desyderia bona trahebaris. Hoc consilium si acceperis: si tenueris: atq̧ seruaueris: & ad bona
B illa certa peruenies: & cum salute animæ tuæ inter ista incerta versaberis. Sed forte iterū quęris a me: quomodo ista facias tantis mundi huius necessitatibus implicatus? Ora fortiter & dic deo qd habes in psalmo: In necessitatibus meis erue me. Tunc enim finiuntur istæ necessitates: quando vincuntur illæ cupiditates. Qui exandiuit te & nos pro te: vt liberareris de tot tantisq̧ periculis visibilium corporaliumq̧ bellorum: vbi sola ista vita quandoq̧ finienda periclitatur: aia vero nō perit: si nō malignis cupiditatib⁹ captiua teneatur: ipse te exaudiet vt interiores & inuisibiles hostes: id est ipsas cupiditates inuisibiliter & spiritaliter vincas; & sic vtaris hoc mūdo tanq̄ nō vtens: vt ex bonis ei⁹ bona facias nō malus fias: qa & ipa bona sunt nec dātur hoib⁹ nisi ab illo q habet oim cœlestiū & terrestriū potestatē. Sed ne putent mala: dātur & bonis: ne putent magna vel summa bona: dant & malis. Itēq̧ auferūtur ista & bonis vt
C pbētur: & malis vt crucietur. Quis eñ nesciat: quis ita sit stultus: vt nō videat q̧ salus huius mortalis corporis & mēbrorū corruptibilium virtus & victoria de hominib⁹ inimicis: & honor atq̧ potentia temporalis: & cętera istius mūdi bona terrena & bonis dant & malis: & bonis auferūtur & malis. Salus vero animę cū immortalitate corporis virtusq̧ iustitię & victoria de cupiditatibus inimicis: & gloria / & honor / & pax in æternum non dātur nisi bonis. Ista ergo dilige: ista cōcupisce: ista omibus modis quære. Propter hęc acqrēda & obtinenda fac eleemosinas: funde oratiōes: exerce ieiunia quātum sine læsione corporis tui potes. Bona vero illa terrena noli diligere quantalibet tibi abundēt. Sic eis vtere: vt bona ex illis: nullum autem malum facias. Propter illa omnia quippe talia peribūt: sed bona opera nō peunt: etiā quę de bonis parētibus fiunt. Si eñ coniugē nō haberes: dicerē tibi qd & Tubunis dixim⁹: vt in quanti tate continentię viueres: Adderē qd tunc fieri prohibuimus: vt iam te quantū rerū humanarum salua pace potuisses: ab rebus bellicis abstraheres: & ei vitæ vacares in societate sanctorū cui tunc vacare cupiebas: vbi in silentio pugnant milites Christi: non vt occidant homines: sed vt expugnent principes & potestates & spiritalia nequitię: id est diabolum & angelos ei⁹.
D Hos enim hostes sancti vincunt: quos videre non possunt: & tamen quos non vident vincunt ista vincendo quæ sentiunt. Sed vt te ad istam vitam non exhorter: coniunx impedimento est sine cuius consensione cōtinenter tibi non licet viuere: quia etsi tu eam post illa tua verba tubunensia ducere non debebas: illa tibi tamen nihil eorum sciens: innocenter & simpliciter nupsit. Atq̧ vtinam posses ei persuadere cōtinētiam: vt sine impedimēto redderes deo qd te debere cognoscis. Sed si cum illa agere nō potes: serua saltem pudicitiam coniugalem: & roga deū: q te de necessitatibus eruat: vt qd nō potes mō: possis aliquādo. Verūtamē vt deum diligas nō diligas mūdum: vt in ipsis bellis (si adhuc in eis te versari opus est) fidē teneas: pacem quæras: vt ex mundi bonis facias bona opera: & propter mūdi bona nō facias opera mala: aut non impedit coniūx: aut impedire nō debet. Hæc ad te fili dilectissime vt scriberē: charitas iussit: qua te secundum deum: non secundum hoc sęculum diligo: quia & cogitans qd scriptum est: Corripe sapiētem & amabit te: corripe stultum & adiiciet odisse te: non te vtiq̧ stultum: sed sapientem debui cogitare. Prouer.9.

Nebridii ad sanctum Augustinum de phantasia & memoria inquirentis.

Epistola.LXXI.

E 
Vgustino: Nebridius. Epistolas tuas perplacet ita seruare vt oculos meos. Sunt enim magnæ: non quātitate sed rebus: & magnarum rerum magnas cōtinent probationes. Illę mihi Christum: illę Platonem: illæ Plotinum sonabūt. Erūt igitur mihi: & ad audiendum propter eloquētiam dulces: & ad legēdum propter breuitatem faciles: & ad intelligēdum pp̄ter sapientiam salubres. Curabis ergo qd tuæ mēti sanctum bonum ve fuerit visum me doce re. His autem literis respondebis: cum de phātasia & memoria subtilius ali

m.v.

quid disputatis.Mihi em̃ ita videt:ꝙ q̃uis nõ oĩs phantasia cũ memoria sit: om̃is tamẽ memo
ria sine phantasia esse nõ possit.Sed dicis:quid cum recordamur nos intellexisse aut cogitasse
aliquid?Contra hęc ego respondeo & dico:ꝑpterea hoc euenisse:quia cum intelleximus vel co
gitauimus:corporeum aut tẽporale aliquid gerimus:qđ ad phantasiam pertinet. Nã aut ver
ba intellectui cogitationibusq̧ nostris adiunximus:quę verba sine tempore nõ sunt:& ad sen
sum vel phantasiam pertinent:Aut tale aliquid intellectus noster cogitatione passus est:qđ in
animo phantasticam memoriam facere potuisset.Hæc ego inconsyderate ac perturbate(vt so
leo)dixi:tu explorabis:& falso reiecto veritatem in literis conferes.Audi aliud.Cur quæso te
a se potius q̃ a sensu phantasiam habere omnes imagines dicimus?Potest eum:quemadmodũ
animus intellectualis ad intelligibilia sua videnda a sensu admonetur potius q̃ aliquid acci-
pit:ita & phantasticus animus ad imagines suas contemplandas: a sensu admoneri potius q̃
aliquid assumere.Nam forte contingit:vt ea quæ sensus non videt:ille tamen aspicere possit:
quod signum est in se & a se habere omnes imagines. De hac re quoq̧ quid sentias responde-
bis.

Beati Augustini ad Nebridiũ ad priora interrogata perpulchre respondentis: & de tripli
ci vi imaginatiua pertractantis. Epistola.LXXII.


Vgustin⁹ Nebridio.Procemio supersedebo:& cito incipiã:qđ iamiãq̧ vis di F
cere:præsertim non cito desiturus.Memoria tibi nulla videtur esse posse si-
ne imaginibus vel imaginariis visis:quę phantasiarum nomine appellare vo
luisti:Ego aliud existimo.Primũ ergo videndum est:nõ nos semper rerũ prę
tereũtium meminisse: sed plærunq̧ manẽtium:cum sibi memoria præteriti
temporis vendicet tenacitatem:constat eam tamen partim eorum esse quæ
nos deserunt:partim eorum quę deseruntur a nobis.Nam cum recordor pa
trem meũ(id vtiq̧ recordor)qđ me deseruit:& nũc nõ est: Cum autem Carthaginem: id qđ
est & qđ ipse deserui:in vtroq̧ tamen generum horũ:pręteritum tempus memoria tenet.Nã
& illum hominem & istam vrbem ex eo ꝙ vidi:non ex eo ꝙ video memini.Hic tu fortasse quę
ris:quorsum ista:præsertim cum animaduertas vtrũlibet horum non posse in memoriam ve
nire:nisi viso illo imaginario?At mihi satis est sic interim ostẽdisse posse dici earum etiam re-
rum quæ nõdum interierunt memoriam:Verum qđ me adiuuet facito intẽtus accipias.Nõ
nulli calumniantur aduersus socraticum illud nobilissimum inuentum:quo asseritur: nõ no
bis ea quæ discimus veluti noua inferri:sed in memoriam teuocari:dicentes memoriam præ
teritarum rerum esse:hæc autẽ quæ intelligendo discimus(Platone ipso authore)semper eẽ:
nec posse interire:ac per hoc non esse præterita:qui non attendunt illam visionem esse pręter
itam:qua hæc aliquando vidimus mente:a quibus quia defluximus:& aliter alia videre cœ-
pimus:ea nos reminiscẽdo reuisere:id est per memoriam.Quãobrem si alia emittam:ipsa ęter G
nitas semper manet:nec aliqua imaginaria figmenta conquirit:quibus in mentem quasi vehi
culis veniat:nec tamen venire posset nisi eius meminissemus:potest etiam quarũdam rerum
sine vlla imaginatione memoria.Iam vero ꝙ tibi videtur anima etiam non vsa sensibus cor-
poris corporalia posse imaginari:falsum esse conuincitur isto modo:Si anima priusq̃ corpore
vtatur ad corpora sentiẽda eadem corpora imaginari potest:& melius(quod nemo sanus am
bigit)affecta erat anteq̃ his fallacibus sensibus implicaretur:melius afficiuntur animæ dor-
mientium q̃ vigilantium:melius freneticorum q̃ tali peste carentium: His enim afficiuntur
imaginibus:quibus ante istos sensus vanissimos nuntios afficiebãtur:& verior erit sol quem
vident illi q̃ ille quem sani atq̧ vigilantes:& erunt veris falsa meliora.Quę sibi absurda sunt.
Nihil est aliud illa imaginatio mi Nebridi q̃ plaga inflicta per sensus: quibus non vt tu scri-
bis commemoratio quædam fit vt talia formentur in anima:sed ipsa huius falsitatis illatio:si
ue vt expressius dicatur impressio.Quod sane te mouet quo fiat vt eas facies formasq̧ cogite H
mus quas nunq̃ vidimus acute mouet. Itaq̧ faciam qđ vltra solitum modum hãc epistolam
porrigat:sed non apud te cui nulla est pagina gratior q̃ quæ me loquaciorem apportat tibi.
Omnes has imagines quas phantasias cũ multis vocas:in tria genera cõmodissime ac verissi
me distribui video.Quorũ est vnum sensis rebus impressum:alterum putatis:tertium ratis.
Primi generis exempla sunt:cum mihi tuam faciem vel Carthaginem:vel familiarem quẽdã
vestrum verecũdũ:et si qd aliud manẽtiũ vel mortuarũ rerum quas tamẽ vidi atq̧ sensi in se
anim⁹ format.Alteri generi subiiciant illa q̃ putam⁹ ita se habuisse vel ita se habere: velut cũ

differendi gratia quædam ipsi fingimus nequaq̃ impediẽtia veritatem: vel qualia figuramus cum legitur historia: & cum fabulosa vel audimus vel componimus vel suspicamur. Ego eñ mihi vt libet atq vt occurrit animo: Aeneæ faciẽ fingo: ego Medeæ cum suis anguibus alitibus iunctis iungo: ego Cremetis & alicuius Parmenonis. In hoc genere sunt etiam illa: quæ siue sapientes aliquid veri talibus inuoluentes figuris: siue stulti variarum superstitionum cõditores p vero attulerunt: vt est tartareus phlegethon: & quinq antra gentis tenebrarum: & stilus septentrionalis continens cælum: & alia poetarum atq hæreticorum mille portẽta. Dicimus tamen & inter disputandum: puta esse tres super inuicem mundos: qualis hic vnus est. Et puta quadrata figura terram cõtineri: & similia. Hæc enim omnia vt se cogitationis tempestas habuerit: fingimus & putamus. Nam de rebus quod ad tertium genus attinet imaginum: numeris maxime atq dimensionibus agitur: qd partim est in rerum natura: velut cum totius mundi figura inueniť: & hanc inuẽtionẽ in animo cogitãtis imago sequitur: partim in disciplinis tanq̃ in figuris geometricis & rhythmicis musicis: & infinita varietate numerorũ quæ q̃uis vera (sicut ego autumo) cõprehendanť: gignũr tamen falsas imaginationes: quib⁹ ipsa ratio vix resistit: tametsi nec ipsam disciplinam differendi carere hoc malo facile est: cum in diuisionibus & conclusionibus quosdam quasi calculos imaginamur. In hac tota imaginũ sylua credo tibi non videri primum illud genus ad animam priusq̃ inhęreat sensibus pertinere: neq hinc diutius differendum: de duobus reliquis iure adhuc quæri posset: nisi manifestũ esset: animam minus esse obnoxiam falsitatibus nondum passam sensibilium sensuumq vanitatem. At istas imagines quis dubitauerit istis sensibilibus multo falsiores? Nã illa quæ putamus & credimus siue fingimus: & ex oĩni pte oĩnino falsa sunt: & certe longe vt cernis peiora sunt quæ videmus atq sentimus. Iam in illo tertio genere quodlibet spatiũ corporale animo figurauero: q̃q̃ id rationibus disciplinarum minime fallentibus cogitatio peperisse videatur: ipsis rursum rationibus arguentibus: falsum esse conuinco. Quo fit vt nullo pacto animã credam nondum corpore sentientem: nondum per sensus vanissimos mortali & fugaci substãtia verberatam in tanta falsitatis ignominia iacuisse. Vnde ergo euenit vt quæ non vidimus cogitemus. Quid putas esse nisi vim quandam minuendi & augendi animę insitam: quã quocũq venerit necesse est afferat secũ! Quæ vis in numeris præcipue animaduerti potest. Hac fit (verbi gratia) vt corui quasi ab oculis imago cõstituta: quæ videlicet aspectib⁹ nota est demẽdo & addendo quædam: ad quãlibet omnino nunq̃ visam imaginem perducatur. Hinc euenit vt per consuetudinem voluentibus sese in talibus animis figuræ huiuscemodi velut sua sponte cogitationibus irruant. Licet igitur animæ imaginãti ex his quæ illi sensus inuexit: demẽdo (vt dictũ est) & addendo ea gignere quæ nullo sensu attingit tota: partes vero eorũ in aliis atq aliis rebus attigerat. Ita nos pueri apud mediterraneos nati atq nutriti: vel in paruo calice aqua visa iam imaginari maria poteramus: cum sapor fragorum & cornorum anteq̃ in Italia gustaremus: nullo modo veniret in mẽtem. Hinc est q a prima natiuitate cæci: cũ de luce coloribusq interroganť: qd respondeãt nõ inueniũt. Non eñ coloratas vllas patiunť imagines qui senserũt nullas. Nec mirare quo pacto ea quæ in rerum natura figuranť & fingi possunt: nõ primo in anima quæ omnibus inest: commixta voluantur: cum ea nunq̃ extrinsecus senserit. Nam etiam nos cum indignãdo aut lætando cæterisq huiusmodi animi motibus: multos in nostro corpore vultus coloresq formam⁹: prius nostra cogitatio qd facere possumus tales imagines concipit. Consequuntur ista miris illis modis: & cõmittendis cogitationi tuę: cum in anima sine vlla corporali figura falsitatum numeri agitãtur occulti. Ex quo intelligas velim cum tam multos animi motus esse sentias expertes omnium de quibus nunc quæris imaginum quolibet alio motu animam sortiri corpus q̃ sensibilium cogitatiõe formarum: quas ea priusq̃ corpore sensibusq vtatur: nullo modo arbitror pati posse. Quamobrem p nostra familiaritate: & p ipsius diuini iuris fide sedulo monuerim charissime mihi ac iucũdissime: nullã cũ istis infernis vmbris copules amicitiam: ne ve illam quæ copulatã est cogaris diuellere. Nullo enim modo resistitur corporis sensibus: quæ nobis sacratissima disciplina est: si per eas inflictis plagis vulneribusq blandimur.

Beati Augustini ad Possidium & qui cũ eo sunt: an & quibus liceat se ornare auro vel vestibus determinantis. Epistola.LXXIII.


DOmino dilectissimo & venerabili fratri & consacerdoti Possidio & qui tecũ K
sunt fratribus: Augustinus & qui mecum sunt fratres in dño salutẽ. Magis
quid agas cum eis qui obtemperare nolũt cogitãdum est: q̃ quẽadmodum
eis ostendas non licere qđ faciunt. Sed nunc epistola sanctitatis tuę: & occu
patissimũ me repperit: & celerrimus baiuli reditus: neq̧ nõ rescribere tibi:
neq̧ ad ea quę consuluisti: ita vt oportet: respõdere permisit. Nolo tamẽ de
ornamentis auri vel vestis praproperã habeas in ꝓhibendo sentẽtiã: nisi in
1.Cor.7. eos qui neq̧ coniugati neq̧ coniugari cupientes: cogitare debeãt quomodo placeant deo. Illi
autem cogitant quę sunt mundi: quomodo placeãt vel viri vxoribus: vel mulieres maritis: ni
si ꝙ capillos nudare fœminas (quas etiam caput velare apostolus iubet) nec maritatas decet.
De cõse.dis. Fucari autem pigmentis: quo vel rubicundior vel candidior appareat: adulterina fallacia est:
5.fucare. qua nõ dubito etiam ipsos maritos se nolle decipi: quibus solis permittendæ sunt fœminæ or
nari: secundum veniam non secundum imperium. Nam verus ornatus maxime christianorũ
& christianarum: non tantum nullus fucus mendax: verum ne auri quidẽ vestisq̧ pompa: sed
mores boni sunt. Execrãda aũt superstitio ligaturarum: in quibus etiam inaures virorum in
summis ex vna parte auriculis suspensæ deputantur: non ad placẽdũ hominibus: sed ad serui
endum dæmonibus adhibentur. Quis autem possit speciales nefariarum superstitionum ꝓhi
bitiones in scripturis inuenire: cum generaliter apostolus dicat: Nolo vos socios fieri dæmo-
2.Cor.6. niorum? Et iterum: Quæ enim consonantia Christi ad Belial? Nisi forte quia belial nomina-
uit: & generalem societatem dæmoniorum ꝓhibuit: licet christianos sacrificare Neptuno: qa
nihil proprie de neptuno vetitum legimus. Moneantur interim miseri: vt si obtemperare no
lunt præceptis salubrioribus: saltem sacrilegia sua non defendãt: ne maiori se scelere implicẽt
Quid aũt cum eis agẽdum sit: si soluere inaures timent: & corpus Christi cũ signo diaboli ac
cipere non timẽt? De ordinãdo autem qui in parte Donati baptizatus est: author tibi esse nõ
possum: Aliud est enim facere si cogaris: aliud consulere vt facias.

Beati Augustini ad Deuterium episcopum: de errore & expulsione Victorini subdiaconi
manichæi: & de electis & auditoribus manichæorum & eorum hæresi pertractantis.

Epistola.LXXIIII.


DOmino beatissimo & venerabiliter charissimo fratri & coepiscopo Deute- L
rio: Augustinus in domino salutẽ. Nihil melius me facere posse arbitratus
sum: q̃ vt tuæ sanctitati potissimũ scriberem: ne ꝑ negligẽtiam in nostra ꝓ
uincia domini nostri Iesu Christi ouile vastet inimicus: q nõ desinit insidia
ri: vt ꝑdat aĩas tã magno ꝓtio cõparatas. Mallianensem quẽdã subdiaconũ
Victorinum/apud nos cõstitit esse manichęum: & ita sacrilego errore sub
nomine clerici latitabat. Nã est etiã ætate iam senex. Ita est autem manife-
status: vt etiam ipse a me interrogatus: anteq̃ a testibus coargueretur: negare non posset. Tot
enim & tales eẽ sciebat: qbus se incautus effuderat: vt nihil aliud si negare tentaret: q̃ non di-
co impudentissimus: sed insanissimus appareret. Auditorem sane manichæorum: non electũ
se esse confessus est. Auditores autem qui appellantur apud eos: & carnibus vescunt̃ & agros
colunt: & si voluerint vxores habent: quorum nihil faciunt qui vocantur. Sed ipsi auditores:
ante electos genua figunt: vt eis manus supplicibus imponat̃: nõ a solis episcopis vel presbyte
ris aut diaconis: sed a quibuslibet electis. Solem etiã vel lunã/cũ eis adorãt & orãt. Die quoq̧
dominico cũ illis ieiunant: & oẽs blasphemias cum illis credunt: qbus manichæorũ hæresis
detestanda est: negãtes scilicet Christũ natũ esse de virgine: nec eius carnẽ verã cõfitẽtes fuis-
se: sed falsam: ac ꝑ hoc & falsam eius passionẽ/& nullã resurrectionem fuisse cõtendũt: patriar
chas ꝓphetasq̧ blasphemãt: legẽ ꝑ famulũ dei Moysen datã: nõ a vero deo dicũt: sed a princi-
pe tenebrarũ: animas nõ solũ hominũ sed etiã pecorũ: de dei esse substantia: & omnino partes
dei esse arbitrant̃. Deum deniq̧ bonum & verũ: dicũt cũ tenebrarũ gente pugnasse: & partem
suam tenebrarũ principibus miscuisse: eamq̧ toto mũdo ingnatam & ligatã per cibos electo-
rum suorũ: ac per solem & lunam purgari asseuerãt: & ꝙ purgari de ipsa pte dei nõ potuerit:
in fine sæculi æterno ac pœnali vinculo colligari: vt non solum violabilis/& corruptibilis/&
cõtaminabilis credatur deus: cuius pars potuit ad mala tanta ꝑduci: sed non possit saltem to
tus a tanta coinquinatione & immunditia & miseria vel in fine sæculi purgari. Has cum illis
intolerabiles blasphemias: subdiaconus iste quasi catholicus: nõ solũ credebat: sed quibus vi-

ribus poterat edocebat. Nam docēs patefactus est: cū se quasi discentibus credit. Rogauit me quidē posteaq̄ se manichæorū auditorem esse confessus est: vt eum in viam veritatis doctrinę catholicæ reuocarem. Sed fateor: eius fictionem sub clerici specie vehementer exhorrui: eum q̄ coercitum pellendum de ciuitate curaui. Nec mihi hoc satis fuit: nisi & tuæ sanctitati eum meis literis intimarē: vt a clericorum gradu congrue & ecclesiastica seueritate deiectus: cauēdus omnibus innotescat: Petenti autem pœnitentię locum: tunc credatur: si & alios quos illic nouit esse: manifestauerit nobis: non solum Malliana: sed in ipsa omnino prouincia.

Beati Augustini ad Auxilium episcopum: An pro peccato patris/filius: aut mariti/vxor: aut domini/seruus possit excōmunicari: Et quæ sit causa iustę excōmunicationis: explanātis.

Epistola.LXXV.

M Omino dilectissimo & venerabili fratri & consacerdoti Auxilio: Augustinus. Vir spectabilis filius noster Classitianus/grauiter apud me literis questus est: q̄ sit anathematis iniuriā a tua sanctitate perpessus: Narrans q̄ venerit ad ecclesiam: apparitione paucorum suæ potestati congrua comitatus: & egerit tecum ne cōtra salutem suam faueres eis q per euangeliū peierando adiutorium violādę fidei/in ipsa fidei domo requirebāt. Quos tamen considerantes quid malefecerint: nō inde violenter abductos: sed spōte dicit egressos: atq̄ hinc venerationem tuam ita sibi succensuisse: vt ecclesiasticorum confectione gestorū cum omni domo sua anathematis sententia feriretur. Quibus literis lectis: nō mediocriter æstuatis cogitationibus: magna cordis tempestate fluctuantibus: apud charitatem tuam tacere nō potui: vt si habes de hac re sententiam certis rationibus vel scripturarū 24.q.3. si habes.
testimoniis exploratam: nos quoq̄ docere digneris: quomodo recte anathematizetur p̄ patris peccato filius: aut p̄ mariti/vxor: aut p̄ domini/seruus: aut quisq̄ etiam in domo nōdū natus: si eodem tempore quo vniuersa domus est anathemate obligata/nascat: nec ei possit per lauacrum regenerationis: in mortis periculo subueniri. Neq̄ eñ hæc corporalis est pœna: qua legimus quosdam contēptores dei cū suis oībus: qui eiusdē impietatis participes nō fuerūt: pariter interfectos. Tūc quidē ad terrorem viuentium mortalia corpora perimebant: quandoq̄ vtiq̄ moritura: Spiritalis aūt pœna: qua fit qđ scriptum est: Quæ ligaueritis in terra/ erūt li- Matth.16.
gata & in cælo: animas obligat: de quibus dictum est: Anima patris mea est: & anima filii mea est. Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Audisti fortasse aliquos magni noīs sacerdotes: cū Ezech.18.
domo sua quēpiam anathematizasse peccantium: sed forte si essent interrogati: reperirent idonei reddere inde rationem. Ego aūt quoniam si quis ex me quęrit vtrū recte fiat: quid ei respōdeam non inuenio: nunq̄ hoc facere ausus sum: cū de quorūdā facinoribus immaniter aduersus ecclesiam perpetratis: grauissime permouerer. Sed si tibi q̄ iuste fiat dominus reuelauit: nequaq̄ iuuenilē ætatem tuam: & honoris ecclesiastici rudimenta contemno. En adsum senex a iuuene coepiscopo/& episcopus tot annorum a collega nec dum anniculo paratus sum discere: quomodo vel deo vel hominibus iustam possumus reddere rationem: si animas innocentes pro scelere alieno: ex quo non trahunt sicut ex Adam (in quo omnes peccauerunt) originale peccatum: spiritali supplicio puniamus. Etenī Classitiani filius: etsi traxit ex parte primi hominis culpam: sacro fonte baptismatis expiandam: tamē quicquid postea q̄ genuit: peccati pater eius admisit: vbi particeps ipse non fuit: ad eum non pertinere quis ambigit? Quid de tot animabus in vniuersa familia? Vnde si vna anima per istam seueritatem qua tota domus ista anathematizata est sine baptismate de corpore exeundo perierit: innumerabilium mors corporum: si de ecclesia homines innocentes violenter abstrahantur & interficiantur: huic damno non potest comparari. Si ergo de hac re potes reddere rationem: vtinam & nobis rescribendo præstes: vt possimus & nos: Si autem non potes: quid tibi est inconsulta cōmotione animi facere: vnde si fueris interrogatus: rectam rationem non vales inuenire? Hæc autem dixi etiā
N si filius noster Classitianus aliquid admisit: qđ tibi anathemate plectendū iustissime videret. Cęterum si veras ad me literas misit: nec solus in domo sua debuit ista sententia coerceri. Sed hinc cum tua sanctitate nihil ago: nisi tantum peto ignoscas petenti veniam si agnouerit culpam: Si autem nihil eum peccasse prudenter agnoscis: quoniam ipse in domo fidei iustius flagitabat fidem debere seruari: ne ibi frangeretur vbi docetur: fac qđ sanctum virū facere oportet: vt si tibi contigit tanq̄ homini: qđ vtiq̄ homo dei dicit in psalmo: Turbatus est præ ira Psal.6.
oculus meus: exclames ad deum: Miserere mei domine; quoniam infirmus sum: vt porrigat

dextram suam: & comprimat iracundiam tuam: & tranquillet mētē tuā:ad videndā faciēdāq iustitiam. Sicut enim scriptum est: Iracundia viri iustitiam dei non operatur. Ne arbitreris ideo nobis non posse subrepere iniustam commotionem:quia episcopi sumus. Sed potius cogitemus inter laqueos tentationum nos periculosissime viuere:quia homines sumus
Iacobi.1.
Aufer itaq gesta ecclesiastica q̄ perturbatior fortasse fecisti:& redeat inter nos charitas quā cum illo & cathecuminis habuisti. Aufer litem & reuoca pacem:ne tibi pereat homo amicus & de vobis gaudeat diabolus inimicus. Potens est autem misericordia dei nostri:quæ & me exaudiat orantem:ne mea tristitia de vobis augeatur:sed potius quę est exorta sanetur:& erigat per gratiam suam & lætificet iuuentutem tuam non contemnentē senectutē meā. Vale.

Beati Augustini ad Aurelium:q̄ monachi desertores monasteriorum ad militiam clericatus eligi non debeant determinantis. Epistola. LXXVI.

Domino beatissimo & debita obseruātia venerabili syncæriterq̄ charissimo fratri & consacerdoti papę Aurelio: Augustinus in domino salutem. Literas nullas tuæ venerabilitatis:ex quo ab inuicē corporaliter digressi sum[9] accepi. Nunc vero legi epistolam benignitatis tuę de Donato & fratre eius & quid respōderem diu fluctuaui:Sed tamē etiā atq̄ etiam cogitanti quid sit vtile saluti eorum quib[9] in christo nutriēdis seruimus:nihil mihi aliud occurrere potuit:nisi non esse istam viam dandam seruis dei: vt se faciliùs putent eligi ad aliquid melius:si facti fuerint deteriores. Et ipsis enim facilis lapsus & ordini clericorum fit indignissima iniuria:si desertores monasteriorum ad militiā clericatus eligantur:cum ex his qui in monasterio permanent:non tamen nisi probatiores atq̄ meliores in clerum assumere soleamus:nisi forte sicut vulgares dicūt:Malus coraula:bonus symphoniacus est. Ita idem ipsi vulgares de nobis iocabuntur dicentes:Malus monachus:bonus clericus est. Nimis dolendum:si ad tam ruinosam superbiā monachos surrigamus:& tā graui contumelia clericos dignos putamus:in quorū numero sumus:cum aliquādo etiā bonus monach[9] vix bonum clericum faciat:si adsit ei sufficiēs continētia:& tamen desit instructio necessaria aut psonæ regularis integritas. Sed de istis credo arbitrata sit beatitudo tua:q̄ nostra voluntate vt suis potius corregionalibus vtiles essent de monasterio recessisse. Sed falsum est: spōte abierūt:spōte deseruerunt:nobis q̄tū potuim[9] pro eorum salute renitētib[9]. Et de Donato quidem quia iā factū est vt anteq̄ de hac re aliquid ī cōcilio statuerem[9]:ordinaretur:si forte á superbiæ puersitate correctus est: quod vult prudentia tua faciat: de fratre vero eius vel maxima causa cur de monasterio etiā ipse Donatus abscessit: cū itelligas qd sentiā uescio qd respondeā. Contra dicere tū prudentię honori charitatiq̄ non audeo:& sane spero id te facturum: quod membris ecclesiæ salubre perspexeris.
16.q.1.legi epistolam.

Beati Augustini & Alipii ad Aurelium papam: gratiarūactiones deo agentiū:pro fructuoso incremēto ministrorū ecclesiæ deuotorū:p eundem institutorum. Epistola. LXXVII.

Domino beatissimo & venerabiliter suscipiendo syncerissimeq̄ charissimo fratri & vere sancto papæ Aurelio: Alipius & Augustin[9] in domino salutē. Impletum est gaudio os nostrum & lingua nostra exultatione:nuntiantib[9] literis tuis sanctam cogitationem tuam:adiuuante domino qui eam inspirauit: & ad effectum esse perductam:de omnibus ordinatis fratribus nostris:& præcipue de sermone presbyterorum qui te præsente populo infunditur:per quorum linguas clamat charitas tua maiore voce in cordibus hominum:q̄ illi in auribus: Deo gratias. Nam quid melius & animo geramus:& ore promanus & calamo exprimamus:q̄ Deo gratias! Hoc nec dici breuius:nec audiri lętius:nec itelligi grādius:nec agi fructuosius potest. Deo gratias:qui te & tā fideli pectore ditauit erga filios tuos & id quod in intimo animæ habebas:quo humanus oculus non penetrat:eduxit in lucem:donando tibi non solum vt bene velles:verumetiam in quibus posset apparere quod velles. Ita plane fiat:luceant hæc opera coram hominibus:vt videant:gaudeant:glorificent patrem qui in cælis ē. Talib[9] delecteris ī dño vt ipse te pro eis orantē dignet exaudire:qm̄ tu p eos loquētē nō dedignaris audire. Eat:ambulet:curraī in via dñi:benedicātur pusilli cū magnis:iucūdati in his qui dicūt eis:In domū dñi ibim[9]:præcedāt illi:& sequātur isti: imitatores facti eorū sicut & illi christi:ferueat iter sanctarū formicarum: fragrēt opera sanctarū apiū:ferant fruct[9]
Psal.125.
Matth.5.
Psal.121.

in tolerantia cum salute perseuerandi vsq; in finem. Nec finat dominus tentari supra q̄ pos- 1.Cor[.10.
sumus ferre: sed faciat cum tentatione etiam exitum vt possimus sustinere. Orate pro nobis digni exaudiri: cum tanto sacrificio acceditis ad deum syncerissimę dilectionis: & laudis eius in operibus vestris. Orate vt etiam nobis hæc liceant: quoniam nouit ille quem oratis: cū quā eo vestro gaudio vobis luceant. Hæc sunt vota nostra: hæ multitudines solatiorum: secūdum multitudinem dolorum nostrorum in corde nostro: iucūdant animam nostram. Ita est qa ita promissum est: ita erit qd restat sicut promissum est. Obsecramus te per eum qui tibi ista donauit: & populum cui seruis: ac per te benedictione profudit: vt iubeas singulis quosvolueris sermones eorum conscriptos & emendatos mitti nobis. Nam & ego qd iussisti nō negligo: & de Ticonii septem regulis vel clauib⁹ (sicut sæpe iā scripsi) cognoscere quid tibi videatur expecto.

Beati Augustini ad Esycium de propheticis dictis siue prædictis / & fine sæculi mentē suā post beati Hieronymi scripta aperientis. Epistola.LXXVIII.



Q Omino beatissimo Esycio: Augustinus. Ad sanctitatem tuam filio tuo cōpresbytero nostro remeāte Cornuto: p quem literas tuæ venerationis accepi: quibus exiguitatem meā visitare dignatus es: & tandem rescripta psoluo: & debitum resalutationis obsequium: multum me cōmendās acceptissimis domino precibus tuis domine beatissime frater. De propheticis autē dictis siue prædictis: de quibus voluisti vt aliquid scriberem: melius mihi visum est: sancti Hieronymi hominis doctissimi: expositiones eorundē verborum (ne illas forte non habeas) de opusculis eius excerptas: dirigere beatitudini tuæ. Si autem iam eas habebas: nec inquisitioni tuæ satisfaciebāt: qd de his sentias / peto mihi rescribere non graueris: & quēadmodum ipse eadem prophetica oracula intelligas. Ego enim maxime illud de hebdomadibus Danielis: secundum tempus qd iam transactum est: intelligēdum puto. Nam de saluatoris aduentu: qui expectatur in fine: tempora dinumerare non audeo: nec aliquem pphetam de hac re numerum annorum existimo præfinisse: sed illud potius præualere qd ipse dominus ait: Nemo potest cognoscere tempora: quę pater posuit in sua potestate. Act[.1.
R Qd eī ut alio loco ait: De die aūt illa & hora nemo scit: sunt qui sic accipiūt: qui putāt se posse tēpora cōputare: diē vero rātūm ødo ipsum & horam neminē scire. Vbi omitto dicere: quē admodum soleant scripturæ diem vel horam etiā p tempore ponere. Sed certe illud de ignorantia temporum apertissime dictum est. Nam cū hinc dominus interrogatus esset a discipulis suis: Nemo inquit potest cognoscere tempora quæ pater posuit in sua potestate: Non enim dixit: diem vel horam: sed tempora quæ in breui spacio non solent dici: sicut dies vel hora: maxime si græcum intueamur eloquium: ex qua lingua in nostrum eundem librum: vbi hoc scriptum est: scimus translatum: q̄uis latine satis exprimi non potuerit. Ibi enim græce legitur χρονουσ εκαιρουσ. Nostri autem vtrunq; hoc verbum tempora appellant: siue χρονουσ siue εκαιρουσ: cum habeant hæc duo inter se non negligendā differentiam. εκαιρουσ quippe appellant græci tempora quædam: non tamen quæ in spaciorum voluminibus transeūt: sed quę in rebus ad aliquid opportunis vel importunis sentiūtur: sicut messis: vindemia: calor: frigus bellum: & siqua similia. χρονουσ autem ipsa spacia temporum vocant. Et hoc certe ipsi apostoli non ita quæsierunt: quasi vnū nouissimum diem vel horam exiguam diei partem scire voluissent: sed vtrum iam esset opportunū tēpus quo regnum repræsentaretur Israel. Tunc audierunt: Nemo potest cognoscere tempora quæ pater posuit in sua potestate: id est χρονουσ εκαιρουσ: qd si latine diceretur tēpora aut opportunitates: nec sic qd dictū est / esset expressum: quia siue opportuna: siue importuna sint tempora: εκαιρουσ dicūtur. Tempora ergo cōputare: hoc est χρονουσ: vt sciamus quando sit finis huius sæculi vel aduentus domini: nihil mihi aliud videt q̄ scire velle qd ipse ait scire neminē posse. Opportunitas vero illi⁹ tpis pfe- Act[.1.
S cto non erit anteq̄ prædicetur euangelium in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus. Apertissima enim de hac re legitur sentētia saluatoris dicentis: Et prędicabitur hoc euāgelium regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus testibus: & tunc veniet finis. Tunc veniet: quid est: nisi ante non veniet? Quanto post ergo veniat: incertum nobis est: ante tamen non esse venturum dubitare vtiq; non debemus. Si ergo susciperent hunc laborem serui dei: vt peragrato orbe terrarum quantum possent colligerent qd remanet gentium vbi nondum est euangelium prædicatum: hinc aduertere vtcunq; possemus quantum hoc tē- Matth.24.

pus longe sit a fine sæculi. Q̄ si ꝑpter quędā loca inaccessibilia & inhospita fieri posse nō cre ditur:vt a seruis dei peragret orbis: & quot quātęꝗ sint adhuc gentes sine Christi euangelio fideliter renuntietur:multominus existimo scripturis posse comprehendi: quanta vsꝗ ad finem futura sint tempora: quandoquidem in eis legimus:Nemo potest cognoscere tempora: quæ pater posuit in sua potestate. Vnde si iam nobis certissime nuntiatum fuisset in omnibus gentibus euangelium prædicari:nec sic possemus dicere quātum temporis remaneret vsꝗ ad finem:sed magis magisꝗ iam ꝓpinquare merito diceremus. Nisi quis forte responderat tanta celeritate prædicato euangelio:Romanas gentes & plerasꝗ barbaras occupatas:atꝗ ita nōnullas nō paulatim sed subito ad fidē Christi fuisse conuersas:vt nō sit incredibile paucis annis: etsi nō vitę nostræ qui iam senuimus:certe iuuenum qui venturi sunt ad senectam vniuersas omnino residuas gentes euangelio posse compleri. Sed si ita erit:facilius cū factum fuerit ꝓbari experiēdo ꝗ̄ legendo anteꝗ̄ fiat inueniri potest. Hoc me compulit dicere cuiusdā opinio:quem presbyter quoꝗ Hieronymus temeritatis notat:ꝙ ausus fuerit Danielis hebdomadas de aduentu Christi futuro non de præterito exponere. Si quid autē ꝓ meritis potioribus sanctæ hūilitati cordis tui dn̄s melius reuelauit siue reuelauerit peto nobiscū cōicare digneris:& hęc nostra rescripta sic accipere tanꝗ̄ hominis: qui mallem quidem eorum quę a me inquisisti habere scientiam:ꝗ̄ ignorantiam.quia id nondū potui:magis eligo tantam ignorantiam confiteri ꝗ̄ falsam scientiam profiteri.

Esycii ad Augustinum:Quid ipse de fine sæculi & aduentu domini sentiat declarantis:Et vtrum signa euangelica & ꝓphetica quæ in nobis completa sunt:finem mundi ꝓxime instare manifestent:inquirentis. Epistola.LXXIX.



Omino beatissimo & charitate syncętissima venerando fratri & coepiscopo Augustino:Esycius in domino salutem. Desyderanti & expectanti mihi sanctus cōpresbyter noster Cornutus literas pertulit tuas:quę me lætificarunt:quia memoriam nostri bonam habere dignatus es: qui & mihi paucis sermone ꝓprio sanctæ mentis tuæ de his quæ petieram in trāsitu significasti. Aliquanta aūt de opusculis sancti compresbyteri Hieronymi adiūxisti:vt meā q̄stionē lectione ei⁹ operis de sanctis scripturis explere possem. Et quia dignatus es id petere a nobis:vt quid sentiremus de ipsis quæstiōibus per lr̄as tuę syncerissimę charitati insinuaremus. Ad ea de quibus scripta legi:prout intellectus exiguus meę mediocritatis sentire potuit:aut intelligere infra scripsi. Cum dei omnipotētis conditoris totius creaturæ arbitrio & potestate cuncta gerant:vel quæ facta sunt:vel quę etiā futura sunt sanctorum ꝓphetarum vocibus cognoscuntur: priusꝗ̄ fierent ea quæ futura erāt:voluntate diuina hominibus sunt locuti. Vnde satis admiratione plenum est:si ea deus quæ prædici voluit:ad hominum sensus penitus non posse peruenire constituit:secūdum hoc capitulum: qd̄ dominus beatis apostolis locutus est dicēs:Nemo potest cognoscere tēpora quæ pater posuit in sua potestate. Primum quia in antiquissimis libris ecclesiarū:nō ita scriptum est:Nemo potest:sed scriptum est:Non est vestrum nosse tempora vel momēta:quæ pater posuit in sua potestate. Quę ratio sermonis sequēti verbo recte completur cum dicit:Sed eritis mihi testes in Hierusalem:& in Iudęa:& in Samaria:& vsꝗ ad vltimum terræ. Nō ergo apostolos testes cōsummationis mundi:sed nominis & resurrectionis suæ voluit intelligi. Nam de tēporib⁹ cognoscēdis ipse dominus monet. Quisnam est fidelis seruus & prudēs:quē cōstituit dominus super familiam suam:vt det illis cibū in tēpore? Sanctus ille seruus quē veniens dominus eius inuenerit sic facientem. Familia Christi verbo prædicationis pascitur:& fidelis famulus inuenit:qui in tēpore expectantibus dominum necessariam escam credentibus præstat. Malus.n. seruus sic reprehenditur. Q̄ si dixerit malus seruus:moram facit dominus meus venire: veniet dn̄s eius in die qua nescit:& hora qua ignorat:& reliqua. Itē arguit q̄re tēpus nō agnoscatur dicendo:Hypocritę: faciē cœli nostis ꝓbare:tēpus hoc quare nō agnoscitis? Item apostolus:In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa:& reliqua. Item apostolus:De temporibus autem & momentis non necesse habemus vobis scribere. Vos enim ipsi diligenter scitis quia dies domini sicut fur in nocte ita veniet. Cum enim dixerint:pax & securitas:tunc subitaneus illis apparebit interitus: quomodo dolores parturientis:& non effugient. Item apostolus:Non retinetis memoria:quia cum essem apud vos hæc dicebam vobis:& nunc quid detineat scitis vt reueletur in suo tempore:Nam mysterium iniquitatis iā operatur tantum:vt

Marginalia: Act.1. — Lucę.12. — Vbi supra. — 2.Timo.3. — 1.Thessal.2. — 2.Tessal.2. — T — V.

qui tenet modo teneat: donec de medio fiat: & tunc reuelabit ille iniquus: quē dñs Iesus interficiet spiritu oris sui. Itē dñs in euāgelio increpat iudæos: Et tu si cognouisses tēpus visitationis tuæ: forsitan pmansisses: nūc aūt abscōdita sunt ab oculis tuis. Et dñs sic pdicat ad iudæos Lucæ.19.
Pœnitentiā agite: cōpleta sunt tēpora: credite in euangelio. Et ad iudæos quidē recte cōpleta Marci.1.
dicebat: quia eorū tēpora post eius prædicationē & triginta & quinq̧ /vel quadraginta annos finita sunt. Et in Daniele: Quoadusq̧ interfecta est bestia: periit: & corpus eius datū est vt cōburatur: & reliquarū bestiarū regnū translatū est: & magnitudo vitæ data est eis: vsq̧ ad tempus quod græce dicitur χρονουο εχελρονε. Et insequitur: Et ecce cū nubibus cæli quasi fili⁹ Daniel.7.
X hominis veniens. Myster iū bestiæ /e reliquarū bestiarū translatione: intelligentibus scripturā manifestum est. Aduentus dñi diligendus est & expectandus. Est etiā magna beatitudo diligentibus eius aduentū: sicut testimoniū perhibet beatus apostolus Paulus: De cætero inquit reposita est mihi corona iustitiæ: quā reddet mihi dñs iustus iudex in illa die. Nō aūt mihi solum: sed & his qui diligunt aduentū dñi. Et dñs in euangelio: Tunc iusti fulgebunt sicut sol 2.Timot.4.
in regno patris sui. Itē propheta: Ecce em̄ tenebræ & caligo operient terrā sup gentes: in te vero apparebit dominus: & maiestas eius in te videbit. Item propheta: Qui vero expectant dominū exultabunt cū virtute: producent pennas sicut aquilæ: current & nō laborabunt: ambulabunt & nō esurient: Et plurima talia quæ ad beatitudinē eorū pertinent qui diligunt aduētum dñi: inueniuntur. Q; autē nemo possit mensuras tēporū colligere manifestū est. Euangelium quippe dicit: De die illa & hora nemo scit. Ego aūt pro possibilitate intellectus mei dico: neq̧ diēneq̧ mēsēneq̧ annū aduētus ipsi⁹ sciri posse: sed signa quę sunt aduēt⁹: vidēdo & cre Matth.13. Esa.60. Esa.40. Matth.24.
Y dendo & expectare me cōuenit: & credentibus escam hanc retribuere: vt expectantes diligant aduentum eius: qui dixit: Hæc oīa cū videritis: scitote quoniā prope est in ianuis. Signa ergo euangelica & prophetica quæ in nobis cōpleta sunt: aduentum domini manifestant. Nam frustra aut qui quærunt aut qui calumniātur /dies & annos in cōputo cōprehendere quærūt: cū scriptū sit: Quia nisi abbreuiati fuissent dies illi: nō fieret salua oīs caro. Sed pter electos breuiabunt dies illi. Certum est tempus carere computo quod breuiādum est a dño qui tempora constituit. Appropinquasse aūt aduentum eius: cuius signa aliqua vidimus ex his quæ facta sunt /esse cōpleta. Et iterum dicit: His aūt fieri incipiētibus respirabitis & leuabitis capita vestra: quoniā appropinquabit redemptio vestra. Quæ autē signa dixit vidēda: manifestum est in euāgelio sancti Lucæ: Et Hierusalē calcabitur a gentibus donec impleantur tēpora gentiū. Hoc factū est: & fieri nulli dubiū est. Et insequitur: Et erunt signa in sole & luna & in stellis & in terra pressura gentiū. Causa quæ patimur & pœna cōpellit: si forte nō curet voluntas. Nā in vno tēpore & signa in cælo & pressura gentium in terris ab hominibus videri & sustineri manifestū est. Et insequitur: Arescentibus hominibus præ timore & expectatione quæ super uenient vniuerso orbi. Nullam patriā: nullū locū nostris tēporibus nō affligi aut humiliari certum est: sicut dictum est: Præ timore & expectatione quæ superuenient vniuerso orbi: & om Vbi supra. Lucæ.21. Vbi supra.
Z nia signa quæ superius euangeliū legētibus manifestat: ex maxima parte cōpleta sunt. Quod autē dictum est: Et prædicabitur euangeliū in vniuerso mundo: & tunc veniet finis: Primū q̧ ipsius domini repromissio talis fuit: vt ipsi apostoli: eius nominis & resurrectiōis testes fierent in hierusalem & in iudęa & in Samaria & vsq̧ ad extremū terræ. Et apostolus hac authoritate docet: Sed dico nunquid nō audierunt? In omnē terrā exiuit sonus eorū & in fines orbis terræ verba eoꝝ. Item Propter spem quæ reposita est vobis: quā ante audistis in verbo veritatis euāgelii: qđ aduenit in vos: sicut & in omni mūdo est fructificans & crescens. Sed ab apostolis nūtiata fides in gentibus habuit multos persecutores: vt retētata tardius inualesceret: vt illud impleretur: Ante hæc oīa primū in vos manus īmittent suas: & psequentur & tradent vos in synagogas & in custodias ducentes ad reges & ad præsides propter nomen meū: vt illud impleretur qđ scriptū erat: Et velociter trædificaberis a quibus destructa es. Nam ex quo clementissimi imperatores christiani dei voluntati esse cœperunt: quicq̧ paulatim fides causa persecutionis crescebat in sæculis: factis regibus christianis vbiq̧ in paruo tēpore christi euāgeliū penetrauit. Expositio sane beati Danielis de hebdomadibus: quas vir sanctus cōpresbyter noster Hieronymus exposuit: qualiter doctores ecclesiarū tradidissent: lectorē suspēdit. Nam si ipse doctissimus vir cōpresbyter noster ait periculosum esse de magistroꝝ ecclesiarum iudicare sententiis & alterū pferre alteri: quantomagis hoc lector facere nō potest: qđ magister facere dubitauit! Nos aūt credim⁹ qđ dñs ait: Quia cælū & terra transiet: iota aūt vnū vel vn⁹ apex Matth.24. Ro.10. Col.1. Matth.5.

Matth.5. nõ trãſiet a lege donec oĩa fiãt.Quomodo ergo myſteriũ hebdomadarũ ſit ĩpletũ vſq; ad nati-
uitatẽ & paſſionẽ xp̃i:admiror:cũ illud qđ in dimidio hebdomadæ ꝓpheta locut⁹ eſt: dicẽdo:
Daniel.9. In dimidio hebdomadę tolleť ſacrificiũ meũ:& deſolationũ ſupplicatio:ĩterit⁹:& ad ſacrificiũ
Matth.24. abominatio. Hæc ergo abomĩatio ſi iã cõpleta fuerat:quõ dñs monet & dicit:Cũ videritis ab
ominationẽ deſolatiõis qđ dictũ eſt ꝑ Danielẽ ꝓphetã ſtantẽ in loco ſancto:q legit ĩtelligat.Ego
aũt ne petitiõis beatitudinis tuæ cõtemptor eſſem: hæc quẽadmodũ ſenſi ſcripſi ad tuã chari
tatẽ.Plenius aũt dignare nos verbo gratiæ tuæ reſcribẽdo inſtruere & lætificare.

Beati Auguſtini ad Eſycium:declarãtis ꝙ ſingula ſcripturarũ teſtimonia nõ ſint ſuffi-
cientia ad indicandum certum & determinatum tempus aduentus domini. Et quẽadmodũ
ille deſyderandus vel expectandus ſit docentis. Epiſtola.LXXX.

DOmino beatiſſimo & venerabiliter ſuſcipiẽdo fratri & coepiſcopo Eſycio: &
Auguſtin⁹ in dño ſalutẽ.Accepi literas veneratiõis tuæ:quib⁹ valde ſalu-
briter exhortaris vt ſaluatoris noſtri diligať & deſyderetur aduẽt⁹. Facis
hoc vt ſeruus bon⁹ eiuſdẽ patriſfamilias:auidus lucrorũ dñi tui:& volẽs ha
bere plurimos ſocios dilectionis:qua ipſe ꝑcipue & ꝑſeuerãter accẽderis.In
2.Timot.4. tuẽtes igiť qđ cõmemoraſti de apoſtolo: quia dñm dixit redditurũ coronã
iuſtitiæ nõ tm̃ ſibi ſed & oĩbus qui diligũt manifeſtationẽ eius:ita recte vi-
uimus:& in hoc ſæculo tanq̃ peregrini agimus:cũ ſe in hac dilectiõe cor noſtrũ ꝑficienter ex
tendit:ſiue citius ſiue tardius veniat q̃ putať:cui⁹ manifeſtatio fideli charitate diligiť: & pio
Luc.12. deſyderať affectu.Seruus quippe ille qui dicit:Morã facit dñs meus:& ꝑcutit conſeruos ſuos:
mãducat & bibit cũ ebrioſis:nõ vtiq; diligit manifeſtationẽ eius. Ex moribus eñ apparet ani
mus eius.Quos mores licet breuiter ideo magiſter bonus curauit exprimere: id eſt ſuperbiã
atq; luxuriã:ne qđ dicebat:Morã facit dñs meus:deſyderio dñi ſui dicere crederet: quo arde
Pſal.4. bat ille qui dicebat:Sitiuit aĩa mea ad deũ viuum:quãdo veniã & apparebo ante faciẽ dei?Di-
cendo eñ quãdo veniã:moras ſe ꝑpeti moleſte ferebat:quia etiã qđ tempore accelerať:deſyde
rio tardũ videť.Quomodo aũt tardus eſt eius aduẽtus:vel quomodo longe futurus eſt: cum 9
ipſi apoſtoli tẽpore quo adhuc erant in carne dixerint:Nouiſſima hora eſt:q̃uis a dño audie-
rint:Non eſt veſtrũ ſcire tẽpora?Hoc ergo neſciebãt qđ neſcimus & nos.Quantũ ad me atti-
net dico & eos q hoc mecũ neſciunt:& tamẽ quib⁹ dictũ eſt: Non eſt veſtrũ ſcire tẽpora q̃ pa-
ter poſuit in ſua poteſtate:diligebãt eius manifeſtationẽ: & dabant cõſeruis in tẽpore cibaria:
nec ꝑcutiebant eos dominãdo eis:nec luxuriabanť cũ amatoribus mundi dicẽtes: Morã facit
dominus meus.Alia eſt ergo ignorãtia temporũ:alia labes morũ amorq; vitiorũ.Nam & apo
2.Theſſa.2. ſtolus Paulus quãdo dicebat: Nõ cito moueamini mente neq; terreamini: ſiue ꝑ verbũ:ſiue ꝑ
epiſtolã tanq̃ per nos miſſam:quaſi inſtet dies dñi:nolebat vtiq; vt crederent eis qui iam ꝓpin
Luc.12. quare dñi arbitrabãtur aduentũ.Nec tamẽ volebat vt tanq̃ ſeruus ille/dicerẽt:Morã facit do
minus meus venire:& traderẽt ſe ſuperbiæ luxuriæq; perdẽdos:ſed ſic eos nolebat de propin
quãte die nouiſſimo falſis auſcultare rumorib⁹:vt tamẽ vellet eos paratos ad aduentũ domi-
1.Theſſa.5. ni ſui lũbis accinctis:& lucernis ardẽtib⁹ opperiri:quibus dicit:Vos autẽ fratres nõ eſtis ĩ te-
nebris:vt vos dies ille tanq̃ fur cõprehendat.Omnes eñ vos filii lucis eſtis :& filii diei:non ſu
mus noctis neq; tenebrarũ.Ille autẽ qui ſic dicit:Morã facit dñs meus venire:vt percutiat cõ-
ſeruos ſuos:epuletur cũ ebrioſis:nõ eſt lucis ſed tenebrarũ. & ideo eũ tanq̃ fur dies ille cõpre
hẽdet.Qđ vnuſqſq; debet etiã de die huius vitę ſuę nouiſſimo formidare.In quo eñ quẽq; in- A
uenerit ſuus nouiſſimus dies:in hoc eũ cõprehẽdet mũdi nouiſſimus dies:quoniã qualis ĩ die
iſto quiſq; moriť:talis in die illo iudicabiť.Ad hoc ꝑtinet qđ in euãgelio ſcđm Marcũ ita ſcri-
Marci.13. ptũ eſt. Vigilate ergo q̃a neſcitis q̃n dñs dom⁹ veniat:ſero:an media nocte:an gallicãtu:an ma
ne:ne cũ venerit repẽte:ĩueniat vos dormiẽtes.Qđ aũt vobis dico:oĩb⁹ dico:vigilate.Quib⁹
eñ oĩbus dicit:niſi electis & dilectis ſuis ad corp⁹ ei⁹ ꝑtinẽtib⁹: qđ ẽ eccl'ia? Nõ ſolũ ergo illis
dixit quib⁹ tũc audiẽtibus loquebať:ſed etiã illis q fuerũt poſt illos ante nos: & ad nos ipſos &
qui erunt poſt nos vſq; ad eius nouiſſimũ aduentũ.Nunquid aũt oẽs inuẽturus eſt dies ille in
hac vita:aut quiſq̃ dicturus eſt ꝙ ad defunctos etiã ꝑtineat qđ ait:Vigilate:ne cũ repẽte vene
rit inueniat vos dormiẽtes?Cur itaq; oĩbus dicit:qđ ad eos ſolos ꝑtineat q tunc erũt: niſi quia
eo modo ad omnes pertinet quomodo dixi? Tunc enim vnicuiq; veniet dies ille cũ venerit ei
dies vt talis hinc exeat qualis iudicandus eſt illo die.Ac per hoc vigilare debet oĩs chriſtian⁹
ne imparatum inueniat eum domini aduẽtus. Imparatũ aũt inueniet ille dies: quẽ imparatũ

inuenerit suæ vitę huius vltimus dies. Certe em̄ hoc saltem manifestū erat apostolis:nō eorū
tēporibus cum hic in carne viuerent dominū esse venturū:& tamē quis dubitet eos pręcipue
vigilasse & seruasse q̄d omnibus dixit:ne imparatos repēte veniens inueniret? Nondū sane in
B telligo quomodo accipi debeat q̄d scripsit sanctitas tua : propterea dixisse dominū apostolis:
Non est vestrum nosse tēpora vel momenta quæ pater posuit in sua potestate:quoniam secu
tus adiunxit:Sed eritis mihi testes in Hierusalē & in Iudæa & in Samaria & vsq̄ ad vltimum
terrę. Quem scripturæ sensum sic exponis:vt dicas non esse apostolos testes consummationis
mundi:sed nominis & resurrectionis suę voluit intelligi. Non quidē ille ait:Non est vestrum
prædicare tempora:sed non est vestrum nosse. Verū si ita vis intelligi q̄d ait:Non est vestrum
scire:ac si diceret:non est vestrū scientes facere:id est non est vestrū hoc docere:quis nostrū do
cere audeat:vel scire pręsumat:q̄d deus ille magister nec eos discipulos docuit:a quibus præ
sentibus interrogatus est pręsens:nec illi tā̄ sancti magniq̄ doctores ecclesiā docere potuerūt?
An respondebitur:hęc nō docuisse apostolos:sed prophetas? Hoc em̄ aisti:& verū est:q̄ ea quę
futura sunt sanctorū prophetarū vocibus cognoscuntur:qui priusq̄ fierēt inquis:ea quę futu
ra erant voluntate diuina hominibus sunt locuti. Sed si veneratio tua satis admiratione ple
nū esse dicit:si ea deus quę prędici voluit ad hominū sensus penitus nō posse peruenire cōsti
tuit:quāto maiore admiratione plenū est:si ea quę prophetę hominibus sunt locuti:hæc apo
stoli vel scire sunt prohibiti vel docere? Quomodo aūt pphetæ ista de quibus agiť tēpora do
centes:non intelligerētur ab apostolis:si intelliguntᷣ a nobis? Aut si eos apostoli intellexerunt
istam mensurā tēporis prophetantes:quomodo nō docerēt q̄d intellexerunt:quando per eorū
pręconium & ipsi prophetę innotescebāt:qui eos suis libris ista docuerunt? Et ideo per quas li
teras ea ipsi didicerāt:per easdē poterāt alii quoq̄ in his gētibus discere:in quibus apostoli au
thoritatē propheticam cōmendabant. Cur ergo eis dictū est:Non est vestrū scire:vel si ita in
telligendū est:Non est vestrū docere tēpora:quę pater posuit in sua potestate:quādoquidē sic
ea docebant:cū hi in quorū literis discerentur per illos innotescebant? Vnde credibilius est:nō
deū noluisse scire:sed voluisse prædicari:q̄ noluit prędicari q̄d videbat non vtiliter sciri. Cur
C ergo inquis de tēporib⁹ cognoscēdis ipse dominus monet vbi dicit : Quisnā est fidelis seruus Matth.24.
et prudēs quē constituit dominus super familiā suā vt det illis cibū in tēpore? &c. Immo vero
monet:non vt bonus seruus cognoscat temporū finē:sed vt omni tempore in opere bono vigi
let:quia nescit temporū finē. Non monet vt tēpora quæ pater posuit in sua potestate assequa
mur super apostolos:sed monet vt quoniā nescimus quādo veniat dn̄s:in cordis præparatio
ne imitemur apostolos. Vnde iam supra satis locutus sum. Arguit autē iudæos: quare tēpus
nō cognoscant:dicens:Hypocritę faciem cęli potestis probare:& reliqua. Quoniā illud tēpus Lucę.12.
non agnoscebant:q̄d iā volebat agnosci:id est primi aduētus sui quo in eū crederēt:qui alterū
eius aduentū vellent expectare vigilantes quandocūq̄ futurus esset. Qui em̄ aduentū domi
ni non cognouerit primū:pręparare se non potuit ad secundū:credēdo in eū fideliterq̄ vigilā
D do:ne illū tanq̄ fur in tenebris cōprehendat:siue tardius venerit:siue citius q̄ speratur. Dicit
etiā (sicut admones) apostolus Paulus:In nouissimis tēporibus instabūt tēpora periculosa:& 2.Timot.3.
reliqua. Sed nunquid ideo docet tempora:quæ pater posuit in sua potestate? Aut ideo quisq̄
nouit q̄ longa vel breuia sint eadē ipsa quæ fatendū est esse nouissima? Cogitare quippe debe
mus q̄ olī dictū sit:Fratres nouissima hora est. Rursus eūdē apostolū dixisse cōmemoras:De tē 1.Ioan.2.
poribus autem & momentis non necesse habemus scribere vobis:vos em̄ ipsi diligenter scitis 1.Thessa.5.
quia dies domini sicut fur ita in nocte veniet. Et cū dixerint:pax & securitas:tunc subitaneus
illis apparebit interitus:quomodo dolores parturientis:& nō effugient. Et hic non dixit post
quātum tēporis hoc futurū sit:sed quomodo futurū sit:id est non quanta erit ętatis breuitas
vel prolixitas:sed quantūlibet interuallū sit spaciumq̄ tēporis:non tamen eis hoc veniet ma
lū nouissimū:nisi cū dixerint:pax & securitas. Quibus verbis videtur apostolus huius nouis
simi diei vel spem vel timorē ab hoc nostro tēpore remouisse. Non em̄ videmus ipsos amatores
huius sæculi:quibus subitaneus apparebit interitus:iā dicere:pax & securitas. Quid ergo sci
re sufficiat satis ipse demonstrat apostolus:dicēdo:De temporibus & momentis:non opus ha
bemus vobis scribere: Vel sicut alii codices habent:Non opus habetis vobis scribi. Hæc secu
tus adiunxit:Vos em̄ ipsi diligenter scitis quia hora domini sicut fur in nocte ita veniet. Hoc
ergo scire opus est:vt curent filii lucis esse & parato corde vigilare:qui nolunt ab illa hora si
cut a nocturno fure comprehendi. Nam si ad cauendum hoc malum:id est ne hora domini tā

n ii.

q̄ fur inueniat imparatum:opus esset nosse temporum spacia:non diceret apostolus: nō opus esse vt hoc scriberet:sed hoc potius eis esse scribendū tanq̄ doctor prouidētissimus iudicaret. Nūc autem nec illis hoc opus esse monstrauit:quibus sufficiebat vt scirēt imparatis atq̄ dormientibus horā domini sicut furē esse vēturam:atq̄ hoc sciendo essent ipsi vigilanter parati: post quātalibet tēpora veniret.Et suum seruauit modū:vt licet apostolus:nō tamen præsume ret alios docere:qđ apostolis dominū dixisse cognouerat:Non est vestrū scire.Ponis etiā quod E
2.Thessa.2. idem ipse dixit apostolus:Nō retinetis memoria quia cū essem apud vos hæc dicebā vobis!Et nūc quid detineat scitis vt reueleť in suo tēpore.Nam mysteriū iam operatur iniquitatis tan tū qui tenet modo teneat donec de medio fiat.Et tūc reuelabitur ille iniquus:quē dominus Ie
20.de Ciui sus interficiet spiritu oris sui.Quę verba apostolica vtinā non tantūmodo ponere:verūetiam tate dei.ca. exponere dignareris.Ita sane obscura sunt & mystice dicta:vt tamen appareat eū nihil de sta
19. tutis dixisse tēporibus:nullūq̄ eorū interuallum spaciūq̄ aperuisse.Ait eīn:Vt reueleť in suo tēpore:nec dixit post quantū tēporis hoc futurū sit.Deinde subiunxit:Iam eīn mysteriū opera tur iniquitatis.Hoc iniquitatis mysteriū quomodolibet itelligatur quid sit:ab alio sic:ab alio autem sic:q̄diu tamen operetur occultū est.Neq̄ id expressit apostolus:tanq̄ homo ex eorum numero:quibus dictū est:Non est vestrū scire tēpora.Q̄uis eīn nondū inter eos erat quando eis hoc dictum est:ad eorū tamē collegiū atq̄ societatē etiā ipsum nō ambigimus ptinere. Itē qđ sequitur:Tantū qui modo tenet teneat donec de medio fiat:& tūc reuelabitur ille iniquus quē dominus Iesus interficiet spiritu oris sui:docet nos antichristū manifestum futurū.Siqui dem ipsum videtur aliquāto euidētiori significatione tetigisse interficiendū spiritu oris domini Iesu Christi:sed post quātum tēporis hoc futurū sit:nec saltem obscure locutus est. Quisnā sit eīn qui modo tenet:vel quid teneat:vel quid sibi velit qđ ait:de medio fiat! Potest quisq̄ se coartare vt intelligat:vel aliquatenus suspicetur:quoniā quoquo modo scriptum legit:q̄diu
Luc.19. autē teneat:& post quāta tēporū spacia de medio fiat:hic omnino tacetur.Item dominus(inquis)in euangelio increpat Iudæos dicens:Et tu si cognouisses tēpus visitationis tuę: forsitan permansisses:nunc autē abscondita sunt ab oculis tuis.Sed hoc ad tēpus primi aduētus domini pertinet non secundi:de quo nunc quęstio est.De secundo quippe aduētu suo dixit:Non est vestrū scire tempora:non de primo.De illo eīn ab eo quęsierūt discipuli quē sperabant:non de
1.Cor.2. isto quē iam videbant.Si eīn primum eius aduentum Iudæi cognouissent:nunq̄ dominū glo
Marci.1. riæ crucifixissent:& ideo nō euerti sed permanere potuissent.Iam vero qđ ait ad eos:Pœniten tiam agite:cōpleta sunt tēpora:credite euāgelio:etiam ipse firmasti de his tēporibus dictum esse Iudæorū:quæ continuo post paucos annos fuerant transitura: & nunc nouimus iam esse transacta:euersa scilicet ciuitate:in qua regnū eorum fuerat constitutū.Proinde qđ ex Danie le de interfecta bestia posuit venerabilitas tua: & de reliquarū bestiarū regno: & inter hæc de filio hoīs veniente cū nubibus cæli:manifestū esse dixisti intelligētibus scripturā.Sed si digna tus fueris exponere:quomodo ista pertineant ad cognoscendum tēporū spacium:post qđ erit saluatoris aduentus:ita vt inueniantur sine vlla ambiguitate manifesta:fatebor etiam ipse cū magna actione gratiarū:illud qđ ait dominus:Non est vestrū scire tēpora:tantūmodo aposto lis esse dictū nō posteris eorū qui ea fuerant cogniturí.Diligendus ergo est & expectandus do G mini sicut sancte hortaris aduētus:magnamq̄ dicis esse beatitudinē diligētibus eius aduētū:
2.Timot.4 & adhibes apostoli testimonium:cuius verba sic ponis:De cætero reposita est mihi corona iustitiæ:quā reddet mihi dominus iustus iudex in illa die. Non solum autē mihi:sed & his qui diligunt aduētum domini.Tunc eīn sicut ex euangelio cōmemoras:Iusti fulgebunt sicut sol
Matth.13. in regno patris sui.Et qđ propheta dicit:Ecce eīn caligo & tenebræ operient terram super gē
Esa.60. tes:in te vero apparebit dominus:& maiestas eius in te videbitur. Item qđ scriptum est: Qui
Esa.40. vero expectant dominum:exultabunt cum virtute:producent pennas sicut aquilæ: currēt et non laborabunt:ambulabunt & non esurient.Hoc plane piissime & verissime dicis:commen dans eorum beatitudinem:qui diligunt aduentum domini.Sed & illi quibus dicebat aposto
2.Thessa.2. lus:Non cito moueamini mente:quasi instet dies domini: diligebant vtiq̄ aduētum domini. Nec eos hoc docens doctor gentium ab illa dilectione frangebat:qua vt inflammarentur vo lebat:& ideo nolebat vt crederent eis:a quibus audiebant instare diem domini: ne forte cum transisset tempus:quo eum crediderant esse venturum:& venisse non cernerent:etiam cætera fallaciter sibi promitti arbitrantes:& de ipsa mercede fidei desperarent. Non ergo ille diligit aduentum domini qui eū asserit propinquare:nec ille qui eū asserit non propinquare: sed

ille potius qui eum siue prope siue longe sit:synceritate fidei:firmitate spei: ardore charitatis expectat. Nam si tantomagis diligitur dominus:quãtomagis creditur & prędicatur citius esse venturus:magis eũ diligebant qui eius aduẽtum iam instare dicebant:q̃ hi quos apostolus
H eis credere prohibebat:vel ipse apostolus qui hoc vtiq̧ non credebat. Si autẽ onerosa nõ est infirmitas mea sanctitati tuæ:peto apertius non graueris exponere:quomodo dixeris neminem posse tẽporum mensuras colligere:ne forte & hoc mihi videatur:qđ etiã charitati tuę: & frustra quilibet nostrũ instrui expectet ab altero. Cum hoc em̃ dixisses:deinde subdidisti & aisti: Euãgelium quidẽ dicit:De die & hora nemo scit. Ego autẽ (inquis) pro impossibilitate intellectus mei dico:neq̧ mensem neq̧ annũ aduẽtus ipsius sciri posse. Ita em̃ hoc videtur sonare: tã q̃ non possit sciri:quo anno venturus sit:sed possit sciri qua hebdomade annorũ:vel qua decade:tanq̃ dici possit atq̧ definiri intra illos vel illos decẽ annos. Q̧ si ne hoc quidẽ comprehendi potest:quæro vtrũ sic saltem possit definiri tẽpus aduentus eius:vt eũ venturum esse dicamus:intra istos (verbi gratia) quinquaginta vel centũ annos:vel quotlibet seu maioris numeri seu minoris annorũ:sed in quo eorũ:nos ignorare. Hoc si iam cõprehendisti:multum est qđ cõprehendere potuisti. Idipsum est autẽ quod rogo vt nobis benignus impertias:adhibẽs idonea documenta:quibus id potueris indagare. Si autẽ neq̧ hoc te cõprehendisse pręsumis:hoc sentis qđ ego. Nouissima em̃ esse ista tempora:multis rerũ signis apparentibus quæ dominũ prędixisse legimus:omnes qui ea credimus:cernimus. Sed & mille annorum tẽpus:si eorum finis esset sęculi finis:posset vniuersum dici nouissimũ tempus:vel etiam nouissimus dies:quia scriptum est:Mille anni ante oculos tuos:tanq̃ dies vnus:vt quicquid per eosdem mille annos Psal.89.
gereretur:nouissimo tẽpore vel nouissimo die diceretur geri. Iterum em̃ dico qđ in hac causa
I sæpe dicendũ est:Consyderemus ante q̃ multos annos dixerit beatus Ioannes euangelista: Nouissima hora est. Nam si tunc essemus:hoc audito quãdo crederemus tot annos postea trãsituros:ac non potius ipso adhuc Ioanne in corpore constituto dominũ speraremus esse venturũ? Neq̧ em̃ dixit:nouissimũ tempus est:aut nouissimus annus:aut mensis:aut dies: sed nouissima hora est. Et ecce ista hora q̃ longa est:nec tamen est ille mentitus:sed vtiq̧ intelligẽdus est horam pro tẽpore posuisse. Q̃d nonnulli sic accipiunt:vt sex annorũ milia constituant velut vnũ diem:eumq̧ in partes velut horas duodecim partiantur:vt sic quingentos annos postremos:hora videatur habere postrema. In quibus annis iam Ioannes inquiunt loquebatur:quãdo nouissimã horam esse dicebat. Sed aliud est nosse aliquid:aliud suspicari. Cur enim non potius si sex annorum milia deputandus est vnus dies:non duodecima:sed vicesimaquarta pars eius vna hora est:id est non quingenti: sed ducenti quinquaginta anni? Totus em̃ dies:totus circuitus solis verius nuncupatur:nõ ab oriente vsq̧ in occidentẽ:sed ab oriente vsq̧ in orientem:vnde toto die peracto:id est vigiti & quatuor horis:rursus exoritur. Ac per hoc hora ista nouissima:ex quo tẽpore id locutus est Ioannes:ante ferme septuagita annos (vt minimũ) iã reperitur esse transacta:& nondũ venit terminus sæculi. Huc accedit quia inspecta diligenter ecclesiastica historia:reperit̃ Ioannes apostolus longe ante fuisse defunctus:q̃ quinq̧ milia quĩgenti anni:a generis humani exordio cõplerentur. Nondum erat itaq̧ hora nouissima:si sex milium annorũ pars duodecima:id est quingenti anni:velut vnius horę spacium deputatur. Porro si secundũ scripturas vnũ diem mille annos esse ponamus:multo magis olim trãsiit tã longę diei hora nouissima:non dico si vicesimaquarta pars eius:qui sunt anni paulo amplius quadraginta:sed si duodecima deputetur:quæ illos annos duplos habet. Vnde cõuenientius ille apostolus creditur horã posuisse pro tempore:quæ hora q̃ longa sit ignoramus: quia non est nostrum scire tẽpora quæ pater posuit in sua potestate: q̃uis eam nouissimam esse nouerimus:multomagis vtiq̧ nos q̃ qui fuerunt ante nos:ex quo esse vel dici cœpit hora nouissima.
K Q̧ autem ideo videtur venerationi tuæ comprehendi non posse tẽporum mensuras:vt definiatur quo anno futurus est finis:quia secundũ promissionem domini breuiabuntur dies illi: prorsus non intelligo. Si enim sic breuiabuntur:vt fiant ex pluribus pauciores:quæro secundum quã veritatem futuri erant plures:nisi breuiarentur? Hebdomades em̃ sancti Danielis: non ad primũ domini aduentũ:sicut pluribus visum est:sed ad secundũ potius existimas pertinere. Ita ne ergo breuiabũtur vt vel vna in eis hebdomada minus futura sit:& falsa erit prophetia:quę tanta diligẽtia numerũ hebdomadarũ definire curauit:vt quiddã diceret etiã dimidio hebdomadis implẽdũ? Miror si per prophetiam Christi destruitur prophetia Danielis. Deinde quale est:vt putemus ignorasse Danielẽ:vel potius angelũ a quo ista discebat: breuia

turũ dominũ dies illos: & errasse:vt hoc diceret:vel scisse quidẽ:sed ei quẽ docebat fuisse men
titum! Qđ si absurdum est:cur nõ potius credimus:secũdum id ꝙ breuiaturus est dominus
dies illos:tot hebdomadas prophetasse Danielẽ:si tamen ad secũdum domini aduentũ:qđ ne-
scio quẽadmodum possit ostendi: ille numerus refertur annorũ!Postremo multo certius secu
riusq; dicitur domini aduentũ intra septuaginta /aut vt plurimũ intra centum annos futurũ
si hebdomades istę ipsum prænuntiant.Anni enĩ quadringẽti nonaginta:sunt in hebdomadi
bus septuaginta.A natiuitate autẽ domini hodie cõputantur anni,ferme quadringẽti vigin-
ti. A resurrectione autẽ vel ascensione eius:anni plus minus.cccxc.Ac per hoc si ex quo natus
est cõputetur:septuaginta sunt reliqui.Si ex quo passus est:circiter centũ remanẽt:intra quos
Danielis omnes hebdomades:si de nouissimo eius aduentu prophetatę sunt:implebunt.Qui
ergo dicit intra tot annos erit:tunc falsum dicit si vltra erit.Sed quia breuiabũtur:pauciores
poterunt esse non plures.Recte itaq; dicitur intra hos erit:quoniã quantũlibet breuientur ve
rũ erit.Ipsa nãq; breuiatio si eo modo intelligẽda est vt pauciores fiant:vltra eos diem domini
venire non patitur:sed magis magisq; intra eos quãto fuerint pauciores.Non igitur ista bre-
uiatio turbat cõputatorẽ:qui eo modo definierit:vt dicat intra tot annos diẽ domini esse ven
turũ:sed adiuuat potius:quoniã quantomagis ad paucitatẽ redigentur dies:tantomagis erit
intra:& vltra esse non poterit:atq; ideo verũ erit qđ ita definitur : vt dicatur intra tot annos
erit:q̃uis nesciatur quo anno futurũ sit.Proinde tota quæstio est:vtrũ Danielis hebdomades: L
primo aduẽtu domini implete sint:an finẽ sęculi prophetauerint:an ad vtrũq; ptineant.Neq;
enĩ qui etiam hoc saperẽt defuerunt:dicentes:tẽpore primi aduentus Christi esse cõpletas:et
inde vsq; ad finẽ sæculi totidẽ rursus esse complendas.Equidẽ video quia si primus eas nõ cõ
pleuit aduẽtus:necesse est vt secundus eas cõpleat:quoniã prophetia illa non potest esse falsa:
quæ si tẽpore primi aduentus impleta est:non cogit intelligi ꝙ etiam de fine sæculi iplebitur.
Ac per hoc incertũ est etiam si verũ est:neq; negandũ quidẽ:sed neq; pręsumẽdum est id futu
rũ.Relinquitur itaq;:vt qui vult cogere istam prophetiam credi sæculi fine cõplendam:con-
tendat quãtum potest & ostendat si potest primo aduẽtu domini non fuisse completã: contra
tot expositores diuinorũ eloquiorũ:qui hoc non solum computatione tẽporum:verũetiam re
Daniel.9. bus ipsis cõpletum fuisse demonstrant:maxime qđ ibi scriptũ est:Etvngetur sanctussanctorũ:
vel propter qđ in eadẽ prophetia hebręi codices expressius habent:Occidetur Christus & nõ
erit eius:id est non erit eius ciuitatis:quoniã sic alienatus est a Iudæis:qui eũ propterea salua
torem redemptorẽq; suum non esse crediderunt:quia occidere potuerunt.Neq; enĩ in fine sæ
culi vngẽdus:aut occidẽdus est Christus:vt ista prophetia Danielis tunc expectetur implẽda
quæ nondũ creditur impleta.Q; autẽ de signis euãgelicis & propheticis quæ fieri cernimus: M
propinquũ domini aduẽtum sperare debeamus:quis negat! Quotidie quippe magis magisq;
fit proximus.Sed quãto interuallo propinquet:hoc dictum est:Non est vestrũ scire.Vide quã
Ro.13. do dixit apostolus:Nunc enĩ propior est nostra salus q̃ cũ credidimus:Nox pręcessit:dies au-
tẽ appropinquauit:Ecce quot anni transierunt:nec tamen qđ dixit falsum est: Quantomagis
nunc dicẽdum est propinquare domini aduentũ:quando tantus est ad finem factus accessus!
1.Timot.4. Apostolus certe:Spiritus inquit manifeste dicit:quia in nouissimis tẽporibus recedent quidã
a fide.Nondum vtiq; erant eadem tẽpora hæreticorum scilicet & talium:quales eodẽ sermo-
ne describit:sed iam venerunt:ac per hoc in nouissimis tẽporibus videmur etiam per ipsos de
2.Timot.3. fine sæculi cõmoneri.Itemq; alibi dicẽs.Hoc autẽ scitote quoniam in nouissimis diebus insta-
bunt tẽpora sęua:vel sicut alii codices habẽt:periculosa. Deinde qualia futura sint exprimẽs:
Erũt enĩ homines inquit seipsos amantes:amatores pecuniæ:elati:superbi;blasphemi: parẽti-
bus non obedientes:ingrati:scelesti:irreligiosi:sine affectione:detractores:incontinẽtes:immi
tes:sine benignitate:proditores:procaces:cæcati: voluptatũ amatores magis q̃ dei : habentes
speciem pietatis:virtutẽ autẽ eius abnegantes.Mirum si tales homines aliquando defuerunt.
Deniq; quia & tunc erant:adiungit ac dicit:Et hos deuita. Ex his enĩ sunt qui penetrant do-
mos.Non ait:Penetrabunt:tanq̃ & hoc futurũ prenuntians:sicut supra dixerat:Instabunt tẽ
pora periculosa:sed ait:Penetrant domos:& captiuas ducunt mulierculas.Non ait:ducẽt vel
ducturi sunt:sed iam ducunt.Nec putandus est hoc loco:pro tẽporis futuri verbis: pręsentis
tẽporis verba posuisse:quandoquidẽ illos ab eo cui scribit euitari admonebat. Nec tamen fru
stra dixit:In nouissimis diebus instabunt tẽpora periculosa:& hinc ea periculosa futura demõ
strans:tales homines futuros esse pędixit:nisi quia tãto plures erũt:magisq; abundabũt: quã

N tomagis ꝑpinquaẽ ad finẽ. Videmꝰ ergo tales nũc abũdare. Sed quid si abũdãtiores erũt post
nos: & oĩno abũdãtissimi: qñ iã iãq ipse finis istabit: q q̃diu aberit ignoraẽ? Nouissimi quippe
dies dicti sunt: & ĩ ipsis primis apostoloꝝ diebus: cũ dñi ĩ cælũ recẽs eẽt ascẽsus: qñ die pente- Act.2.
costes misit ꝑmissum spiritũsanctũ: & qdã stupebãt admirãtes eos: q liguis q̃s nõ didicerãt lo
quebanẽ. Quidã vero irridẽtes musto plenos eẽ dicebãt. Quo die Petrus loquẽs ad illos: q de
hac re varie mouebanẽ: Nõ.n. sicut (inqt) suspicamini ebrii sunt isti cũ sit hora diei tertia: Sed
attẽdite qm̃ hoc ẽ qđ dictũ est p ꝓphetã: Erit ĩ nouissimis diebꝰ dicit dñs: Effundã de spũ meo Iohel.2.
sup oẽm carnẽ. &c. Iã tũc ergo erãt dies nouissimi: quãtomagis nũc etiã si tm̃ dieꝝ remãsit vsq
in finẽ: quãtũ ad hũc diẽ: a dñi ascẽsiõe trãsactũ est: vl' aliqd siue minꝰ restet siue ãplius: qđ ꝓfe
cto nescimꝰ: qa nõ est nostrũ scire tẽpora q̃ pater posuit ĩ sua ptãte: cũ tñ sciamus ĩ nouissimis
tẽporibꝰ: in nouissimis diebus: ĩ nouissima hora nos agere sicut apostoli: sed multo magis qui
fuerunt post illos ante nos: & multomagis nos: & magis q̃ nos q erunt post nos: donec ad illos
veniaẽ qui erũt (si dici potest) nouissimorũ nouissimi: atq ad ipsum oĩno nouissimũ quẽ vult
O intelligi dñs vbi dicit: Et resuscitabo eũ in nouissimo die: qui q̃ longe absit cõprehendi nõ po- Ioan.6.
test. Signa quæ in euãgelio futura prædicta sunt: sicut cõmemorat sanctitas tua: sm̃ Lucã: ea-
dem sunt sm̃ Matthæum & sm̃ Marcũ. Hi eñ tres narrãt quæ dixerit dñs cum interrogatus
esset a discipulis suis: qñ futura essent quæ de tẽpli euersione prædixerat: & qđ signũ esset ad-
uentus eius & cõsummationis sæculi: Non eñ discrepant rebus si alius aliquid dicit qđ alius
tacet: aut alio modo dicit: magis aũt collata inuicem iuuant: vt legentis intellectus regaẽ. Sed
de omnibus disputare nunc longũ est. Interrogãtibus eñ dñs: ea respõdit quæ iam ex illo tem
pore fuerãt secutura: siue de excidio Hierusalẽ: vnde orta est ipsius interrogationis occasio: si
ue de aduẽtu suo per ecclesiam in qua vsq ad finẽ venire non cessat. In suis eñ veniens agno-
scitur: dum eius quotidie mẽbra nascuntur. de quo aduẽtu ait: Ammodo videbitis filium ho Matth.26.
minis venientẽ in nubibus: de quibus nubibus dictum est per prophetam: Mandabo nubibus Esa.5.
meis ne pluant sup eã: siue de ipso fine in quo apparebit viuos iudicaturus & mortuos. Cum
itaq signa dicat quę ad ista tria pertinẽt: id est ad excidiũ illius ciuitatis: ad aduẽtũ eius ĩ cor-
pore suo qđ est ecclesia: ad aduentũ eius in capite ecclesię qđ est ipse: quid eorũ signorũ / ad qđ
horũ trium referendũ sit: diligẽti cõsyderatione cernendũ est: ne forte qđ pertinet ad euersio-
nẽ Hierusalẽ: ad finẽ sęculi referendũ putemus: Aut ecõtrario qđ ad finẽ sęculi pertinet: affir-
memus ad ciuitatis illius excidiũ pertinere: Aut qđ pertinet ad eius aduẽtum in corpore suo
qđ est ecclesia: dicamus pertinere ad eius aduentũ nouissimũ in corpore suo qđ est caput eccle
sie: Aut rursus qđ pertinet ad aduentũ eius nouissimũ: per seipsum ad eum pertinere asseuere
mus aduentũ qui est per ecclesiã. In quibus omnibus sunt quædã manifesta: quædã vero sic ob
scura: vt vel laboriosum sit ea diiudicare: vl' temerariũ / q̃diu nõ intelliguntẽ / de his aliquid de
finire. Quis eñ nõ videat ad illã ciuitatẽ pertinere qđ dictũ est: Cũ autẽ videritis circũdari ab
P exercitu Hierusalẽ: tũc scitote qa appropinquabit desolatio eiꝰ? Itẽ quis nõ videat ad aduentũ
dñi nouissimũ ptinere qđ dictũ est: Cũ videritis hęc fieri scitote qm̃ ꝓpe est regnũ dei? Illud au
tẽ qđ dictũ est: Vę pręgnãtibꝰ & nutriẽtibꝰ ĩ illis diebꝰ: Orate aũt vt nõ fiat fuga vestra hyeme
vel sabbato: Erit eñ tũc tribulatio magna q̃lis nõ fuit ab initio mũdi neq fiet: sic est positũ sm̃
Matthęũ: & scđm Marcũ: vt ĩcertũ sit: vtrũ de excidio illiꝰ ciuitatis: an de scl'i fine intelligi de-
beat. Sic.n. hoc ipm̃ legiẽ apud Marcũ: Vę aũt pręgnãtibꝰ & nutriẽtibus ĩ illis diebꝰ: Orate vt Marci.13.
hyeme nõ fiãt. Erũt.n. dies illi tribulatiõis tales: q̃les nõ fuerũt ab initio creaturę quã cõdidit
deꝰ vsq nũc: neq fiẽt. Et nisi breuiasset dñs dies illos nõ fuisset salua oĩs caro: sed ꝑpter electos
quos elegit breuiabit dies. Nõ dissimiliter & Matthęꝰ. Hoc aũt Lucas ita posuit: vt appareat Matth.24.
ad illiꝰ ciuitatis excidiũ ptinere. Nã sic apud eũ legiẽ: Væ aũt pręgnãtibꝰ & nutriẽtibꝰ in illis Lucę.21.
diebꝰ. Erit.n. pressura magna sup terrã & ira populo huic: & cadẽt ĩ ore gladii: & captiui ducẽ
tur ĩ oẽs gẽtes: & Hierusalẽ calcabiẽ a gẽtibꝰ: donec ĩpleanẽ tẽpora nationũ. Vnde autẽ ad hoc
ventũ est: Matthęꝰ ita scribit: Cũ ergo videritis abominationẽ desolatiõis: q̃ dicta est a Danie- Matth.24.
le ꝓpheta stãtẽ ĩ loco sancto: q legit ĩtelligat: tũc q ĩ Iudęa sunt fugiãt ĩ mõtes: & q in tecto nõ
descẽdat tollere aliqd de domo sua: & q in agro nõ reuertaẽ tollere tunicã suã. Vę aũt pręgnã
tibꝰ & nutrientibꝰ in illis diebꝰ: &c. Marcus vero ita: Cũ videritis abominationẽ desolationis
stantẽ vbi non debet: qui legit intelligat: tũc qui in Iudęa sunt fugiant in montes: & qui super
tectũ ne descẽdat in domũ: nec introeat vt tollat quid de domo sua: & qui ĩ agro erit nõ reuer
taẽ retro tollere vestimẽtũ suũ: Vę aũt pręgnãtibꝰ & nutriẽtibꝰ ĩ illis diebꝰ: & reliq̃. Lucas ve-

ro vt ostēderef tunc factam fuisse abominationē desolationis quæ a Daniele prædicta est: quā
do expugnata est Hierusalē: hęc eodē loco domini verba cōmemorat: Cum aūt videritis circū
dari ab exercitu hierusalē: tunc scitote quia appropinquabit desolatio eius. Apparet itaq; tūc
ibi positā desolationis abominationē: de qua duo illi euāgelistæ locuti sunt. Deniq; etiā iste si-
militer sequitur: Tunc qui in Iudęa sunt fugiant in montes. Et pro eo qđ dixerūt illi: Et qui su
per tectū: ne descēdat in domū: nec introeat vt tollat quid de domo: Iste dixit: Et qui in medio
eius sunt discedāt: vt ostenderetur illis verbis apud alios euāgelistas positis: festinationē fugę
fuisse pręceptā. Et pro eo qđ illi posuerunt: Et qui ī agro erit nō reuertatur retro tollere vesti
mentū suū: apertius iste ait: Et qui ī regionib⁹: nō intrēt in eā: quia dies vltionis hi sunt: vt im
pleanf oīa quę scripta sunt. Deinde similiter etiā iste sequif: vt prorsus manifestū sit de hac ip
sa re oīm triū esse hūc euāgelii locū: Vę autē pręgnātibus & nutrientib⁹ in illis dieb⁹: & cęte-
ra ad hoc ptinētia: quę iam cōmemoraui superius. Lucas ergo patefecit qđ esse posset incertū:
nō ad sęculi finē sed ad expugnationē Hierusalē pertinere: id qđ dictū est de abominatiōe deso
latiōis: & qđ dictū est de dierū breuiatione ꝑpter electos: quia etsi ea ipse nō dixit: dixit tamen
apertius caetera de hoc ipso: quo & ista ptinere monstrauit. Non eñ debem⁹ ambigere: quādo Q
euersa est Hierusalē: fuisse ī illo populo electos dei: q ex circūcisione crediderāt: siue fuerāt cre
dituri: electi ante cōstitutionē mūdi: ꝑpter quos breuiarenf dies illi: vt tolerabilia mala fierēt.
Nā quidā cōueniētius ītellexisse mihi videnf: mala ipsa significata noīe dierū: sicut dicti sunt
dies mali ī aliis diuinę scripturę locis. Neq; eñ dies ipsi mali sunt: sed ea q̄ fiūt in eis. Ipsa ergo
dicta sunt breuiari vt deo donāte tolerātiā min⁹ sentirenf: ac sic quę magna essent breuia fie-
rēt. Sed siue isto modo intelligēda sit dierū illa breuiatio: siue ꝙ ad paucitatē redigerenf: siue
ꝙ cursu solis celeriore breuiarenf: nō.n. desunt q & hoc existimēt: ita scilicet dictos breuiores
dies futuros: sicut fuit lōgior dies orāte Iesu naue: Tamē Lucas euāgelista & hāc dierū breuia
tionē & abominationē desolatōis: q̄ duo ipe nō dixit: sed Mattheus Marcusq; dixerūt: ad euer
sionē Hierusalē docuit ptinere: alia cū eis dicēs apertius de hac eadem re: quę illi posuerūt ob-
Iosephus. scurius. Nam Iosephus qui iudaicā scripsit historiā: talia mala dicit illi populo tūc accidisse:
vt vix credibilia videanf. Vnde nō īmerito dictū est: talē tribulationē nec fuisse a creaturę ini
tio nec futurā. Sed & si tempore antichristi talis aut maior forsitan erit: intelligendū est de il-
lo populo dictum ꝙ ei talis amplius futura non erit. Si eñ antichristum illi primitus & pręci
pue recepturi sunt: facturus est tunc idem populus tribulationē potius q̄ passurus. Non est R
ergo cur putemus hebdomadas prophetę Danielis: vel propter dierū breuiationē fuisse tur-
batas: vel illo iam tēpore non fuisse completas: sed in fine sæculi esse cōplendas. Non eñ ante
passionē domini impletæ sunt. Qđ qui putant: rectissime tua sententia refelluntur: quia dixi
Matth.24. sti: Hæc ergo abominatio si iam cōpleta fuerat: quomodo dominus monet & dicit: Cum vide
ritis abominationem desolationis: qđ dictum est per Danielem prophetā stantem in loco san-
cto qui legit intelligat! His verbis beatitudinis tuæ illi merito corrigendi sunt: qui dicūt eam
cū hæc dominus loqueretur: vel ante passionē resurrectionēq; eius fuisse cōpletam. Qui autē
dicunt: sicut apertissime etiam Lucas euangelista testatur: tunc fuisse factam quādo euersa est
Hierusalē: quid eis respondeatur videre debent: qui in fine sęculi vel circa finē existimant hęc
futura: q̄q̄ ipsa desolationis abominatio propter obscuritatē dicti non vno modo ab homini-
Matth.24. bus potuerit intelligi. Et qđ dictum est: Qui est in tecto: non descēdat tollere aliquid de domo
Marci.13. sua: & qui in agro/non reuertatur tollere tunicam suā: potest congruentius intelligi spiritali
ter: ꝙ in tribulationibus omnibus est cauendum: ne quisq; deuictus ad carnalem vitā de spi-
ritali sublimitate descēdat: aut qui profecerat in anteriora se extendēs: deficiendo in posterio-
ra respiciat. Q; si in omni tribulatione: quātomagis in illa cauendū præcipi debuit: quę talis
futura prædicta est illi ciuitati: qualis non fuit ab initio neq; fiet! Et si in ista: quātomagis in il
la quę nouissima futura est orbi terræ: id est ecclesiæ toto orbe diffusæ! Nam & ipse Lucas: nō
quidē quando a discipulis suis de aduentu suo dominus interrogatus est: vbi hoc Matthæus
cōmemorauit & Marcus: sed alio loco vbi pharisęi quęsierunt ab illo: quando veniet regnum
Luc.17. dei: tale aliquid eū dixisse narrauit. In illa inquit hora: qui fuerit in tecto: & vasa eius in domo:
et qui in agro similiter: non redeat retro. Sed nunc propter computationē temporū de Danie
lis hebdomadibus agitur: quæ si circa tēpora primi aduentus domini cōpletæ non sunt: atq;
in fine cōplēdæ sunt: apostolos hoc ignorasse vel scisse quidē: sed docere prohibitos fuisse: quis
credat! Q;q̄ si hoc ita est: vtiliter nesciūt gētes: qđ dominus docere prohibuit eos: quos gētiū

voluit eſſe doctores.Si aũt iam cõpletę ſunt:quia iam eſt vnctus ſanctuſſanctorũ: iam occiſus
eſt chriſtus:vt non eſſet ciuitatis eius:iam de templo illo ſublatũ eſt ſacrificiũ: ſublata eſt vn-
ctio:merito apoſtolis de fine quęrentibus reſponſum eſt:Non eſt veſtrum ſcire tempora quæ
pater in ſua poteſtate poſuit:quoniam tempora quæ per Danielis prophetiã ſcire poterãt: nõ
S ad finem ſæculi de quo quęſierant ptinebãt.Signa vero de cælo & terra:nũquid maiora nos vi
dimus:q̃ qui fuerũt ante nos!Nonne ſi gentiũ legatur hiſtoria:tanta mira reperiunt extitiſ-
ſe de cęlo terraq;:vt aliqua etiam nõ credant!Sed vt multa omittã:quę pſequi longũ eſt:Du-
os ſoles quando nos vidimus:quos viſos literis mandauerũt: q tunc fuerũt anteq̃ dñs veniſ-
ſet in carne!Quando nos vidim⁹ ſolẽ ſic obſcuratũ quẽadmodũ obſcuratus eſt cũ lumen mũ-
di penderet in ligno:niſi forte defectus ſolis & lunę: quos conſuerũt computatores ſyderũ an
notare atq; prędicare:inter cæleſtia prodigia numerabimus! Quia lunam ſæpius in ſua pleni
tudine:ſolem vero rarius:ſed tamen vidimus in fine lunę ſcd̃m eorũ computũ defeciſſe. Non
erat talis ſolis ille defectus qñ crucifixus eſt Chriſtus:& ideo vere mirabilis erat & prodigio-
ſus.Paſcha quippe fuerat iudæorũ:qd̃ non niſi in plenitudine lunæ celebrat.Scd̃m aſtrologo-
rum aũt numeros certum eſt ſolem qñ luna plena eſt non poſſe deficere:ſed quãdo finis eſt lu-
nę:non quidem ſemper:ſed aliter nũq̃:cũ ſcd̃m illos numeros deficit. Quid ergo tale vnq̃ qſq̃
meminit apparuiſſe de cęlo: ex quo dñs illa p̃dixit:quale apparuit qñ paſſus eſt! Quare ſi ap-
parebunt etiam talia:ſi non ſpiritaliter potius intelligenda ſũt:tunc apparebũt: qñ finis ſic ap
T propinquabit vt debeãt apparere.Bellis autẽ per diuerſa interualla temporũ & locorũ:qñ nõ
terra contrita eſt!Nam vt nimis antiqua prætercam:ſub imperatore Galeno: cũ romanas p-
uincias barbaries vſq;quaq; peruaderet:q̃ multos fratres noſtros qui tunc erant in carne:pu-
tamus ppinquũ finem credere potuiſſe:quoniam longe poſt aſcẽſionẽ domini factũ eſt! Ac per
hoc etiã iſta qualia futura ſint:cũ fuerit oĩno finis pximus:ignoramus:ſi tñ hęc non ita prædi
cta ſunt:vt in eccleſia potius intelligi debeãt.Duę quippe gẽtes ſunt:& duo regna: vnũ ſcili-
cet Chriſti:& alterũ diaboli:de qbus dici potuit:Exurget gens ſup gentẽ:& regnũ ſup regnũ: Marci.13.
qd̃ non deſinit fieri:ex quo dictũ eſt: Agite pœnitentiã:appropinquabit enĩ regnũ cęlorũ.Qd̃ Matth.1.
vide quando dictum eſt:& ex illo quot anni tranſierunt:& tñ veriſſime dictũ eſt. Nouiſſimis
enĩ diebus dñs p virginẽ venit.Nec diceretur iſta hora nouiſſima:niſi regno appropinquante
cęlorũ:per quã totã horã fiunt quę dñs appropinquante ſuo regno futura p̃dixit.Sed hæc ho
ra quanto ſpacio ptendatur:ſi apoſtolis dictum eſt:Non eſt veſtrum ſcire:q̃ntomagis quilibet Actu.1.
homo qualis ego ſum: modũ ſuum debet agnoſcere:ne plus ſapiat q̃ oportet ſapere!Sed confi
teri nos(inquis)pœna noſtra compellit:adeſſe iam finem:dũ impletur qd̃ prenũtiatũ eſt: Are Luc.21.
ſcentibus hominibus prę timore & expectatione quæ ſuperuenient vniuerſo orbi. Nullã(in-
quis)patriam:nullũ locũ noſtris temporibus non affligi aut tribulari certũ eſt:ſicut dictũ eſt:
V præ timore & expectatione quę ſuperuenient vniuerſo orbi.Si ergo iſta mala quę nunc pati-
tur genus humanum:certa ſunt indicia iam dominum eſſe venturum:quid eſt qd̃ ait Apoſto
lus:Cum dixerint pax & ſecuritas!Cũ enim dixiſſet euangelium:Areſcentibus hominib⁹ prę 1.Theſſal.5
timore & expectatiõe:continuo ſubiunxit:Nam virtutes cęlorũ mouebunt: & tunc videbũt
filiũ hominis venientem in nube cum poteſtate magna & maieſtate. Videamus itaq; ne forte
melius intelligatur:non ea modo impleri:quę prędicta ſunt illis verbis:ſed tũc potius eſſe vẽ-
tura:qñ ſic erit tribulatio vniuerſo orbi:vt ad eccl'iam ptineat quę vniuerſo orbe tribulabit:
non ad eos qui tribulabunt eam.Ipſi enim dicturi ſunt:Pax & ſecuritas:vt repentin⁹ illis ſup-
ueniat interitus:& eos aduentus domini ſicut fur in nocte cõp̃hendat:qñ ecõtrario gaude-
bunt & exultabunt:qui diligunt manifeſtationem domini.Nunc aũt iſta mala quę tanq̃ ſum
ma & extrema creduntur:vtręq; genti & vtriq; regno: & Chriſti .ſ. & diaboli videmus eſſe
cõmunia.Pariter quippe his & boni affligimur & mali:nec eſt qui dicat pax & ſecuritas ; vbi
cunq; contingunt:vel metuitur ne contingant.Inter quæ tamen mala adhuc vſq;quaq; fre-
quentantur luxurioſa conuiuia:feruet ebrioſitas:auaritia graſſatur:perſtrepunt laſciui can-
tus:organa:tibiæ: lyræ: citharæ:teſſeræ:multa & varia genera ſonorum atq; ludorum.Hoc-
cine eſt areſcere præ timore:an potius madeſcere præ libidine! Sed hæc filii tenebrarũ abun-
dãtius habebunt:& exercebunt:cum dixerĩt:pax & ſecuritas. Quid ipſi filii lucis & filii diei:
qui non ſunt in tenebris:vt eos tanq̃ fur dies ille comprehendat:Nonne adhuc vtuntur hoc
modo tanq̃ non vtentes! Quia etſi ante multos annos apoſtolorum temporibus dictum eſt:
pia tamen ſolicitudine cogitãt qd̃ dictum eſt: Tempus breue eſt.Nonne a maxima parte eo-

rum nouellatur:ædificatur:emitur:possidetur:geruntur adhuc honores: ducuntur vxores: de his loquor qui expectantes dominũ suum:quando veniat a nuptiis: non se abstinent a carnalibus nuptiis:sed obedientissima charitate audiunt apostolum pcipientem quemadmodũ viuere debeant vxores cum viris:viri cum vxoribus:filii cum parentibus: parẽtes cum filiis: serui cum dominis:dñi cum seruis? Nonne hi omnes,in his omnibus vtũtur hoc mũdo? Arãt: nauigant:cõparant:generant:militant:administrant: Puto φ non erunt sic quãdo erunt q̃ in euangelio prædicta sunt signa in sole & luna & stellis: & in terris pressuræ gentium prę cõfusione sonitus maris & fluctuum:arescentibus hominibus præ timore & expectatione quæ superuenient vniuerso orbi:nam virtutes cælorum mouebũtur. Hæc quippe in ecclesia melius X
existimo intelligi: ne dominus Iesus appropinquãte secundo aduentu suo ea pro magno prædixisse videatur quæ huic mundo & ante primũ eius aduentũ consueuerant euenire: & irrideamur ab eis qui hæc quæ velut nouissima & omniũ maxima horrescimus: plura in historia
Cant.6. gentium:& multo maiora legerunt. Ecclesia est enim sol & luna & stellæ:cui dictũ est:Speciosa sicut luna:electa sicut sol. Ab hac adoratur Ioseph noster ĩ hoc mũdo velut in ægypto ex humillimo sublimatus. Nam illum Ioseph mater certe adorare nõ potuit: quæ ante defuncta est q̃ Iacob venisset ad filium: vt illius somnii prophetici veritas adimplenda Christo domino seruaretur. Quando enim sol obscurabitur & luna nõ dabit lumen suũ: & stellæ cadẽt de cælo: & virtutes cęlorum commouebuntur:sicut ab his duobus euangelistis hic locus commemoratus est:ecclesia non apparebit impiis tunc persecutoribus vltra modum sæuientibus: & remoto timore tanq̃ arridente mundi felicitate dicentibus:Pax & securitas:tunc stellæ cadẽt de cęlo & virtutes cęlorum commouebuntur:quoniam multi qui gratia fulgere videbantur persequentibus cedent & cadent: & quidam fideles firmissimi turbabuntur. Idem autem secũdũ Matthęũ & Marcum: post tribulationẽ dierum illorũ dicitur hoc futurũ: non quia transacta tota illa persecutione accidẽt ista:sed quia pręcedet tribulatio:vt sequatur quorũdã defectio: & quia per omnes dies illos ita fiet:propterea post tribulationẽ dierũ illorũ:sed tamen in eisdẽ
Luc.21. dieb⁹ fiet. Q̃d ergo dictũ est secũdũ Lucam:Et in terris pressuræ gẽtium:gẽtes voluit intelligi nõ pertinẽtes ad semẽ Abraæ:in quo benedicentur omnes gẽtes: sed gẽtes quę ad sinistram stabũt:quãdo cõgregabũtur ante iudicem viuorum & mortuorũ omnes gentes. Vtraq; pars enim erit in omnib⁹ gẽtibus: vna quę premat:altera quę premat. Vna quæ dicat:Pax & securitas:altera in qua sol obscuret: & nõ det luna lumẽ suum: & de qua cadẽt stellæ: & in qua virtutes cælorũ moueantur: & tũc videbũt filium hominis veniẽtem in nube cum potestate magna & maiestate. Quod video duob⁹ modis accipi posse: Siue in ecclesia tanq̃ in nube venien- Y
Matth.26. tem:sicut etiã nũc venire nõ cessat: secundũ id quod ait: Ammodo videbitis filiũ hominis sedẽtem a dextris virtutis: & veniẽtem in nubibus cæli:Sed ideo tũc cũ potestate magna & maiestate:quia maior potestas & maiestas illius apparebit sanctis: quib⁹ magnã virtutem dabit: ne tanta persecutiõe vincãtur: Siue in corpore suo in quo sedet ad dextram patris:in quo etiã mortuus est: & resurrexit: & ascendit in cælũ: secundũ φ scriptum est in actibus apostolorũ:
Actuũ.1. His dictis nubes suscepit eum & sublat⁹ est ab eis. Et quia illic etiã dictũ est ab angelis:Sic veniet quomodo eũ videtis euntem in cælum:merito credẽdus est:nõ solum in eodem corpore: verũetiam in nube vẽturus: quoniã sic veniet sicut abiit: & nubes eum suscepit abeuntẽ. Sed horum duorũ quid hic potius legendũ sit iudicare difficile est. Promptior quidẽ sensus est:vt quisq; cũ audierit vel legerit: Et tũc videbũt filiũ hominis veniẽtem in nube cũ potestate magna & maiestate:ipsum prorsus accipiat eius aduentũ:nõ per ecclesiã: sed per se ipsum:quãdo vẽturus est ad viuos & mortuos iudicãdos. Sed quoniã scripturæ scrutandę sunt:nec earum
Luc.21. superficie debemus esse contenti:quæ ad exercitationẽ nostram ita modificatæ sunt:vt altius se penetrari velint:diligẽter sunt inspicienda sequẽtia. Cum enim dixisset: Et tũc videbunt filium hominis veniẽtem in nube cum potestate magna & maiestate:adiunxit atq; ait:His autem fieri incipiẽtibus:respicite & leuate capita vestra: quoniã appropinquat redẽptio vestra. Et dixit illis similitudinẽ: Videte ficulneam & omnes arbores:cũ producunt iam ex se fructũ: scitis quoniã prope est æstas: Ita & vos cum videritis hæc fieri scitote quoniã prope est regnũ dei. Cum ergo dicit:Cũ videritis hæc fieri:quæ intelligere poterimus:nisi ea quæ supra commemorata sunt? In his est autẽ etiã q̃d ait: Et tũc videbunt filium hominis veniẽtem in nube cum potestate magna & maiestate. Proinde etiã hoc cum visum fuerit:nõ iam erit regnũ dei: sed erit prope. Hunc ordinẽ videmus & duos alios euangelistas tenere. Apud Marcum enim Z

cum dictum esset: Et virtutes quæ sunt in cælis mouebuntur: Et tunc(inquit)videbunt filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa & gloria:Deinde subiungit:qd Lucas non dixit: Et tūc mittet angelos suos & congregabit electos suos a quatuor ventis:a summo terræ vsq ad summū cęli. Tunc qd ille de ficu & de aliis arboribus:iste de sola ficu ponēs: A ficu aūt discite inquit parabolam:cum iam ramus eius tener fuerit:& nata fuerit folia: cognoscetis quia in pximo sit æstas:sic & vos cū videritis hęc fieri:scitote q in pximo sit i ostiis. Quid est:Cum videritis hæc fieri:nisi ea quę supra dixit?In quibus est etiā illud qd ait: Et tūc videbunt filiū hominis venientem in nubibus cū virtute multa & gloria.Et tūc mittet angelos suos:& cōgregabit electos suos.Non itaq tūc erit finis:sed tunc erit in pximo. An dicendum est:nō omia quę supra cōmemorata sunt esse intelligenda:vbi ait:Cū videritis hęc fieri: sed aliqua eorū:hoc videlicet excepto quod dictum est:Et tunc videbunt filium hominis venientem:&c.Ipse quippe finis erit:nō tunc proximus erit.Sed Matthęus aperuit: nullis exceptis esse accipiendum:qd positū est:Cū videritis hęc fieri.Nam & apd ipsum cum dictū esset: Marci.13.
Et virtutes cęlorum mouebūtur:& tunc apparebit(inquit)signum filii hominis i cęlo:& tūc plangēt omnes tribus terrę:& videbunt filium hominis venientem in nubibus cęli in virtute multa & maiestate:& mittet angelos suos cum tuba & voce magna:& cōgregabūt electos ei9 a quatuor ventis:a summis cęlorum vsq ad terminos eorū.Ab arbore autem fici discite parabolam:Cum iam ramus eius tener fuerit: & folia nata:scitis quia ppe est ęstas.Ita & vos cū videritis hęc oīa:scitote quia prope est in ianuis.Tunc ergo scimus prope esse cum viderimus: non aliqua eorum:sed hęc omnia:in quibus hoc est:q videbitur filius hominis veniens:& mittet angelos suos:& de quatuor mundi partibus:id est de toto orbe terrarum congregabit electos suos. Qd tota hora nouissima facit:veniēs in suis mēbris tanq in nubibus:vel in tota ipsa ecclesia quod est corpus ei9:tanq in nube magna:fructificante atq crescēte invniuerso mūdo:ex quo cœpit predicare & dicere: Agite pœnitentiā:appropinquauit enim regnū cælorū. Ita vt fortasse omnia quę ab his tribus euangelistis dicta sunt de eius aduentu:diligentius inter se collata atq discussa:inueniantur ad hoc pertinere: q quotidie venit in corpore suo: qd est ecclesia.De quo aduentu suo dixit:Ammodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis:& venientem in nubibus cęli.Exceptis his locis:vbi ab eo ille aduentus vltimus in seipso quādo est viuos iudicaturus & mortuos: ita promittitur vt propinquare dicatur. Et q in vltimo sermonis scdm Matthæum ipse omnino aduentus euidenter exprimitur:cuius superius quibusdam signis propinquitas intelligenda monstratur. Ad hoc quippe apud Matthæum sermo ipse concluditur:Cum autem venerit filius hominis(inquit)in maiestate sua: & omnes angeli cum eo:tunc sedebit super sedem maiestatis suę: tunc congrebabuntur ante eū omnes gentes:& cætera vsq ad illud:vbi ait:Et ibunt hi in suppliciū æternū:iusti aūt in vitam æternam.Hoc enim nullus ambigit de Christi aduentu nouissimo:& de fine sęculi predictum fuisse.Nam & illas quinq & quinq virgines:non defuerunt qui non contemptibili disputatione docere voluerint:ad hunc eius aduentum qui nunc fit per ecclesiam:pertinere.Sed hęc non sunt temere pollicenda:ne aliquid occurrat qd valide contradicat:presertim quia in talibus diuinorum eloquiorū obscuritatibus:quibus nostras intelligentias deo placuit exercere:non solum alius alio mouetur acutius eorum qui scripturas sanctas non improbabiliter tractant:sed etiam quilibet vnus illorum:aliquando minus:aliquando melius intelligit. Nescio tamen vtrum intueri aliquid certius in hac quęstione possemus(si vlla ratione seu facultate possemus)q illud quod in epistola priore iam posui:quando euangelio mundus vniuersus impleatur. Qd enim putat venerabilitas tua: iam hoc per ipsos apostolos factum: non ita esse certis documentis probaui.Sunt enim apud nos:hoc est in Africa: barbarę innumerabiles gentes:in quibus nondū esse prædicatum euangelium:ex his qui ducuntur inde captiui:& romanorum seruitiis iam miscentur:quotidie nobis addiscere in promptu est.Pauci tamen anni sunt:ex quo quidam eorum rarissimi atq paucissimi:qui pacati romanis finibus adhærent:ita vt habeant reges suos:sed super eos prefecti a romano constituantur imperio: & illi ipsi eorum prefecti christiani esse cœperunt. Interiores autem qui sub nulla sunt potestate romana:prorsus nec religione christiana in suorum aliquibus detinentur:neq vllo modo recte dici pōt istos ad promissionem dei non pertinere.Non enim romanos:sed oēs gētes dñs semini Abraæ/media quoq iuratione/promisit.Ex qua promissione iam factū est:vt nōnullæ gētes quæ nō tenentur ditione romana:reciperēt euangeliū:& adiungerētur ecclę:q fructifi

Matth.24. Matth.3. Matth.26. Matth.25.

cat & crescit in vniuerso mundo. Adhuc enim habet quo crescat: donec fiat quod de Chri-
Psal.71. sto in Salomonis figura prophetatum est: Dominabitur a mari vsq; ad mare: & a flumine vsq;
ad terminos orbis terræ. A flumine scilicet vbi baptizatus est: quia inde cœpit euangeliũ prę-
dicari. A mari autem vsq; ad mare: totus est orbis cum omnibus gẽtibus: quoniam mari ocea
ps.85. no cingitur vniuersus. Quomodo autem implebitur aliter illa prophetia: Omnes gentes quo
quot fecisti venient & adorabunt coram te domine? Non enim de locis suis migrando veniẽt:
Ioh.6. sed in locis suis credendo. De credentibus quippe dominus dixit: Nemo potest venire ad me:
nisi datum fuerit ei a patre meo. Propheta autem dicit: Et adorabunt eum vnusquisq; de loco
suo omnes insulę gentium. Omnes insulę dixit: tãq̃ diceret etiam omnes insulę: hinc ostendẽs
q; nulla pars relinquatur orbis terrarum: vbi non sit ecclesia: quãdo nulla relinquitur insula
rum: quarũ nõnullę etiam in oceano sunt constitutę: & quasdam earum euangelium iam sus
cepisse didicim9. Atq; ita & in insulis singulis quibusq; ĩpletur qđ dictũ est: Dñabitur a mari
vsq; ad mare: quo vnaq̃q; insula cingitur: sicut in vniuerso orbe terrarũ: quę tanq̃ omniũ quo
dammodo maxima est insula: quia & ipsam cingit oceanus: ad cuius littora in occidentalibus
partibus ecclesiam peruenisse iam nouimus: & quocunq; littorum eius nondũ peruenit: puẽ
tura est vtiq; fructificando atq; crescẽdo. Si ergo quia pphetia veritatis mẽtiri nõ põt: necesse
Rom.10. est vt oẽs gẽtes quotquot fecit de9 adorẽt eũ: qũo adorabunt eũ nisi inuocẽt eũ? Qũo aũt inuo
cabũt in quẽ nõ crediderũt? Aut qũo credẽt ei quẽ nõ audierũt? Quõ aũt audiẽt sine pdicãte?
Aut quõ pdicabunt nisi mittant? Mittit enĩ angelos suos & cõgregat electos suos a quatuor
ventis: id est ab vniuerso orbe terrarum. In quibus ergo gentib9 nondũ est ecclesia: oportet vt
sit: nõ vt oẽs q ibi fuerint credant. Omnes enim gentes promissę sunt: nõ oĩes hoĩes oĩm gen
Matth.24. tium. Non enim omniũ est fides. Credit itaq; omnis gẽs in oĩbus q electi sunt ante constitu
tionem mũdi: in cæteris nõ credit & credentes odit. Quomodo enim & illud implebit: Eritis
odio oĩbus gentibus ppter nomen meũ: nisi in oĩbus gentib9 sint: & q oderint: & quos ode
rint? Quo pacto igit ab apl'is est pdicatio ista cõpleta: qñ adhuc vsq; sunt gẽtes: qđ certissimũ
Actu.1. est nobis: in qbus modo cœpit & in quib9 nondũ cœpit ĩpleri? Nõ itaq; sic dictũ est apl'is: Eritis 9
mihi testes in Hierusalẽ & in tota iudęa & Samaria & vsq; in extremũ terrę: tanq̃ ipsi soli qui-
Matth.28. bus tunc loquebatur tñ mun9 fuerint impleturi: sed sicut eis solis videtur dixisse quod dixit:
Ecce ego vobiscum sum vsq; in consummationem sęculi: qđ tamen eũ vniuersę ecclesię promi
sisse: quę aliis morientibus aliis nascentibus hic vsq; in sęculi consummationem futura est: qs
non intelligat: sicut eis & illud ait quod ad eos omnino non pertinet: & tamen sic dictum est:
tanq̃ ad solos etiam pertineret: Cum videritis hęc oĩa: scitote quia prope est ĩ ianuis? Ad quos
enim hoc pertinet: nisi ad eos qui in carne tunc erunt cum omnia complebuntur? Q̃tomagis
illud qđ ex magna parte per eos agendum fuit: q̃uis & posteris eorum eadem actio seruaret?
Ro.10. Qđ aũt dixit apl's: Nunquid non audierunt: In omnẽ terram exiit sonus eorũ: & in fines orbis
terræ verba eorũ: q̃uis locutus sit præteriti temporis verbis: tamẽ qđ futurũ fuerat dixit: nõ
qđ iam factum atq; completũ: sicut ipse propheta quo vsus est teste non ait: In omnem terrã
exiturus: sed exiit inquit sonus eorum: quod vtiq; nondum factum erat. Quale est etiam illud
ps.21. Foderunt manus meas & pedes meos: qđ tam longe postea actum nouimus. Sed ne istas tñ p
1.Timo.3. pheticas locutiones non & apostolicas fuisse credamus: nonne idem Apostolus ait: Quę est ec-
clesia dei viui columna & firmamẽtũ veritatis? Et sine dubio magnũ est pietatis sacramentũ:
quod manifestatum est in carne: iustificatum est in spiritu: apparuit angelis: prædicatum est
in gentibus: creditum est in mundo: assumptum est in gloria. Nempe manifestum est hoc qđ
in extremo posuit: etiam nunc nondum esse completum: quantomagis tunc quando ista dice
Matth.25. bantur? Ecclesia quippe tunc assumetur in gloria quãdo dicetur: Venite benedicti patris mei
percipite regnum: & tamen tanq̃ factum fuisset: dictum est qđ certo sciebatur futurum. Mul
to minus mirãdum est: q; etiam verbis præsentis temporis vsus est in eo quod illũ identidem
dixisse memorasti: Propter spem quę reposita est nobis quam ante audistis in verbo veritatis
euangelii: quod aduenit in vos: sicut & in omni mundo est fructificans & crescens: q̃uis euan-
gelium nondum tenebat vniuersum: sed fructificare illud in vniuerso mundo dixit & cresce-
re: vt ita significaret: quousq; fuisset fructificando & crescendo venturum. Si ergo latet quan
do ecclesia fructificante atq; crescente vniuersus omnino a mari vsq; ad mare orbis implebi-
tur: proculdubio latet quando finis erit: ante quippe non erit. Vt autem tibi tanq̃ sancto A
homini dei / & syncęrissimo fratri aperiam de hac quæstione quod sentiam: error quidem

in vtroq; vitandus est:quantũ ab homine vitari potest:siue citius siue tardius q̃ futurum est:
dominus venturus esse credatur. Sed mihi quisq̃ non videtur errare cũ aliquid nescire se scit:
sed cum se putat scire quod nescit. Remoueamus itaq; de medio seruum illum malum:qui di
cens in corde suo:Moram facit dominus meus venire:dominatur cõseruis suis:& ebriosis cõ- Luc.12.
uiuando miscetur. Iste quippe proculdubio domini sui odit aduẽtum. Quo seruo malo remo-
to:constituamus ante oculos tres seruos familiam dominicam diligenter sobrieq; tractantes:
aduentum domini sui fitienter desyderantes:vigilanter expectãtes:fideliter amantes: Si vnꝰ
eorum citius:alter tardius dominum putat esse venturum:tertius vero suam de hac re igno
rantiam confitetur:q̃q̃ omnes consonent euangelio:quia omnes diligunt manifestationẽ do-
mini:& eam desyderanter & vigilanter expectant: videamus tamen quis amplius consonet.
Vnus dicit.vigilemus & oremus:quia citius venturus est dominus. Alter dicit:vigilemus &
oremus:quia breuis & incerta est vita:q̃uis tardius vẽturus sit dñs. Tertiꝰ dicit: vigilemꝰ &
oremus: qa & breuis & incerta est ista vita : & nescimus tempus quando venturus est domi-
nus. Euangeliũ dicit: Videte:vigilate:& orate:nescitis enim quãdo tẽpus sit. Obsecro te quid Marci.13.
aliud dicere audimus hũc tertiũ q̃ qđ dicere audimus euangelium? Omnes quidẽ prę desyde
rio regni dei hoc volunt esse verum quod putat primus:sed hoc secundus negat: tertius ve-
ro non negat aliquid horum:sed ignorare se fatetur quis verum dicat illorum. Proinde si hoc
factum fuerit quod prędixerat primus:gaudebunt cum illo secundus & tertius. Oĩes enim
manifestationem domini diligunt. Exultabunt itaq; citius venisse quod diligunt. Si autem fa
ctum non fuerit:& apparere coeperit hoc potius esse verum quod dicebat secundus:metuen-
dum est ne inter ipsas moras perturbentur:qui crediderant quod dixerat primus: & incipiãt
domini aduentum non tardum putare sed nullum:qui vides quantus sit interitus animarũ.
Q; si tantæ fidei fuerint: vt se ad secundi prædicta conuertant:& dominum etiam tardãtem
fideliter & patienter expectent:abundant tamen opprobria & insultationes atq; irrisiones ini
micorum multos infirmos a christiana fide auertentium:dicẽdo tam fallaciter eis regnũ esse
promissum:q̃ fallaciter dicebatur cito esse venturum. Qui autem credunt quod secundus di
cit:tardius dominum esse venturũ:si falsum fuerit inuentum:citius domino veniente : nullo
modo qui ei crediderant turbabuntur in fide:sed inopinato gaudio per fruẽtur. Quapropter
qui dicit dominum citius esse venturum:optabilius loquitur:sed periculose fallitur. Vtinã
ergo sit verum:quia erit molestum si non erit verum. Qui autem dicit dominũ tardius esse
venturum:& tamen credit:sperat ;amat eius aduentum : profecto de celeritate eius : etiam si
fallitur:feliciter fallit. Habebit enim maiorẽ patientiã si hoc ita erit:maiorẽ lætitiã si nõ erit:
Ac per hoc ab eis qui diligunt manifestationẽ dñi:ille auditur suauiꝰ:iste creditur tutiꝰ. Qui
aũt quid horũ sit verum ignorare se confitetur:illud optat:hoc tolerat:in nullo eorũ errat:qa
nihil eorum aut affirmat aut negat. Obsecro te vt me talem non spernas:quia & ego te diligo
id affirmantem quod verum esse desydero:& tanto magis nolo fallaris:q̃tomagis amo quod
polliceris:& quãtomagis video periculosum si falleris. Da veniam si onerosus fui sanctis sensi
bus tuis. Quãto enĩ rarius puenit:tãto me tecũ saltẽ per literas loqui diutius delectauit.

Sancti Augustini ad Eudoxium abbatẽ Insulę Caprarię:& qui cũ eo sunt fratres : exhortã
tis vt memores sui & fratrum suorum sint in orationibus:Atq; vt officia ecclesiastica ita sub
eant:vt neq; auida elatione affectasse:neq; blandiente desidia respuere videanẽ: admonẽtis.

Epistola.LXXXI.

B Omino dilecto & exoptatissimo fratri & cõpresbytero Eudoxio & qui te-
cum sunt fratribus: Augustinus & qui mecũ sunt fratres:in domino salu-
tem. Quando quietem vestram cogitamus quã habetis in Christo:etiã nos
q̃uis in laboribus variis asperisq; versemur:ĩ vestra charitate requiescimꝰ:
Vnũ enim corpus sub vno capite sumus:vt & nos ĩ vobis negotiosi & vos
in nobis otiosi simus:Quia si patitur vnum membrum:compatiuntur om 1.Cori.12.
nia membra. Admonemus ergo & petimus & obsecramꝰ p Christi altissimã hũilitatẽ & mise
ricordissimam celsitudinẽ:vt nostri memores sitis in sanctis orationibꝰ:quas vos vigilãtiores
& magis sobrias habere credimus. Nostras enim sępe sauciat & debilitat caligo & tumultꝰ sę
cularium actionũ:quas etsi nostras non habemus:eorum tamen qui nos angariant mille pas- Matth.5.
sus:& iubemur ire cum eis alia duo:tantę nobis ingeruntur: vt vix respirare possimus. Cre-
dentes tamen q; ille in cuius conspectu intrat gemitus compeditorum: perseuerantes nos

in eo ministerio:in quo dignatus est collocare cum promissa mercede:adiuuantibus orationi
16.q.i.vos busvestris ab omni angustia liberabit. Vos autem fratres exhortamur in domino:vt proposi-
aūt fratres tum vestrum custodiatis:& vsq̄ ī finem perseueretis. At siqua opera vestra mater ecclesia de
syderabit:nec elatione auida suscipiatis:nec blandiente desidia respuatis:sed miti corde obtē
peretis deo:cum mansuetudine portantes eum qui vos regit:qui dirigit mites in iudicio:qui
docet mansuetos vias suas. Nec vestrum otium necessitatibus ecclesię prępomatis:Cui partu
rienti si nulli boni ministrare vellent:quomodo nasceremini non inueniretis. Sicut autem in-
ter ignem & aquam tenenda est via:vt nec exuratur homo nec demergatur: sic inter apicem
Prouerb.4. superbiæ & voraginem desidię iter nostrum temperare debemus:sicut scriptum est:Non de-
clinantes neq̄ ad dextram neq̄ ad sinistram. Sunt enim qui dum nimis timent ne quasi in de-
xteram rapti extollantur:in sinistram lapsi demerguntur. Et sunt rursus qui dū nimis se au-
ferunt a sinistra:ne torpida vacationis mollitie sorbeantur:ex altera parte iactantię fastu cor-
rupti atq̄ consumpti in fauillam fumūq̄ vanescunt. Sic ergo dilectissimi diligite otiū: vt vos
ab omni terrena delectatione refrenetis:& memineritis nullum locum esse: vbi non possit la-
queos tendere qui timet ne reuelemus ad deum:& inimicum omnium bonorum cuius capti
ui fuimus iudicemus:nullamq̄ nobis esse perfectam requiem cogitemus:donec transeat ini-
quitas:& ī iudicium iustitia cōuertatur. Item cum aliquid strenue atq̄ alacriter agitis & im- C
pigre operamini:siue in orationibus:siue in ieiuniis:siue in eleemosynis:vel tribuētes aliquid
indigentibus:vel donantes iniurias:sicut & deus in christo donauit nobis: siue edomantes p-
niciosas cōsuetudines: castigantesq̄ corpus:& seruituti subiicientes:siue sufferentes tribula
tionem:& ante omnia vos ipsos inuicem in dilectione. Quid enim suffert qui fratrem non suf-
fert? Siue prospicientes astutiam atq̄ insidias tentatoris: & scuto fidei iacula eius ignita re-
pellentes & extinguentes:siue cantantes & psallentes in cordibus vestris domino:vel vocibus
a corde non dissonis:omnia in gloriam dei facite:qui operatur omnia in omnibus: ita feruen-
te spiritu vt in domino laudetur anima vestra. Ipsa est enim actio recti itineris:quę oculos sem
per habet ad dominum:quomodo ipse euellet de laqueo pedes. Talis actio nec frangitur nego
2.Cori.13. tio:nec frigida est otio:nec turbulenta:nec marcida est:nec audax:nec fugax:nec pręceps: nec
iacēs. Hęc agite & deus pacis erit vobiscum. Nec importunū me existimet charitas vestra:q̄
vobis vel per epistolam loqui volui. Non enim hoc vos monui quod vos non arbitror facere:
sed credidi me non parum commendari deo a vobis:si ea quæ munere illius facitis: cum allo-
cutionis nostræ memoria faciatis. Nam & ante iam fama & nunc fratres qui venerūt a vobis:
Eustachius:alias Eustasius:& Andreas:bonum christi odorem de vestra sancta conuersatione
ad nos attulerunt. Quorum Eustasius in eam requiem præcessit quæ nullis fluctibus sicut in
sula tunditur:nec caprariam desyderat:quia nec cilicio iam quærit indui.

Beati Augustini ad Largum:vt fallaces suauitates huius sæculi & vanos eiusdem appeti-
tus & amores contemnat:admonentis.

Epistola.LXXXII.

Domino insigni & pręstātissimo & desyderantissimo filio Largo: Augustin⁹ D
in domino salutem. Accepi literas eximietatis tuę:quibus me ad te petis vt
scriberem. Q̄d quidem non desyderares:nisi & hoc q̄d me posse scribere exi
stimasti:gratū haberes atq̄ iucundū. Id autē est vt vana sęculi huius si inex
perta concupisti:experta cōtemnas. Fallax est enim in eis suauitas etiam &
infructuosus labor & perpetu⁹ timor & periculosa sublimitas:initium sine
prudentia:& finis cum pœnitentia. Ita se habent omnia quæ in ista mortalitatis ęrumna cupi
dius q̄ prudentius appetūtur. Alia est aūt spes piorū:alius laboris fruct⁹:alia periculorū mer
ces. Nā in hoc mūdo nō timere:nō dolere:nō laborare:nō periclitari:īpossibile est. Sed pluri-
mū interest qua causa:qua expectatiōe:quo termino ista quisq̄ patiatur. Ego quidē cū amato
res sæculi hui⁹ ītueor:nescio qñ possit esse ad eorū animos sanādos opportuna sapiētia: Quā-
do enī res velut p̄speras habent:fastu respuūt salubres monitus:& quasi anilem reputant can
tilenam: Qñ aūt in aduersis agūt:magis cogitāt euadere:vnī ad p̄sens agitur: q̄ capere vnde
curētur:& vnde perueniāt vbi angi omnino nō possint. Aliquādo tñ quidā cordis aures admo
uent atq̄ adhibent veritati:rarius inter prospera:crebrius inter aduersa:sed tñ pauci sunt. Ita
enim prædicti sunt:inter quos te esse cupio:quia veraciter diligo:dñe insignis & p̄stantissime
ac desyderātissime fili. Hęc admonitio tibi sit mea resalutatio:quia etsi te deīceps talia perpeti

qualia ptulisti nolo:plus tñ doleo hęc ipa te sine aliqua in meli⁹ vitę mutatiõe fuisse ppessum.

Beati Augustini ad Crysinum:illum propter impatientem mœrotem amissionis rerũ temporalium:et stultam eius propemodum desperationem increpantis:& ad meliora exhortātis.

Epistola.LXXXIII.

E Omino vere ac merito charissimo & pdicando fratri Crysino: Augustinus in domino salutem. Rumor ad me detulit(deus faciat vt non sit)sic te animo perturbatum:vt multum mirer prudentiam tuã & christianũ animũ parum cogitare: rerũ terrenarum conditionem nullo modo equari posse cęlestibus:vbi cor nostrum & spes nostra collocanda est. Vir cordate: nũquid aut totum bonum tuum:in his rebus erat:quas nũc videris amittere? Aut tam magnũ bonum illa deputabat:vt eo subtracto sic tenebrascat mẽs nimia tristitia:qua fulu men eius non deus:sed terra sit? Audiui enim(iam dixi:deus faciat vt falsum audierim)q tibi manus etiam velles inferre:quod melius non credo:aut ascendisse in cor tuum: aut exiisse de ore tuo. Sed tamen quia ita perturbatus es:vt hoc de te dici potuerit: grauiter de te cõtristatus:hoc literarum alloquio putaui consolandam charitatem tuã: q̃q̃ non dubitem dominum deum nostrum in corde tuo loqui meliora. Noui enim q̃ pio studio semp audieris verbũ eius. Erige itaq animũ frater i Christo charissime:deus noster nõ perit a suis: nec perdet suos:vult autem monere nos:q̃ sint hęc fragilia & incerta:quę nimis diligunt homines: vt soluamus ab eis vinculum cupiditatis:per quod implicatos nos trahunt:vt totum amorem nostrum cõsuefaciam⁹ in eũ currere: in quo nulla damna timeam⁹. Ipe te hortatur p ministeriũ nostrũ:viriliter cogites te fidelẽ esse christianũ:& eius redemptũ esse sanguine: qui nõ solum ęterna sapientia:sed etiã per mala psentia:docuit nos tẽperãter pspera sęculi huius cõtemnere & fortiter aduersa tolerare:eius felicitatis mercẽ pollicens quã nemo possit a nobis auferre. Scripsi sane etiã ad virũ laudabilem comitẽ:quam epistolã in tuo arbitrio si dare velis. Nã p quẽ def nõ dubito deesse nõ posse(adiuuãte dño)vel epm vel psbyterũ vel quẽlibet.

Beati Augustini ad Caiũ:scripta sua familiariter illi cõmendantis:& simul quid in his sentire:aut cui ascribere debeat:declarantis.

Epistola.LXXXIIII.

F Aio Augustin⁹. Vt abs te abscessim⁹:dici nõ põt quãta suauitate nos pfuderit recordatio tui:ac sępe pfundat. Recolim⁹ enĩ ardorẽ inqsitionis tuę: cũ esset mirabilis:nõ fuisse pturbatã modestiã disputãdi. Nã neq flagrãti⁹ pcontãtẽ:neq tranqlli⁹ audientẽ: qu ẽp facile inueneri. Vellem itaq tecũ multũ loq: Nõ enĩ multũ esset:q̃ntũcũq eẽt si tecũ loquerer. Sed quia difficile ẽ:qd opus est causas q̃rere? Prorsus difficile est. Erit fortasse aliqñ facilimũ:ita de⁹ velit:nũc certe aliud ẽ. Dedi ergo negotiũ fratri:p quẽ lřas misi:vt oĩa nřa legẽda pbeat prudẽtissimę charitati tuę. Nõ enĩ aliqd meũ iculcabit iuito: Noui enĩ qd benignitatis in nos aĩo geras:q̃ tñ lecta pbaueris:vera puideris:nostra eẽ nõ putes: nisi qa data sũt: eoq te cõuertas licet:vnde tibi quoq est vt ea pbares datũ. Nemo enĩ quod legit:in codice ipo cernit verũ eẽ: aut in eo qui scripserit:sed i seipo poti⁹:si ei⁹ menti quoddã nõvulgariter cãdidũ:sed a fęce corpis remotissimũ lumẽ veritatis impssũ est. Q; si falsa aliq atq iprobãda cõperis: de hũano nubilo irrorata scias:& ea vere nostra eẽ dubites. Hortarer aũt te ad q̃rẽdũ: nisi videre mihi viderer hiãtia qdã ora cordis tui. Hortarer etiã vt qd verũ cognoueris viriliter teneas: nisi patefeceris euidẽtissimũ robur animi & cõsilii tui. Totũ enĩ se mihi breui tpe discussis corporeis tegumẽtis qd in te viuit aperuit. Neq vllo modo fiuerit dñi nostri misericordissima puidentia:vt catholico christi gregi tu vir tam bonus & egregie cordatus alienus sis.

Sãcti Augustini ad Cõsentiũ:de trib⁹ gñib⁹ rerũ q̃ videtur: Vnũ corpaliũ: Scdm simile corporalib⁹: Tertiũ ab vtroq discretũ:quo ipa sola trinitas videt:& qdã pulchra de ipa trinitate ptractãtis.

Epistola.LXXXV.

G Vgustinus: Cõsẽtio. Cogitatiõis carnalis cõpõnẽ vanũq figmẽtũ:vbi vera rõ labefactare icipit:cõtinuo illo int⁹ adiuuãte atq illuminãte:q cũ talibus dolis in cordib⁹nostris habitare nõvult:ita ista cõfrigere atq a fide nřa quodãmodo excutere festinam⁹:vt ne puluerẽ qdẽ vllũ phantasmatũ illic remanere patiamur. Quãobrẽ nisi rationẽ disputationis: qua forisec⁹ admonitit ipa intrinsec⁹ veritate lucẽte hęc falsa eẽ pspicim⁹:fides in corde nostro an-

tecessisset:quæ nos indueret pietate:incassum quæ vera sunt audiremus. Ac per hoc quoniam id quod ad eam pertinebat fides egit:ideo subsequens ratio aliquid eorum quæ inquirebat iuenit. Falsæ itaq rationi:non solum ratio vera:qua id quod credimus intelligimus: verumetiam fides ipsa rerum nondum intellectarum:sine dubio preferenda est. Melius est enim q̄uis nondum visum credere quod verum est:q̄ putare te verum videre quod falsum est. Habet nāq fides oculos suos:quibus quodammodo videt verum esse quod nōdum videt:& quibus certissime videt nondum se videre quod credit. Porro autem qui vera ratione iam quod tantummodo credebat intelligit:profecto preponendus est ei qui cupit adhuc intelligere qđ credit. Si autem nec cupit:& ea quę intelligenda sunt/credenda tantūmodo existimat: cui rei fides profit ignorat. Nam pia fides sine spe & sine charitate esse nō vult. Sic igitur homo fidelis debet credere quod nondum videt:vt visionem & speret & amet. Et visibilium quidem rerum præteritarum quæ temporaliter transierunt sola fides est:quoniam non ad hoc videnda sperantur:sed facta & transacta credūtur:sicut est illud:q christus semel pro peccatis nostris mortuus est & resurrexit:nec iam moritur:& mors ei vltra non dominabitur. Ea vero quæ nondum sunt sed futura sunt:sicut nostrorum spiritalium corporum resurrectio:ita creduntur vt etiam videnda sperentur:sed ostendi modo/nullo possunt modo. Quæ vero ita sunt vt neq prætereant neq futura sint:sed æterna permaneant:partim sunt iuisibilia: sicut iustitia: sicut sapientia:partim visibilia:sicut christi immortale iam corpus. Sed iuisibilia intellecta cōspiciuntur:ac per hoc & ipsa modo quodam sibi congruo videntur:& cū videntur multo certiora sunt q̄ ea quæ corporis sensus attingit:sed ideo dicuntur iuisibilia:quia oculis istis mortalibus videri omnino non possunt. At illa quæ visibilia sunt permanentia:possunt si ostendātur etiam his mortalibus oculis conspici:sicut se discipulis post resurrectionem domin⁹ ostendit:sicut etiam post ascēsionē apostolo Paulo & Stephano diacono. Proīde ista visibilia pmanentia credimus:vt etiam si non demonstrentur:speremus ea nos quādoq visuros. Nec ea tenemur ratione intellectuq comprehendere:nisi vt ea quia visibilia sunt ab inuisibilibus distinctius cogitemus:& cum cogitatione qualia sint imaginamur:satis vtiq nouimus ea nobis nota non esse. Nam & Antiochiam cogito incognitam:sed non sicut Carthaginem cognitā. Illā quippe visionem cogitatio mea fingit:hanc recolit:nequaq̄ tamen dubito siue quod de illa testibus multis:siue qđ de ista meis aspectibus credidi. Iustitiam vero & sapientiam & quicquid eiusmodi est:non aliter imaginamur:aliter cōtuemur:sed hæc inuisibilia simplici mentis atq rationis intentione intellecta conspicimus sine vllis formis & molibus corporalibus: sine vllis liniamentis figurisq membrorū:sine vllis localibus finibus:sine spaciis infinitis. Ipsumq lumen quo cuncta ista discernimus:In quo nobis satis apparet:quid credamus incognitū: quid cognitum teneamus:quam formā sensu corporis recordaremur:qua cogitatione fingamus: quid corporis sensus attingit:quid imaginetur animus simile corpori:quid certū & omnium corporū dissimiliū intelligentia contempletur. Hoc ergo lumen vbi hæc cuncta diiudicātur: non vtiq sicut huius solis & cuiusq corporei luminis fulgor per localia spacia circūq diffunditur:mentemq nostram quasi visibili candore collustrat:sed inuisibiliter & ieffabiliter: & tamen intelligibiliter lucet:tamq nobis certum est:q̄ nobis efficit certa quę scđm ipm cūcta cōspicimus. Cum igitur tria sint rerum genera quæ videntur: Vnum corporaliū:sicut hoc cælum & terra:& quicquid in eis corporeus sensus cernit & tangit: Alterū simile corporalibus: sicut sunt ea quæ spiritu cogitata imaginamur:siue recordata vel oblata quasi corpora cōtuemur. vnde sunt etiam visiones quę vel in somnis:vel in aliquo mentis excessu his localib⁹ quātitatibus ingeruntur: Tertiū ab vtroq discretum:qđ neq sit corpus neq habeat vllam similitudinem corporis:sicut est sapientia:quę mente intellectu conspicitur:& in cuius luce de his oībus veraciter iudicatur: In quo istorum genere credendū est esse istam quam nosse volumus trinitatē. Profecto aut in aliquo:aut in nullo. Si in aliquo:eo vtiq qđ est aliis duob⁹ pręstantius:sicut est sapientia. Quod si donū eius in nobis est:& minus est q̄ illa summa & incommutabilis:quę dei sapientia dicitur:puto q non debemus dono suo inferi⁹ cogitare donantē. Si aūt aliquis splendor eius in nobis est:quę nostra sapientia dicitur:quantūq eius per speculum & in ænigmate capere possumus:oportet eam & ab omnibus corporum similitudinibus secernamus. Si autem in nullo istorum genere esse putanda est ista trinitas: & sic est iuisibilis vt nec mente videatur:multominus de illa huiusmodi opinionem habere debemus:vt eā rebus corporalibus vel corporalium rerum imaginibus similem esse credamus. Non enim cor

12. de Geñ. ad literam. ca.6.&.7.

H I

pora pulchritudine molis aut magnitudine ſuperat:ſed diſſimilitudine aut diſparilitate na-
turæ.Etſi diſcreta eſt a cõparatione bonorum animi noſtri:qualia ſunt ſapientia:iuſtitia: cha
ritas:& cætera talia:quæ profecto non mole corporis pendimus: nec eorũ quaſi corporeas for
mas cogitatione figuramus:ſed ea quando recte intelligimus ſine aliqua corpulentia vel ſimi
litudine corpulentiæ in luce mentis aſpicimus:quanto eſt ab omnium qualitatum & quanti-
tatum corporalium comparatione diſcretior:non eam tamen a noſtro intellectu omnino ab-
horrere apoſtolus teſtis eſt:vbi ait:Inuiſibilia enim eius a conſtitutione mundi per ea quæ fa- Ro.i.
k cta ſunt intellecta conſpiciuntur:ſempiterna quoq; eius virtus ac diuinitas. Ac per hoc cum
eadem trinitas fecerit & corpus & animam:ſine dubitatione eſt vtroq; præſtãtior. Anima ita
conſyderata maxime humana & rationalis atq; intellectualis quæ ad eius imaginem facta eſt
ſi cogitationes noſtras & intelligentias non euicerit:ſed eius qđ habet præcipuũ: id eſt ipſam
mentem atq; intelligentiam mente atq; intelligentia potuerimus apprehendere: non erit for
taſſis abſurdum:vt eam ad ſuum quoq; creatorem intelligendum ipſo adiuuãte meditemur
attollere.Si autem in ſeipſa deficit ſibiq; ſuccumbit:pia fide contenta ſit q̄diu peregrinatur a
domino:donec fiat in homine qđ promiſſum eſt: faciẽte illo qui potẽs eſt(ſicut ait apoſtolus) ii.Cor.v.
facere ſupra q̄ petimus aut intelligimus.Reſtat itaq; vt ita credamus vnius ſubſtantiæ trini Ephe.3.
tatem:vt ipſa eſſentia non aliud ſit q̄ ipſa trinitas.Ad quã videndam q̄tũlibet in hac vita pfi
ciamus:per ſpeculum erit & in ęnigmate qđ videbimus. Cum vero qđ in reſurrectione pro-
mittitur ſpiritale corpus habere cœperimus:ſiue illam mente:ſiue mirabili modo: quoniã in
effabilis eſt ſpiritalis corporis gratia:& corpore videamus:non tamen per locorum interual-
la:nec in parte minorem:in parte maiorem:quoniam non eſt corpus: & vbiq; tota eſt:pro no-
L ſtra capacitate videbimus.Qđ vero poſuiſti in epiſtola tua:videri tibi: vel potius q videba-
tur tibi nihil viuum ſecundum ſubſtantiam ineſſe iuſtitiæ:ideoq; te non poſſe adhuc deum:
id eſt viuentem naturam iuſtitiæ ſimilem cogitare:quia iuſtitia ſicut dicis:non in ſe ſed in no
bis viuit:immo nos potius ſecũdum illam viuimus:ipſa vero per ſe iuſtitia nequaq̄ viuit. Ad
hoc vt tibi ipſe reſpondeas:illud intuere:vtrum recte dici poſſit vitam ipſam non viuere:qua
ſit viuat quicquid non falſo dicimus viuere.Puto enim abſurdum tibi videri:vt per vitam vi
uatur & vita non viuat.Porro ſi vita ipſa præcipue viuit: qua viuit omne qđ viuit:recole ob
ſecro quas dicit ſcriptura diuina animas mortuas:profecto inuenies iniuſtas: impias: infide-
les.Nam licet per illas viuant corpora impiorum:de quibus dictũ eſt:q mortui ſepeliant mor Matth.8.
tuos ſuos:& ibi intelligantur etiam iniquæ animæ non eſſe ſine aliqua vita: Non enim aliter
ex eis poſſent corpora viuere:niſi qualicunq; vita:qua omnino animæ carere non poſſunt: vn
de immortales merito vocantur:non tamen ob aliud amiſſa iuſtitia dicuntur mortuę:niſi qa
& animarum licet immortaliter vita qualicunq; viuentium verior & maior vita iuſtitia eſt
tanq̄ vitarum:Quæ cum ſunt in corporibus:etiam ipſa corpora viua ſunt:quæ per ſeipſa vi-
uere nequeunt.Quapropter ſi animæ non poſſunt niſi etiam in ſeipſis vtcunq; viuere: qa ex
eis viuũt & corpora a quibus deſerta moriunt:quãtomagis vera iuſtitia etiam in ſe ipſa viue
re intelligenda eſt:ex qua ſic viuunt animæ vt hac amiſſa mortuę nuncupent:q̄uis quantula
cunq; vita non deſinant viuere!Ea porro iuſtitia quæ viuit in ſe ipſa: pculdubio deus eſt:atq;
incõmutabiliter viuit.Sicut autem cum ſit in ſe ipſa vita: etiam nobis ſit vita cum eius effici
mur:vt cum participes:ita cum in ſe ipſa ſit iuſtitia etiam nobis ſit iuſtitia:cum ei cohærẽdo
iuſte viuim⁹:& tãtomagis minuſve iuſti ſumus:quãtomagis illi minuſve cohærem⁹. Vñ ſcri
ptũ eſt de vnigenito filio dei:cum ſit vtiq; patris ſapiẽtia atq; iuſtitia: & ſemp in ſe ipſo ſit:q
factus ſit nobis a deo ſapiẽtia & iuſtitia:& ſanctificatio:& redemptio. Vnde queadmodũ ſcri- i.Cor.i.
ptũ eſt:Qui gloriatur in domino glorief.Qđ quidẽ & ipſe vidiſti addendo atq; dicendo: niſi Vbi ſupra
forte nõ hæc humanę æquiratis:ſed illa quæ deus eſt ſola eſſe aſſeratur iuſtitia. Eſt plane ille & Hiere.9.
ſummus deus vera iuſtitia:vel ille verus deus ſumma iuſtitia:quã pfecto eſurire & ſitire de- &.2.Cor.10.
bemus:ea noſtra eſt in hac peregrinatione iuſtitia:& qua poſtea ſaturati/ea noſtra eſt in æter-
nitate plena iuſtitia.Non ergo deum noſtræ iuſtitiæ ſimilem cogitemus: ſed cogitemus nos
M potius tanto ſimiliores deo:quanto eſſe poterimus eius participatione iuſtiores.Si ergo cauẽ
dum eſt ne iuſtitię noſtræ ſimilem putemus deum:quoniã lumen qđ illuminat incõporabili-
ter excellentius eſt illo qđ illuminatur:quãtomagis caueri oportet ne aliquid inferius:& quo
dammodo decoloratius eum eſſe credam⁹ q̄ eſt noſtra iuſtitia! Quid eſt autem aliud iuſtitia
cũ in nobis vel qualibet virtus qua recte ſapiẽterq; viuitur:q̄ interioris hominis pulchritu-

do:Et certe secũdum hanc pulchritudinem magis q̃ corporis:sumus ad imaginem. Vnde nobis dicitur:Nolite conformari huic sæculo:sed renouamini in nouitate mentis vestræ:ad probandum vos quæ sit voluntas dei:qđ bonum & beneplacitum & perfectum. Si ergo nõ in mole neq̃ in distantibus per loca sua partibus sicut corpora siue cernuntur siue cogitãtur:sed in virtute intelligibili qualis est iustitia:mentem dicimus seu nouimus seu volumus pulchram & secundum hãc pulchritudinem reformamur ad imaginẽ dei:profecto ipsius dei qui nos reformauit & reformat ad imaginem suam:non aliqua mole corporea suspicanda est pulchritudo:eoq̃ iustorum mentibus credendus est incomparabiliter pulchrior:quo est incomparabiliter iustior.

Ro.12.

Beati Augustini ad Casulanum:An liceat sabbato ieiunare:eleganter determinantis. Epistola.LXXXVI.

N



Dilectissimo & desyderantissimo fratri & compresbytero Casulano: Augustinus in domino salutẽ. Nescio vnde sit factum:vt primis tuis literis meas non redderem:non tamen tui contemptu id me fecisse scio. Nam & studiis tuis & ipso sermone delector:teq̃ in ista ętate iuuenili proficere in verbo dei & abundare ad ædificationem ecclesię & opto & exhortor. Nunc vero scriptis tuis alteris sumptis:quibus tibi tandem aliquando respondeam iure charitatis(in qua vnũ sumus)fraterno & æquissimo flagitas:differẽdum tuæ dilectionis vlterius desyderium non putaui:& inter artissimas occupationes meas suscepi isto me debito apud te absoluere. Q̃ ergo me consulis:vtrum liceat sabbato ieiunare Respondeo:si nullo modo liceret:profecto quadraginta continuos dies:nec Moyses:nec Helias:nec ipse dominus ieiunasset. Verum ista ratione concluditur etiam dominico die non illicitum esse ieiunium. Et quisquis tamen hunc diem ieiunio decernendum putauerit:sicut quidam ieiunantes sabbatum obseruant:non paruo scandalo erit ecclesiæ: Nec immerito. In his enim rebus de quibus nihil certi statuit scriptura diuina:mos populi dei vel instituta maiorũ pro lege tenenda sunt. De quibus si disputare voluerimus: & ex aliorum consuetudine alios improbare:orietur interminata luctatio:quæ labore sermocinationis cum certa documenta nulla veritatis insinuet:vtiq̃ cauendum est: ne tempestate contentionis serenitas charitatis obnubilet. Q̃đ periculum vitare neglexit:cuius mihi proximam disputationem vt ei responderem:cum tuis prioribus literis existimaui esse mittẽdam. Non autem vsqueadeo mihi spacia temporum larga sunt:vt ea refellendis singulis sententiis eius impendam:quæ aliis operibus magis vrgentibus explicandis habeo necessaria. Sed eo quo te mihi in tuis epistolis ostendis ingenio:qđ in te donum dei admodum diligo:eundem sermonem cuiusdam vt scribis vrbici paulo diligentius consydera:& videbis eum pene vniuersam ecclesiam Christi:ab ortu solis vsq̃ ad occasum scilicet: verbis iniuriosissimis nequaq̃ lacerare timuisse. Nec dixerim pene vniuersam:sed plane vniuersam. Nam neq̃ ipsis quorum consuetudinem sibi videtur defendere:inuenitur pepercisse Romanis:sed quomodo in eos quoq̃ redundet conuitiorum ei⁹ impetus nescit:quoniam non aduertit. Nam cum ei argumenta deficiunt quibus probet sabbato ieiunandum:in luxurias epularum & temulenta conuiuia & nequissimas ebrietates insultabundus inuehitur:quasi non ieiunare hoc/sit inebriari. Q̃ si hoc est:quid ergo prodest Romanis sabbato ieiunare? Quandoquidem aliis diebus quibus non ieiunant necesse est eos secundum disputationem huius ebriosos & ventricolas iudicari. Porro si aliud est grauare corda in crapula & ebrietate:quæ semper est malum:aliud est autem modestia & temperantia custodita relaxare ieiunium:qđ certe cum fit die dominico/reprehensorem non habet christianum:prandia prius sanctorum a voracitate & ebriositate ventricolarum iste discernat:ne Romanos episcopos quando non ieiunant ventricolas faciat:& tunc inquirat: non vtrum liceat inebriari sabbato quod nec die dominico licet: sed vtrum nec sabbatum ieiunandum sit sicut dominico non solet. Quod vtrum sic quæreret: aut sic affirmaret: vt toto terrarum orbe diffusam:exceptis Romanis & adhuc paucis occidentalibus: apertissime non blasphemaret ecclesiam. Nunc vero quis ferat per omnes orientales & multos etiam occidentales populos christianos:de tot tantisq̃ famulis famulabusq̃ Christi:sabbato sobrie modesteq̃ prandentibus:ab isto dici q̃ in carne sint: & deo placere non possint: & q̃ de illis sit scriptum:Recedãt iniqui a me:viam eorum nosse nolo:Et q̃ sint ventricolæ: iudæam ecclesiæ præponentes: &

Dist.u.ca.in his.

O

ancillæ filios:& lege non iusta sed voluptuaria consulentes:ventri nō disciplinæ succumbentes:& q caro sint & mortem sapiant:& cætera huiusmodi.Quæ si de vno quopiam dei famulo diceret:quis eum audire:quis non deuitare deberet?Cum ergo his opprobriis atq maledictis insectatur ecclesiam per totum mūdum fructificantem atq crescentem:& die sabbati pene vbiq prandētē:admoneo quisquis est vt sese cohibeat.Nam cuius me nomen ignorare voluisti:profecto de illo me iudicare noluisti.Filius hominis(inqt) sabbati dominus est:in quo maxime bene q̄ male facere licet.Si ergo male facimus quando prandemus:nullo die dominico bene viuimus.Quod autem fatetur apostolos sabbato manducasse:& dicit vt tunc ieiunarent temporis nō fuisse:propter quod ait dominus:Venient dies vt auferatur sponsus ab eis: & tunc ieiunabunt filii sponsi:quia tunc tempus gaudii:& nunc tempus est luctus:Primū attendere debuit q illic dominus de ieiunio nō de sabbati ieiunio loquebatur? Deinde cū vult intelligi luctum ieiunio:cibo gaudium deputandum:cur non cogitat quicquid est illud qd significare deus voluit in eo qd scriptum est:eum die septimo requieuisse ab omnibus operibus suis:non ibi luctum significatum esse sed gaudiū: Nisi forte dicturus est:in illa requie dei & sanctificatione sabbati gaudium iudæis:luctum significatum esse christianis: & tamen nec quando significauit deus diem septimum:quia in illo requieuit ab omnibus operibus suis:aliquid de ieiunio vel prandio sabbati expressit. Nec cum postea populo hebræo de ipsius diei obseruatione mandauit:aliquid de alimentis vel sumendis vel non sumendis locutus est: vacatio tātū hominū a suis vel a seruilibus opibus imperat: quā prior populus in vmbra accipiens futurorum:sic vacauit ab operibus:quemadmodum nunc iudęos vacare conspicimus:nō vt putatur iudæis carnalibus non recte intelligentibus:qd recte intelligunt christiani. Neq enim melius hoc intelligimus q̄ prophetæ:qui tamen in eo tempore quo ira fieri oportuit:seruauerunt hanc sabbati vacationem:quā iudęi putant adhuc esse seruandam. Vnde illud est: q lapidare deus hominem iussit:qui sabbato ligna collegerat:nūq̄ autem legimus lapidatū: vel aliquo dignum supplicio iudicatum:siue ieiunantē sabbato siue prandentē. Quid tamen horum duorum quieti conueniat:quid labori:iste ipse viderit:qui gaudium manducantibus luctum ieiunantibus deputauit:vbi de ieiunio respondens ait:Non possunt lugere filii sponsi q̄diu cum eis est sponsus.Quod autem propterea dicit sabbato apostolos manducasse: quia nōdum erat tempus vt sabbato ieiunarent:qd scilicet veterum traditio prohibebat? nunquid ergo iam erat tempus vt sabbato non vacarent?Nōne hoc traditio veterum prohibebat & vacare cogebat:& tamen eo ipso sabbato die:quo Christi legimus manducasse discipulos:vulserunt vtiq spicas:quod sabbato non licebat:quia veterum traditio prohibebat?Videatur igitur ne congruentius ei respondeatur:ideo dominum die illo a discipulis hæc duo fieri voluisse:vnū de spicis vellēdis:alterū de alimētis sumēdis: vt illud eēt aduersus eos q sabbato volūt vacare:hoc aūt aduersus eos q cogūt sabbato ieiunare: cū illud mutato tpe iā supstitiosū esse significasset:hoc aūt vtroq tēpore liberū esse voluisset.Neq id cōfirmādo dixerim:sed qd ei multo aptius/q̄ sunt ea quæ loquit/responderi possit ostēderim. Quomodo(inqt)nō cum pharisæo dānabimur bis in sabbato ieiunātes?tanq̄ pharisęus ideo damnet: quia bis in sabbato ieiunabat:& non quia super publicanum se rumidus extollebat. Potest autem iste dicere etiam illos qui omnium fructuum suorum decimas dant pauperibus:cū pharisæo dānari:qa hoc quoq ille inter sua opera prædicabat:qd cupimus a multis fieri christianis:& vix paucissimos inuenimus.Aut vero q nō fuerit iniustus:adulter:& raptor:cū pharisęo dānabit:qa ille se talem non esse iactabat.quod certe quisquis sentit:insanit.Porro si hæc sine dubio bona q̄ sibi pharisęus inesse commemorabat:non habenda sunt cum superbiente iactantia quæ in illo apparebat:sed tamen habenda sunt cum pietate humili quæ in illo non erat:sic & bis in sabbato ieiunare in homine qualis fuerat ille pharisæus:infructuosum est: In homine autem humiliter fideli vel fideliter humili religiosum est: quis euangelica scriptura: non dixit damnatum pharisęum:sed magis iustificatum dixit publicanum. Verum si hoc modo putat iste intelligendum quod ait dominus:Nisi abundauerit iustitia vestra plus q̄ scribarū & pharisæorum:non intrabitis in regnum cælorum:vt nisi amplius q̄ bis in sabbato ieiunemus: hoc præceptum non possumus implere bene:q septem dies sunt qui volumine temporum p sua vestigia reuocantur.Qui cum ergo ex his biduum detraxerit ne sabbato dominicoq ieiunet remanent dies quinq in quibus pharisæum superare possit bis in sabbato ieiunantem. Puto enim q si ter in sabbato quisq ieiunat:iā superat pharisęum qui bis in sabbato ieiunabat.Quod

Marginal notes: P (beside "lo diceret"); Matth.12. (beside "luisti:profecto"); Matth.9. (beside "rut temporis"); Gen.2. (beside "significare deus"); Numeri.15. (beside "uauerunt hanc"); Matth.9. (beside "luctum ieiunantibus"); Matth.12. (beside "care cogebat"); Q (beside "ei multo aptius"); Luce.18. (beside "ei multo aptius"); Matth.5. (beside "intelligendum").

si & quater vel etiam vt nullus dierum excepto sabbato & dominico prætermittatur in heb-
domade quinquies ieiunetur: qd multi in vita sua faciunt; maxime in monasteriis constituti:
non solum pharissæus qui bis in sabbato ieiunabat: verumetiam christianus qui quarta & se-
xta feria & ipso sabbato ieiunare cõsueuit: qd frequenter Romana plebs facit: in labore ieiunii
superabitur: Et tamen nescio quis iste (vt dicis) vrbicus disputator etiam si quisq; quinq; con
tinuis præter sabbatum & dominicum diebus ita ieiunet: vt nullo die omnino reficiat cor-
pus: eum carnalem vocat: quasi cibus & potus cęteris diebus non pertineat ad carnem: & ven
tricolam iudicat: quasi solius sabbati prandium descendat in ventrem. Huic sane non sufficit R
ꝙ ad vincendum pharissæum iam sufficit vt ter in sabbato ieiunetur: sed excepto dominico
sex cæteris diebus ita ieiunare compellit: vt dicat antiqua remota labe: duo in carne vna Chri
sti iam sub disciplina manentes: non debent cum filiis sine lege & cum principibus Sodomo-
rum & cũ plebe Gomorræ sabbatorum voluptuaria conuiuia exercere: sed cum sanctimo-
niæ incolis ac deo deuotis solenni & ecclesiastico iure magis ac magis legitime ieiunare: vt sex
dierum vel leuis error ieiunii orationis & eleemosynę fontibus abluatur: quo possimus do-
minica alogia refecti omnes æquali corde digne cãtare: Saturasti domine animam inanem: &
potasti animam sitientem. Ista dicens & a frequentia ieiunandi solum diem dominicum exci-
piens: non tantum orientis & occidentis populos christianos in quibus sabbato nemo ieiunat
verum & ipsam Romanam ecclesiam improuidus & incautus accusat. Cũ eñ dicit: sub disci
plina Christi manentes non debere cum filiis sine lege: cum principibus Sodomæ: cum plebe
Gomorræ voluptuaria sabbatorum exercere conuiuia: sed cum sanctimonię incolis ac deo de
uotis solenni & ecclesiastico iure magis ac magis legitime ieiunare: subiungit & dicit: vt sex
dierum vel leuis error ieiunii orationis & eleemosynæ fontibus abluatur: profecto eos qui mi
nus q̃ sex diebus in hebdomade ieiunant non putat legitime exercere ieiunium: nec deo esse
deuotos: nec maculas erroris quæ de ista mortalitate contrahunt: abluere. Videant ergo Ro
mani quid agant: quia etiam ipsi nimium contumeliose huius disputatione tractãtur: apud
quos omnibus istis sex diebus præter paucissimos clericos aut monachos quotus quisq; inue-
nitur qui frequentet quotidiana ieiunia: maxime quia ibi ieiunandum quinta sabbati non vi
detur! Deinde quæro: si vniuscuiusq; diei vel leuis error / ipsius diei ieiunio soluitur vel ablui S
tur. Sic enim dicit: vt sex dierum vel leuis error ieiunii quoq; fontibus abluatur. Quid facie-
mus de illo errore qui subrepsit dominico die in quo scandalũ est ieiunare! Aut si die ipso nul
lus Christianis error obrepit: videat homo iste qui ventricolas tanq̃ magnus ieiunator ac-
cusat: quantum honoris & vtilitatis ventribus tribuat si tunc non erratur quando prande-
tur. An forte in ieiunio sabbati tantum bonum constituit: vt aliorum sex dierum: hoc est ipsi
us etiam dominici: vel leuem (sicut dicit) errorẽ solum ieiunium sabbati possit abolere: & so-
lo ipso die non erretur quo toto vtiq; ieiunatur! Quid est ergo ꝙ diem dominicum sabbato
velut christiano iure præponit! Ecce secundum ipsum dies sabbati multo sanctior inuenitur
in quo & non erratur cum eius toto spatio ieiunatur: & eodem ieiunio sex cæterorum dierũ:
ac per hoc & ipsius dominici error abluitur: puto ꝙ tibi non placet ista præsumptio. Iam ve-
ro cum se hominem spiritalem videri velit: & tanq̃ carnales pransores sabbati accuset: atten-
de quemadmodum dominici diei non paruo prandio reficiatur: sed alogia delectetur. Quid
est autem alogia: qd verbum ex græca lingua vsurpatum est: nisi cum epulis indulgetur: vt
a rationis tramite deuietur! Vnde animalia ratione carentia dicuntur aloga: quibus similes
sunt ventri dediti: propter qd immoderatum conuiuium: quo mens in qua ratio dominatur
ingurgitatione vescendi ac bibendi quodammodo obruitur: alogia nuncupatur. Insuper etiã
ꝑpter cibũ ac potum nõ mẽtis / sed vẽtris alogia diei dominici dicit esse cãtãdũ: Saturasti dñe
animã inanẽ: & potasti animã sitientem. O virum spiritalẽ: O carnaliũ reprehẽsorẽ: O magnũ
ieiunatorẽ & nõ vẽtris cultorem. Ecce qui nos admonet: ne lege vẽtris / legẽ domini corrũpa-
mus: nec panem cæli vendamus esca terrena: Et adiũgit: quia esca Adam paradiso periit: esca T
Esau primatus amisit: Ecce quid dicit: Est enim sathanæ vsitata calumnia: tentatio ventris:
cui modicum suadet vt auferat totum. Et horum inquit interpretatio præceptorum ventri
colas minus incuruat. Nonne his verbis suis id agere videtur: vt etiam die dominico ieiune-
tur! Alioquin sanctior erit sabbati dies: quo dominus in monumento requieuit: q̃ dominicus
quo a mortuis resurrexit. Sanctiꝰ est eñ ꝑfecto sabbatũ siscdm verba huiꝰ in sabbato ꝑ ieiuni

um peccatum omne vitatur:& qd diebus aliis cōtractum est abolet. In dominico autem per escam ventris tentatio non cauetur:& diabolicæ calumniæ locus datur:& paradiso peritur:& primatus amittitur. Quid ergo est qd rursus sibi ipse contrarius admonet: vt nō prandio modesto/sobrio/christiano reficiamur dominico die: sed in alogia lætantes plaudentesq; cantemus: Saturasti domine animam inanem:& potasti animā sitientem! Nēpe si tūc non erramus quando ieiunamus:& aliorum sex dierum errores tunc abluimus cū sabbato ieiunamus: nullus erit die dominico deterior: nullus sabbato melior. Crede dilectissime frater: nemo legem sicut iste intelligit: nisi qui non intelligit. Si enim Adam non cibus sed prohibitus cibus perdidit:& Esau nepotem sancti Abrahę non esca: sed vsq; ad contemptum sacramēti: qd in primatu suo habuit: concupita esca damnauit: sic a sanctis & fidelibus pie prandetur quemadmodū a sacrilegis & incredulis impie ieiunatur. Pręponitur ergo dies dominicus sabbato fide resurrectionis: non consuetudine refectionis: aut etiam vinolentæ licentia cautionis. Moyses inquit quadraginta diebus panem non manducauit: nec bibit aquam. Cur autem hoc dixerit subiūxit: atq; ait: Ecce Moyses amic⁹ dei: nubis inquilinus: delator legis:& populi dux: ter bina sabbata ieiunio celebrans: non offensam: sed meritum collocauit. Nunqd attendit quid huic possit consequenter opponi! Quia vtiq; si Moysi ieiunantis propterea ponit exemplum: quoniā in illis quadraginta diebus: ter bina sicut loquitur sabbata ieiunauit:& ex hoc vult persuadere: vt sabbato ieiunetur: ex hoc ergo persuadeat vt & dominico ieiunetur: quia in illis quadraginta diebus nihilomin⁹ Moyses ter binos dominicos ieiunauit. Sed addit ac dicit: Et adhuc cum Christo dominicus dies imminenti ecclesiæ seruabatur. Qd cur dixerit nescio. Si enim propterea quia multomagis ieiunandum est: postea q̄ venit cum Christo dominicus dies: ergo qd absit etiam ipso dominico ieiunetur. Si autem timuit ne propter dierum quadraginta ieiunium obiiceretur etiam dominico ieiunandum:& ideo addidit: q; adhuc cum Christo imminenti ecclesiæ dies dominicus seruabatur: vt videlicet ea causa intelligatur ieiunasse Moyses etiam die qui sequitur sabbatum: quia nondum venerat Christus: per quem factus est ipse dies dominicus: quo non expediat ieiunari: Cur ipse Christus quadraginta diebus similiter ieiunauit! Cur non in illis diebus quadraginta ter binis qui sequebantur sabbatum: ieiunium soluit: vt iam dominici diei prandium commendaret etiam ante resurrectionem suam: sicut sanguinem suum potandum dedit ante passionem! Vides certe dierum quadraginta ieiunium: quod iste commemorat: sic ad rem non pertinere vt sabbato ieiunemus: quomodo ad rem non pertinet vt dominico ieiunemus. Prorsus non attendit: quid ei de die dominico posset opponi: quando sicut accusanda sunt ebriosa conuiuia:& omnis vorax ac temulenta luxuries: sic accusat prandia sabbatorum: cum possint & ipsa esse modestorum atq; sobriorum. Et ideo non est illi ad singula respondendum: quoniam pro sabbati prandio vitia luxuriæ reprehendendo: eadem atq; eadem sibi dicit: aliud non inueniendo qd dicat: nisi q; inaniter & ad rem non pertinens dicit: vtrum non sit sabbato ieiunandum quæritur: non vtrum sabbato sit luxuriandum: qd nec dominico faciunt qui deum timent: quis in illo vtiq; non ieiunent. Quis autem diceret quod iste ausus est dicere! Quomodo (inquit) pro nobis aut per nos rata erunt decreta aut digna quæ nos sanctificata die ad peccatum cogunt! Sanctificatam diem sabbati confitetur:& ad peccatum dicit cogi homines quia prandetur. Ac per hoc secundum istum: aut dies dominicus sanctificatus nō est:& incipit esse sabbatū melius: aut si est & dominicus dies sanctificatus: ad peccatum cogimur quia prādemus. Et conatur testimoniis probare diuinis sabbato ieiunādum: Sed vnde hoc probet omino non inuenit. Mādūcauit (inquit) & bibit Iacob vinum & satiatus est:& recessit a deo salutari suo:& ceciderunt vna die viginti tria milia. quasi dictum sit: Prandit sabbato Iacob & recessit a deo salutari suo. Et apostolus quando commemorauit cecidisse tot milia: non ait: Neq; prandeamus sabbato sicut illi prandeunt: sed ait: Neq; fornicemur sicut quidam eorum fornicati sunt:& ceciderūt vna die viginti tria milia. Quid sibi etiam vult qd ait: Sedit autem populus manducare & bibere & resurrexerūt ludere: Posuit quidem & apostolus hoc testimonium: sed vt a seruitute idolorum nō a sabbati prandio prohiberet. Sabbatum autem illud factum esse iste non probat: sed vt libitum est suspicatur. Sicut autem fieri potest vt ieiunetur:& cum ieiunium soluitur si quisq; ebriosus est tunc inebrietur: ita fieri potest vt non ieiunetur:& si temperantes sunt homines modestissime prandeatur. Quid est ergo q; sabbati volens persuadere ieiunium: adhibet apostolū testē dicētē: Nolite inebriari vino in quo est omīs luxuria: quasi diceret: Nolite prādere

Exo.32. Deut.32. 1.Cor.10. Ephe.5.

ſabbato:quia ibi eſt omnis luxuria.Sicut autem hoc præceptum apoſtolicum: Ne inebriẽtur
vino in quo eſt om̃is luxuria : obſeruaẽ a chriſtianis deũ timẽtibus quando prandeẽ die domi
nico:ita obſeruatur quando prandeẽ & ſabbato. Vt expreſſius(inquit)errantibus contradi-
cam:nemo ieiunio etſi non ꝓmeretur offendit:porro & non offendere ꝓmereri eſt. Quis hoc
diceret niſi q̃ nollet cõſyderare qđ diceret? Ergo pagani quãdo ieiunãt non ideo magis offen-
dunt deũ? Aut ſi de chriſtianis voluit qđ dixit intelligi:quis nõ deum offendet ſi velit cũ ſcã-
dalo totiꝰ quæ vbiq; dilataẽ eccleſiæ die dominico ieiunare? Deinde ſubiicit teſtimonia de ſcri Y
pturis ad cauſam quã ſuſcepit nihil valẽtia. Ieiunio(inquit)Helias paradiſo donatꝰ in corpo
re regnat:quaſi ieiunium nõ prædicent qui ſabbato nõ ieiunãt:ſicut ieiunium prędicant:qui
tamen die dominico non ieiunant:aut Helias eo tempore ieiunauerit:quo populus dei etiam
ſabbato ieiunabat. Quod autem reſpõdimus de quadraginta diebus ieiunii Moyſi: hoc depu
ta eſſe reſpondendum & de quadraginta diebus Heliæ. Ieiunio(inquit) Daniel leonũ ſiccam
rabiem illæſus euaſit:quaſi legerit ꝙ ſabbato ieiunauerit:aut etiam cum ipſis leonibus ſabba
to fuerit:vbi tamen legimus ꝙ & pranderit. Ieiunio(inquit)triũ fida germanitas ignibus co
ruſcanti carceri dominata regi hoſpitio ſuſceptũ dominum adorant. Hæc exempla ſanctorũ:
nec ad perſuadendum cuiuſcunq; diei ieiunium valent:quãtominus ſabbati:quandoquidem
non ſolum non legitur tres viros ſabbato fuiſſe miſſos in caminum ignis ardentem: ſed ne il-
lud quidem legitur tam diu illic eos fuiſſe vt poſſit quiſq̃ dicere eos ieiunaſſe:immo vero vix
vnius horæ ſpatium eſt:quo eorum confeſſio hymnuſq; cantatur. Nec amplius inter illas flã-
mas innoxias deambulauerunt q̃ canticum illud terminauerũt. Niſi forte ab iſto etiam vni-
us horę ſpatium ieiunio deputatur. Qđ ſi ita eſt:nõ habet qđ ſuccenſeat pranſoribus ſabbati:
Vſq; ad horam enim prandii multo q̃ in illo camino ꝓlixius ieiunatur. Adhibet & illud apo
Ro.14. ſtoli teſtimonium:vbi ait: Nõ eſt regnum dei eſca & potus:ſed iuſtitia & pax:gaudium in ſpi
ritu ſancto. Et regnum dei eccleſiam vult intelligi in qua dominus regnat. Obſecro te:nunqđ
hoc agebat apoſtolus cum iſta loqueretur vt ſabbato a chriſtianis ieiunaretur? Sed nec de ipſo
cuiuſcunq; diei ieiunio loquebatur cum hæc diceret. Dictum eſt enim aduerſus eos qui mo-
re iudæorum ſecundum veterem legem in obſeruatione quorundam ciborum putabant eſſe
munditiam:& ad eorum fratrum admonitionem per quorum eſcam & potum indifferenter
Vbi ſupra. acceptum ſcandalizabantur infirmi. Ideo cum dixiſſet: Noli illum in eſca tua perdere pro quo
Chriſtus mortuus eſt: Et non ergo blaſphemetur bonum noſtrum:tunc adiunxit: Non enim
eſt regnum dei eſca & potus:& cætera. Nam ſicut verba hæc apoſtoli intelligit: vt regnũ dei
qđ eſt eccleſia non ſit in eſca & potu ſed in ieiunio:non dico ſabbatis ieiunare:ſed nunq̃ omni-
no cibum ac potum ſumere deberemus : ne de iſto dei regno vnq̃ recederemus. Puto autem
quia iſto conferente aliquanto religioſius die dominico ad eccleſiam pertinemus: quando ta-
men & ipſo concedente prandemus. Cur inquit ſacrificium potiori domino charum murmu Z
ramus offerre:qđ ſpiritus deſyderat:& angelus laudat? Deinde adiũgit angeli teſtimonium
Tobię.12. dicentis: Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna. Qđ dixerit : potiori domino: neſcio niſi
forte ſcriptor errauit & te fugit:vt qđ mihi legendum miſiſti non emendares. Sacrificium er
go domino charum ieiunium vult intelligi:quaſi de ieiunio verſetur hæc quæſtio: & non de
ieiunio ſabbati. Neq; enim dominicus dies ſine ſacrificio quod deo charum eſt peragitur quia
non ieiunatur. Sequitur adhuc & ingerit teſtimonia a cauſa quã defendendã ſuſcepit penitus
Pſal.49. aliena. Immola inquit deo ſacrificium laudis Et iſtam vocem diuini pſalmi nolens ad qđ agi-
tur neſcio quomodo connectere:vtiq; inquit nõ ſanguinis aut ebrietatis conuiuium : quo nõ
laudes debite deo:ſed blaſphemiæ diabolo ſuffragante ſylueſcunt. O improuidam præſum-
ptionem: Non ergo immolatur ſacrificium laudis dominico die quia non ieiunatur: ſed agi-
tur ebrietatis conuiuium & blaſphemiæ diabolo ſuffragrante ſylueſcũt. Qđ ſi nefas eſt dice-
re:intelligat non ieiunium ſignificari in eo quod ſcriptum eſt : Immola deo ſacrificium lau-
dis. Ieiunium quippe certis diebus & maxime feſtis non agitur: Sacrificium vero laudis ab ec
cleſia toto orbe diffuſa diebus omnibus immolatur. Alioquin qđ nullus:nõ dico chriſtianus:
ſed nec inſanus dicere auderet:dies illi quinquaginta poſt paſcha vſq; ad pentecoſten quibus &
non ieiunatur:erunt ſecundum iſtum a ſacrificio laudis alieni : quibus tantummodo diebus
in multis eccleſiis in omnibus autem maxime cantatur alleluya:quã vocem laudis eſſe nul-
lus chriſtianus q̃libet imperitus ignorat. Confitetur tamen etiam ipſo die dominico non in
ebrietate:ſed in iucunditate prandere:cum dicit debere nos ex iudæis & gẽtibus multis chri

ſtiani nominis:fide paucos electos:veſpertino ſabbatorum incenſo:pro pecudum victimis ieiu
nium deo placitum laudibus immolare:cuius feruore cremata deficiant opera delictorum:Et
mane(inquit)exaudiet nos a nobis auditus:& erunt nobis domus ad manducandum & bibē
dum:non in ebrietate ſed in iucūditate dominica celebritate perfecta. Tunc enim eulogia:nō
vt ſuperius ait alogia celebratur.Sed quid eum offendit ſabbati dies quē dominus ſanctifica
uit: ignoro:vt in eo nō putet poſſe manducari & bibi tali iucūditate quæ careat ebrietate: cū
ſic ante ſabbatum ieiunare poſſumus:quomodo dicit ante dominicum ſabbato ieiunandū:an
continuo biduo pranderi nefas eſſe arbitratur? Videat ergo quanta afficiat cōtumelia ipſam
quoq; Romanam eccleſiam:vbi & his hebdomadibus:in quibus quarta & ſexta & ſabbato ie
iunatur:tribus tamen diebus continuis:dominico ſcilicet ac deinde ſecūda & tertia prande
9 tur.Ouium vitam certum eſt(inquit)arbitrio pendere paſtorū.Sed væ qui dicunt q; bonum Eſa.5.
malum:& tenebras lucem:& lucem tenebras:& amarum dulce: & dulce amarum. Quid ſibi
velint hæc verba eius non ſatis intelligo.Si enim hęc ſcribis ſicut vrbicus dicit: in vrbe plebs
pendens ex paſtoris arbitrio cum epiſcopo ſuo ieiunat ſabbato.Si autem ad te iſta ſcripſit: q̄a
& in epiſtola tua & ipſe quiddā tale ſcripſiſti:nō tibi perſuadeat vrbem chriſtianam ſic lauda
re ſabbato ieiunantem vt cogaris orbem chriſtianum damnare prandentem.Cū.n.dicit q̄ bo
num malum:& tenebras lucem:& lucem tenebras:& amarum dulce:& dulce amarum: ieiu
nium ſabbati volens intelligi bonum & lucem & dulce: prandium vero malum & tenebras
& amarum.Quis enim dubitat in omnibus chriſtianis ſabbato prandentibus vniuerſum or
bem damnare terrarū:nec ſe ipſe reſpicit:nec quibus dicat attendit:vt ſcriptis ſuis ab iſta prę
cipiti cohibeatur audacia? Continuo quippe ſubiunxit:Nemo ergo vos iudicet in eſca aut in Coſ.2.
potu:qđ ipſe vtiq; facit qui ſabbato ſumentes eſcam potumq; ſic arguit:quātum erat vt huic
ei veniret in mentem:etiam illud qđ idem apoſtolus alibi dicit:Qui manducat non manducā Ro.14.
tem non ſpernat:& qui non manducat manducantem non iudicet.Iſto modo hoc temperamē
tum quo ſcandala deuitaret inter ieiunantes ſabbato & mādūcantes teneret:vt & ipſum non
manducantem manducans quiſq; non ſperneret:& ipſe non manducans manducantem non
A iudicaret.Petrus etiā(inquit)apoſtolorum caput: cæli ianitor & eccleſiæ fundamentū:extin
cto Simone qui fuerat diaboli figura:nō niſi ieiunio vincendi figura id ipſum Romanos edo
cuit:quorum fides annuntiatur vniuerſo orbi terrarum:Nunquid ergo cæteri apoſtoli pran
dere chriſtianos contra Petrum docuerunt in vniuerſo orbe terrarum? Sicut itaq; inter ſe vi
xerunt concorditer Petrus & condiſcipuli eius:ſic inter ſe concorditer viuant ſabbato ieiunā
tes quos plantauit Petrus:& ſabbato prandentes quos plantauerunt condiſcipuli eius.Eſt q̄
dem & hęc opinio plurimorum:q̄uis eam perhibeant eſſe falſam plęriq; Romani:q̄ apoſtolus
Petrus cum Simone mago die dominico certaturus: propter ipſum magnæ tentationis peri
culum:pridie cum eiuſdem vrbis eccleſia ieiunauerit: & conſecuto tam proſpero glorioſoq;
ſucceſſu:eundem morem tenuerit:eamq; imitatę ſint nonnullæ occidentales eccleſiæ. Sed ſi
cut iſte dicit: Simon magus figura erat diaboli:non plane ſabbatarius aut dominicarius:ſed
quotidianus eſt ille tentator.Nec tñ aduerſus eum quotidie ieiunatur : quando & dieb9 do
minicis omnibus:& quinquaginta poſt paſcha:& per diuerſa loca diebus ſolennibus marty
rum & feſtis quibuſq; prandetur:& tamen diabolus vincitur:ſi oculi noſtri ſint ſemper ad do Pſal.24.
minum:vt ipſe euellat de laqueo pedes noſtros.Et ſiue mādūcamus ſiue bibimus ſiue quodcū 1.Cor.10.
q; facimus:omnia in gloriā dei faciamus:Et quantum in nobis eſt ſine offenſione ſimus iudæ
is & græcis & eccleſiæ dei.Qđ parum cogitant qui cum offenſione manducāt:vel cum offen
ſione ieiunant:& per vtramlibet intemperantiam ſcandala concitant : quibus non ſuperatur
diabolus ſed lætatur.Q; ſi reſponderetur:hoc docuiſſe Iacobum Hieroſolymis:Epheſi Ioānem
cæteroſq; aliis locis:qđ docuit Romæ Petrus:id eſt vt ſabbato ieiunetur : ſed ab hac doctrina
terras cæteras deuiaſſe:atq; in ea Romam ſtetiſſe : Et econtrario refertur occidentis potius
aliqua loca in quibus Roma eſt non ſeruaſſe qđ apoſtoli tradiderūt:Oriētis vero terras vnde
cœpit ipſum euangelium prædicari:in eo qđ ab om̄ibus cum ipſo Petro apoſtolis traditum
eſt:ne ſabbato ieiunetur:ſine aliqua varietate manſiſſe:Interminabilis eſt iſta contentio gene
nerans lites non finiens quæſtiones.Sit ergo vna fides vniuerſæ quæ vbiq; dilatatur eccleſiæ:
tanq̄ intus in mēbris:etiā ſi ipſa fidei vnitas q̄buſdā diuerſis obſeruatiōibus celebrat: quibus
nullo modo qđ in fide verum eſt:impedit.Oīs em̄ pulchritudo filię regis intrinſecus.Illę autē
obſeruatiōes q̄ varie celebrant / in eius veſte intelligunt: Vnde illi dicitur: In fimbriis aureis Pſal.44.

citcũamicta varietate.Sed ea quoq; vestis ita diuersis celebrationib⁹ varieẽ:vt nõ aduersis cõ
tẽtionibus dissipetur. Postremo inquit si iudęus sabbatũ colẽdo/ dominicũ negat: quomodo B
christian⁹ obseruat sabbatũ! An simus christiani & dominicũ colimus:aut simus iudęi vt sab
Matth.6. batũ obseruemus! Nemo eñ potest duobus dominis seruire.Nõne ita loquiẽ:tanq̃ sabbati ali
Lucæ.6. us dñs sit/alius dñici! Nec illud audit qđ & ipse cõmemorauit:Dñs est eñ sabbati filius hois
Q₂ aũt ita nos vult esse a sabbato alienos:sicut iudęi sunt a dñico alieni:nonne tantũ errat vt
possit etiam dicere ita nos nõ debere accipere legẽ nec ꝓphetas:sicut Iudęi non accipiũt euan
gelium nec apostolos! Qđ qui sapit:qd mali sapiat vtiq; intelligis. Sed vetera inquit oĩa trãs
ierunt & in Christo facta sunt noua. Hoc verum est.Nam ꝓpterea sicut iudęi sabbatis nõ va
camus:etiã si ad significãdã requiẽ quæ illo die significata est:christiana sobrietate & frugali
tate seruata ieiunii vinculum relaxamus.Et si aliqui fratres nostri requiẽ sabbati relaxatione
ieiunii significandã esse non putant:nequaq̃ de vestis regiæ varietate litigamus:ne ipsius re
ginę vbi vnam fidẽ etiam de ipsa requie retinemus:interiora mẽbra vexemus. Etsi enim quia
vetera transierũt: cũ eis trãsiit etiam carnalis vacatio sabbati:nõ tamen quia sabbato sine su
perstitiosa vacatione prandemus : ideo duobus dominis seruimus:quia & sabbati & domini
ci vnus est dominus.Iste autem qui vetera transisse sic dicit : vt in Christo cederet ara altari:
gladius ieiunio:precibus ignis:pani pecus:poculo sanguis:nescit altaris nomẽ magis legis &
ꝓphetarum literis frequẽtatum:& altare deo prius in tabernaculo qđ per Moysen factum est
collocatũ:aram quoq; in apostolicis literis inueniri : vbi martyres clamant sub ara dei. Dicit
cessisse ieiunio gladium:nõ recordans illum quo milites euãgelici armanẽ ex vtroq; testamẽ
to gladiũ bis acutũ.Dicit cessisse precibus ignem:quasi nõ & tunc preces deferebanẽ in tem
plum & nunc a Christo ignis est missus in mũdum.Dicit cessisse pani pecus:tanq̃ nesciens:&
tũc in dñi mẽsa panes ꝓpositiõis poni solere:& nũc se de agni immaculati corpore partẽ sume
re.Dicit cessisse poculo sanguinẽ:nõ cogitans etiã nũc se accipere in poculo sanguinẽ.Quãto
ergo melius & cõgruẽtius vetera transisse:& noua in Christo facta esse:sic diceret:vt cederet
altare altari:gladi⁹ gladio:ignis igni:panis pani:pec⁹ pecori:sanguis sanguini. Videmus q̃ppe
in his oĩbus carnalẽ vetustatẽ spiritali cedere nouitati.Sic ergo intelligẽdũ est : siue in isto
die volubili septimo prandeaẽ:siue a quibusdã etiã ieiunetur:tamen sabbato spiritali : sabba
tum carnale cessisse:quando in isto sempiterna & vera requies concupiscitur : in illo vacatio
temporalis iam superstitiosa contemnitur.Cætera quæ sequuntur quibus suam disputatio C
nem iste concludit:sicut alia quædam quæ inde cõmemoranda nõ arbitratus sum:multoma
gis ad causam nõ ptinẽt:in qua de ieiunio sabbati vel prandio disputatur.Sed ea tibi ipsi ma
xime si in his quæ a me dicta sunt aliquid admiraris:aduertẽdã & iudicãda dimitto. Si autẽ
qm̃ huic quantum potui sufficiẽter respõdisse me puto:de hac re sentẽtiã meã quęris: ego in
euangelicis & apostolicis literis:totoq; instrumẽto:qđ appellatur testamentum nouũ:animo
id reuoluẽs:video ꝓceptũ esse ieiunii. Quibus autem diebus nõ oporteat ieiunare & quibus
oporteat: precepto domini vel apostolorũ nõ inuenio definitum. At ꝑ hoc sentio q̃dem nõ ad
obtinẽdam quã fides obtinet atq; iustitia in qua est pulchritudo filię regis intrinsecus:sed tñ
ad significãdam requiem sempiternam:vbi est verum sabbatum:relaxationẽ:q̃ contritionẽ ie
iunii a ptius conuenire. Verũtamẽ in huius sabbati ieiunio siue prandio:in his videtur mihi
Ro.14. tutius pacatiusq; seruari:vt qui manducat/non manducãtem non spernat:& q̃ui non mandu
cat/ mãducãtem non iudicet:quia neq; si manducauerimus abundabimus:neq; si non mandu
cauerimus egebimus:custodita scilicet eorum inter quos viuimus in his rebus inoffensa socie
tate. Sicut eñ quod ait apostolus:verum est: malum esse homini qui per offensionem mandu
cat:ita malum est homini qui per offensionem ieiunat.Non itaq; simus eis similes : qui viden
Matth.11. tes Ioannem non manducantem nec bibentem/dixerunt : Dęmonium habet.Sed nec rursus
eis qui vidẽtes Christum manducantem: & bibentem dixerunt:Ecce homo vorax & vinosus
amicus publicanorum & peccatorum.Rem quippe valde necessariam his dictis dominus ip
se subiecit atq; ait:Et iustificata est sapiẽtia in filiis suis. Qui sint aũt isti:si requiris:lege quod
scriptum est: Filii sapientię etiam iustorum:hi sunt qui quando manducant non manducãtes
non spernunt:quando non manducant manducantes non iudicant:sed eos plane qui per offen
sionem nõ manducãt:siue mãducãt:vel spernũt vel iudicãt. Et de die quidẽ sabbati facilior D
causa est:qa & Romana ieiunat ecclesia:& alię nõnullę etiã si paucę siue illi ꝓximę siue lõgin
quæ.Die autem dominico ieiunare scandalũ est magnum: maxime posteaq̃ innotuit detesta

bilis multumq; fidei catholicæ scripturisq; diuinis apertissime contraria hæresis manichæorum:qui suis auditoribus ad ieiunandum istum tanq̃ constituerunt legitimum diem:per qđ factum est:vt ieiunium diei dominici horribilius haberetur. Nisi forte aliquis idone⁹ sit nulla refectione interposita:vltra hebdomadam perpetuare ieiunium:vt ieiunio.xl.dierum quantum potuerit appropinquet:sicut aliquos fecisse cognouimus. Nam & ad ipsum quadragenarium numerum peruenisse quendam:a fratribus fide dignissimis nobis asseueratum est. Quẽadmodum enim veterum patrum temporibus/Moyses & Helyas nihil contra prandia sabbatorum fecerunt:cum diebus.xl.ieiunauerunt:ita qui potuerit septem dies ieiunando transire:non sibi ad ieiunãdum elegit dominicum diem:sed in his eum inuenit quos ieiunaturum se vouit plurimos dies. Ieiunium tamen etiam continuatum si in hebdomade soluendum est:nullo congruentius q̃ dominico die soluitur. Si autem post hebdomadem corpus reficit: non vtiq; ad ieiunandum dies dominicus eligitur:sed in numero quem voueri placuit inuenitur

E Nec illud moueat qđ Priscillianistæ manichæorum simillimi ad ieiunãdum die dominico solent testimonium de apostolorum actib⁹ adhibere:cum esset apostolus Paulus in Troade. Sic enim scriptum est:In vna autem sabbati congregatis nobis frangere panem: Paulus disputabat exiturus alia die:produxitq; sermonem vsq; ad medium noctis. Deinde cum descendisset de cœnaculo:vbi congregati erant ad resuscitandum adolescentem:qui grauatus somno de fenestra ceciderat & mortuus ferebatur:de ipso apostolo scriptura sic loquitur: Ascendẽs autem inquit cum fregisset panem atq; gustasset:satisq; esset allocutus vsq; ad diluculum: sic profectus est. Absit vt hoc sic accipiatur:tanq̃ solerent apostoli dominico die solenniter ieiunare. Quia enim sabbati tunc appellabatur dies qui nunc dominicus appellatur:quod in euangelijs apertius inuenitur. Nam dies resurrectiõis domini prima sabbati a Matthæo:a cæteris autem tribus:vna sabbati dicitur:quoniã constat eum esse qui dominicus postea appellatus est. Aut ergo post peractũ diem sabbati:noctis initio fuerant congregati:quæ vtiq; nox ad diẽ dominicum:hoc est ad vnam sabbati pertinebat:& ita eadem nocte fracturus panem sicut frangitur in sacramento corporis Christi:produxit sermonem vsq; ad medium noctis: vt post sacramenta celebrata:rursus vsq; ad diluculum alloquens congregatos:quoniam multum festinabat:lucescente proficisceretur dominico die. Aut certe si in vna sabbati non per noctem sed per diem hora dominici fuerant congregati:eo ipso qđ dictũ est:Paulus disputabat illis exiturus alia die:expressa est causa producẽdi sermonis:quia fuerat exiturus & eos sufficiẽter instruere cupiebat. Non ergo solenniter die dominico ieiunabant:sed necessarius sermo q studij feruentissimi audiebatur:ardore reficiendi corporis causa interrumpendus esse non visus est profecturo apostolo:qui eos propter alios suos vsq;quaq; discursus:vel alias nunq̃ vel rarissime visitabat:præsertim quia tunc ex illis terris sicut consequentia docẽt:ita discessurus erat: vt iã non esset eos in carne visurus. Ac per hoc magis ostenditur dominicis diebus solita illis nõ fuisse ieiunia:quia ne hoc crederetur curauit scriptor libri causam producendi sermonis exponere:vt sciremus si aliqua necessitas oriatur/vrgentiori actioni non esse prandium præferẽdũ quis ab istis auidissime audientibus:& ipsum fontem cogitantibus profecturũ:atq; ideo magna siti non aquæ:sed verbi sine satietate quicquid influebat haurientibus:non tãtum carnale prandium:verũetiam cœna contempta est. Sed tunc q̃uis dominico solita illis ieiunia non fuissent:non erat tamen ecclesiæ tam insignis offensio:si aliqua tali necessitate:qualem apostolus Paulus habuit die toto dominico:vsq; ad medium noctis:vel etiam vsq; ad diluculum reficere corpora non curarent. Nunc vero posteaq̃ hæretici maxime impijssimi ieiunia diei dominici non aliqua necessitate occurrentia peragere:sed quasi sacra solennitate statuta dogmatizare cœperunt:& innotuerunt populis christianis: pfecto nec tali necessitate qualẽ apostolus habuit:existimo faciendum esse quod fecit: ne maius malum incurratur in scandalo q̃ bonum percipiatur ex verbo. Quicquid tamẽ causæ vel necessitatis extiterit:cur homo christianus die dominico ieiunare cogatur:sicut etiam illud in actibus apostolorũ inuenimus in naufragij periculo:vbi & ipe apostolus nauigabat quatuordecim diebus:ac per hoc duob⁹ dominicis ieiunatum nullo modo dubitare debemus:Dominicum diem quando nõ plures dies sine vlla refectione continuandi vouentur:inter ieiuniorum dies non esse ponendum. Cur aũt quarta & sexta maxime ieiunet ecclesia:illa ratio reddi videt:q; cõsyderato euãgelio ipsa quarta sabbati:quã vulgo quartã feriam vocant:consilium reperiuntur ad occidẽdum dominum fecisse iudæi. Intermisso autem vno die cuius vespera dominus pascha cum discipulis mandu

Actu.20.

Actu.27.

F

cauit q finis fuit ei⁹ diei quē vocam⁹ quintā sabbati: deinde tradit⁹ est ea nocte q iā ad sextā sabbati: q dies passiōis eius manifestus est: pertinebat: hic dies prim⁹ azymorū fuit a vespa incipiens. Sed Matthęus euāgelista quintā sabbati dicit fuisse primā diē azymorū: qa eius vespa sequēte futura erat cœna paschalis: qua cœna incipiebat azymū & ouis immolatio manducari

Matth.26. Ex quo colligit quartā sabbati fuisse qñ ait dñs. Scitis qa post biduū pascha fiet: & filius hois tradet vt crucifigat. Ac per hoc dies ipe ieiunio deputat⁹ est: qa sicut euangelista sequit & dicit: Tūc cōgregati sunt principes sacerdotes & seniores populi in atriū principis sacerdotum qui dicebat Caiphas: & cōsiliū fecerūt vt Iesum dolo tenerēt & occiderēt. Intermisso aūt vno die: quo dicit euangeliū: Prima aūt azymorū accesserunt discipuli ad Iesum dicētes: Vbi vis parem⁹ tibi comedere pascha! Hoc ergo die intermisso passus est dñs (quod nullus ambigit) sexta sabbati: quapropter & ipa sexta recte ieiunio deputat. Ieiunia quippe humilitatē significāt. Vñ dictū est: Et humiliabā in ieiunio aīam meā. Sequit sabbatū: quo die caro Christi in monumento requieuit: sicut in primis operibus mundi requieuit deus ab omnibus operibus suis. G

Psal.34.

Hinc exorta est ista in regia illa veste varietas: vt alii sicut maxime populi orientis propter requiē significādā mallent relaxare ieiuniū. Alii propter humilitatē mortis dñi ieiunare: sicut Romana & nonnullæ occidētis ecclesiæ. Q. quidem vno die quo pascha celebratur pp̄ter renouandā rei gestæ memoriā: quia discipuli humanitus mortē dñi doluerunt: sic ab omnibus ieiunatur: vt etiam illi sabbati ieiunium deuotissime celebrent: q cæteris per totū annū sabbatis prandent: vtrūq videlicet significantes: & in vno anniuersario die luctū discipulorū: & cæteris sabbatis quietis bonū. Duo quippe sunt q iustorū beatitudinē & oīs miseriæ finem: sperari faciunt: mors & resurrectio mortuorum. In morte requies est: de qua dicit per prophetam:

Esa.26. Plebs mea intra in cellaria tua: abscondere pusillū donec transeat ira dñi. In resurrectione aūt in hoīe toto: id est in carne & spiritu perfecta felicitas. Hinc factū est vt horum duorū vtrūq nō significandū putaret labore ieiunii: sed potius refectionis hilaritate: excepto paschali vno sabbato: quo discipulorū (sicut dixim⁹) luctus pp̄ter rei gestæ memoriā fuerat ieiunio plixiore significandus. Sed qm̄ nō inuenimus: vt iam supra commemoraui: in euangelicis & apostolicis literis q ad noui testamenti reuelationem proprie pertinent: certis diebus aliquib⁹ euidēter præceptum obseruanda esse ieiunia: & ideo res quoq ista sicut aliæ plurimæ: quas enumerare difficile est: inuenit in veste illius filiæ regis: hoc est ecclesiæ varietatis locū: indicabo tibi quid mihi de hoc requirenti respōderit venerandus Ambrosius (a quo baptizatus sum) Mediolanensis ep̄s. Nam cū in eadem ciuitate mater mea mecū esset: & nobis adhuc cathecumis parū ista curantib⁹: illa sollicitudinē gereret: vtrū scdm morē nostræ ciuitatis sibi esset sabbato ieiunandum: an ecclīæ Mediolanēsis more prādendū: vt hac eā cūctatione liberarē: interrogaui hoc supradictū hoīem dei. At ille: Quid possum inquit hinc docere amplius q ipe facio! Vbi ego putauerā nihil eū ista respōsione precepisse: nisi vt sabbato pranderem⁹. Hoc quippe ipm facere sciebā. Sed ille secut⁹ adiecit: Qñ hic sum nō ieiuno sabbato: qñ Romæ sum ieiuno sabbato: & ad quācūq ecclīam veneritis inquit: eius morē seruate: si pati scandalū non vultis aut facere. Hoc respōsum retuli ad matrē: ei q sufficit: nec dubitauit esse obediēdū: hoc etiā nos secuti sumus. Sed qm̄ cōtingit maxime in Africa: vt vna ecclīa vel vnius regionis ecclīæ: alios habent sabbato prādētes: alios ieiunātes: mos eorū mihi sequēdus videt: quibus eorū populorum cōgregatio regenda cōmissa est. Quapropter si consilio meo: præsertim quia in hac causa plus forte q satis fuit te petente atq vrgente locutus sum: libēter acquiescis: ep̄o tuo in hac re noli resistere: & qd facit ipe: sine vllo scrupulo vel disceptatione sectare.

Ambrosius Dist.12.illa. H

Sancti Augustini ad Felicitatē & Rusticū: & sorores q cum eis sunt: de ineffabili iucunditate quā præparauit deus diligētibus se: cōmemorantis: Et vt ipi mutua dilectione vnitatē spiritus in vinculo pacis seruare studeāt: admonentis.

Epistola.LXXXVII.



Dilectissimæ & sanctissimæ matri Felicitati: & fratri Rustico & sororib⁹ q vobiscū sunt: Augustinus & q mecū sunt in dño salutē. Bon⁹ est dñs & misericordia eius vbiq diffusa: q nos de vestra charitate in suis visceribus consolatur. Quantum enim diligat credentes & sperantes in se: & illū atq inuicē diligētes: & qd eis in posterum seruet: hinc maxime ostēdit: cū infidelib⁹ & desperatis: q b⁹ in mala volūtate vsq in finē pseuerātibus: ignē cū diabolo æternū minat: in hoc tamen sæculo bona tanta largit: qui facit oriri I

Matth.5.

solem suum sup bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos: breuiter aliquid dictum est vt plura cogitentur. Quam multa enim habeat impii in hac vita munera & dona gratuita ab illo quem contemnunt: enumerare quis potest? Inter quae illud magnum: quod exemplis interpositarum tribulationum: quas huius saeculi dulcedini tanquam bonus medicus miscet: admonet eos si attendere velint: fugere ab ira ventura: & cum in via sunt: id est in hac vita: concordare cum sermone dei quem sibi aduersarium habent male viuendo. Quid ergo nō misericorditer praestatur hominibus a domino deo: a quo etiam tribulatio beneficium est? Nam res prospera donum est consolantis: res aūt aduersa donum est admonentis dei. Et si haec praestat vt dixi etiā malis: quid praeparat sustinentibus se: quorū in numero vos per illius gratiam congregatos esse gaudete: sustinentes inuicem in dilectione: studentes seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Nō enim deerit quod in vobis inuicem sufferatis: nisi cum vos ita portauerit dñs absorpta morte in victoriam: vt sit deus omnia in omnibus. Dissensiones autem nunquam debent amari: sed aliquādo tamē aut a charitate nascuntur: aut charitatem probant. Quis enim facile inuenitur qui velit reprehendi: & vbi est ille sapiens de quo dictum est: Corripe sapiētem & amabit te? Nunquid tamen ideo nō debemus rephendere & corripere fratrem ne securus tendat in mortem? Solet enim fieri & frequēter accidit: vt ad horā contristetur cū reprehendit: & resistat & contēdat: & tū postea consyderet secū in silētio vbi nemo ē nisi de⁹ & ipe: & timet displicere hoīb⁹: qa corripit: sed timet displicere deo: qa nō corrigit: & deinceps nō faciat illud in quo iuste rephēsus est: & quātū odit peccatū suum tm̄ diligat fratrem: quem sensit hostem peccati sui. Si autē de illo numero est de quo dictum est: Corripe stultum & adiiciet vt oderit te: non de charitate illius dissensio nascitur: sed tamen charitatē reprehensoris sui exercet & probat: quia nō ei rephenditur odium: sed dilectio q̄ cogit reprehēdere imperturbata perdurat: etiam cum ille q rephensus est odit. Si aūt ille qui corripit: reddere vult malum pro malo ei qui corripienti indignatur: non fuit dignus qui corriperet: sed dignus plane qui etiam ipse corripi deberet. Haec agite vt aut non inter vos existant indignationes: aut exortae statim celerrima pace periman tur. Maiorem date operam concordandis vobis q̄ redarguendis: quia sicut acetum corrūpit vas si diutius ibi fuerit: sic ira corrumpit cor si in alium diē durauerit. Haec ergo agite: & deus pacis erit vobiscum: orantes simul & pro nobis: vt ea quae bene monemus alacriter impleamus.

Epħ.4.

1.Cor.15.

Prouer.9.

Hilarii ad beatum Augustinum: An homo potest esse sine peccato: & mādata dei facile custodire si velit: Et an infantes non baptizati morte praeuēti: perire possint. Deinde de diuite manente in diuitiis: an regnum dei ingredi possit: si non oia sua vendiderit: & si sibi pdesse possit: si forte ex ipis diuitiis fecerit mandata. Et an liceat aliquo modo iurare. Post tento quae sit ecclesia: de qua scriptum est: q nō habeat rugam neq maculam: inquirentis.

Epistola.LXXXVIII.



Omino sancto iure ac merito venerabili: & per omnia colendo Augustino episcopo: Hilarius. Sanctitatis tuae gratia: quae omnibus nota est: paruitati meae persuasit: vt vñs de Syracusano Hipponē remeantibus: has ad laudandam mihi venerabilitatem tuam literas erogarem: poscens summā trinitatem: vt incolumis & veget⁹ dei nostri fauore hoc meum scriptum ad recensendum suscipias: dñe sancte iure ac merito venerabilis: & per omnia colende. Proinde rogo vt mei memor in sanctis orationib⁹ tuis esse digneris: atq imperitiam nostram informare de eo qđ quidam christiani apud Syracusas exponūt: dicentes posse esse hominem sine peccato: & mandata dei facile custodire si velit. Infantem nō baptizatum morte pręuentum nō posse perire merito quoniam sine peccato nascitur. Diuitem manentem in diuitiis suis regnum dei non posse ingredi: nisi omnia sua vēdiderit: nec pdesse eidem posse: si forte ex ipsis diuitiis fecerit mandata. Nō debere iurare omnino. Et de ecclesia quae sit de qua scriptum est: non habere rugam neq maculam: vbi hęc sit: an in qua nūc congregamur: an illa quā speramus. Quidam aūt putant ecclesiam hanc esse quae nunc frequētatur populis: & sine peccato esse non posse. De his omnibus rogo quantis valeo precibus sanctitatē tuā: vt iubeas nos apertius instrui: quo nouerim⁹ quaten⁹ sentire debeam⁹. Dei nostri misericordia sanctitatē tuā incolumem cōseruet annis innumeris: opto dñe sancte iure ac merito venerabilis & per omnia colende.

Sancti Augustini ad Hilarium: interrogatiunculis prioris epistolæ tã elegãter q̃ disertè satisfacientis. Epistola.LXXXIX.



Vgustinus eps seruus Christi & eius eccliæ: dilectissimo filio Hilario in do M
mino salutẽ. Ex literis tuis didici: nõ solũ incolumitatẽ tuã: sed etiã religio
sum studiũ circa verbũ dei: & piã curã pro salute tua quæ est in Christo Ie
su dño nostro. Vnde gras deo agẽs non distuli rescripta persoluere. Si ergo
quæris in hac vita: vtrũ quisq̃ ita iustitiæ perfectione pficiat: vt hic sine vi
lo viuat omnino peccato: attende quid dixerit Ioannes apostolus: quẽ dñs
inter discipulos suos præcipue diligebat: Si dixerimus inquit: quia peccatũ
1.Ioan.1. non habemus: nos ipsos decipimus: & veritas in nobis non est. Si ergo illi de quibus mihi scri
psisti: se dicunt esse sine peccato: vides quia seipsos decipiunt & veritas in eis non est. Si aũt se
esse peccatores fatentur vt dei misericordiam possint mereri: compescant ab aliis etiã decipiẽ
dis: quib⁹ hãc supbiã persuadere conanť. Omnib⁹ eñi necessaria est oratio dominica: quã etiam
ipsis arietib⁹ gregis: id est apostolis suis dñs dedit: vt vnusquisq̃ deo dicat: Dimitte nobis debi
Matth.6. ta nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Cui eñi hæc in oratione verba necessa
ria non fuerint: ipse hic sine peccato viuere pnuntiandus est. Quales si aliquos futuros dñs p
uideret: meliores vtiq̃ q̃ extiterunt eius apostoli: aliã orationem illos doceret: qua nõ peterẽt
dimitti sibi peccata: quibus in baptismo fuerant oĩa iam dimissa. Nam si Daniel sanctus nõ co
ram hominibus: id est in oratione qua deum precabatur: nõ solũ peccata populi sui: sed etiam
sua confitebať: sicut eius ore veridico expressum est: nihil aliud mihi videtur dicendum istis:
Ezech.28. nisi qd per prophetã Ezechielem cuidã superbo dñs mandat: Nunquid tu sapientior q̃ Dani
el? Sed plane qui misericordia dei adiutus & gratia se ab eis peccatis abstinuerit: quæ etiã cri
mina vocanť: atq̃ illa peccata sine quibus nõ hic viuitur: mũdare operib⁹ misericordiæ: & piis
orationibus nõ neglexerit: merebiť hinc exire sine peccato: q̃uis cũ hic viueret habuerit non
nulla peccata: quia sicut ista non defuerunt: ita etiã remedia quibus purgarentur affuerunt.
Quisquis aũt hac velut occasione cõperta cũ audierit neminẽ hic arbitrio suo sine peccato vi
uere: dederit se libidinibus: & criminibus nefariis obligauerit: atq̃ vsq̃ in diem suũ vltimum
perdurauerit: quaslibet inter hæc eleemosynas faciat: & infeliciter ducit vitã & infelicius finit
Sed isti vtcunq̃ tolerandi sunt: quãdo dicunt vel esse vel fuisse hic aliquẽ præter vnũ sanctũ
sanctorũ qui nullũ haberet omnino peccatũ. Illud vero qd dicũt sufficere homini liberum ar N
bitriũ ad dominica præcepta implenda: etiã si dei gratia & spiritussancti dono ad opera bona
non adiuuetur: omnino anathematizandum est: & omnibus execrationibus detestandũ. Qui
Ro.10. enim hoc asserunt: a gratia dei penitus alieni sunt: Qui ignorãtes dei iustitiam: sicut de iudę
Ro.13. is dicit apostolus: & suã volentes constituere: iustitiæ dei non sunt subiecti. Plenitudo quippe
Ro.5. legis non est nisi charitas. Et vtiq̃ charitas dei diffusa est in cordibus nostris: non p nos ipsos
nec viribus propriæ voluntatis: sed per spiritumsanctũ qui datus est nobis. Valet itaq̃ liberũ
arbitriũ ad opera bona si diuinitus adiuuetur: qd fit humiliter petendo & faciẽdo. Desertum
vero diuino adiutorio: qualibet scientia legis excellat: nullo modo habebit iustitię solitudinẽ
sed inflationem impiæ superbiæ & exitiosum tumorẽ. Docet hoc eadem ipsa dominica oratio.
Matth.6. Frustra enim rogantes deum dicimus: Ne nos inferas in tentationem: si hoc in nostra sic po
situm est potestate: vt nullo illius adiutorio id valeamus adimplere. Dictũ est enim: Ne nos i
ducas in tentationem: qd intelligitur / ne nos inferri deserendo permittas. Fidelis enim deus
1.Cor.10. (ait apostolus) qui non vos permittat tentari sup id quod potestis: sed faciat cum tentatione
etiã exitũ vt possitis sustinere. Vt quid hoc dixit deũ facere: si hoc sine ipsius adiutorio in so
la nostra est potestate? Nã & ipsa lex in hoc adiutorium data est illis: qui ea legitime vtuntur: O
vt per illam sciant: vel quid iustitiæ iam acceperint vnde gras agant: vel quid adhuc eis de
Ro.7. sit quod instanter petant. Qui autem sic audiunt quod ait lex: Non concupisces: vt hoc quia
didicerint sufficere sibi arbitrentur: nec adiutorio gratiæ dei ad faciendum qd iussum est da
ri sibi virtutem credant & petant: ad hoc eis lex subintrauit vt abundaret delictum: qd dictũ
est de iudæis: Parum enim est quia non implent qd præcepit lex: Non concupisces: sed insuper
superbiunt: & ignorantes dei iustitiam: id est quã deus dat qui iustificat impium: & suam vo
lentes constituere tanq̃ suæ voluntatis viribus factam: iustitiæ dei non sunt subiecti. Finis eñi
legis Christus ad iustitiam omni credenti: qui vtiq̃ ideo venit vt vbi abundauit delictum su
perabundet gratia. Cui gratiæ si fuerunt inimici: dei ignorantes iustitiam: & suam volentes

cõſtituere:quare ſunt & iſti inimici ſi in eũ crediderũt:quẽ illi occiderũt! An vt illi accipiãt ꝑ
miſũ:q occiſo Chriſto ſuã impietatẽ accuſauerũt:& ſe illius gratiæ cognitæ ſubdiderũt:& iſti
portent iudiciũ:qui ſic in Chriſtum volunt credere:vt eius ipſam gratiã conẽtẽ occidere! Ad
hoc quippe in eũ credũt qui recte credũt:vt eſuriãt ſitiantq; iuſtitiã:& eius gratia ſaturẽtur.
Oĩs eñ (ſicut ſcriptum eſt) q inuocauerit nomẽ dñi:ſaluus erit: Nõ vtiq; ſalute corporis quã Iohel.2.
multi habẽt:& q nõ inuocant nomẽ dñi:ſed illa ſalute de qua ipſe dicit:Non eſt opus ſanis me Roma.10.
dicus ſed ægrotantibus. Et quid dixerit conſequẽter exponẽs:Non veni inquit vocare iuſtos Matth.9.
ſed peccatores. Iuſtos ergo ſanos:pctõres aũt dixit ægrotos. Nõ itaq; de ſuis virib⁹ præſumat
ægrotus:qa in multitudine virtutis ſuæ non erit ſaluus. Nã ſi inde pręſumit:videat ne vires Pſal.32.
iſtæ nõ ſint quales ſolẽt eſſe ſanorũ: ſed quales ſolẽt eſſe freneticorũ:q cum ſint inſani : adeo ſe
ſanos putant:vt nec medicũ quærant: & tanq̃ importunum inſuper credant: ſicut iſti Chri-
ſtum inſana ſupbia quodãmodo credunt: cuius gratiæ tam benignum adiutorium ad facien
dam iuſtitiam:dato legis pręcepto:neceſſariũ nõ eſſe cõtendũt. Deſinãt ergo ſic inſanire:& ad
P hoc ſe intelligant habere quantũ poſſunt liberũ arbitriũ : nõ vt ſuperba volũtate reſpuãt ad-
iutoriũ:ſed vt pia voluntate inuocẽt dñm. Hęc eñ voluntas libera tanto erit liberior : quãto
ſanior:tanto aũt ſanior:quãto diuinæ miæ gratiæq; ſubiectior. Ipſa quippe fideliter orat:& di
cit:Itinera mea dirige ſcđm verbũ tuũ:& ne dominẽt mihi oĩs iniquitas. Quomodo eñ libe-
ra eſt cui dominaẽ iniqtas! Vt ei aũt nõ domĩeẽ:vide ab illa quis inuocetur. Non eñ ait:Itine Pſal.118.
ra mea dirigo ſecundũ liberũ arbitriũ:quia non dominaẽ mihi iniquitas: ſed itinera mea inqt
dirige ſcđm verbũ tuũ:& ne dominẽt mihi omnis iniquitas. Precatur nõ polliceẽ: confitetur
non profitetur:optat pleniſſimam libertatem nõ iactat propriam poteſtatem. Non enim om-
nis qui viribus ſuis confidit:ſed omnis qui inuocat nomen domini:ſaluus erit. Quomodo au Roma.10.
tem inuocabunt inquit: in quẽ non crediderunt! Ad hoc ergo credũt qui recte credunt:vt in
Q uocent in quẽ crediderunt:& valeãt facere qđ in pręceptis legitimis acceperũt: qm̃ id qđ lex
imperat fides impartiat. Nam vt interim omittamus legis multa pręcepta:& hoc inde com-
memoremus:qđ ad cõmemorandũ elegit apoſtolus:cum dicit lex:Nõ cõcupiſces:quid videẽ
aliud imperare:niſi ab illicitis cupiditatibus cõtinentiã! Animus quippe velut pondere/amo
re fertur quocũq; ferẽ. Iubemur vtiq; detrahere de pondere cupiditatis:qđ accedat ad põdus
charitatis:donec illud conſumaẽ: hoc perficiatur. Plenitudo enim legis charitas. Et tamen de Roma.13.
ipſa continentia vide quid ſcriptum ſit:Et cum ſcirem inquit : quia nemo poteſt eſſe conti- Sapiẽ.8.
nẽs niſi deus det : & hoc ipſum erat ſapientiæ ſcire cuius eſſet hoc donum:adii dominum et
precatus ſum illum. Nunquid dixit:Et cum ſcirem:quia nemo poteſt eſſe continens: niſi per
proprium liberum arbitrium:& hoc ipſum erat ſapientiæ ſcire a meipſo eſſe hoc bonum! Nõ
plane hoc dixit:quod quidam in ſua vanitate dicunt:ſed quod fuit in ſanctæ ſcripturæ veri-
tate dicendum:Cum ſcirem inquit:quia nemo eſſe poteſt continens niſi deus det. Iubet ergo
deus continentiam & dat continentiam. Iubet per legem:dat per gratiam: iubet per literam:
dat per ſpiritum. Lex enim ſine gratia facit abundare delictum : & litera ſine ſpiritu occidit.
Iubet ideo: vt facere iuſſa conati: & in noſtra infirmitate ſub lege fatigati:adiutorium gratię 2.Co.3.
E poſcere nouerimus : & ſi quid facere potuerimus operis boni:ei qui adiuuat non ſimus ingra
ti. Hoc & iſte fecit. Id enim eum ſapientia docuit cuius eſſet hoc donum. Neq; enim volunta
tis arbitrium ideo tollitur:quia iuuatur:ſed ideo iuuatur ; quia non tollitur. Qui enim deo
dicit:Adiutor meus eſto: confitetur ſe velle implere quod iuſſit:ſed ab eo qui iuſſit adiutori
um poſcere vt poſſit. Sic & iſte cum ſciret neminem eſſe poſſe continentem:niſi deus det:adi-
it dominum & deprecatus eſt. Vtiq; volens adiit:volens precatus eſt:nec petiſſet niſi eſſet vo
luntas. Sed niſi petiſſet:quãtum poſſet volũtas! Quia & ſi poſſet anteq̃ petat: quid ei prodeſt
niſi illi agat gratias ex eo quod poteſt:a quo petendũ eſt quod nondum poteſt! Vnde etiam q
iam continens eſt:non habet vtiq; continentiam niſi aſſit voluntas:ſed niſi accepiſſet:quid ha-
beret volũtas! Quid eñ habes inquit qđ nõ accepiſti! Si aũt accepiſti: quid gloriaris quaſi nõ
acceperis! Id eſt quid gloriaris quaſi a teipſo habeas:quod ſi non accepiſſes:a teipſo habere non 1.Cor.4.
poſſes. Hoc autem dictum eſt : vt qui gloriatur:non in ſeipſo ſed in domino glorietur : &
qui nondum habet vnde glorietur : non a ſeipſo ſperet : ſed dominum precetur. Satius eſt
enim minus quemq; habere quod a deo petat : q̃ plus habere quod ſibi tribuat : quoniam
expedit ab imo ſurgere q̃ ex alto cadere. Deus enim (vt ſcriptũ eſt) ſuperbis reſiſtit: humi- Iacobi.4.
libus autem dat gratiam. Ad abundantiam igitur delictorum lex nos docet quid velle de-

beamus:nisi adiuuet gratia:vt qđ volumus valeamus:& qđ valuerim⁹ impleamus. Adiuua-
bit autẽ si nõ de nostris præsumentes alta sapiamus:sed humilibus cõsentiẽtes: & de his quæ
iam possumus:gratias agamus: & p his quæ nõdum possumus: deũ suppliciter inhia nte vo-
luntate poscamus adminiculantes orationẽ nostrã nunc fructuosis operibus: dando vt detur
nobis:dimittendo vt dimittatur nobis. Q autẽ dicunt infantẽ morte præuentũ nõ baptiza- S
tum perire nõ posse:quoniã sine peccato nascitur : nõ hoc dicit apostolus:& arbitror esse me-
lius vt apostolo potius q̃ istis credam⁹. Dicit eñ ille doctor gentiũ: in quo Christus loquebat:
Roma.5. Per vnũ hominẽ peccatũ intrauit in mundũ & p peccatũ mors :& ita in oẽs homines pertran
siit in quo oẽs peccauerunt. Et paulopost dicit: Nam iudiciũ quidẽ ex vno delicto in condẽna-
tionem:gratia autẽ ex multis delictis & iustificatione. Proinde isti quẽ forte inuenerint infan
tem:nõ ex illius vnius hominis cõcupiscentia peccatũ ipsum dicant illi damnationi non esse
obnoxium:nec per christi gratiã ab illa damnatiõe esse liberandũ. Quid est eñ ex vno delicto
in cõdemnationẽ:nisi illo delicto quo deliquit Adam! Et quid est ex multis delictis in iustifica-
tionem:nisi quia christi gratia nõ solum illud delictũ soluit:quo obstringũtur infantes ex illo
vno homine procreati:sed etiã multa delicta:quæ cũ creuerint homines addunt malis mori-
bus suis! Tamen & illud vnũ:quo est obligata ꝓpago carnalis: quæ ab illo primo homine ori-
ginem ducit:sufficere dicit ad condemnationẽ. Ideo nõ est supfluus baptismus paruulorũ:vt
qui per generationẽ illi condemnationi obligati sunt:per regenerationẽ liberẽtur. Et sicut nõ
inuenitur homo qui ab eadem condẽnatiõe soluatur:sic nõ inuenitur homo q præter christũ
spiritaliter regeneretur. Carnalis aũt generatio delicto illo vni & dãnationi eius obnoxia est:
spiritalis vero regeneratio nõ solum illud vnũ propter qđ baptizantur infantes:sed multa de
licta facit aboleri:quæ homines male viuendo ad illud in quo generati sunt addiderunt. Ideo
sequitur & dicit: Si eñ ob vnius delictũ mors regnauit per vnum:multomagis qui abundan-
tiam gratiæ & iustitię accipiunt in vita: regnabunt per vnum Iesum christum. Itaq sicut per
vnius delictum in omnes hoĩes ad cõdemnationẽ:ita per vnius iustificationẽ in omnes hoĩes
ad iustificationẽ vitæ. Sicut enim per inobedientiã vnius hominis peccatores constituti sunt
multi:ita per vnius obedientiã iusti constituentur multi. Quid ad ista dicturi sunt:aut quid
eis restat:nisi vt apostolũ errasse cõtendãt! Clamat vas electionis doctor gentiũ:tuba christi:
Iudicium ex vno in cõdemnationẽ. Et reclamant isti:asserentes paruulos quos ex illo vno ho-
mine/de quo loquitur/ducere ꝓpaginem cõfitentur: nõ ire in condemnationẽ:etiã si non fue
rint baptizati. Iudiciũ (inquit) ex vno in cõdemnationẽ. Quid dicit ex vno nisi delicto! Sequi
tur enim: Gratia aũt ex multis delictis in iustificationẽ. Ergo inde iudiciũ etiã ex vno delicto T
ducit in condemnationẽ. Hinc autẽ gratia etiã ex multis delictis ducit in iustificationẽ. Qua
propter si nõ audent resistere apostolo: exponant nobis quare iudiciũ ex vno delicto ducat in
condemnationem:cum ex multis delictis homines damnãdi veniant ad iudicium! Aut si pro
pterea ita dictum putant:quia initium peccati ex Adam factum est:quod imitati cæteri sunt:
vt sic ex vno illo delicto in iudicium condemnationemq traherẽtur:qui eum imitãdo multa
peccarunt: Cur non etiam de gratia & iustificatione sic dictum est! Cur non dixit similiter:
Et gratia ex vno delicto in iustificationem! Sicut enim hominum multa delicta inter illud
vnum quod imitati sunt: & iudiciũ quo puniũtur media reperiuntur: ab vno quippe ad mul
ta venerũt:vt a multis ad iudiciũ dãnationẽq ducerẽtur: Sic eadem multa delicta inter hoc
ipsum vnũ cuius imitatione cõmissa sunt:& gratiã qua dimittuntur:eodẽ modo media sunt
quoniã ex illo vno ad multa venerunt:vt ex multis ad gratiã iustificandi venirẽt. Cum ergo
in vtroq:id est & iudicio & gratia quod attinet ad vnũ & multa delicta: vna eadẽq ratio sit:
dicant isti nobis quare iudiciũ dixerit ex vno delicto ducere in condemnationẽ:gratiam vero
ex multis delictis in iustificationẽ: Aut acquiescãt ideo sic esse dictũ:quia in hac causa duo cõ-
stituuntur homines: Adam ex quo subsistit generatio carnalis:& christus ex quo regeneratio
spiritalis. Sed quia tñ ille homo:iste aũt & deus & homo:nõ quomodo illa generatio vno deli
cto obligat quod est ex Adam:ita ista regeneratio vnũ delictum solum quod est ex Adam. Sed
illi quidẽ generationi sufficit ad condemnationẽ vnius delicti connexio. Quicquid eñ postea
homines ex malis suis operibus addunt:non pertinet ad illam generationẽ: sed ad humanam
cõuersationem. Huic autẽ regenerationi nõ sufficit illud delictum tantũmodo soluere quod
ex Adam trahitur:sed quicquid etiã postea ex iniquis operibus humanæ conuersationis acce
dit. Ideo iudicium ex vno in condemnationẽ:gratia autẽ ex multis delictis in iustificationem.

Si enim ob vnius delictum mors regnauit per vnum:a quo delicto paruuli per baptismum ex piantur:multomagis qui abundantiã gratiæ & iustitiæ accipiunt:in vita regnabunt p vnum Iesum Christum:multomagis vtiq; in vita regnabunt:quia æternæ vitæ regnum erit: mors
V autem in eis temporaliter transit non in æternum regnabit.Itaq; sicut per vnius delictum in omnes homines ad condemnationem:de qua condemnatione paruuli per sacramentũ baptismi liberandi sunt:Ita per vnius iustificationẽ in omnes homines ad iustificationẽ vitæ.Et hic omnes dixit:& ibi:quia non omnes homines venirent ad gratiam iustificationis Christi:cum tam multi alienati ab illa in ęternũ moriant̃:sed quia omnes qui renascunt̃ in iustificationem nõ nisi per Christum renascunt̃:sicut omnes qui nascunt̃ in cõdemnationẽ:nõ nisi per Adam nascuntur.Nemo quippe est in illa generatione pręter Adam:nemo in ista regeneratione pręter Christum:Ideo omnes & omnes.Eosdem autẽ omnes etiam multos postea dicit: adiũgẽs: Sicut enim per inobedientiã vnius hominis peccatores constituti sunt multi: sic & per vnius hominis obedientiã iusti cõstituunt̃ multi. Qui multi:nisi quos iam paulo ante oẽs dixerat? Vide quemadmodũ commendat vnũ & vnũ:id est Adã & Christum:illũ ad condemnationẽ: hunc ad iustificationem:cũ tanto post Adam venerit Christus in carne:vt sciamus etiam antiquos iustos quicunq; esse potuerunt:nõ nisi per eandem fidẽ liberatos per quã liberamur & nos:fidẽ scilicet incarnationis Christi quæ illis prænũtiabat̃:sicut a nobis facta annunciatur. Ideo idẽ Christum hominem dicit cum sit & deus:ne quis existimet antiquos iustos per deũ tantũmodo Christum:id est per verbum quod erat in principio:non etiam per fidem incarnationis eius:qua & homo Christus dicitur:potuisse liberari.Sententia quippe ista destrui nõ potest:de qua & alibi dicit:Per vnũ hominẽ mors:& per vnũ hominẽ resurrectio mortuorum Sicut enĩ in Adam omnes moriunt̃:ita & in Christo oẽs viuificabunt̃. Vtiq; resurrectionẽ dicit iustorũ vbi est vita æterna:nõ resurrectionẽ iniquoq; vbi mors erit æterna.Ideo ait viuificabunt̃:quia illi damnabunt̃.Hinc & in veteribus sacramentis circuncisio paruulorũ octaua die fieri pręcepta est:qm̃ Christus in quo fit delicti carnalis expoliatio:quã significat circuncisio:die dominico resurrexit:qui post septimũ sabbati octauus est.Hæc ergo fides etiam antiquorũ iustorũ fuit.Vnde & apostolus dicit:Habentes aũt eũdẽ spiritũ fidei:ppter qd scriptũ est:Credidi ppter quod & locutus sum:& nos credimus propter qd loqmur. Nõ diceret eundem spiritum fidei:nisi admonens etiam antiquos iustos habuisse ipsum spiritum fidei:hoc ẽ incarnationis Christi.Sed quia illis futura prænũtiabatur:quæ iam facta a nobis annunciat̃: & tpe veteris testamenti velabatur:quæ tpe noui testamenti reuelatur:ideo eius sacramenta variata sunt:vt alia essent in veteri testamento:alia in nouo:cum fides varia nõ sit sed vna sit:
X quia sicut in Adam omnes moriunt̃:sic & in Christo omnes viuificabunt̃. Qd vero illis verbis q̃ tractabamus adiungit & dicit:Lex autẽ subintrauit vt abũdaret delictũ: qd trahitur ex Adam:de quo dicebã superius:Mors regnauit per vnum:legẽ quidẽ siue naturalem intelligamus q̃ in eorũ apparet ætatibus qui iam ratione vti possunt:siue cõscriptam quæ data est per Moysen:quia nec ipsa viuificare potuit & liberare a lege peccati & mortis q̃ tracta est ex Adã sed magis addidit pręuaricationis augmenta: Vbi enim lex nõ est(ait idẽ apostolus)nec præuaricatio. Proinde qm̃ lex est etiã in ratione hominis:qui iam vtit̃ arbitrio libertatis naturaliter:in corde conscripta:qua suggeritur ne mali aliqd faciat quisq; alteri:qd pati ipẽ nõ vult Secundũ hanc legẽ pręuaricati sunt omnes:etiã qui legẽ per Moysen datam non acceperunt: de quibus in psalmo legitur:Præuaricatores æstimaui omnes peccatores terræ. Non enĩ omnes peccatores terrę legẽ per Moysen datam pręuaricarunt:sed tamen nisi aliquã præuaricarent non appellarent̃ pręuaricatores.Vbi enim lex nõ est:nec pręuaricatio.Præuaricata ergo lege q̃ in paradiso data est:nascitur homo ex Adam cũ lege peccati & mortis:de qua dicit̃: Video aliam legẽ in membris meis repugnantem legi mentis meę:& captiuum me ducentem in legem peccati quę est ex membris meis.Quę tñ nisi mala postea cõsuetudine roboretur:facilius vincitur nõ tamẽ nisi gratia dei:lege aũt alia pręuaricata quæ est in vsu rationis animæ rationalis in ætate hominis iam ratione vtentis:præuaricatores fiunt omnes peccatores terrę. Præuaricata vero lege etiã illa q̃ data est per Moysen:multo amplius abũdat delictum. Si enĩ data esset lex q̃ posset viuificare:omnino ex lege esset iustitia: Sed conclusit scriptura oĩa sub peccato:vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentib9.Hæc verba si agnoscis/apostolica sunt:de qua lege iterum dicit:Lex pręuaricationis gratia posita est donec veniret semẽ cui promissum est:dispositum per angelos in manu mediatoris:Christum cõmendans cuius gra

Roma.5. · 1.Cor.15. · 2.Cor.4. · Psal.118. · Gal.3. · Vbi supra.

tia salui sunt oẽs:siue paruuli a lege peccati & mortis cũ qua nati sumus:siue maiores qui ma le vtentes arbitrio volũtatis preuaricarunt legẽ naturalẽ ipsius rationis:siue q legẽ acceperũt quę data est per Moysen:eamq; preuaricãtes litera occisi sunt. Cum vero etiã euangelica prę cepta homo preuaricat:velut quatriduanus mortuus putet:nec de illo tñ desperãdũ est: pro
Ioan.11. pter eius gratiã q nõ lẽte dixit:sed magna voce clamauit:Lazare veni foras. Lex ergo subintra uit vt abũdaret delictũ:siue cũ hoĩes negligũt qd deus iubet:siue cũ de suis virib9 presumẽtes adiutoriũ gratiæ nõ implorãt:& addũt infirmitati supbiã. Cum aũt vocatione diuina intelli
Psal.50. gant cur sit ingemiscendũ:& inuocãt eũ in quẽ recte credũt:dicẽtes:Miserere mei deus scdm
Psal.40. magnã miãm tuã:Et ego dixi:dñe miserere mei:sana aiam meã:quia peccaui tibi: In tua iusti
Psal.118. tia viuifica me:Et viã iniquitatis amoue a me:& lege tua miserere mei: Et nõ veniat mihi pes
Psal.35. superbię:& man9 peccatorũ nõ moueãt me:Et itinera mea dirige scdm verbũ tuũ:& ne domi
Psal.36. neẽ mei omnis iniquitas:A dño eñ gressus hoĩs dirigunt:& viã eius volet:Et alia multa:quę propterea scripta sunt:vt nos admoneret adimplẽda ea q nobis iubent. Cũ ergo se homo ad il
Roma.5. lum extenderit:& sic ingemuerit:fiet qd sequit. Vbi abundauit delictũ supabundauit & gfa:
Lucæ.7. Et dimittunt ei pctã multa qm dilexit multũ:Et diffundit in corde charitas dei:vñ fiat legis plenitudo nõ per vires arbitrii qd est in nobis:sed per spiritũ sanctũ qui datus est nobis. Noue
Roma.7. rat quippe ille legẽ:q dicebat:Cõdelector eñ legi dei scdm interiorẽ hoĩem:Et tamẽ adiunge bat:Video aũt aliã legẽ in mẽbris meis repugnantẽ legi mentis meę:& captiuũ me ducẽtẽ in legẽ peccati q est in membris meis. Infelix ego homo qs me liberabit de corpore mortis hui9? Gratia dei per Iesum Christũ dñm nostrũ. Cur nõ dixit potius:meũ liberũ arbitriũ: nisi quia
Roma.5. libertas sine gratia nõ est libertas sed cõtumacia? Cũ ergo dixisset apostolus: Lex subintrauit vt abundaret delictũ:vbi autẽ abundauit delictũ supabundauit & gratia: secutus adiunxit: Vt quemadmodũ regnauit peccatũ in morte:sic & gratia regnet per iustitiã in vita æterna p Iesum Christum dominũ nostrũ. Modo cum dixisset:vt quemadmodũ regnauit peccatum in morte:nõ ait per vnũ hominẽ aut per Adã:quia iã dixerat:Lex subintrauit vt abundaret deli ctum:q abundantia delicti nõ pertinet ad primi hominis ppaginẽ:sed ad cõuersatiõis huma nę preuaricationẽ:q illi vno delicto quo solo obstricti tenent infantes:iã in maioribus ætatib9 ex abundantia iniquitatis adiecta est. Sed qm hoc totũ etiã qd nõ pertinet ad illius vnius deli cti originẽ:tamẽ idonea est soluere gratia saluatoris:ideo cũ dixisset: Sic & gratia regnet per iustitiã in vita æterna:addidit:Iesum Christum dñm nostrũ. Nullæ itaq; argumẽtationes cõ tra hæc apostolica verba prolatæ impediant paruulos ad salutem quæ est in Christo Iesu do
Vbi supra. mino nostro. Tantomagis eñ pro eis loqui debemus:quãto ipi pro se loq nõ possunt. Per vnũ hominẽ intrauit peccatũ in mundũ:& per peccatũ mors:& ita in oẽs hoĩes pertransiit: in quo omnes peccauerunt. Sicut ab illo vno homine:sic ab eodẽ peccato infantes immunes esse non possunt:nisi ab eius reatu per Christi baptismũ resoluant. Vsq; eñ ad legẽ peccatũ in mundo fuit. Nõ quia deinceps in nemine fuit hoc dictũ est:sed quia non poterat per literam legis au ferri:qd solo poterat spiritu gratiæ. Ne quisq; ergo fidẽs de viribus nõ dico volũtatis:sed poti us vanitatis suæ putaret libero arbitrio legem potuisse sufficere:& Christi gratiã derideret: ideo ait apostolus:Vsq; eñ ad legem peccatum in mundo fuit:peccatũ aũt non deputabatur lex non esset. Non dixit nõ erat:sed quia nõ deputabatur:quia lex nõ erat:qua arguẽte demõ straretur:siue lex rationis in paruulo:siue lex literæ in populo. Sed regnauit inquit mors ab Adam vsq; ad Moysen:quia nec lex data per Moysen potuit regnũ mortis auferre: quod sola Christi abstulit gratia. In quos aũt regnauerit vide. In eos (inquit) qui nõ peccauerũt in simi litudinem præuaricationis Adæ. Regnauit ergo & in eos qui non peccauerũt. Sed cur regna uerit ostendit cum ait:In similitudinem præuaricationis Adæ. Iste est enim melior intellect9 horum verborum:vt cum dixisset:Regnauit mors in eos qui non peccauerunt:quasi nos mo neret quare in eos regnauerit qui non peccauerunt:adderet In similitudinem præuaricatio nis Adæ:id est quia inerat eorum in membris similitudo præuaricationis Adæ. Potest & sic intelligi:Regnauit mors ab Adam vsq; ad Moysen:& in eos qui non in similitudinem præua ricationis Adæ peccauerunt:quia in se ipsis cum iam nati essent:nec ratione adhuc vterentur qua ille vtebatur quando peccauit:nec præceptum accepissent quod ille transgressus est:sed solo originali vitio tenerentur obstricti:per quod eos regnum mortis traheret ad condemna tionem. Quod regnum mortis in eis tantum non est qui Christi gratia renati ad eius regnũ pertinent:quoniam mors temporalis:quis & ipsa de originali delicto propagata sit:corpus

in eis interimit:animã vero ad pœnas non trahit. Vbi voluit regnum mortis intelligi:vt anima renata per gratiam iam nõ moriatur in gehẽna:id est a vita dei non alienetur:non separetur. Temporalis autem mors corporis etiam in his qui Christi morte redimũtur relinquatur interim ad exercitationem fidei & agonem præsentis luctationis: in quo & martyres certauerunt:absumatur vero & ipsa in renouatione corporis quã resurrectio pollicetur. Ibi enim penitus absorbebitur mors in victoriã: cui modo gratia Christi adimit regnũ: ne suorũ animas
Z ad pœnas tartari trahat. Nõnulli sane codices nõ habent: In eos qui nõ peccauerũt: sed in eos qui peccauerũt in similitudinem præuaricationis Adæ: Quibus quidẽ verbis nullo modo iste sensus aufertur: secũdum hoc quippe intelliguntur peccasse in similitudinẽ præuaricationis Adæ:secundũ q supra dictũ est:in quo oẽs peccauerũt. Sed tamẽ græci codices: vnde in latinum scriptura translata est:illud plures habẽt qđ diximus:q non adiunxit de Adã qui est forma futuri. Neq; hoc vno intelligitur modo. Aut enim forma Christi a cõtrario est:vt quẽadmodum in illo omnes moriũtur:sic & in Christo oẽs viuificẽtur: & quomodo per ipsius inobedientiam peccatores constituantur multi:sic per istius obedientiam iusti cõstituantur multi. Aut formã futuri eum dixit: q ipse infixerit formã mortis posteris suis. Ille tamen est melior intellectus:vt a contrario forma esse credatur:quã multũ cõmendat apostolus. Deniq; ne omnino ex æquo in hac forma eadẽ contraria pensentur: adiungit & dicit:Sed nõ sicut delictum ita & donatio. Si enim ob vnius delictum multi mortui sunt:multomagis gratia dei/& donũ in gratia vnius hominis Iesu Christi in multos abundabit:vt intelligatur non in magis multos:cũ iniqui magis multi sint qui dãnabuntur:sed magis abũdabit quid in his qui per Christum redimũtur temporaliter valet forma mortis ex Adam:in æternũ autem valebit vitę forma per Christũ. Quis ergo(inquit) Adã futuri forma sit:a cõtrario/plus tamẽ pręstat Christus regeneratis q̃ eis nocuerat ille generatis: & non sicut per vnum peccantem: ita est & donum. Nam iudicium quidem ex vno in cõdemnationẽ: gratia autem ex multis delictis in iustificationẽ. Nõ solũ in hoc(inquit)nõ ęqualis est forma:quia ille tẽporaliter nocuit eis:quos in æternũ Christus redemit: verũetiam quia illius vno delicto posteri nisi a Christo redimãtur: in cõdemnationem:Christi autem redẽptio etiam multa delicta dissoluit quę illi vni abũdantia præuaricatricis iniquitatis adiecit:vnde iam superius disputauimus. Cõtra hęc apostoli verba sanũq; intellectũ nemini acquiescas:si vis Christo & i Christo viuere. Nã si quẽadmodum illi dicũt: propterea ista cõmemorasset apostolus:vt intelligeremus ad primũ hominem peccatores ideo pertinere:quia nõ delictum ex illo nascẽdo traximus:sed eũ imitãdo peccamus:diabolũ potius poneret:quia & prior peccauit: & de quo nullam substantiæ propaginem traxit genus humanũ: sed eũ sola imitatio subsecuta est:vnde dicitur pater impiorũ: sicut noster dicitur pater Abraam ꝑpter imitationem fidei: non ꝑpter originem carnis. Nam ideo de ipso diabolo dictũ est:Imitãtur autem illum qui sunt ex parte ipsius. Deinde si ꝑpter imitationẽ hoc loco apostolus cõmemoraret primũ hominẽ: quia primus peccator in hominibus fuit:vt ideo ad illum oẽs homines peccatores diceret pertinere:cur nõ secũdum Abel posuit qui primus in hominib⁹ iustus fuit:ad quẽ iusti omnes ꝑpter imitationẽ iustitiæ pertinerent:sed posuit Adam:cõtra quẽ non posuit nisi Christũ! Quia sicut ille homo delicto suo vitiauit posteritatẽ suam:sic iste deus homo iustitia sua saluauit hæreditatẽ suam. Ille traiicien do carnis immũditiam qđ non poterat impius diabolus: iste donãdo spiritus gratiã qđ nõ po
& terat Abel iustus. Multa de his quęstionib⁹ in aliis nostris opusculis & ecclesiasticis sermonibus diximus:quoniã fuerũt etiam apud nos quidã: qui vbicũq; poterãt hæc sui erroris noua semina spargerẽt:quorũ nõnullos per ministeriũ nostrũ fratrũq; nostrorũ misericordia domini ab illa peste sanauit. Nec tamẽ hic deesse aliquos arbitror:maxime apud Carthaginẽ:sed iã occulte mussitant timẽtes ecclesiæ fundatissimã fidem. Nam vnus eorũ nomine Cælestius in eiusdẽ ciuitatis ecclesia iam ad presbyterii honorẽ subrepere cœperat: sed fidelissima libertate fratrũ ꝑpter has ipsas cõtra Christi gratiã disputatiões vsq; ad iudiciũ episcopale pductus est:tamẽ coactus est cõfiteri ꝑpter baptizãdos paruulos q & ipsis redẽptio sit necessaria. Vbi q̃q̃ voluerit de originali peccato aliquid expressius dicere:in tamẽ ipsius redemptionis nomine non parum sibi præscripsit. Vnde enim redimendi sunt nisi a diaboli potestate:in qua esse nõ possent:nisi originalis obligatione peccati! Aut quo precio redimũtur:nisi Christi sanguine:de quo apertissime scriptũ est:q in remissionẽ effusus sit peccatorũ! Sed quia magis conuictus est ab ecclesia detestatus q̃ correctus: & pacatus abscessit: veritus sum ne forte ipse ibi sit

Roma.5.

Sap.2.

Matth.26.

P

qui nostrã fidẽ perturbare conatur. Ideo nominis ipsius cõmemorationẽ putaui esse faciendũ.
Sed siue ipse sit siue alii cõsortes eius erroris: Plures enim sunt q̃ sperare possumus: & vbi non
redarguũtur: etiã alios ad suã sectã seducũt: & sic crebrescũt vt nesciã quo sint erupturi. Nos
tamẽ malumus eos in ecclesiæ cõpage sanari: q̃ ex illo corpore velut insanabilia mẽbra reseca-
ri: si tamẽ hoc permittit ipsa necessitas. Timendũ est enim ne plura putrescãt dũ putribꝰ par-
citur. Potẽs est autẽ misericordia domini nostri: quę potius eos ab hac peste liberet: qđ sine du
bio faciet si fideliter aduertãt teneantq; qđ scriptũ est: Qui inuocauerit nomẽ domini saluus
Ioel.2. erit. Audi iam pauca de diuitibus: qđ in epistola tua sequitur inquirendũ. Hoc enim posuisti 9
illos dicere: Diuitem manẽtem in diuitiis suis: regnũ dei non posse ingredi: nisi oĩa sua vendi-
derit: nec ei prodesse si forte ex ipsis diuitiis mãdata fecerit. Euaserũt istorũ disputationes: pa
tres nostri Abraam & Isaac & Iacob: qui tanto ante ex hac vita migrarunt. Habebãt quippe hi
Matth.9. oẽs non paruas diuitias: sicut fidelissima scriptura testatur: multos tamen vẽturos ab oriente
& occidẽte: & non supra ipsos vel extra ipsos: sed cũ ipsis recubituros in regno cælorũ: ille ipse
Luc.16. qui ꝓpter nos factus est pauper cũ vere diues esset: veracissima ꝓmissione prędixit. Et q̃uis su
perbus diues qui induebatur purpura & bysso: & epulabaẽ quotidie splẽdide: mortuus apud
inferos torqueretur: tamẽ si pauperis vlcerosi qui ante ianuam eius contẽptus iacebat misera
tus fuisset: mereretur & ipse misericordiã. Et si pauperi illi meritũ esset inopia nõ iustitia: non
vtiq; ab angelis in Abrææ gremium qui diues hic fuerat tolleretur. Sed vt nobis ostẽderetur
nec in isto paupertatẽ per seipsam diuinitus honoratã: nec in illo diuitias fuisse dãnatas: sed in
isto pietatẽ: in illo impietatẽ suos exitꝰ habuisse: sic suscepit impium diuitem cruciatus ignis:
vt tamẽ pium pauperem susciperet sinus diuitis. Qui sane cũ hic diues viueret: diuitias sic ha
bebat: & eas pro dei pręceptis paruipendebat: vt etiã cum ipsius filii immolatione nollet offen
dere deum iubentem: quẽ suarũ diuitiarũ & sperabat & optabat hæredẽ. Hic vtiq; dicũt: ideo A
patres antiquos nõ vẽdidisse omnia quę habebãt & dedisse pauperibus: quia hoc eis non præ-
ceperat dñs. Nondũ eñ reuelato testamẽto nouo: qđ non fieri nisi plenitudine tẽporis oporte
bat: nec eorũ virtus fuerat reuelanda: qua virtute hoc eos facillime posse deus in eorũ cordibꝰ
nouerat qui testimoniũ illis tam insigne ꝑhibebat: vt cũ sit omniũ sanctorũ deus: tanq̃ de pręe-
Exo.3. cipuis amicis suis dicere dignareẽ: Ego sum deus Abraam: deus Isaac: deus Iacob: hoc mihi no
men est in æternũ. Postea vero q̃ magnũ pietatis sacramẽtum manifestatũ est in carne: & vocã
dis oĩbus gẽtibus Christi aduentus illuxit: in quem etiã illi patres crediderant: sed huiꝰ fidei
oliuã suo tẽpore manifestandã in illius arboris: de qua apostolꝰ loquitur: tãq̃ radice seruabãt:
Matth.19. dictũ est diuiti: Vẽde oĩa quę habes & da pauperibꝰ: & habebis thesaurũ in cælis: & veni seque
re me. Hęc si dicũt: vidẽtur aliquid rationabiliter dicere: Sed totũ audiant: totum aduertant:
non in parte aures aperiant: in parte surdescãt. Cui enim dñs hoc præcepit? Profecto illi diuiti
Vbi supra. qui vitę æternæ cõsequendæ consiliũ quærebat accipere. Hoc enim dño dixerat: Quid faciam
vt vitã æternã consequar? Ille autẽ nõ ei respõdit: Si vis venire ad vitã: vade vęnde oĩa quę ha
bes: sed si vis venire ad vitam serua mandata. Quæ iuuenis cũ sibi a dño ex lege cõmemorata
seruasse dixisset: & quęsisset quid adhuc sibi deesset: responsum accepit: Si vis ꝑfectus esse: va-
de & vęnde omnia quę habes & da pauperibus. Et ne se illa quę multũ amabat: hoc modo per-
dere existimaret: & habebis inquit thesaurum in cęlis. Deinde addidit: Et veni sequere me: ne
cuiq̃ cum hæc fecerit aliquid prodesse existimetur: si nõ sequitur Christũ. At ille quidẽ tristis
abscessit: qui viderit quẽadmodum illa legis mãdata seruauerat. Puto enim ꝙ se arrogantius
q̃ verius seruasse respõderat. Verũtamen magister bonus mandata legis ab ista excellentiore
perfectione distinxit: Ibi enim dixit: Si vis venire ad vitam serua mãdata: hic autem: Si vis ꝑfe-
ctus esse: vade vęnde omnia quę habes: & cætera. Cur ergo negamus diuites q̃uis ab illa perfe
ctione absint: venire tamen ad vitam: si mãdata seruauerint: & dederint vt detur illis: dimise-
rint vt dimittaẽ illis? Credimus eñ ministrũ noui testamenti fuisse apostolũ: cum scribens ad
1.Timoth.6 Timotheum diceret: Præcipe diuitibus huius mũdi: nõ superbe sapere: neq; sperare in incerto
diuitiarũ: sed in deo viuo qui pręstat nobis omnia abũdãter ad fruendũ. Bene faciant diuites:
sint in operibꝰ bonis: facile tribuant: cõmunicent: thesaurizent sibi fundamentũ bonum in fu-
turum: vt apprehẽdant veram vitã: de qua & illi adolescenti dictũ est: Si vis venire ad vitam.
Puto ꝙ ista præcipiens: diuites instruebat non fallebat apostolus: præcipe diuitibꝰ huius mũ-
di: vt vẽdant omnia quę habẽt: dent pauperibus & sequantur dominũ: Sed nõ superbe sapere:
neq; sperare in incerto diuitiarum. Ista superbia diuitem illum qui iacentẽ ante ianuam suam

contemnebat pauperem iustum: & ista spes in incerto diuitiarũ: qua se propter purpurã/bys-
B sum/& epulas splendidas beatum putabat: nõ ipsę diuitię perduxerũt ad inferni tormẽta. An
forte quia dominus adiunxit: Amen dico vobis: difficile diues intrabit in regnũ cælorum: Et Matth.19.
iterum dico vobis: Facilius intrabit camelus per foramẽ acus q̃ diues in regnum cęlorũ: Ideo
putant isti diuitem etiã si faciat ista: quę diuitibus præcipienda scripsit apostolus: in regnum
cælorum intrare nõ posse? Quid ergo est? Vtrũ apostolus cõtra dominũ loquitur: an nesciunt
quid loquũtur? Quid horum credat: eligat christianus. Puto melius nos credere istos nescire
quid loqui: q̃ Paulũ contra dominũ loqui. Deinde cur non in consequẽtibus etiam ipsum do-
minũ audiuit dicentem discipulis pro miseria diuitũ contristatis: Q đ hominibus impossibi-
le est: deo facile est? Sed ideo (inquiunt) hoc dictũ est: quia futurũ erat: vt audito euãgelio: di-
uites vęndito patrimonio: erogatoq; pauperibus: dominũ sequerẽtur: & intrarent in regnũ cę
lorum: atq; ita fieret qđ difficile videbatur: non vt manẽtes in diuitiis suis præcepta apostoli
custodiendo: id est nõ superbe sapiendo: neq; sperãdo in incerto diuitiarũ: sed in deo viuo: be-
nefaciendo: facile tribuẽdo: & cõmunicãdo indigentibus: veram apprehẽdant vitam: sed etiã
ista præcepta apostolica: vęnditis omnibus suis rebus implerẽt. Hæc si dicũt (Scio quippe eos
illa dicere) nõ attẽdunt primitus quẽadmodum dominus cõtra eorum dogma: suam gratiã
prędicauerit. Non enim ait: Q đ hominibus impossibile videtur: facile est hominibus si volue
rint: sed qđ hominibus inquit impossibile est: deo facile est: ostẽdens quãdo ista recte fiunt: non
fieri hominis potentia: sed dei gratia. Hęc ergo attendãt isti: et si reprehẽdunt eos qui glorian
tur in diuitiis suis: caueant ipsi in sua virtute confidere. Simul enim vtriq; reprehẽduntur in
psalmo: Qui confidũt in virtute sua: & qui in abũdantia diuitiarũ suarũ gloriantur. Audiãt Psal.48.
itaq; diuites: Q đ hominibus impossibile est: deo facile est: & siue manẽtes in diuitiis suis: siue
illis vẽditis: & per indigentias pauperum distributis: intrent in regnum cęlorũ: gratiæ dei tri
buant non ꝓpriis viribus bonũ suum. Q đ enim hominibus impossibile est: nõ hominibus sed
deo facile est. Audiãt hoc & isti: etsi iã oĩa sua vel vęndiderũt & pauperibus tribuerũt: vel ad-
huc id agunt atq; disponunt: & hoc modo præparant intrare in regnum cælorũ: non hoc tri-
buant virtuti suæ: sed eidẽ gratiæ diuinæ: Q đ enim hominibus impossibile est: non ipsis quia
& ipsi homines sunt: sed deo facile est. Hoc quippe illis & apostolus dicit: Cũ timore & tremo- Phil.2.
re vestrã ipsorum salutem operamini. Deus enim est qui operatur in vobis & velle & operari
C pro bona volũtate. Certe ideo se dicunt de suis rebus vęndendis perfectionis a domino susce-
pisse consilium vt sequantur dominũ: quoniã illic additum est: Et veni sequere me. Cur ergo
in his bonis quæ faciunt: de sua tantũ voluntate præsumũt: nec audiunt dominũ: quoniã se-
qui se dicunt increpantem atq; testantem: Sine me nihil potestis facere? Si autem apostolus ita Ioan.15.
dixit: Præcipe diuitibus huius mundi non superbe sapere: neq; in incerto diuitiarum: vt vęn- 1.Timoth.6
dant omnia quę possident: & ea pretia distribuẽdo indigẽtibus/faciant qđ sequitur: Facile tri
buant: cõmunicẽt: thesaurizent sibi fundamentũ bonum in futurum: & aliter eos in regnũ cę
lorum intrare posse nõ credit: fallit ergo eos quorum domos tam diligẽter doctrinæ sanitate
componit: admonens & pręcipiens quales se præbere debeant vxores viris: viri vxoribus: filii
parentibus: parentes filiis: serui dominis: domini seruis. Nam quomodo hæc agi possunt sine
D domo: & sine aliqua re familiari? An hoc eos mouet qđ ait dñs: Quicunq; dimiserit omnia sua Matth.19.
propter me: accipiet in hoc centuplum: & in futuro vitam ęternam possidebit? Aliud est dimi
serit: aliud est vẽdiderit. Nam & in his quæ dimittẽda mãdauit etiam vxor cõmemorata est:
quã nullis humanis legibus licet vęndere: Christi autẽ legib9 nec dimittere: excepta causa for
nicationis. Quid sibi ergo volunt ista præcepta? Non enim possunt inter se esse contraria: nisi
quia incurrat aliquando necessitatis articulus: vbi aut vxor dimittatur aut Christus. Vt alia
omittam: si ipsi vxori maritus displicuerit christianus: eiq; ꝓposuerit aut a se diuortiũ aut a
Christo: hic ille quid eligat nisi Christũ: & dimittat vxorẽ laudabiliter ꝓpter Christum? Am
bobus quippe christianis dñs pręcepit ne quisq̃ dimittat vxorem: excepta causa fornicationis. Vbi supra.
Vbi autẽ quælibet in eis persona infidelis est: consiliũ apostoli attẽdatur: Vt si infidelis cõsen- 1.Corin.7.
tit habitare cũ viro fideli: vir non dimittat vxorẽ. Similiter & vxor fidelis virum: si cũ illa ha-
bitare cõsenserit. Q; si infidelis (inquit) discedit: discedat. Nõ est enim seruituti subiect9 fra-
ter aut soror in huiusmodi: id est si infidelis voluerit esse cũ cõiuge fideli. Hic agnoscat fidelis
suã libertatẽ: ne ita se subiectũ deputet seruituti vt ipsam dimittat fidẽ: ne cõiugẽ amittat infi
delẽ. Hoc & de filiis atq; parẽtibus: hoc de fratribus & sororibus intelligitur: propter Christũ

oēs esse dimittēdos:cum pponitur ista cōditio vt Christū dimittat si illos secū habere desyde
rat. Hoc ergo & de domo atq; agris: hoc & de his rebus q̄ iure pecuniario possident:hoc loco
accipiendū est.Simul em̄ etiā de his nō ait:Quicūq; vēdiderit ppter me quęcūq; licitū est vęn E
dere,sed quicūq; dimiserit. Fieri enim potest vt dicat christiano ab aliqua potestate:aut chri-
stianus nō eris:aut si in hoc permanere volueris:domū possessionesq; nō habebis.Cū vero etiā
illi diuites qui in suis diuitiis sic statuerant pmanere:vt ex eorū bonis operibus pmererentur
deum:hęc dimittāt potius ppter Christū: q̄ propter hæc Christū: vt accipiant in hoc sæculo
centuplū:cuius numeri pfectione significātur oīa.Fideli quippe homini totus mūdus diuitia
rum est:fiuntq; hoc mundo quasi nihil habētes & omnia possidētes:vt in futuro sæculo possi-
deant vitā æternā:ne ppter ista dimisso Christo in mortē pręcipitētur æternā. Hac quippe le
ge & conditione:nō illi tātum qui mentis excellentia pfectionis cōsiliū receperunt:vt vęndita
sua pauperibus distribuerent: & humeris ab omni sęculi huius sarcina liberioribus leuē Chri
sti sarcinam ferrent:sed etiā quisquis infirmior: & illi gloriosissimæ pfectioni minus idoneus:
qui tamē se meminit veraciter esse christianū:cum audierit sibi proponi:q; nisi hæc omnia di-
miserit:dimissurus est Christū:apprehēdet potius turrim fortitudinis a facie inimici:quia cū
eam in sua ædificaret fide: cōputauit sumptus quib⁹ perfici posset:id est eo animo accessit ad
fidem:vt huic sæculo non solū verbis renūtiaret: quia etsi emit aliquid tanq̄ nō possidēs erat:
etsi vtebatur mūdo tanq̄ nō vtens erat:nō sperans in incerto diuitiarū sed in deo viuo.Cū em̄
omnis qui renūtiat huic sæculo:sine dubio renūtiet oībus quę sunt eius: vt possit Christi esse
discipulus:Ipse enim cū de sumptibus ad turris ædificium necessariis: & de bello aduersus re
Luc.14. gem alterū pręparādo similitudinē præmisisset:adiunxit sic:Qui nō renuntiat omnibus quæ
sunt eius:non potest meus esse discipulus: Profecto renūtiat etiam diuitiis suis si quas habet:
Aut sic:vt eas omnino non diligens:totas distribuit indigētibus:& superfluis exoneratur sar
cinis: Aut sic:vt pius diligens Christū spem ab eis trāsferat in ipsum:atq; ita vtatur illis:vt fa
cile tribuens & cōmunicās thesaurizet in cælo:paratusq; sit:quēadmodum parētes & filios &
fratres & vxorem:hoc modo & istas relinquere:si talis conditio proposita fuerit: vt nisi dimis
so Christo eas habere non possit.Nam si aliter huic sæculo renuntiat;quando accedit ad fidei
Cyprianus sacramētum:facit qđ de lapsis beatus Cyprianus ingemuit dicens:Sæculo verbis solis renun
tiantes & non factis.De hoc quippe dicitur: cum veniente tentatione magis ista metuit amit
Vbi supra. tere q̄ Christū negare:Ecce homo qui cœpit ædificare: & nō potuit perficere. Ipse est etiā qui
cum adhuc longe esset aduersarius eius:misit legatos quærens pacē: id est nōdum affligente:
sed adhuc imminente ac minante tentatione:vt his non careat quæ plus diligit:ad relinquen
dum Christum negandūq; consentit. Et multi sunt tales qui etiā putant sibi adaugēdas opes F
suas:& multiplicanda delectamēta terrena:religionem suffragari debere christianam.Sed nō
sunt tales diuites christiani:qui licet ista teneant:non tamen ab eis ita tenētur:vt hęc Christo
anteponant:quia veraci corde sæculo renuntiarunt:vt nullam spem in talibus ponāt. Hi vxo
res & filios vniuersasq; familias:ad christianam religionem tenendam sana erudiunt discipli-
na.Horum domus hospitalitate feruentes:recipiunt iustum in nomine iusti:vt mercedē iusti
accipiāt.Frangunt esurienti panem suum:nudum vestiunt: captiuū redimunt:thesaurizant
sibi fundamētum bonum in futurū: vt apprehēdant veram vitam. Et si forte pro fide Christi
pecuniaria damna ppetienda sunt: oderunt diuitias suas. Si suorum orbitates vel separatio-
nes pro Christo minatur hic mundus:oderunt parentes:fratres:filios:vxores. Postremo si de
ipsa huius corporis vita cum aduersario paciscendum est: ne desertus deserat Christus:ode-
runt insuper animam suam. De his quippe omnibus mādatum acceperunt: q; aliter discipuli
Christi esse non possint. Nec tamen quia præceptum est eis vt oderint pro Christo & animas
suas:vęndendas eas habent:aut illatis sibi manibus effundendas: sed parati sunt eas amittere
pro Christi nomine moriendo:ne mortui viuant Christū negando. Sic enim diuitias ad quas
vęndendas parati non fuerunt:monente Christo:ne cum eis pereant perdito Christo:habem⁹
hinc vtriusq; sexus diuites clarissimasq; personas martyrii gloria sublimatas. Ita multi quos G
rerum suarum vęnditione piguerat ante perfici:Christi imitata passione sunt repēte perfecti:
& qui nōnullā infirmitatē carnis & sanguinis suis diuitiis pfecerūt: subito aduersus peccatū
pro fide vsq; ad sanguinē certarunt.Quibus autem non prouenit corona martyrii:neq; illius
perfectionis de vęndendis rebus suis/consiliū tam præclarum & tam grande receperūt: & ta-
men a damnabilibus immunes criminibus esurientem Christum pauerūt:sitienti potū dede-

runt:nudum vestierunt:peregrinantem susceperunt: non sedebunt quidẽ cum Christo subli
miter iudicaturi:sed ad ipsius dexteram stabunt misericorditer iudicandi. Beati enim miseri Matth.5.
cordes:quoniam ipsorum miserebitur deus. Et iudiciũ sine misericordia fiet illi:qui non fecit Iacobi.2.
misericordiã. Superexaltat autem misericordia iudicio. Proinde isti desinant contra scriptu-
ras loqui:& in suis exhortationibꝰ ad maiora sic excitent:vt minora non damnent. Non enim
& sanctam virginitatem aliter exhortando persuadere possunt:nisi coniugalia vincula dãna-
uerint:cum docente apostolo:vnusquisq; donum ꝓprium habeat a deo:alius sic: alius autem 1.Corin.7.
sic. Ambulẽt itaq; perfectionis viam venditis oĩbus suis rebus & misericorditer erogatis. Sed
si vere pauperes Christi sunt: & nõ sibi sed Christo colligunt:infirmiora eius mẽbra quare pu-
niant anteq̃ sedes iudiciarias acceperint? Si enim tales erũt qualibus dñs dicit: Sedebitis sup Matth.19.
duodecim sedes:iudicãtes duodecim tribꝰ israel:& de qualibꝰ apostolꝰ dixit:Nescitis quoniã 1.Corin.6.
angelos iudicabitis (alias:iudicabimꝰ) p̄parẽt potiꝰ nõ criminosos:sed religiosos diuites reci
H pere tabernacula æterna:a quibus amici facti sunt de mãmona iniquitatis. Puto enim ꝙ qui-
dam eorum qui hæc impudenter atq; imprudenter garriunt:a diuitibus christianis & piis in
suis necessitatibus sustentãtur. Habet enim ecclesia quodãmodo suos milites:& quodãmodo
prouinciales. Vnde dicit apostolus:Quis militat suis stipendiis vnq̃? Habet & vineam & plan 1.Corin.9.
tatores:habet gregem & pastores. Vnde consequẽter dicit:Quis plantat vineam:& de fructu
eius non edit? Quis pascit gregem:& de lacte gregis nõ percipit? Quis talia disputare qualia
isti disputant:non sit militare sed rebellare:non sit plantare vineam sed eradicare:nõ sit pascẽ
dos congregare:sed perdendos a grege separare. Sicut autem ipsi qui diuitum religiosis obse-
quiis aluntur atq; vestiuntur:neq; enim ad suas necessitates nihil accipiunt nisi ab eis qui res
suas vendunt: non tamen iudicantur atq; damnantur ab excellentioribus Christi membris:
qui maiori virtute:quã multum commendat apostolus:suis se manibus transigũt:Sic nec isti
damnare debent infirmiores meriti christianos quorum operibus transiguntur: sed recte vi-
uendo & recte docendo magis eis dicere: Si nos spiritalia seminauimus: magnum est si vestra Vbi supra.
carnalia metamus? Multo quippe minori impudentia serui dei:qui manuum suarum hone-
stis operibus venditis viuunt: damnant istos a quibus nihil accipiunt: q̃ isti qui propter ali-
quam corporis infirmitatem non valentes manibus operari:damnant eos ipsos de quorum fa
I cultatibus viuunt. Ego qui hæc scribo perfectionem de qua dominus locutus est:quando ait
diuiti adolescenti: Vade vende omnia quæ habes & da pauperibus: & habebis thesaurum in Matth.19.
in cælo & veni sequere me:vehementer adamaui: & non meis viribus:sed gratia ipsius adiu-
uante sic feci. Neq; enim quia diues non fui:ideo minus mihi imputabitur. Nam neq; ipsi apo
stoli qui priores hoc fecerunt:diuites fuerunt. Sed totum mũdum dimittit:qui & illud quod
habet:& quod optat habere dimittit. Quãtum autem in hac perfectionis via profecerim:ma-
gis quidem noui ego:q̃ quisq̃ alius homo:sed magis deus q̃ ego. Et ad hoc propositum quan-
tis possum viribus exhortor:& in nomine domini habeo consortes: quibus hoc per meũ mini
sterium persuasum est: sic tamen vt præcipue sana doctrina teneatur: nec eos qui ista non fa-
ciunt: vana contumacia iudicemus: dicentes nihil prodesse ꝙ pudice q̃uis coniugaliter vi-
uant: ꝙ domos suas & familias christiane regunt: ꝙ operibus misericordiæ sibi thesaurizant
in posterum: ne ista disputando non scripturarum sanctarum tractatores: sed eorum ac-
cusatores inueniamur. Quod ideo commemoraui: quoniam isti quando talia dicere pro-
hibentur ab eis qui hoc domini consilium non ceperunt: respondent eos talia disputari nol-
le:quoniam vitiis fauent: & dominica pręcepta implere detractant:quasi nõ vt de his taceam
qui licet infirmiores religiose tamen vtũtur diuitiis: etiã ipsi cupidi & auari mali his vtẽtes:
& in terreno thesauro cor luteum cõfigentes:quia & ipsos necesse est vsq; ad finem portet ec-
clesia: sicut illa retia vsq; ad littus pisces malos:tolerabiliores in ea q̃ isti sint qui talia sermoci
nando & disseminãdo ita se videri magnos volunt: quia diuitias suas: vel quãtulacũq; patri-
monia ex præcepto domini vendiderũt:vt eius hæreditatem quę vsq; ad fines terrę dilatatur
K atq; diffunditur:hac doctrina nõ sana perturbare atq; euertere moliantur. Vnde quia ex hac
quidẽ occasione (Sed tamẽ iã breuiter dixi) quid etiã de ecclesia Christi in hoc sæculo sentiã:
id est quia vsq; ad finem huius sæculi necesse est portet bonos & malos: quoniam et hoc inter
tuas quęstiones interrogasti:ꝓlixam epistolã iam tandem aliquando concludã:Iurationem
caue quãtum potes. Melius quippe nec verum iuratur:q̃ iurãdi cõsuetudine & in periurium

sæpe caditur:& semp periurio propinquatur.Sed illi quãtum aliquos eorũ audiui: quid sit iu rare prorsus ignorant.Putant enim se nõ iurare:quãdo in ore habẽt:scit deus:& testis est de⁹: & testem deum inuoco super animã meam:quia nõ dicitur per deũ:& quia talia reperiuntur in apostolo Paulo. Sed etiam illa vbi cõtra eos inuẽta est quã confitẽtur esse iurationẽ: vbi ait
1.Corin.15. apostolus:Quotidie morior per vestram gloriã fratres quã habeo in Christo Iesu dño nostro In græcis enim codicibus reperit̃ omnino esse hanc iurationẽ : ne quis in latina lingua hoc sic intelligat dictũ:per vestram gloriã:quomodo dictũ est : per meum aduẽtum iterum ad vos:& multa similia vbi dicit̃ per aliqd:& nõ est iuratio. Sed nõ ideo:quia in suis literis iurauit apostolus:vir infirmitate firmissimus:ludus nobis debet esse iuratio. Multo eñ tutius (vt dixi) quantũ ad nos attinet:nunq̃ iuramus:vt sit in ore nr̃o est est:nõ nõ:sicut dñs monet. Nõ quia peccatũ est verum iurare: sed quia grauissimũ peccatũ est falsum iurare: quo citius cadit qui consueuit iurare. Accepisti qđ mihi videt̃:melius exponãt ista meliores:nõ isti quorũ noui iã sententiã reprobandam:sed alii qui veraciter possunt. Nam & ego paratior sum discere q̃ docere:& tu magnũ conferes beneficium si ea quę illic a sanctis fratribus aduersus istorũ vaniloquia differũtur:non me facias ignorare.In domino recte & fideliter viuas dilectissime fili.

Patrum Carthaginensis concilii:ad Innocentiũ pontificẽ maximũ:quid in eo actum fuerit contra Pelagium & Cælestium hæreticos exponentium.Epistola.XC.


Omino beatissimo & honorãdissimo fratri sancto Innocẽtio papæ.Aureli⁹: Mundius:Rusticanus:Fidẽtius:Euagrius: Antonius:Palatinus: Adeodatus: Vincentius: Publianus: Theasius:Tutus: Panthonius:Victor:Restitutus: Rusticus: Fortunatianus:alius Restitutus:Ampelius:Animus:Felix:Donatianus: Adeodatus:Octauius:Serotin⁹:Maiorinus:Post human⁹: Trispul⁹:Victor:alius Victor:Leucius:Macian⁹: Fructuosus: Faustinian⁹: Qduultdeus: Candorius:Maxim⁹:Megarius: Rusticus:Rufian⁹:Proculian⁹:Thomas:Ianuarius:Octauianus:Prętextatus: Sixtus qđuultdeus: Penthadius qđuultdeus : Cyprian⁹:Seruilius:Pelagius:Marcellus: Venãtius:Didymus:Saturnin⁹:Tiazacenus:Germanus:Germanianus:Inuẽtius:Maiorinus:Inuẽtius:Cãdidus:Cyprianus & Aemylian⁹:Roman⁹:African⁹ & Marcellin⁹:qui in cõcilio ecclesię carthaginẽsis affuimus.Cũ ex more ad Carthaginẽsem ecclesiam solẽniter venirem⁹:atq; ex diuersis causis cõgregata ex nobis synodus haberetur : cõpresbyter noster Orosius:nobis literas sanctorũ fratrũ & consacerdotũ nostrorũ dedit Herodis & Lazari:quorũ formã his cõstituim⁹ esse subdendũ.His ergo lectis: Pelagium & Cęlestiũ authores nefarii prorsus & ab oĩbus nobis anathematizãdi erroris aduertim⁹. Vnde factum est vt recensendũ peterem⁹:quid ante ferme quinquẽniũ sup Cælestii nomine hic apud eccle-
2.Tetrac. siam Carthaginẽsem fuerit agitatũ.Quo recitato sicut ex subsequẽtib⁹ aduertere poterit san
33.&.50. ctitas tua:quis iudicatio manifesta cõstatet: quia illo tempore episcopali iudicio excisum hoc vulnus tantũ ab ecclesia videret̃:nihilominus tamẽ id cõmuni deliberatione cẽsuimus: & huiusmodi psuasionis authores:q̃uis ad presbyteriũ idẽ Cęlestius postea peruenisse dicat̃:nisi hæc apertissima anathematizauerint:ipsos anathematizari oportet:vt si ipsorũ nõ potuerit: saltẽ eorũ qui ab eis decepti sunt vel decipi possunt cognita sentẽtia quæ in eos lata est sanitas pcuretur.Hoc itaq; gestũ domine frater sancte:charitati tuæ intimandũ duximus: vt statutis nostræ medio charitatis/etiã apostolicę sedis adhibeatur auctoritas pro tuenda salute multorũ: & quorũdã puersitate etiã corrigẽda.Id enim agũt isti dãnabilibus disputationib⁹ suis: vt nõ M defendẽdo:sed potius in supbiam sacrilegam extollẽdo liberũ arbitrium:nullũ relinquãt locũ gratiæ dei qua christiani sumus:qua & ipsum nostræ volũtatis arbitriũ vere fit liberũ:dum a carnaliũ concupiscentiarũ dominatione liberatur:dicẽte domino:Si vos filius liberauerit:tũc
Ioan.8. vere liberi eritis.qđ auxiliũ fides impetrat: quæ est in Christo Iesu domino nostro. Isti autem asserunt : sicut a fratribus qui etiam eorũ libros legerunt cognouimus: in eo dei gratiam deputandã:q; talem hominis instituit creauitq; naturã:quę per propriã voluntatẽ legẽ dei possit implere:siue naturaliter in corde conscriptã:siue in literis datam. Eandẽ quoq; legẽ ad gratiam ptinere:q; illã deus in adiutoriũ hominib⁹ dedit.Illã vero gratiã qua vt dictũ est christia
Roma.7. ni sum⁹:cuius apostolus prædicator est dicẽs:Cõdelector enim legi dei secundũ interiorẽ hominẽ:Video autem aliam legem in mẽbris meis repugnantẽ legi mentis meę:& captiuantem

me in lege peccati quę est in mẽbris meis. Miser ergo homo:quis me liberabit de corpore mor
tis huius? Gratia dei per Iesum Christũ dominũ nostrũ:nolunt omnino cognoscere: nec aper-
te quidem oppugnare audent. Sed quid aliud agunt:cum hominibus animalibus non perci-
pientibus quæ sunt spiritus dei:persuadere non cessant ad operandã perficiendãq; iustitiam:
& dei mandata cõplenda:solam sibi humanã sufficere posse naturam:non attendentes qđ scri
tum est:Spiritus adiuuet infirmitatem vestram: Et non volentis neq; currentis: sed consen- Roma.8.
tientis est dei:Et ꝙ vnum corpus sumus:singuli autẽ alter alterius membra:habẽtes dona di- Roma.9.
uersa secundum gratiam quæ data est nobis:Et gratia dei sum id qđ sum: & gratia eius in me Roma.12.
vacua non fuit:sed plus omnibus illis laboraui:non ego autem:sed gratia dei mecum:Et gra- 1.Corin.15.
tias deo qui dedit nobis victoriã per dominum nostrũ Iesum Christum:Et quia nõ idonei su- Vbi supra.
mus cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis:sed sufficientia nostra ex deo est:Et habem⁹ the- 2.Corin.3.
saurum istum in vasis fictilibus vt eminentia virtutis sit dei & non ex nobis:Et innumerabi- 2.Corin.4.
lia:quæ de scripturis omnibus si colligere velimus tomus non sufficit. Et veremur ne apud te
ista ipsa cõmemoranda:quę maiore gratia de sede apostolica prędicas:incõuenienter facere vi
deamur. Sed ideo facimus:quia eo ꝙ infirmiores sumus: quaquauersum quisq; nostrum ver-
N bo dei prædicando putatur attentior:crebrius eos patimur & audacius insurgentes. Si ergo 2.Retrac.
Pelagius episcopalibus gestis quæ in oriente confecta dicũtur: etiam tuæ venerationi iuste vi 47.
sus fuerit absolutus:error tamen ipse & impietas quæ tam multos assertores habet:per diuer
sa dispersos:etiam authoritate apostolicæ sedis anathematizanda est. Consyderet enim sancti-
tas tua: & pastoralibus nobis cõpatiatur visceribus:ꝙ̃ sit pestiferum & exitiabile ouibus Chri
sti: ꝙ istorũ sacrilegas disputationes necessario sequitur:vt nec orare debeamus:ne intremus Matth.6.
in tentationem:qđ dominus discipulos monuit: & posuit in oratione quã docuit:aut ne defi-
ciat fides nostra:qđ pro apostolo Petro se rogasse ipse testatus est. Si enim possibilitate naturę:
& arbitrio voluntatis in potestate sunt constituta: quis non videat a domino inaniter peti: &
fallaciter orari: cum orando poscũtur quæ naturæ iam ita conditæ sufficientibus virib⁹ obti
nentur? Nec debuisse dicere dominũ Iesum: Vigilate & orate:sed tantũmodo:vigilate ne in- Matth.26.
tretis in tentationem:Nec beatissimo Petro primo apostolorum: Rogaui pro te:sed moneo te Luc.22.
vel impero ac præcipio ne deficiat fides tua. Contradicitur etiam istorum contentione bene-
dictionibus nostris:vt incassum super populũ dicere videamur:quicquid eis a domino preca-
mur:vt recte ac pie viuendo illi placeant: Vel illa quæ pro fidelibus precatur apostolus dicẽs:
Flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi: ex quo omnis paternitas in cælo & in Ephe.3.
terra nominatur: vt det vobis secũdum diuitias glorię suæ virtutem corroborari per spiritũ
eius. Si ergo voluerimus benedicẽdo super populũ dicere:Da illis domine virtutem corrobo-
rari per spiritum tuum:istorum nobis disputatio contradicit: affirmans negari liberum arbi
trium si hoc a deo poscitur qđ in nostra est potestate. Virtute enim corroborari si volumus
(inquiunt) possum⁹ ea possibilitate naturæ quã non nunc accipimus:sed cum crearemur ac-
O cepimus. Paruulos etiam propter salutem quæ per saluatorem Christũ datur:baptizãdos ne-
gant:ac sic eos mortifera ista doctrina in æternũ necant: promittentes etiam si non baptizen-
tur:habituros vitam æternam:nec pertinere ad eos:de quibus dominus ait: Venit enim filius Luc.19.
hominis quęrere & saluare qđ perierat:quia isti (inquiunt) non perierãt:nec est qđ in eis salue
tur:vel tanto precio redimatur: quia nihil est in eis vitiatũ:nihil tenetur sub diaboli potesta-
te captiuum:nec pro eis fusus esse sanguis in remissionem legitur peccatorum:ꝙ̃ꝙ̃ per baptis-
mũ Christi, etiam paruulorum fieri redemptionẽ libello suo Cęlestius in Carthaginensi eccle
sia iam cõfessus est. Sed multi qui eorum perhibẽtur esse vel fuisse discipuli: hæc mala quibus
fundamenta christianæ fidei conantur euertere: quacũq; possunt affirmare non cessant. Vn-
de etiam si Pelagius Cælestiusq; correcti sunt:vel se ista nunq̃ sensisse dicunt: & quęcunq; scri
pta contra eos prolata fuerint:sua esse negabunt: nec est quemadmodum de mendacio cõuin
cantur:generaliter tamen quicũq; dogmatizat & affirmat humanam sibi ad vincenda pecca-
ta: & dei mandata facienda sufficere posse naturam: & eo modo gratiæ dei quæ sanctorũ eui-
dentius orationibus declaratur:aduersarius inuenitur: & quicunq; negat paruulos p baptis-
mum Christi a perditione liberari: & salutem percipere sempiternam:anathema fit. Quęcunq;
autem alia ab eis obiiciuntur: non dubium venerationem tuam cum gesta episcopalia perspe
xerit quæ in oriente in eadem causa confecta dicũtur:id iudicaturã: vnde omnes in dei miseri
cordia gaudeamus. Ora pro nobis domine beatissime papa.

Innocentii papæ:patribus Carthaginensis concilii responsiua.Epistola.XCI.

2.Retra.50. 
Nnocentius:Aurelio & omnibus sanctis episcopis:vel cęteris qui in conci- P
lio Carthaginēsis affuerunt ecclesię: dilectissimis fratribus:in domino salu
tem.In requirēdis de his rebus quas omni cū sollicitudine decet a sacerdo-
tibus:maxime a vero iustoq; & catholico tractari cōcilio:antiquę traditio-
nis exempla seruātes & ecclesiasticæ memores disciplinæ:vestræ religionis
vigorem nō minus nunc in consulendo:q̄ antea cum pronūtiaretis:vera ra
tione firmatis:qui ad nostrū referendū approbastis esse iudicium: scientes quid apostolicæ se-
di:cū omnes hoc loco positi ipsum sequi desyderemus apostolū:debeatur:a quo ipse episcopa-
tus & tota auctoritas nominis huius emersit: quem sequētes:tam mala iā dānare nouimus q̄
probare laudāda.Vel id vero ꝙ patrū instituta sacerdotali custodiētes officio nō censetis esse
calcāda: ꝙ illi nō humana:sed diuina decreuere sentētia:vt quicqd de disiunctis remotisq; ꝓ-
uinciis ageretur:nō prius ducerēt finiendū:nisi ad hui⁹ sedis notitiam peruenīret:vbi tota hu-
ius authoritate iusta quę fuerit ꝓnuntiatio firmaretur:indeq; sumerēt cæterę ecclesiæ:velut
de natali suo fonte aquę cūctę ꝓcederent:& per diuersas totius mūdi regiones puri capitis in-
corruptę manerēt:qd pręcipere:quos abluere:quos velut in cœna inemūdabili sordidatos mū
dis digna corporib⁹ vnda vitaret.Gratulor igitur fratres charissimi: ꝙ per fratrē & coepisco
pum nostrū Iulium literas ad nos destinastis:& cū illis curā geritis: quib⁹ præsidetis ecclesiis:
sollicitudinē vestrā pro omni vtilitate mōstratis: & per cūctas totius orbis ecclesias omnibus
vna qd profit decernēdum esse deposcitis:vt suis cōstabilita regulis ecclesia: ex hoc ꝙ illos ca-
ueat ꝓnūtiationis iustæ firmata decretalibus:pauere nō possit:qui peruersis instructi primo
destructis verborū argutiis sub imagine catholicæ fidei disputātes: velut pestiferū exhalātes
virus:vt hominū recte sentientiū in deteriorē partem corda corrūpant:totam veri dogmatis
quęrunt euertere disciplinā.Hæresibus pullulātibus est celeriter obuiandū.Sanandū ergo ce Q
lerius:ne lōgius execrādus animis morbus inserpat:vt si medicus cū viderit hui⁹ terreni cor-
poris aliquē esse lāguorem:magnū suæ artis æstimat documentū:si cito quis illius interuētu
desperatus euadat:vel cū putre vulnus aspexerit: adhibet somēta vel cętera quib⁹ illud possit
qd natum fuerat vulnus obduci:ac si id manens sanari nō poterit:ne corpus reliquū sua tabe
corrumpat:ferro amputat qd nocebat: quo reliquū qd integrū est seruat intactū. Præciden-
dum id ergo est:qd velut puro sanoq; nimiū corpori vulnus obrepsit:ne cū tardius abstergit:
in ipsis pene viscerib⁹ huius mali nō exhaurienda post sentina concidat.Nam quid nos de his
hęreticorū mētibus existimemus: qui sibi se putant debere ꝙ boni sunt:nec illum cōsyderant
cuius quotidie gratiā consequūtur?Sed item isti qui tales sunt:nullam dei gratiam cōsequen
tur:qui sine illo tantum se assequi posse confidunt:quātum vix illi qui ab illo postulant & acci
piunt/promerentur.Quid enim tā iniquū potest esse:tam barbarū:tam totius religiōis igna-
rum:tam christianis mentibus inimicū:q̄ huic denegare debere quicquid in quotidiana gra-
tia consequeris:cui teipse confiteris debere ꝙ natus es?Ergo eris tibi in prouidēdo præstātior
q̄ potest in te esse qui te vt esses effecit? Et cū putes debere ꝙ viuis:quomodo te non putas illi
debere ꝙ quotidianā eius consequēdo gratiam taliter viuis? Et qui nos adiutorio negas indi
gere diuino:quasi ex nostra in totū possibilitate perfecti:quomodo vero adiutoriū in nos:cum
tales a nobis etiā esse possumus:ꝓuocam⁹?Qui enim adiutoriū dei negat:vellem interrogare R
quid dicat:nos nō mereri:an illū hoc nō posse pręstare? An nihil esse ꝓpter qd vnusquisq; hoc
debeat postulare?Posse hoc deū:opera ipsa testātur:adiutorio quotidiano nos egere negare nō
possum⁹.Hoc enim seu bene viuimus precamur: vt melius sanctiusq; viuamus:seu praua sen
tientes a bonis auertimur:vt ad rectam redeam⁹ viam eius auxilio plus egem⁹. Nā quid tam
mortiferū: tam præceps videatur ad casum:tam expositum ad omnia pericula:si hoc solū no-
bis putātes posse sufficere: ꝙ liberum arbitrium cum nasceremur accepimus:vltra iā a domi
no nihil quęramus?Id est authoris nostri obliti:eius potentiā:vt nos ostēdamus liberos:abiu-
remus:quasi iam amplius qd possit dare nō habeat:qui te in tuo ortu liberum fecit: nesciētes
ꝙ nisi magnis precib⁹ gratia in nos iplorata descēdat:nequicq̄ terrenę labis & mūdani corpo-
ris vincere conemur errores:cū pares nos ad resistendū non liberū arbitrium:sed dei solū face
re possit auxiliū.Nā si ille clamat adiutorio sibi op⁹ esse diuino:q digne hoc nō quęreret si cui S
liberum arbitriū plus ꝓdesset: quippe cū vir beatus & iā electus a dño nihil egeret: tamen ita

deum deprecatur postulans: Adiutor meus esto ne derelinquas me: neq; despicias me deus salutaris meus. Nos nobis liberum arbitrium: ille deum postular adiutorem: qd nati sumus posse sufficere nos dicimus: ille deum ne derelinquatur exorat. Nos ergo dicimus manifeste quid oremus: cum ille tantopere beatus: vt supra diximus: vir ne despiciatur exorar. Illi enim necesse est ita arguant qui illa confirmant. Dauid enim orationis ignarus: & suae naturae nescius accusetur: qui cum sciat tantum in sua esse natura adiutorem sibi deum & assiduum adiutorem: nec illi sufficit assiduum: sed ne aliquãdo illum despiciat orationibus pronus exoptat: et per corpus omne psalterii hoc & prędicar & clamat. Si ergo hoc illi tam magnũ fit: vt assidue dicere ita necessarium est confessus: vt doceret queadmodũ Pelagius Cęlestiusq; seposita omni responsione psalmorum: taliq; abdicata doctrina suasuros se aliquibus esse confidũt: nos ad iutorium dei nec debere quęrere nec egere: cũ omnes sancti nihil se sine hoc agere posse testantur. Liberum enim arbitrium olim ille perpessus: dum suis inconsultius vtitur bonis: cadẽs in preuaricationis profunda demersus: nihil queadmodum exinde surgere posset inuenit: suaq; in aeternũ libertate deceptus huius ruinę iacuisset oppressus: nisi eũ post Christi pro sua gratia releuasset aduentus: qui per nouae regenerationis purificationem: omne praeteritum vitiũ sui baptismatis lauacro purgauit: & eius firmans statum quo rectius stabiliusq; procederet: tamen suam gratiam in posterum non negauit: nam q̃uis redemisset hominem a praeteritis illę peccatis: tamen sciens iterum posse peccare: ad reparationem sibi quemadmodum posset illum: & post ista corrigere: multa seruauit: quotidiana prestat ille remedia: quibus nisi freti cõ

T fisiq; nitamur: nullatenus vincere humanos poterimus errores. Necesse est enim vt quo auxiliante viuimus: alias vincimus: eo iterum non adiuuante vincamur. Sed possem plura dicere: nisi nos constaret cuncta dixisse. Quisquis ergo huic assentiens videtur esse sententiae: quo dicat adiutorio nobis non opus esse diuino: inimicum se catholicae fidei & dei beneficiis profitetur ingratum. Nec nostra communione sunt digni: quã praedicando taliter polluerunt. Sic enim sua sponte dum sequuntur illa quae dicunt: longius a vera religione fugerunt. Cum eñ hoc totum in nostra professione consistat: quotidianisq; precibus nihil agamus: nisi quemadmodum dei misericordiam consequamur: quemadmodum ferre possimus ista iactantes: quis rogo tantus illorum pectora error obcaecat: vt si nullam gratiam sentiunt: quia nec digni sunt nec merẽtur: nec de aliis consyderant quid quotidie singulis gratia diuina largitur! Sunt quidem isti omnes caecitate dignissimi: qui nec hoc sibi reliquerunt: vt se auxilio credant reuocari ab erroribus posse diuino. Negantes eñ adiutorium: non aliis sed sibi penitus abstulerunt: qui auellendi sunt longius: & ab ecclesiae procul remouẽdi visceribus: ne diutius multa occupans insanabilis post error increscat. Si enim diu fuerint in hac impunitate versati: necesse est multos in hac suae prauitate mentis inducant decipiantq; innocentes: vel potius imprudentes: qui fidem catholicam non sequuntur. Putabunt eñ eos recte sentire quos adhuc viderint in ecclesia perdurare. Separetur ergo a sano corpore vulnus insanũ: remotoq; morbi sęuientis afflatu cautius quae sunt syncera perdurẽt: & grex purior ab hac mali pecoris contagione purgetur. Sit totius corporis illibata perfectio: quã nos sequi & tenere hac in illos pronuntiatione

V cognouimus: & vna nobiscum pari assensione seruamus. Qui si tamen aliquod in se dei adiutorium qd hucusq; negauerunt prouocauerint: & opus sibi eius auxilium esse cognouerint: vt de hac labe in qua sui cordis incuruatione corruerant liberentur: quasi in lucẽ de foeda tracti caligine: remotis abdicatisq; omnibus quibus totus ne verũ aspiceret foedabatur & caligabat aspectus: dãnent hęc quae hucusq; senserunt: & aliquãdo animũ rectis disputationibus cõmodantes: ab hac aliquãtulũ labe correcti: veris se sanando conciliis tribuant atq; submittãt. Qd si fecerint: erit in potestate pontificũ: istis aliquatenus subuenire: & talibus aliquã curam prestare vulneribus: quã solet lapsis cũ resipuerint ecclesia non negare: vt a suis reuocati pręcipitiis: intra ouile domini redigãtur: ne foris positi & tanto presidio a fide munitionis exclusi: periculis oĩbus exponantur: deuorandi luporũ dentibus atq; vexandi: quibus obsistere hac qua illos in se irritauerant doctrinae peruersitate non possunt. Sed satis vestris monitis: & sic satis abũdãtibus nostrę legis exemplis probaẽ esse respõsum: nec quicq̃ superesse duximus qd dicamus: cũ nihil pretermissum a nobis: nihil constet esse suppressum: quo illi refutati & penitus cognoscantur esse cõuicti. Ideoq; a nobis testimonia nulla ponuntur: quia & his plena relatio est: & satis constat vt doctissimos sacerdotes cuncta dixisse: nec decet credere vos aliquid qd ad causam possit proficere/praeterisse: & alia manu. Bene valete fratres.

Psal. 26.

Sãcti Augustini & aliorũ episcoporũ ĩ cõcilio Mileuitano p̃sidẽtiũ:ad Innocẽtiũ papã: de p̃
uersa Pelagianorũ & Coelestinorũ hæresi & doctrina conquerentium. Ep̃la.XCII.



Omino beatissimo meritoq̃ venerabili:& in Christo honorando papę Inno
cẽtio:Syluanus:Valentinus:Aurelius:Donatus:Restitutus:Lucianꝰ:Ali- X
pius:Augustinus:Placentinus:Seuerus:Fortunatus:Possidius:Nouatus:
Secundus:Maurentius:Leo:Faustinianus:Cresconius:Malcꝰ:Littoriꝰ:For
tunatus:Donatus:Ponticanus:Saturninus:Christonius : Honoriꝰ:Luciꝰ:
Adeodatus:Processus:Cresconiꝰ:Secundus:Felix:Asiaticus: Rufinianus:
Faustinus:Seruus:Terentius:Cresconius:Sperantius:Quadratus: Lucili
us:Sabinus:Faustinus : Cresconius victor:Gignantius:Possidonius:Antoninus:Innocentiꝰ:
Præsidius:Crescentius:Felix:Antoniꝰ victor:Honoratus:Donatus:Petrus:Præsidiꝰ : Cresco
nius:Lampadius:Delphinus:ex cõcilio Mileuitano in dño salutẽ.Quia te dñs gratię suæ p̃ci-
puo munere in sede ap̃lica collocauit:taleq̃ nostris tẽporibus p̃stitit:vt nobis potius ad culpã
negligentiæ valeat:si apud tuã venerationem quæ pro ecclesia suggerẽda sunt tacuerimus:q̃
ea tu possis vel fastidiose vel negligenter accipere:magnis p̃iculis infirmorũ membrorũ Chri
sti pastoralem diligentiã q̃sumus adhibere digneris.Noua q̃ppe hæresis & nimiũ p̃niciosa tẽ-
pestas surgere inimicorũ gratiæ Christi coepit:q nobis etiã dñicã orationẽ impiis disputatio-
nibus conantur auferre.Cum eñ dñs docuerit vt dicamꝰ:Dimitte nobis debita nostra : sicut
& nos dimittimus debitoribus nostris:isti dicũt posse hoĩem in hac vita p̃ceptis dei cognitis
ad tantã p̃fectionẽ iustitię sine adiutorio gratiæ saluatoris p̃ solũ liberũ voluntatis arbitrium
Matth.6. p̃uenire:vt ei non sit iam necessarium dicere:Dimitte nobis debita nostra.Illud vero q̃d sequi
tur: Ne nos inferas in tẽtationẽ:nõ ita intelligẽdũ tanq̃ diuinũ adiutorium poscere debeamꝰ
Ro.9. ne in peccatũ tẽtati decidamus:sed hoc in nostra esse positũ potestate: & ad hoc implendũ solã
1.Cor.10. sufficere voluntatẽ hoĩs:tanq̃ frustra ap̃lus dixerit:Non volẽtis neq̃ currentis : sed miserẽtis
est dei:Et fidelis deus qui non p̃mittet vos tentari sup̃ id q̃d potestis : sed faciet cũ tentatione
Lucæ.22. etiam exitum vt possitis sustinere.Frustra etiã dñs dixerit apostolo Petro:Rogaui p̃ te ne de-
Matth.26. ficiat fides tua;Et omnibꝰ suis:Vigilate & orate ne intretis in tentationẽ:si hoc totum est po-
testatis humanæ.Pueros quoq̃ p̃uulos si nullis innouẽtur christianæ gratiæ sacramẽtis habi
Ro.5. turos vitam æternam/nequã præsumptione cõtendũt:euacuãtes q̃d dicit apostolus:Per vnũ
1.Cor.15. hominem peccatum intrauit in mundum:& per peccatũ mors:& ita in omnes hoĩes p̃transiit
in quo omnes peccauerũt.Et alio loco:Sicut in Adã oĩs moriunt̃:sic & in Christo oĩs viuifi
cabuntur.Vt ergo alia omittamus q̃ cõtra sanctas scripturas plurima disserũt : hæc interim Y
duo quibus oĩno totum q̃ christiani sumus nitunt̃ euertere:quæ fidelia corda sustinent: non
esse rogandũ deum:vt cõtra peccati malum atq̃ ad operãdam iustitiam sit noster adiutor: &
non opitulari paruulis ad consequendam vitam æternam christianæ gratiæ sacramentũ:Hęc
insinuantes apostolico pectori tuo:non opus habemus multa dicere:& tãtam impietatem ver
bis exaggerare:cũ p̃culdubio te ita p̃moueant:vt ab eis corrigendis ne latius serpãt multosq̃
contaminent:vel potius interimãt:dũ sub noĩe Christi a gratia Christi penitus alienant:oĩno
dissimulare nõ possis.Huiꝰ aũt p̃niciosissimi erroris authores esse p̃hibent̃:Pelagiꝰ & Cęlestiꝰ:
quos quidẽ in ecclesia sanari maluimus:q̃ desperata salute ab ecclesia resecari si necessitas nul
la cõpellat.Quorũ vnus:id est Cęlestius/etiã ad p̃sbyteriũ in Asia dicitur p̃uenisse.De quo añ
paucos annos q̃d gestum fuerit/sanctitas tua de Carthaginẽsi ecclesia melius instruit̃.Pelagiꝰ
vero sicut a q̃busdã fratribus nostris missæ loquunt̃ ep̃læ:Hierosolymis cõstitutus nõnullos
fallere asseritur:verũtamen multo plures q eius sensus diligentius indagare potuerunt aduer
sum eum p̃ gratia Christi & catholicæ fidei veritate cõfligunt:p̃cipue sanctus filiꝰ tuꝰ frater
& cõpresbyter noster Hieronymus.Sed arbitramur adiuuãte misericordia dñi dei nostri Iesu
Christi:q te & regere consulentẽ & orantẽ exaudire dignat̃:authoritate sanctitatis tuæ de san
ctarũ scripturarũ authoritate de p̃mpta:faciliꝰ eos q tã p̃uersa & p̃niciosa sentiũt: esse cẽsuros
vt de correctione potiꝰ eorũ cõgratulemur q̃ cõtristemur interitu. Quodlibet aũt ipsi eligãt:
certe vel aliis quos plurimos p̃nt si ab eis dissimulet̃ suis laqueis implicare: cernit venerabili-
tas tua instanter & celeriter p̃uidẽdũ.Hæc ad sanctitatẽ tuã de cõcilio Numidiæ scripta dire
ximus:imitantes Carthaginensis ecclesiæ/carthaginensis p̃uinciæ coepiscopos nostros: quos
ad sedẽ ap̃licam quã beatus illustras de hac causa scripsisse cõperuimꝰ. Et alia manu: memor
n̄ri in deũ g̃ra augearis dñe beatissime:meritoq̃ venerabilis:& ĩ Christo honorãde sãcte pater.

Innocentii papę ad præfatos Mileuitani concilii patres:eorundem ordinata & cõstitutiones comprobantis. Epl'a.XCIII.



Z Nnocentius:Syluano seni:Valentio:& cęteris qui in Mileuitana synodo interfuerunt:dilectissimis fratribus in dño salutẽ.Inter cæteras Romanæ ecclesiæ curas:& apostolicę sedis occupationes:quibus diuersorũ consulta fideli ac modica disceptatione tractamus: Frater & coepiscop⁹ noster Iulius dilectiõis vestræ literas:quas ex Mileuitano cõcilio cura fidei ꝓpẽsiore misistis:mihi inopinanter ingessit: Carthaginensis etiã synodi querelæ parilis scripta subiũgẽs.Nimiꝗ exultat ecclesia tãtã sollicitudinẽ cõmissis gregib⁹ exhibere pastores:vt nõ solũ ex his patianẽ errare:sed si ꝗs magis ouiũ obscœnæ delectationis herba seduxit:si in errore ꝑmanserint:aut segregari penitus velint:aut illicenter dudũ petita vitantes:custodiæ pristinæ circunspectione tutari:in vtraꝗ parte videlicet consulentes:ne vl' suscipiendo tales simili cæterę ducantur exemplo:vel spernendo redeũtes luporum morsibus videantur ingestæ.Prudens admodũ & catholicæ fidei plena consolatio. Quis enim aut tolerare possit errantem:aut non recipere corrigentem?Nã vt durum arbitror conhibentiam prębere peccãtibus:ita impium iudico manum negare conuersis.Diligẽter ergo & congrue apostolici cõsulitis honoris:Honoris inquam illius: quoniam pręter illa quæ sunt extrinsecus sollicitudo manet omnium ecclesiarum super anxiis rebus quæ sit tenenda sententia:antiquę scilicet regulæ formam secuti:quã toto semp ab orbe mecum nostis esse seruatam.Verũ hęc missa facio:neꝗ enim hoc vestram credo latere prudentiam:qui id etiam actione firmastis:nisi scientes ꝙ per oẽs ꝓuincias de apostolico fonte petentibus responsa semper emanent:præsertim quotiens fidei ratio ventilatur:arbitror oẽs fratres & coepiscopos nostros: nõ nisi ad Petrum id est sui noĩs & honoris authorem referre debere:velut nunc retulit vestra dilectio:qđ per to

& tum mundũ possit oĩbus ecclesiis in cõmune prodesse.Fiant enim necesse est/cautiores:cũ inuentores malorum ad duplicis relationem synodi sentẽtiæ vestræ statutis viderint ab ecclesiastica cõmunione seiunctos.Gemino igitur bono charitas vestra fungitur.Nam & canonum potiemini gratia seruatorum:& beneficio vestro totus orbis vtetur. Quis enim catholicorũ virorum cũ aduersariis Christi velit vlterius miscere sermonẽ?quis saltem ipsam lucẽ vice cõmunione partiri?Noui hęreseos nimirum fugiantur authores. Quid enim acerbius in deum fingere potuerunt: ꝙ̃ cum adiutoria diuina cassarent: causamꝗ diuinæ id est quotidianæ precationis auferrẽt:hoc est dicere:quo mihi opus deo vt merito ĩ hos dicat hymnidic⁹: Ecce hoĩes qui non posuerunt deum adiutorem sibi.Negantes ergo auxilium dei inquiunt hoĩem sibi posse sufficere:nec gratia hũc egere diuina qua priuatus/necesse est diaboli laqueis irretitus occumbat:dum ad oĩa vitæ perficienda mandata sola tantũmodo libertate contendat. O prauissima mentium ꝑuersa doctrina.Aduerte tandẽ ꝙ primũ hoĩem ita libertas ipsa decepit vt dum indulgẽtius frẽnis eius vtitur: in præuaricationẽ pręsumptione cõciderit:nec ex hac potuit erui:nisi ei prouidentia regenerationis statum pristinę libertatis:Christi dñi reformasset aduentus.Audi Dauid dicentem:Adiutoriũ nostrũ in noĩe domini: Et adiutor meus esto

9 ne derelinquas me:neꝗ despicias me deus salutaris meus.quæ incassum dixit:si tãtum in ei⁹ erat positum voluntate:qđ a domino flebili sermone poscebat.Quæ cum ita sint:cum in omnibus diuinis paginis voluntati liberę non nisi adiutorium dei legamus esse nectendum: eam ꝙ nihil posse cœlestibus auxiliis destitutam:quonam modo huic soli possibilitatem hanc pertinacitẽr vt asseritis defendentes:sibimet:immo quod est dignius dolore communi:plurimis Pelagius Cælestiusꝗ persuadent?Multifariis equidem ad instruendum tale magisterium vti possemus exemplis:nisi sciremus sanctitatem vestram ad plenum scripturas omnes callere diuinas:præsertim cum vestra relatio tantis ac talibus testimoniis sit referta:vt his solis valeat pręsens dogma rescindi:opusꝗ non esset recognitis:cũ ex his quæ facile vobis occurrentia posuistis:nec audeant obuiare:nec possint.Ergo dei gratiam conantur auferre:quam necesse est etiam restituta nobis status pristini libertate quęram⁹. Quippe nec alias diaboli machinas:nisi eadem possumus iuuante vitare.Illud vero qđ eos vestra fraternitas asserit prædicare: paruulos æternæ vitę pręmiis etiam sine baptismatis gratia posse donari:perfatuum est.Nisi eñ mãducauerint carnẽ filii hoĩs:& biberint sanguinẽ ei⁹:nõ habebũt vitã in semetipsis.Qui aũt hãc eis sine regeneratione defendunt:videnẽ mihi ipm̃ baptismũ velle cassare: cũ ꝓdicant hos habere qđ in eos credit nõ nisi baptismate cõferendũ.Si ergo nihil volũt officere:nõ renasci fa

Psal.26.

Ioan.6.

teantur:necesse est nec regñationis sacra flueta pdesse. Verũ vt supfluorũ hoim praua doctri
Matt.19. na celeri veritatis possit rõe discindi: pclamat hoc dñs i euãgelio: dicens: Sinite infantes & no
lite eos phibere a me:taliũ est em̃ regnũ cęloꝝ. Quare Pelagiũ Cęlestiũq; id est inuẽtores vocũ A
2.Timo.2. nouarũ: q̃ sicut dixit aplus: ędificationis nihilũ sed magis vanissimas cõsueuerũt parere q̃stio-
nes: ecclesiastica cõmuniõe priuari aplici vigoris authoritate cẽsem⁹: donec resipiscãt de dia-
boli laq̃s: a quo captiui tenenẽ scdm ipsius volũtatẽ: eosq; interim dñico ouili nõ recipi: quod
ipsi puersę viæ secuti tramitẽ deserere noluerunt. Abscindẽdi sunt em̃ q vos cõturbãt: & vo-
lunt conuertere euãgeliũ Christi. Simul aũt pcipimus vt qcunq; id ptinacia simili defendere
nitunẽ: par eos vindicta cõstringat. Nõ solũ em̃ q faciũt: sed etiã q cõsentiũt facientibus: ga non
multũ interesse arbitror: inter cõmittẽtis animũ: & cõsentientis fauorẽ. Addo ampli⁹: Plerũq;
dedidicit errare cui nemo consentit. Hæc ergo fratres charissimi in supradicta maneãt fixa sen
tentia: absint atriis dñi: careãt custodia pastorali: ne duarũ ouiũ dira cõtagia serpãt forsitan p
vulgus incautũ: rapaciq; lupus corde lætetur intra ouile dñi: cũ tãtas ouiũ susas catervas: dũ
a custodibus dissimulanter habeẽ vuln⁹ duarũ. Prospiciẽdũ est ergo ne pmittendo lupos mer
cenarii magis q̃ videamur esse pastores. Iubemus sane qm̃ Christus dñs propria voce significa
uit: nolle se mortem morientis: tantum vt reuertatur & viuat: vt si vnq̃ sani deposito praui
dogmatis errore resipuerint: dãnarintq; ea quorũ se ipsi pũaricatione dãnarunt: eis medicinã
solitam: id est receptaculũ suũ ab ecclesia nõ negari: ne dũ eos redeũtes forsitan phibem⁹: vere
extra ouile remanẽtes: expectãtis hostis rabidis faucib⁹ glutianẽ: quos i semetipsis spicula ma-
læ disputationis armauit. Bene valete. Datum. vi. Kal. Februarias: Honorio & Constantio vi
ris clarissimis cõsulibus.

Sancti Augustini ad Hilariũ: illi Palladiũ fratrẽ cõmẽdãtis. Et de prauo dogmate Pelagii:
duobus cõciliis: Carthagiñ. videlicet & Numidię reprobato cõmemorãtis.

Epistola.XCIIII.

DOmino beatissimo & in Christi veritate venerando fratri & consacerdoti B
Hilario: Augustinus in dño salutẽ. Honorabilis filius nr̃ Palladius cũ de
isto littore nauigaret: beneficiũ poscẽdo magis dedit: vt nõ solũ cũ benigni
tati tuæ: verũetiam meipsum tuis orationibus cõmendarem: dñe beatissi-
me & in Christi charitate venerande frater. Qđ cũ facio: profecto & sancti
tas tua faciet quod de te ambo psumimus. Quæ aũt circa nos sint: quoniã
scio dilectionem vestrã pro nobis/sicut & nostram p vobis esse sollicitam: a
memorato perlatore audiet synceritas tua. Verũtamẽ qđ maxime necessariũ est: breuiter di-
cam. Noua quædam hæresis inimica gratiæ Christi contra ecclesiam Christi conatur exurge
re: sed nondum euidẽter ab ecclesia separata est: hominũ scilicet: qui tãtum audẽt infirmitati
humanę tribuere potestatis: vt hoc solum ad dei gratiam pertinere contendant: q cũ libero ar
bitrio: & nõ peccãdi possibilitate creati sumus: & dei mãdata q̃ a nobis implerent accepimus:
cæterũ ad eadẽ mandata seruanda & implenda nullo diuino adiutorio nos egere. Necessariã
vero nobis esse remissionẽ pctõrũ: qa ea q̃ a nobis in pteritũ malefacta sunt: infecta facere nõ va
lem⁹. Cauẽdis aũt futuris vincẽdisq; pctis: oibusq; tẽtationib⁹ virtute supandis: sine vllo dein
ceps adiutorio gratiæ dei naturali possibilitate humanã sufficere voluntatem: nec paruulos
indigere gratia saluatoris: qua per eius baptismum a perditione liberentur: eo q nullum ex
Adam contagium damnationis attraxerint. Q̃ sint hæc inimica gratiæ Christi: quæ per Ie-
sum Christum dominum nostrum humano generi indulta est: quemadmodum totius fidei
christianæ fundamẽta euertere moliantur: apud vos tacere non debuimus: vt eiusmodi hoies
quos quidem sanari in ecclesia q̃ ex illa resecari magis volumus & optamus: cura pastorali
caueatis. Iam enim cum ista scriberem cognoueramus in ecclesia Carthaginensi aduersus eos
episcopalis concilii conditum fuisse decretum: per epistolam sancto & venerabili papæ Inno-
centio dirigendum: & nos de concilio Numidiæ ad eandem apostolicam sedem iam similiter
scripseramus. Omnes enim qui spem habemus in Christo: huic pestiferæ impietati resistere:
eamq; concorditer damnare & anathematizare debemus: quę contradicit etiam orationibus
Matth.6. nostris. Concedens quidem vt dicamus: Dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus
debitoribus nostris. & hoc ita concedens: vt asserat hominẽ in hoc corruptibili corpore quod
aggrauat animã: posse suis viribus ad tãtam iustitiam peruenire: vt neq; hoc illi sit dicere ne-
cessariũ: Dimitte nobis debita nostra. Illud vero quod sequitur: Ne nos inferas in tẽtationem:

non sic accipiunt tanq̃ deus orandus sit:quo nos ad superandas tentationes adiuuet peccatorum:sed ne quisq̃ irruẽs corporaliter nos humanus casus affligat:q̃m peccatorũ tentationes vincere ita sit iam in nostra positũ potestate possibilitate naturæ:vt hoc inaniter impetrãdũ orãtibus arbitremur. Non possumus vna ep̃la breui:oĩa vel plurima tantæ impietatis argumenta colligere:p̃sertim q̃a cũ ista conscriberem:perlatores nauigaturi me immorari diutius non sinebant. Puto aũt onerosum me non fuisse sanctis sensibus tuis:qd de tanto malo oĩmq̃ vigilantia domino adiuuante vitando tacere non potui.

Sancti Augustini:& aliorũ episcoporũ:ad Innocẽtiũ papã cõtra doctrinã Pelagii acri⁹ inuehẽtiũ:Atq̃ ad diligentẽ expurgationis ei⁹ idagationẽ faciẽdã exhortãtiũ.

Epistola.XCV.

C Omino beatissimo meritoq̃ honorãdissimo fratri Innocẽtio papę: Aureli⁹: Alipi⁹: Augustinus: Euodi⁹: & Possidius: salutẽ. De cõciliis duob⁹ p̃uincię Carthaginensis atq̃ Numidię:ad tuã sanctitatẽ a nõ paruo ep̃orum numero subscriptas literas misimus cõtra inimicos gr̃ę Christi:q̃ cõfidũt in virtute sua:& creatori nr̃o quodãmõ dicũt:Tu nos fecisti hoĩes:iustos aũt ipsi nos fecim⁹. Qui naturã hũanã ideo dicũt liberã ne q̃rant liberatorẽ: ideo saluã vt supfluũ iudicẽt saluatorẽ. Tm̃ eĩ dicũt valẽtẽ:vt suis virib⁹ i origine suæ creationis acceptis:possit p liberũ arbitriũ nihil vlteri⁹ adiuuãte illi⁹ gr̃a q creauit/domare & extiguere oẽs cupiditates:tẽtationesq̃ supare. Multiq̃ eorũ insurgũt aduersũ nos: & dicũt aĩę nr̃ę. Nõ est salus illi in deo eius: Familia Christi q̃ dicit. Q̃n infirmor tũc potẽs sum: & cui dicit dñs ei⁹:Salus tua ego sum:suspẽso corde cũ timore & tremore adiutoriũ dñi etiã p charitatẽ tuę venerationis expectat. Audiuim⁹ eñ eẽ in vrbe Roma:vbi ille diu vixit:nõnullos qui diuersis causis ei faueãt:qdã scilicet q̃a vos talia psuasisse phibẽt:plures vero q eũ talia sentire nõ credũt:p̃sertim q̃a in oriẽte vbi degit:gesta ecclesiastica facta eẽ iactant:q̃bus putatur eẽ purgatus. Vbi qdem si episcopi eũ catholicũ p̃nunciarũt:nõ ob aliud factũ eẽ credendũ est: nisi q̃a se dixit dei gratiam cõfiteri:& ait posse hoĩem suo labore ac voluntate iuste viuere vt ad hoc adiuuari dei gratia non egeret. His eñ auditis verbis:catholici antistites nullã aliã dei gratiã intelligere potuerũt:nisi quã in libris dei legere & populis dei p̃dicare cõsueuerũt. Eã vtiq̃ de q̃ dicit ap̃ls: Nõ irritã facio gratiã dei. Nã si p legẽ iustitia:ergo Christ⁹ gratis mortuus est. sine dubio gratiam qua iustificamur ab iniquitate:& qua saluamur ab ĩfirmitate: nõ qua creati sumus cũ p̃pria volũtate. Nam si intellexissent illi ep̃i eã illum dicere gratiam quã etiam cum impiis habemus:cũ q̃bus homines sumus:negare vero eã qua christiani & filii dei sumus:quis eum patienter catholicorum sacerdotum non dicimus audiret: sed ante oculos suos ferret? Quapropter non culpandi sunt iudices:quia ecclesiastica consuetudine nomen gratię audierũt: nescientes quid huiusmodi homines:vel in suę doctrinę libris:vel in suorum solent auribus spargere. Non agitur de vno Pelagio:qui iam fortasse correctus est: qd vtinam ita sit:sed tam multis:q̃bus loquaciter cõtendentib⁹/& infirmas atq̃ ineruditas animas velut conuictas trahentibus:firmas aũt & in fide stabiles ipsa cõtentione fatigantib⁹: vsq̃quaq̃ iam plena sunt omnia. Aut ergo a tua veneratione acciendus est Romam: & diligenter interrogãdus:quam dicat gratiam qua fateatur(si tamen iam fateatur)ad non peccandũ iusteq̃ viuẽdum homines adiuuari. Aut hoc ipsum cum eo per literas agendum: & cum inuentus fuerit hanc dicere quam docet ecclesiastica & apostolica veritas:tunc sine vllo scrupulo ecclesię:sine latibulo ambiguitatis vllius absoluendus est:tunc est reuera de ei⁹ purgatione gaudẽdũ. Siue eñ gratiam dixerit esse liberũ arbitrium:siue gratiam esse remissionem peccatorũ:siue gratiã esse legis præceptum:nihil eorum dicit qd per subministrationem spiritussancti ptinet ad cõcupiscẽtias tentationesq̃ vincendas:quem ditissime effudit in nos:qui ascẽdit in cœlum & captiuauit captiuitatem; dedit dona hoĩbus. Hinc eñ oramus vt peccatorũ tentationẽ superare possim⁹:vt sp̃us dei vnde pignus accepimus:adiuuet infirmitatẽ nostrã. Qui autem orat & dicit: Ne nos inferas in tentationem:non vtiq̃ id orat vt homo sit qd est natura: neq̃ id orat vt habeat liberum arbitrium qd iam accepit cũ crearetur ipsa natura: neq̃ orat remissionem peccatorum:quia hoc superius dicitur: Dimitte nobis debita nostra:neq̃ orat vt accipiat mãdatum. Si eñ in tentationem inductus fuerit:hoc est in tentatione defecerit; facit vtiq̃ peccatum quod est contra mandatum. Orat ergo vt non peccet:hoc est ne quid faciat mali; qd pro Corinthiis orat apostolus Paulus dicens: Oram⁹ aũt ad dominũ ne qd faciatis mali. Vnde sa

Marginalia: 2.Retra.50 (beside "Omino beatissimo"); Psal.3. (beside "Q̃n infirmor"); 2.Cor.12. (beside "& cui dicit"); Psal.34. (beside "p charitatẽ"); D (left, beside "vt ad hoc adiuuari"); Gal.2. (beside "qua creati sumus"); E (left, beside "ptiuauit captiuitatem"); Matth.6. (beside "re possim⁹"); 2.Cor.13. (beside "tum quod est contra mandatum").

tis apparet ꝙ ad non peccandū:id est ad non malefaciendū:ꝗuis eē nō dubiteť arbitriū volū-
tatis:tñ eius potestas non sufficiat nisi adiuuetur infirmitas.Ipsa igiť oratio clarissima est gra
tiæ testificatio.Hanc ille confiteať:& eum gaudebimus siue rectum siue correctū. Distinguē-
da est lex & gratia.Lex iubere nouit:gratia iuuare.Nec lex iuberet nisi esset voluntas:nec gra
tia iuuaret si sat esset voluntas.Iubetur vt habeamꝰ intellectū:vbi diciť:Nolite esse sicut equꝰ
Psal.31. & mulꝰ:qbꝰ nō est intellectꝰ.& tñ oramus vt habeamus intellectū:vbi diciť:Da mihi intellectū
Psal.118. vt discam mandata tua.Iubetur vt habeamus sapientiam:vbi diciť:Siqs aūt vestrū indiget sa
Iacobi.1. pientia:postulet a deo q dat oībus affluenter:& nō improperat:& dabitur ei.Iubetur vt habea
mus continentiam:vbi diciť:Cū scirem qa nemo pōt esse cōtinens nisi deus det: & hoc ipsum
Sap.8. erat sapientia: scire cuius esset hoc donum:adii dñm & deprecatus sum eū.Postremo ne nimi
Psal.36. um longum sit cuncta percurrere:iubetur vt non faciamus malum:vbi dicitur:Declina a ma
lo: & tamen oratur vt non faciamus malum:vbi dicitur: Oramus autem ad dominū ne quid
faciatis mali. Iubetur vt faciamus bonum: vbi dicitur:Et fac bonum:& tamen orať vt facia F
Col.1. mus bonum:vbi diciť:Non cessamus ꝓ vobis orantes & postulantes. Atqꝫ inter cætera ꝓ illis
orans dicit:Vt ābuletis digne deo ī oē placitū ī omī ope & ſmone bono.Sicut ergo agnoscimꝰ
voluntatem cum hæc præcipiuntur:sic & ipse agnoscat gratiam cum petuntur.Misimus re-
uerentiæ tuæ librum quem dederunt qdā religiosi & honesti adolescentes serui dei: quorum
etiam nomina non tacemus:Nam Tymasius & Iacobus vocantur: qui sicut audiuimꝰ:et iam
nosse dignaris:ipsius Pelagii exhortatione spem quam habebant in sęculo reliquerunt: & non
continenter deo seruierunt.Qui cum eodem errore tandē aliquando per qualemcūqꝫ operam
nostram domino inspirante caruissent:protulerunt eundem librum:Pelagii esse dicētes: & vt
ei responderetur impendio rogauerunt.Factum est:Ad eosdē rescripta est ipsa responsio:Agē
tes gratias rescripserunt:Vtrum misimus:& cui responsum est:& qđ responsum est: Et ne ni
mium essemus onerosi signa fecimus his locis:vbi petimus inspicere non graueris quēadmo-
dum sibi obiecta quæstione:ꝙ gratiam dei negaret:ita respondit: vt eam esse non diceret nisi
naturam in qua nos condidit deus.Si aūt hunc esse suum librum negat:aut eadem in libro lo-
ca:non contendimus:anathematizet ea:& illam confiteatur apertissime gratiā quā doctrina
christiana demonstrat & prædicat esse ꝓpriam christianorū:q̄ nō est natura: sed qua saluatur
natura:non auribus sonante doctrina vel aliquo adiumēto visibili:sicut plantať quodāmodo
& irrigatur extrinsecus:sed subministratione spūs & occulta misericordia: sicut facit ille qui
dat incrementum deus.Et si eñ quadam non improbanda ratione dicitur gratia dei qua cre
ati sumus:vt non nihil essemus:nec ita essemus aliquid vt cadauer qđ non viuit: & arbor quę
non sentit:aut pecus qđ non intelligit:sed homines qui vt essemus:& viueremꝰ: & sentiremꝰ
& intelligeremus:& de hoc tanto beneficio creatori nostro gratias agere debeamus:Vnde me
rito & ista gratia dici pōt:quia non præcedētium aliquorū operū meritis: sed gratuita dei bo
nitate donata est:Alia est tamen qua prædestinati vocamur:iustificamur:glorificamur: vt di
Roma.8. cere possimus:Si deus pro nobis:qs cōtra nos?Qui filio suo ꝓprio non pepercit: sed pro nobis
oībus tradidit eum.De hac gratia quęstio vertebať:qñ ab his quos Pelagius grauiter offen
debat atqꝫ turbabat:dicebatur ei ꝙ eā suis disputationibus oppugnaret:quibus assereret non
solum ad facienda:verumetiam ad perficienda mandata diuina per liberum arbitrium huma
Gal.2. nam sibi sufficere naturam.Hanc apostolica doctrina gratiam isto nomine appellat: qua salua
Gal.5. mur & iustificamur ex fide Christi.De hac scriptum est:Non irritam facio gratiam dei.Nam
Ro.11. si per legem iustitia:ergo Christus gratis mortuus est?De hac scriptum est: Euacuati estis in
Ro.4. Christo:qui in lege iustificamini:a gratia excidistis.De hac scriptum est:Si autem gratia:iam
non ex operibus:alioquin gratia non est gratia. De hac scriptum est: Ei autem qui operatur
merces non imputatur secundum gratiam:sed secundum debitum.Ei autem qui non opera-
tur:credenti autem in eum qui iustificat impium:reputatur fides eius ad iustitiam.Et multa
alia:q̄ melius potes ipse meminisse:& intelligere prudentius & illustriꝰ ꝑdicare. Illā vero gra-
tiam qua creati sumus hoīes: etiā si ita appellandā nō īmerito intelligimus:mirū est tñ si ita G
appellata in vllis legitimis ꝓpheticis:euāgelicis:aplicisqꝫ literis legimꝰ.Cū itaqꝫ hac gr̃a chri-
stianis fidelibus catholicisqꝫ notissima illi obiiceretur q̄stio:vt eam oppugnare desineret: quid
est ꝙ cum hæc sibi in libro suo velut aduersante persona idem ipse obiecisset: vt se respon-
dendo purgaret: nihil aliud respondit:nisi naturam creati hominis referri gratiam creatoris
atqꝫ ita se dicere sine peccato implere posse iustitiam per liberū arbitrium cū adiutorio diuinę

gratiæ:ꝙ deus hoc dederit homini ipsa possibilitate naturæ? Cui merito respondet: Ergo eua
cuatũ est scandalũ crucis: ergo Christus gratis mortuus est. Non enĩ si nõ moreretur propter
delicta nostra: & resurgeret propter iustificationẽ nostrã: nec ascendẽs in altũ captiuans capti Psal.67.
uitatẽ daret dona hominibus: ista naturæ possibilitas quã defendit in hominibus nõ esset. An
forte dei mandatũ deerat: & ideo Christus mortuus est? imo iam & hoc erat sanctũ & iustũ et
bonũ. Iam dictũ fuerat: Non cõcupisces. Iam dictũ fuerat: Diliges proximũ tuũ tanq̃ teipsum. Exo.20.
In quo sermone apostolus oẽm legẽ dicit impleri. Et quoniam nisi diligat deũ nemo diligit se- Leuit.19.
ipsum: ideo dominus in his duobus pręceptis totã legem prophetasq; dicit pẽdere. Quæ duo Matth.22.
præcepta iã erant hoĩbus diuinit⁹ data. An æternũ pręmiũ iustitię ꝓmissum nõdũ erat? Hoc
ipse nõ dicit: q ĩ suis literis posuit: etiã ĩ veteri testamẽto regnũ coelorũ esse ꝓmissum Si ergo
ad faciendam perficiendamq; iustitiam: iam erat naturæ possibilitas per liberum arbitrium:
iam erat legis dei sanctum & iustum bonumq; mandatum: iã erat ꝓmissum pręmium sempi-
ternum: ergo Christus gratis mortuus est: ergo neq; per legem iustitia neq; per naturæ pos-
sibilitatem: sed ex fide & dono dei per Iesum Christum dominum nostrum: vnum mediato-
rem dei & hominum: qui nisi in plenitudine temporis mortuus esset propter delicta nostra: &
resurrexisset propter iustificationem nostram: ꝑfecto & antiquorum fides euacuaretur & no
stra. Fide vero euacuata: quę homini iustitia remaneat: cum iustus ex fide viuat? Ex quo enim Abacuc.2.
per vnum hominem peccatum intrauit in mundum: & per peccatum mors: & ita in omnes Ro.5.
homines ptransiit: in quo omnes peccauerunt: ꝓculdubio a corpore mortis huius vbi alia lex
repugnat legi mentis: neminem liberauit: aut liberat sua possibilitas: quæ perdita redempto-
re indiget: saucia saluatore: sed gratia dei per fidem vnius mediatoris dei & hominum: homi-
nis Christi Iesu: qui & deus cum esset: hominem fecit: & manens deus/homo factus refecit ipse
ꝙ fecit. Puto autem ꝙ eũ lateat fidem Christi quę postea in reuelationem venit: in occulto fu
isse temporibus patrum nostrorum: per quam tamẽ etiam ipsi dei gratia liberati sunt quicũ-
q; omnibus generis humani temporibus liberari potuerunt: occulto iudicio dei: non tamẽ vi
tuperabili. Vnde dicit apostolus: Habẽtes autem scriptũ fidei: vtiq; eundem quẽ & illi: scd̃m 2.Cor.4.
qd̃ scriptum est: Credidi propter qd̃ & locutus sum: & nos credimus ꝓpter qd̃ & loquimur.
Inde est qd̃ ait ipse mediator: Abraã pater vester concupiuit videre diẽ meũ: & vidit & gaui- Ioã.8.
sus est. Inde Melchisedech prolato sacramento mensæ dñicæ: nouit æternũ eius sacerdotiũ fi- Geñ.14.
gurare. Iam vero data in literis lege: quã dicit apl'us subintrasse vt abũdaret delictũ: & de qua
H dicit: Si ergo ex lege hæreditas: iã nõ ex ꝓmissione. Abraę aũt p repromissionem donauit de⁹. Gal.3.
Quid aũt lex? Transgressionis gratia ꝓposita est donec veniret semẽ: cui ꝓmissum est: disposi
tũ p angelos in manu mediatoris. Mediator aũt vnius non est: deus aũt vnus est. Lex ergo ad-
uersus ꝓmissa dei? Absit. Si enĩ data esset lex q̃ posset viuificare: oĩno ex lege esset iustitia. Sed
cõclusit scriptura omnia sub peccato: vt ꝓmissio ex fide Iesu Christi daretur credẽtibus. Non
ne satis ostenditur hoc actum esse per legem: vt peccatum agnosceretur & pręuaricatione au
geretur? Vbi enim lex non est: nec præuaricatio: & sic aduersus victoriam peccati ad diuinã
gratiam quæ in promissionibus est confugeretur: atq; ita lex non esset aduersus promissa dei Ro.4.
quia ideo per illam fit cognitio peccati: & ex præuaricatione legis abundantia peccati: vt ad
liberationem quærantur promissiones dei: quod est gratia dei: & incipiat esse in homine iusti
tia: non sua sed dei: hoc est data dono dei: Quam etiam nunc quidem sicut tunc de iudæ-
is dictum est: Ignorantes dei iustitiam: & suam volentes constituere: iustitiæ dei non sunt Ro.10.
subiecti. Per legem quippe & illi iustificari se arbitrantur: sufficiente sibi ad eam custodiendã
libero arbitrio: hoc est iustitia sua prolata ex natura humana: non donata ex gratia diuina
propter quod iustitia dei dicitur. Vnde iterum scriptum est: Per legem enim cognitio pec- Ro.3.
cati. Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est: testificata per legem & prophetas.
Cum dicit manifestata est: ostendit quia tunc erat: sed tanq̃ illa pluuia quam Gedeon impe-
trauit: tunc velut in vellere occulta: nunc autem velut in area manifestata. Cum ergo lex si-
ne gratia: non mors peccati potuisset esse sed virtus. Sic enim dictum est: Aculeus mortis pec 1.Cor.15.
catum: virtus autem peccati lex. Sicut confugiunt multi a facie regnãtis peccati ad gratiã ve
lut areã nũc patẽtem: ita pauci ad eam confugiebant velut in vellere tunc latẽtem. Hæc vero
temporum distributio refertur ad altitudinem diuinarum sapientiæ & scientiæ dei: de q̃ di-
ctũ est: Q̃ȝ inscrutabilia sunt iudicia eius & inuestigabiles viæ eius. Quapropter si & añ tem- Ro.11.
I pus legis & tempore ipso legis iustos patres & ex fide viuentes: non possibilitas naturæ infir-

mę & indignę ac vitiatę & sub peccato vęnundatę:sed dei gratia per fidem iustificat: & nūc ea
dem in apertū iam veniens reuelata iustificat. Anathemet ergo Pelagius scripta sua:vbi cōtra
eam: etsi non per cōtumaciam:tamē per ignorantiam disputat possibilitatē defendendæ natu
rę ad vincēda peccata & implenda mandata. Aut si sua esse negat:aut scriptis suis ab inimicis
suis dicit immissa quæ sua negat:anathemet ea tamē & dānet paterna exhortatione & autho
ritate sanctimonię tuę. Si vult ergo onerosum sibi & pniciosum:discat ecclesiæ scādalū aufer-
re:qđ scādalū auditores & in puersum dilectores ei⁹ vsqquaqꝫ spargere nō quiescūt. Si eñ co-
gnouerint eundē librū quē illius vel putāt esse vel norūt:episcoporū catholicorū authoritate
& maxime sanctitatis tuæ:quā apud eū esse maioris pōderis minime dubitamus:ab eodē ipso
anathematū atqꝫ dānatum:non eos vlterius ęstimamus ausuros loquendo contra gratiā dei:
quæ reuelata est per passionē & resurrectionem Christi: pectora fidelia & simpliciter christia-
na turbare:sed potius adiuuante misericordia domini:concertantibus nobiscum charitate ac
pietate flagrantibus orationibus tuis:non solum vt in æternum beati:verūetiam iusti & san-
cti sint:non in sua virtute:sed in eadē gratia cōfisuros. Vnde & ad ipsum scriptam ab vno no
strum epistolam ad quē per quendam orientalem diaconū:ciuem autē Hipponēsem:tanqꝫ pur
gationis suæ quædam scripta transmisit:tuę beatitudini potius credimus dirigendā: melius
iudicantes & petentes vt eam ei mittere ipse digneris. Sic eñ eam legere potius non dedigna
bitur:magis in illa eum qui misit q̄ qui scripsit attendens. Illud vero qđ dicunt:posse hominē K
esse sine peccato:& mandata dei facile custodire si velit:quis cum hoc per adiutorium gratiæ
quę tamen per incarnationem vnigeniti eius reuelata atqꝫ donata esse dicitur: tolerabilius di
ci videatur:tamen quoniam non immerito mouere potest:vbi & quando per eandem gratiam
id efficiatur in nobis:vt sine vllo prorsus peccato simus:vtrū in hac vita quando caro concu-
Gal.5. piscit aduersus spiritum:an in illa cum fiet sermo qui scriptus est: Vbi est mors victoria tua?
1.Cor.15. vbi est mors aculeus tuus? Aculeus eñ mortis est peccatum:diligētius pertractandū propter
alios quosdā:qui senserunt:atqꝫ in suis literis memorię mandauerunt:etiā in hac vita esse pos
se homines sine peccato:non ab initio natiuitatis suæ:sed conuersione a peccatis ad iustitiam:
et a vita reproba ad bonā vitam. Sic eñ intellexerunt qđ de Zacharia & Helizabet scriptū est
Lucę.1. ambulasse eos in omnibus iustificationibus domini sine querela. Hoc qđ dictum est:sine que-
rela:sine peccato dictum acceperunt:non quidem negātes:immo etiam qđ aliis locis in literis
eorū inuenitur:pie confitentes adiutorium gratiæ domini nostri:non per naturalem spiritū
hominis:sed per principalem spiritū dei. Qui parū vidētur consyderasse ipsum Zachariā fuis
se vtiqꝫ sacerdotē. Omnes autē tunc sacerdotes necesse habebant ex lege dei primitus pro pec-
catis suis offerre sacrificium:deinde pro populo. Sicut nunc per orationis sacrificium conuin
Matth.6. cimur non esse sine peccato:quoniā iussi sumus dicere: Dimitte nobis debita nostra: Ita & tūc
per sacrificia victimarū animaliū conuincebātur sacerdotes sine peccato non esse qui pro suis
peccatis iubebantur offerre. Qꝫ si res ita se habet:vt per gratiam saluatoris proficiamus qui-
dē in hac vita:deficiente cupiditate:crescente charitate:perficiamur autem in illa vita cupidi
tate extincta:charitate completa:profecto illud qđ scriptum est: Qui natus est ex deo non pec
1.Ioan.3. cat:secundū ipsam charitatē dictum est:quæ sola non peccat. Ad natiuitatē quippe quę ex deo
est: agēda & perficienda pertinet charitas:non ea quę minuenda est & consumēda cupiditas:
quæ tamen q̄diu est in mēbris nostris:lege quadā sua repugnat legi mentis: Sed natus ex deo
Ro.7. nec obediens desyderiis eius nec exhibens mēbra sua arma iniquitatis peccato potest dicere: Iā
non ego operor illud:sed illud qđ habitat in me peccatū. Sed quoquo modo se habeat ista quæ L
stio:quia etsi non inuenitur homo in hac vita sine peccato:id tamen dicitur posse fieri per ad
iutorium gratię & spiritus dei:qđ vt fiat conandū atqꝫ poscendū est:tolerabiliter in id quisqꝫ
fallitur:nec diabolica impietas:sed error humanus est:elaboranda & optāda affirmare etiam
si quoda ffirmat non possit ostēdere. Id eñ credit fieri posse quod certe laudabile est velle. No
bis autē sufficit ꝙ nullus in ecclesia dei fidelium reperitur i quolibet profectu/excellētia/atqꝫ
Matth.6. iustitia:qui sibi audeat dicere non necessariā precationem orationis dominicę: Dimitte nobis
debita nostra: & dicat se non habere peccatū: ne seipsum decipiat & veritas in eo non sit:q̄uis
iam sine querela viuat. Non eñ qualecunqꝫ etiā tentationis humanę:sed graue peccatum est
qđ in querelā venit. Cætera quæ illi obiecta sunt:sicut gestis defensa peruiderit:ita de his pro
culdubio tua beatitudo iudicabit. Dabit sane nobis veniā suauitas mitissima cordis tui:ꝙ pro
lixiorē epistolam fortassis q̄ velles tuæ misimus sanctitati. Non eñ riuulum nostrū tuo largo

fonti augendo refundimus:sed in hac nõ parua tentatione tẽporis:vnde nos liberet cui dici-
mus:Ne nos inferas in tentationem:vtrũ etiã noster licet exiguus ex eodẽ quo etiã tuus abũ- Matth.6.
dans emanet capite fluentorũ:hoc a te probari volumus:tuisq; rescriptis de cõmuni partici-
patione vnius gratiæ consolari.

Innocentii papæ ad præfatos episcopos:eorũ scriptis respondentis.

Epistola.XCVI.


M Nnocentius Aurelio:Alipio:Augustino:Euodio:Possidio epis salutẽ.Fra-
ternitatis vestræ literas plenas fidei totoq; religionis catholicæ vigore fir- 2.Retra.50.
matas a duob9 missas cõciliis per fratrẽ & coepiscopũ nostrũ Iuliũ pergrato
suscepimus animo:q; earũ tenor omnisq; contextio est in cõsyderatione quo
tidianæ gratię dei:& in eorũ correctione q contra sentiunt/ integra ratione
consistit:vt & illis omnẽ tollere possit errorẽ:& idoneum dato cuiuis nostrę
legis exemplo:quẽ sequi debeat dignũ possint prębere doctorẽ.Sed de his iã
satis vt opinor supra diximus:cum vestris relationibus respondentes rescripsimus:qd vel de
illorum perfidia:vel de vestra sentẽtia sentiremus.Sed subinde contra eos subuenit & suppe-
ditat quod dicatur:nec potest aliquãdo esse quod vincat:cum tam miserum impiumq; sit qđ
nostræ fidei virtute & ipa plenius veritate vincatur.Qui enim omnem vitæ spem respuit at-
q; contempsit:inimica damnabili cor sui disputatione confundens:cum credit nihil esse qđ a
deo accipiat:nec aliquid superesse quod petat ad sanandũ se qui sibi hoc abstulit vlterius quid
reliquit? Si ergo sunt aliqui quos in sui defensionẽ peruersitas tãta deuinxit:q huic se dogma
ti dant atq; cõiũgunt:sperantes hoc ad catholicã pertinere doctrinã : qđ abhorrens lõgius &
penitus approbatur aduersum: infecti illorum & monitis:& verbis vt laberẽtur inducti:qua
tenus ad rectum viæ tramitem redeant festinabunt ne diutius mentem obsidens velut eorũ
sensibus pastus error inuadat.Nã si Pelagius quocũq; restitit loco:eorũ aĩos qui facile vel sim
pliciter crederent disputanti:hac affirmatione decepit:seu hac illi in vrbe sunt:qđ nescientes
nec manifestare possumus nec negare:cum etsi sunt lateant:nec aliquando audeãt: vel illum
pręedicantẽ ista defendere: vel talia aliquo nostrorum præsente iactare:& in multa populi mul
titudine deprehendi aliquis facile:nec alicubi possit agnosci:siue in quouis terrarũ loco degãt
dei nostri mia gratiaq; credimus q; facile corrigantur:audita eius damnatione qui fuerit per
tinax & resistens huius dogmatis author inuentus.Nec interest vbi isti fuerint:dum vbicũq;
N inueniri potuerit / sint sanandi.Nobis tñ nec persuaderi potest eũ esse purgatũ:q̃uis ad nos a
nostro quibus laicis sint gesta perlata quibus ille auditũ se crederet & absolutũ.q̃ vtrum vera
sint dubitamus q; sub nulla illius prosecutione venerunt:nec eorũ aliquas accepimus de hac
re literas apud quos istius rei iste præstitit causas.Q; si de sua ille potuisset purgatione confi
dere:hoc magis credimus q; egisset:quod multo verius esse potuerat:vt illos cogeret episto-
lis suis quid iudicauerũt indicare.Verũ cũ sint aliqua in ipsis posita gestis q̃ obiecta partim il
le vitando suppressit:partim multa in se verba retorquẽdo tota obscuritate confudit : aliqua
magis falsis argumẽtis q̃ vera ratione(vt ad tempus poterat videri)purgauit negando: alia
falsa interpretatione vertẽdo.Sed vtinam qđ optandũ magis est etiã se ille ad veram fidei viã
ab illo sui tramitis errore conuertat:vt cupiat velitq; purgari:consyderans quotidianam dei
gratiam:adiutoriumq; cognoscens vt videatur verum & approbetur ab omnibus manifesta
ratione correctus:non gestorum iudicio:sed ad catholicam fidem corde conuerso.Vnde non
possumus illorum nec culpare nec approbare iudicium:cum nesciamus vtrum vera sint ge
sta:aut si vera sunt illum constet magis subterfugisse:q̃ se tota veritate purgasse.Qui si confi
dit nouitq; nõ nostra dignum esse damnatione q; dicat iam non totum hoc se refutare quod
dixerat:sed a nobis accersiri:sed ipe debet potius festinare vt possit absolui.Nam si adhuc tali
ter sentit:quando se nostro iudicio quibusuis acceptis literis cum sciat damnandũ esse: com-
mittit.Q; si accersiendus esset:ab his melius fieret:qui magis proximi & non lõgo terrarum
spacio videntur esse disiuncti:sed non deerit cura si medicinæ ille materiam.Potest enim dã-
nare quæ senserat:ac datis literis erroris sui(vt regressum ad nos decet)veniam postulare.
O Librum sane qui eius esse diceretur nobis a vestra charitate transmissum euoluimus: In quo
multa blasphemia: nihil quod placeret: nihil qđ non penitus displiceret:a quouis damnãdũ
atq; calcandũ:cui similia nisi qui ista scripserat nemo alter in mẽtẽ reciperet atq; sentiret.Nã
hoc loco latius de lege disputare velut coram posito repugnanteq; Pelagio necessarium esse

nō diximus:cū vobiscū totū scientibꝰ pariq; nobiscū assensione gaudētibꝰ colloquamur. Tūc
eñ melius hęc exēpla ponunť:qñ cū his quos harū cōstat rerū imprudētes esse:tractamꝰ. Nā
de naturæ possibilitate:de libero arbitrio:& de omni dei gratia & quotidiana gratia cū nō sit
recte sentienti vberrimū disputare:anathematizet ergo ista q̄ sensit: vt illi q eius sermonibus
fuerant pręceptisq; collapsi:qd tandē habeat fides vera cognoscāt. Facilius eñ reuocari pote-
runt:cū ista a suo senserint authore damnari. Q; si ille pertinaciter in hac voluerit impietate
persistere:agendum est qualiter vel his possit subueniri:quos non suus huius magis error in
duxit:nec & illis hęc medicina pereat:cuius iste talē nō admittit:nec postulat curam. Deꝰ vos
incolumes custodiat fratres charissimi. Datum.v.kal.februarias.

Innocētii ad Aureliū:& beatū Augustinū episcopos:vt in dño gaudeāt cupiētis: & pro
eo paria vota ad deū rependant:precantis. Epistola.XCVII.

INnocentius Aurelio & Augustino epis. Acceptissimi mihi Germani com- P
presbyteri illo recursus vacuus officio vřo esse nō debuit. Per charos eñ sa-
lutare charissimos:naturale quodāmodo videť & cōsequens. Gaudere ergo
in dño vestrā germanitatem amātissimi cupimus:& pro nobis paria ad deū
vota repēdere precamur:quia vt bene nostis cōmunibꝰ:& alternis plus agi-
mus orationibus q̄ singularibus aut priuatis.

Euodii epi ad beatū Augustinū:de ratione & deo:de corpore saluatoris an substantiam
dei videat:de aīa Christi:& qui sint spiritus de quibꝰ Petrus dicit: Mortificatus carne & viui
ficatus spiritu:in carcere prędicauit:scire cupientis. Epistola.XCVIII.

EVodius eps: Augustino epo. Pridē quęstionē misi ad sanctitatē tuā. Vnā de Q
ratione & deo:per Iobinū q seruit ancillis dei. Alteram de corpore saluatoris
de quo æstimať q̄ substantiā dei videat. Tertiā dico nunc: Anima rationalis
quā saluator cū corpore assumpsit:vtrū in vna de opinionibus est illis q̄ pro-
ponunť cum de animæ origine quęriť:siquia ibi potest veritate fulciri: an q̄q̄
rationalis sit:nō tamē ex his speciebus quę de animaliū anima dicunť: sed in
alia habeť. Quartam interrogo:q sunt illi spiritꝰ de quibus in epl'a sua ponit Petrus testimoniū
1.Petri.3. um de dño dicens: Mortificatus carne viuificatus spū:in quo & eis qui in carcere erāt spiriti-
bus veniens prędicauit: & cætera. Hoc inferens q̄ in inferno fuerunt:& descendens Christus
omnibus euāgelizauit:omnesq; a tenebris & pœnis per gratiā liberauit:vt a tpe resurrectio-
nis dñi:iudicium expectetur exinanitis inferis. Quid ergo in hac re sanctitati tuæ videať cu-
pio nosse.

Sancti Augustini ad Euodiū:ad interrogata per eū copiose respōdentis: & sibi satisfaci-
entis. Epistola.XCIX.

DOmino dilectissimo fratri & coepiscopo Euodio: Augustinus in dño salu- R
tē. Quęstio quā mihi ꝓposuisti ex epl'a apostoli Petri:solet nos (vt te latere
nō arbitror) vehemētissime cōmouere: quō illa verba accipienda sint tāq̄
de inferis dicta. Replico ergo tibi eandē quęstionem:vt siue ipe potueris:si
ue aliquē qui possit inueneris:auferas de illa atq; finias dubitationē meā.
Qđ si prior potuero:cū id donauerit dñs:tibiq; impartiri valuero:nō frau
dabo dilectionē tuā. Nūc aūt quę me ibi moueāt intimabo:vt scđm hęc de
illis verbis apostolicis: vel ipe cogites:vel quē idoneū repereris cōsulas. Cū dixisset Christum
Vbi supra. mortificatū carne viuificatū spiritu:cōtinuo subiecit: In quo & his q in carcere erant cōclusi
spiritibus veniens prędicauit: q increduli fuerāt aliquādo qñ expectabant dei patientiā in die
bus Noe cū fabricareť arca:in qua pauci:id est octo aīæ saluæ factæ sunt per aquā. Deinde sub
iunxit & ait: q̄ & vos nunc simili forma baptisma saluos fecit. Mouet itaq; si apud inferos do S
minus qñ mortuus est in carcere cōclusis spiritibꝰ prędicauit:qd boni soli meruerint vt dñs
Lucæ.16. in inferno descenderet:& de istis tm̄ duobus dictū fuisse illi diuiti; Inter vos & nos chaos ma-
gnū firmatū est:vt hi q volūt hinc transire ad vos nō possint:neq; inde huc trāsmeare: nescio
vtrum quisq̄ sit cui nō videatur absurdū. Porro si plures q̄ duo ibi erant:quis audeat dicere:
nō ibi fuisse patriarchas & prophetas:quibus in scripturis dei iustitiæ pietatisq; tam insigne
testimoniū perhibeť:q tūc infideles fuerunt cū fabricaretur arca. Etenim post tpa Noe multa
milia tot gentiū:vsq; ad passionē Christi mortua sunt:q̄ potuit apđ inferos inueniri. Nō vtiq;

eorũ qui in deũ crediderãt: sicut pphetæ & patriarchæ de stirpe Abraæ: sicut ipse retro Noe
& tota domus eius: q̃ salua facta est per aquã: excepto fortassis vno filio qui postea reprobatus
est: sicut etiã præter progeniẽ Iacob: alii fuerunt credentes in deũ sicut Iob: sicut ciuitas Nini
ue: & si qui alii sunt qui vel apparẽt in scripturis vel in genere humano latẽt: sed eorum dico
multa milia hominũ qui deũ ignorantes: & dæmonũ vel simulacrorũ cultui deditia tẽporibus
Noe vsq̃ ad passionẽ Christi / ex hac vita emigrarunt: quos apud inferos Christus inueniens:
quõ illis non prędicauit: sed illis tñ qui in diebus Noe increduli fuerãt cum fabricaret arca?
Aut si omnibus prędicauit: cur illos solos Petrus cõmemorauit: prætermissa multitudine tã
T innumerabili cæterorũ? Et dñm quidẽ carne mortificatũ aduenisse in infernũ satis cõstat. Ne
q̃ enĩ contradici potest: vel prophetiæ q̃ dixit: Qm̃ nõ derelinques aĩam meã in inferno: Qd̃ Psal.15.
ne aliter quisq̃ sapere auderet: in actibus apostolorũ: idẽ Petrus exponit: vel eiusdem Petri il Actu.2.
lis verbis quibus eũ asserit soluisse inferni dolores: in quibus impossibile erat eũ teneri. Quis
ergo nisi infidelis negauerit fuisse apud inferos Christũ? Q2 si mouet aliquẽ: quemadmodum ra.de Gen.
accipiendum sit inferni ab illo solutos dolores: Neq̃ enĩ cœperat in eis esse tanq̃ in vinculis: & ad literam
sic eos soluit tanq̃ si catenas soluisset quibus fuerat alligatus: facile est intelligere sic eos solu ca.33.
tos quemadmodũ solui possunt laquei venantiũ ne teneant: non quia tenuerunt. Potest & sic
vt eos dolores eũ soluisse credamus quibus teneri ipse non poterat: sed quibus alii tenebantur
Y quos ille nouerat liberandos. Verum quinam isti sint: temerarium est definire. Si enim oẽs
omnino dixerimus tunc esse liberatos qui illic inuenti sunt: quis nõ gratulet si hoc possimus
ostendere: pręsertim propter quosdam qui nobis literario labore suo familiariter innotuerũt:
quorũ eloquium ingeniumq̃ miramur: nõ solum poetas & oratores: qui eosdẽ ipsos falsos de
os gentium: multis opusculorũ suorũ locis contẽnendos ridendosq̃ monstrarũt: & aliquãdo
etiã vnum deum verũq̃ cõfessi sunt: q̃uis illa supstitiosa cũ cæteris colerent: verũetiam illos
qui hæc non cãtando vel declamãdo: sed philosophando dixerunt: multorũ etiã quorum lite
ras non habemus: sed in illorũ literis didicimus scdm quendã modũ laudabiles vitas: & exce
pto dei cultu in quo errauerũt colẽtes vana q̃ publice colẽda fuerant instituta: & creaturę po
tius q̃ creatori seruiẽtes: in cęteris moribus parsimoniæ: cõtinentiæ: castitatis: sobrietatis: mor
tis pro patrię salute contemptu seruatæq̃ fidei: nõ solũ ciuibus verũ & hostibus imitandi meri
to pponant. Quæ quidẽ omnia quãdo nõ referunt ad finẽ rectæ veræq̃ pietatis: sed ad Fastũ
inanẽ humanæ laudis & glorię: etiã ipsa inanescunt quodãmodo sterilia q̃ reddunt: veruntã
men quadã indole animi ita delectant: vt eos in quibus hęc fuerũt: vellemus vel præcipue vel
cũ cæteris ab inferni cruciatibus liberari: nisi aliter se haberet sensus humanus: aliter iustitia
V creatoris. Quæ cum ita sint: si oẽs inde soluit saluator: & sicut requirens scripsisti / exinaniuit
inferna: vt deinceps iudiciũ iã expectaret extremũ. Hæc sunt q̃ in hac re nõ immerito mouẽt:
q̃ mihi interim cogitãri solẽt occurrere. Primũ qua authoritate firmet ista sententia. Qd̃ enĩ
scriptũ est: in morte Christi factũ solutis doloribus inferni: vel ad ipm̃ potest intelligi ptinere
q̃ eos hactenus soluerit: hoc est irritos fecerit: ne ab eis ipse teneretur: præsertim quia sequit.
In quibus impossibile erat teneri eum. Vel si causa quæritur cur voluerit venire in infernum
vbi dolores illi essent quibus teneri omnino nõ poterat: qui erat (vt scriptũ est) inter mortuos li
ber: in quo princeps & prępositus mortis nõ inuenit aliquid qd̃ supplicio deberet: hoc scilicet Psal.87.
quod scriptũ est: solutis doloribus inferni: nõ in omnibus: sed in quibusdã accipi potest: quos
ille dignos ista liberatione iudicabat: vt neq̃ frustra illuc descendisse existimet: nulli eorũ pro
futurus qui ibi tenebant inclusi. Nec tamen sit consequẽs: vt qd̃ diuina quibusdam misericor
dia iustitiaq̃ concessit: omnibus concessum esse putandum sit. Et de illo quidem primo homi
ne patre generis humani: q̃ eum ibidem soluerit: ecclesia fere tota cõsentit: qd̃ eã nõ inaniter
Z credidisse credẽdum est: vndecũq̃ hoc traditum sit: etiam si canonicarum scripturarum hinc
expressa non proferatur authoritas: q̃q̃ illud quod in libro sapiẽtiæ scriptũ est: Hęc illũ q pri Sapien.10.
mus factus est patrẽ orbis terrarũ: cum solus esset creatus: custodiuit & eduxit illum a delicto
suo: & dedit ei virtutẽ continẽdi omnia: magis pro hac sñia q̃ pro vllo alio intellectu facere vi
X deatur. Addũt quidã hoc beneficium antiq̃s etiam sanctis fuisse concessum: Abel: Seth: Noe:
& domui eius: Abraam: Isaac: & Iacob: aliisq̃ patriarchis & prophetis: vt dominus cum in
infernum venisset: illis doloribus soluerentur. Sed quonam modo intelligatur Abraam in
cuius sinum pius etiã pauper susceptus est: in illis fuisse doloribus: ego quidem non video:
explicant fortasse qui possunt. Solos autem duos; id est Abraham & Lazarum in illo me

mor abilis quietis finu fuiffe:anteq̃ dñs in inferna defcẽderet:& de iftis tm̃ duobus dictũ fuif
Lucæ.16. fe illi diuiti:Inter vos & nos chaos magnũ firmatũ eft:vt hi q̃ volũt hinc trãfire ad vos nõ pof
fint:neq̃ inde huc tranfmeare:nefcio vtrũ quifq̃ fit cui non videat abfurdũ. Porro fi plures
q̃ duo ibi erant:quis audeat dicere nõ ibi fuiffe patriarchas & prophetas:quibus in fcriptura
dei iuftitiæ pietatifq̃ tam infigne teftimoniũ perhibe̾:Quid his ergo præftiterit:qui dolores
foluit inferni:in quibus illi nõ fuerũt:nondum intelligo:præfertim quia ne ipfos quidem infe
ros vfpiam fcripturaꝝ locis in bono appellatos potui reperire.Qđ fi nufq̃ in diuinis authori
tatibus legi̾:non vtiq̃ finus ille Abraæ:id eft fecretę cuiufdam quietis habitatio:aliqua pars
inferorũ effe credẽda eft:q̃q̃ in his ipfis tãti verbis magiftri:vbi a.t dixiffe Abraam:Inter vos T
& nos chaos magnũ firmatũ eft:fatis vt opinor appareat nõ effe quãdã partem & quafi mem
brum inferorum tantæ illius felicitatis finum.Chaos enim magnum quid eft:nifi quidã hia
tus multum ea feparans:inter quæ non folum eft:verũetiã firmatus eft:Quapropter fi in illũ
Abraæ finũ Chriftũ mortuũ veniffe fancta fcriptura dixiffet:nõ nominato inferno eiufq̃ do
loribus:miror fi quifq̃ ad inferos eum defcendiffe afferere auderet.Sed quia euidẽtia teftimo
nia:& infernum commemorant & dolores:nulla caufa occurrit:cur illo creda̾ veniffe falua
tor:nifi vt ab eius doloribus faluos faceret.Sed vtrũ oẽs quos in eis inuenit:an quofdam quos
in illo beneficio dignos iudicauit:adhuc requiro.Fuiffe tamẽ eũ apud inferos:& in eorũ dolo
ribus conftitutis hoc beneficiũ præftitiffe nõ dubito. Vnde illis iuftis q̃ in finu Abraæ erant Y
cũ ille in inferna defcenderet:nondũ quid cõtuliffet inueni:a quibus eum fcđm beatificã præ
Lucæ.23. fentiã fuæ diuinitatis nũq̃ video receffiffe.Sicut etiã eodẽ ipfo die quo mortuus eft:promifit
latroni:q̃ cũ illo in paradifo fuiffet futurus:quãdo ad foluẽdos inferni dolores fuerat defcen
furus.Profecto igitur in paradifo atq̃ finu Abraæ:etiã ante iam erat beatificante fapientia:&
apud inferos iudicante potentia.Vbi eñ non eft vllo loco obfeffa diuinitas:veruntamẽ fcđm
creaturam quã ex quodam tpe fufcipiendo manens deus:homo factus eft:hoc eft fcđm animã
eum fuiffe apđ inferos:aperte fcriptura declarat:& per prophetiam præmiffa:& per apoftoli
Pfal.15. cum intellectum fatis expofita:qua dictũ eft:Non derelinques animã meã in inferno.Scio qui
bufdam videri morte dñi Chrifti iam talem refurrectionẽ præftitũ iuftis:qualis nobis in fine
Matth.27. promittitur:quoniã fcriptum eft:illo terræmotu quo in eius paffione petræ fciffæ & monu
menta aperta funt:multa corpora refurrexiffe iuftorum:& vifa cum illo quãdo refurrexit in
fancta ciuitate.Qui vtiq̃ fi non iterum fepofitis corporibus dormierunt:videndum eft quẽ
Apoca.1. admodum intelligatur:Chriftus primogenitus a mortuis:fi eum in illa refurrectione tot pręcefferunt.Qđ fi refponderet hoc dictum effe p anticipationẽ:vt monumenta quidem illo ter
ræmotu aperta intelliga̾:cum Chriftus i cruce pẽderet:refurrexiffe aũt iuftorũ corpora nõ
tunc fed cum ille prior refurrexiffet:q̃uis tũc/vt dixi/anticipando fuiffet adiunctum:vt &
Chriftus primogenitus a mortuis fine ambiguitate credatur:& illis iuftis continuo cõceffũ:
vt ipo præeunte in æternã incorruptionẽ atq̃ immortalitatẽ refurgerent:illud adhuc reftat
quod moueat:quomodo a Petro dici potuerit:qđ vtiq̃ veriffime dictum eft:quãdo per illam
Actu.2. prophetiam non de Dauid:fed de Chrifto afferuit fuiffe prædictum:carnem eius non vidiffe
corruptionem:quod & adiunxit de Dauid:apud eos effe monumẽtum eius. Vnde illos vtiq̃
non conuinceba̾:fi corpus eius ibi iam non erat:quia etfi ante in recẽti fua morte refurrexif
fet:nec caro eius vidiffet corruptionem:poffet nihilominus illud monumentum manere.Du
rum autem videtur vt Dauid non fuerit in illa refurrectione iuftorum:fi eis iam æterna do
nata eft:cui us Chriftus ex femine tam crebro:& tanta euidentia:tantaq̃ honorificentia com
Heb.11. mendatur.Periclitabitur etiam illud:qđ ad hebræos de iuftis antiquis dicitur:Quia pro no
bis meliora prouiderũt:ne fine nobis perfecti perficerentur:fi iam in illa refurrectionis incor
1.Petri.3. ruptione conftituti funt quæ nobis perficiendis in fine promittitur.Cur ergo Petrus eos tan Z
tum commemorare voluerit:quibus in carcere inclufis euangelium prædicatum eft:qui in
diebus Noe cum fabricaretur arca increduli fuerunt:Vides q̃ latebrofum fit:& quæ me mo
ueant ne affirmare hinc aliquid audeam. Huc accedit:quia cum dixiffet apoftolus:q̃ & vos
nunc fimili forma baptifma faluos facit:non carnis difpofitio fordium:fed cõfcientiæ bonę in
terrogatio in deum per refurrectionem Iefu Chrifti qui eft in dextera dei:degluties mortẽ:vt
1.Petri.4. vitæ æternæ hæredes efficeremur:profectus in cælos fubiectis fibi angelis & poteftatibus &
virtutibus:cõtinuo fubiecit:Chrifto igitur in carne paffo:& vos eadem fciẽtia armamini:q̃a
qui paffus ẽ in carne defiit a peccatis in hoc:vt iam nõ hominũ defyderiis:fed volũtate dei qđ

reliquũ est in carne viuat tẽpus. Deinde addidit: Sufficit em̃ prẽteritũ tps ad volũtatẽ hoĩm consummatũ ambulantes in libidinibus & cõcupiscentiis & ebrietate: cõmessationibus: potationibus & illicitis idoloꝝ seruitutib⁹. In quo stupescũt nõ cõcurrere vos in eandem luxuriæ confusionẽ blasphemantes: qm̃ reddent rationẽ ei qui paratus est iudicare viuos & mortuos. His dictis subnectit: Propter hoc em̃ & mortuis euangelizatũ est: vt iudicenť quidẽ sc̃dm homines in carne: viuãt aũt sc̃dm deũ spiritu. Quẽ nõ moueat ista pfunditas! Mortuis dicit euãgelizatũ: quos profecto si intellexerimus qui de corpore exierunt: illi opinor erunt: de quibus supra dixit: Qui increduli fuerunt in dieb⁹ Noe: aut certe oẽs quos apud inferos Christus inuenit. Quid sibi ergo vult vt iudicẽtur quidẽ sc̃dm homines in carne: viuant aũt sc̃dm deum spiritu! Quomodo iudicanť in carne quã nõ habent: si apud inferos sunt: vel quã nondũ receperunt: si etiã a doloribus inferni soluti sunt! Neq̃ em̃ si vt querendo dicis: exinaniti sunt inferi omnes: etiã qui tũc ibi fuerũt in carne resurrexisse credendi sunt: Aut qui resurgẽtes apparuerunt cũ dño: ad hoc carnẽ receperũt: vt in ea iudicarẽtur sc̃dm hominẽ. Quod nec de illis video quomodo accipi possit: qui increduli fuerũt in diebus Noe: nõ em̃ eos in carne vixisse scriptũ est: Aut credi potest ideo solutos dolores inferni: vt q inde liberarentur: carnem ad

& luendam pœnam reciperent. Quid est ergo vt iudicentur sc̃dm hoĩes in carne: viuant autem sc̃dm deũ spiritu! An forte hoc præstitum est eis quos apud inferos Christus inuenit: vt per euangeliũ viuificarenť spiritu: q̃uis futura resurrectione in carne iudicandi sint: vt per aliquã carnis pœnã transeãt in regnũ dei! Quod si ita est: cur hoc tm̃ de illis q quondã nõ crediderũt in diebus Noe: ac nõ etiã de cæteris quos illic Christi visitatio comperit: per euangeliũ prædicationem spiritu reuixerunt: postea transitoria pœna in carne iudicandi! Q̃d si de omnib⁹ acceperimus: manet questio: quare Petrus eos tantũ cõmemorauit q tunc increduli fuerunt cũ fabricaretur arca! Mouet etiã illud: ꝙ hi qui de hac re conanť reddere rationem: ideo dicunt Christum ad inferos descendisse: his qui ibi inuẽti sunt illa loca pœnalia tanq̃ carceres exinanitos: quia non audierant euangelium: quod illis viuentib⁹ nondũ toto orbe terrarũ prædicabatur: & iustas habebant causas cur non credidissent quod eis non fuerat annuntiatum: deinceps autẽ non habituros excusationẽ: q prędicationem euangelii per omnes gẽtes celebratam diffusamq̃ contemnunt: & ideo illis tunc euacuatis carceribus iam iustum restare iudicium quo contumaces & infideles etiã æterno igne puniantur. Nec attendũt qui hoc sentiunt hãc excusationẽ habere posse omnes: qui etiã post resurrectionẽ Christi: anteq̃ ad eos euangelium perueniret: ex hac vita emigrarunt. Neq̃ enim postea q̃ dominus remeauit ab inferis: nemo ꝑmissus est iter: ire ad inferos: nisi audito euangelio: cũ tam multi morerentur in toto orbe terrarum: anteq̃ ad eos hæc annuntiatio perueniret: qui omnes habebunt excusationem quæ ab

9 lata dicit eis: quibus dñs cũ venisset: q ante nõ audierãt: in inferno dicitur prędicasse. An forte dicatur etiã istos qui post domini resurrectionẽ nondum sibi annuntiato euãgelio mortui sunt siue moriuntur: illic apd̃ inferos audire potuisse vel posse: vt illic credant quod de Christi veritate credendum est: & habeãt etiã ipsi remissionẽ ac salutẽ quã illi meruerunt: quib⁹ ipse Christus annuntiauit. Neq̃ enim quia rursus ascendit Christus ab inferis: ideo ibi fama eius extincta est: nam & hinc ascendit in cælum: & tamen eius annunciatione qui in eum crediderunt salui erunt. Ideo quippe exaltatus est: & donatũ est ei nomen quod est sup omne nomen: Phil.2. vt in nomine eius omne genu flectať: nõ solũ cælestiũ & terrestriũ: verũetiam infernorũ. Sed hãc opinionẽ si admittimus: qua putari potest homines qui cũ viuerent minime crediderunt posse in Christũ apud inferos credere: quis ferat! Quę consequẽter absurda fideiq̃ contraria. Primum ne frustra dolere videamur eos qui sine ista gratia de corpore exierũt: frustraq̃ curã gerere atq̃ instanter hortari: vt eã homines priusq̃ moriantur percipiant: ne sempiterna mor

A te puniantur. Aut si illi tm̃ apud inferos inutiliter atq̃ infructuose credunt: qui euangelio sibi annũtiatio hic credere noluerũt: illis aũt proderit credere: q nõ hic cõtempserunt qd̃ audire minime potuerunt: aliud sequitur absurdius: vt hic non sit euangelium predicandũ: quoniam omnes vtiq̃ morituri sunt: & sine vllo reatu contẽpti euangelii venire ad inferos debẽt vt eis prodesse possit cum ibi crediderint. Q̃d sentire impię vanitatis est. Q̃obrem teneam⁹

C firmissime quod fides habet fundatissima authoritate firmata: quia Christus mortuus est secundum scripturas: & quia sepultus est: & quia resurrexit tertia die sc̃dm scripturas: & cætera q̃ de illo testãte veritate cõscripta sunt. In quib⁹ etiã hoc est: ꝙ apd̃ inferos fuit: solutisq̃ eorum doloribus: quibus eum erat impossibile detineri: a quibus etiã recte intelligitur: soluisse

& liberaſſe quos voluit:corpuſq; qđ in cruce reliquerat in ſepulchro poſitum recepiſſe. In
illa vero quã propoſuiſti de verbis Petri apoſtoli quæſtione:qm̃ quæ me moueãt perſpicis: et
alia fortaſſe ſi diligentius diſcutiantur poſſunt mouere:vel apud nos ea cogitando : vel quos
dignũ eſt & ſi poſſumus cõſulendo:quęramus.Conſydera tñ ne forte totũ illud qđ de conclu
ſis in carcere ſpiritibus:qui in diebus Noe nõ crediderant:Petrus apoſtolus dicit:omnino ad
inferos non pertineat:ſed ad illa potius tẽpora quorũ formã ad hæc tẽpora trãſtulit. Illa quip
pe res geſta:forma fuerat futurorũ:vt hi qui modo nõ credunt euangelio:dum in omnibꝰ gen
tibus ædificatur eccleſia:illis intelligant eſſe ſimiles q̃ tunc nõ crediderũt cũ fabricaret arca.
Illi aũt q̃ crediderunt:& per baptiſmũ ſalui fiunt:illis comparent qui tũc in eadẽ arca ſalui fa
cti ſunt per aquã. Vnde ait:Sic & vos ſimili forma baptiſma ſaluos facit . Ad hanc igit formæ
ſimilitudinẽ:cætera etiã de incredulis coaptemus:& non ſuſpicemur ꝙ apud inferos ad faciẽ
dos fideles atq; liberandos euangeliũ pręd icatum ſit:vel adhuc etiam prędicet:quaſi & ibi ſit
eccleſia cõſtituta.Ad illum ergo ſenſum qui te mouit:ideo vident attracti: qui hoc Petrũ ſen B
ſiſſe crediderunt:quia dixit:concluſis in carcere ſpiritibus prędicatũ:quaſi animę non poſſint
intelligi ſpiritus q̃ tunc erant in carcere:atq; ignorantiæ tenebris velut carcere claudebãtur.
Pſal.141. De quali carcere ſe deſyderat liberari ille q̃ dicit:Educ de carcere animã meã : vt cõfiteat no
mini tuo.q̃ alibi vmbra mortis appellat.De qua nõ vtiq; apđ inferos: ſed hic liberari ſunt: de
Eſa.9. quibus ſcriptũ eſt.Qui ſedebant in vmbra mortis:lumen ortũ eſt eis.Illis autẽ in diebus Noe
fruſtra prędicatum eſt:quia nõ crediderũt:cũ expectaret eos dei patientia per tẽpus centũ an
norũ:quibus arca eadem fabricata eſt.Nam eius etiã fabricatio quodãmodo prædicatio fuit:
Sicut modo ſimiles eorũ nõ credunt:q̃ ſub eadem forma ignorãtiæ tenebris velut carcere cõ
cludunt:fruſtra intuentes eccleſiã toto mundo conſtrui imminente iudicio tãq̃ diluuio: quo
Lucæ.17. tunc oẽs increduli perierunt.Ait quippe dñs:Sicut in diebus Noe:ita erit & in diebꝰ filii ho
minis.Manducabant:bibebant:nubebant:vxores ducebant:donec intrauit Noe in arcam: ve
nit diluuium & perdidit omnes.Sed quia ea res geſta etiam futurã rẽ ſignificabat:ideo ibi di
luuiũ & baptiſmũ ſignificauit fidelibus:& infidelibꝰ pœnã.Sicut in figura non rei geſtæ : ſed
tantũmodo dictę:qđ de lapide ſcriptũ eſt:quo ſignificatꝰ eſt Chriſtus:duo quędã prænũtiata
ſunt:& infidelibus offendiculũ/& fidelibꝰ ædificiũ.Aliquãdo aũt in eadẽ figura vel geſta vel
dicta:etiã duę res aliquid vnũ ſignificãt:ſicut fideles ſignificauerunt ligna q̃ in arcæ fabrica
coaptata ſunt:eoſdẽq; etiã aĩæ octo q̃ in eadẽ arca liberatæ ſunt:quomodo in illa euangelica ſi
militudine de ouili idem ipſe Chriſtus eſt & paſtor & ianua. Nec moueat ad impediendũ iſtũ C
intellectũ:ꝙ eundẽ Chriſtũ dixit apoſtolus Petrus prędicaſſe illis in carcere cõcluſis: q̃ quon
dã nõ crediderant in diebus Noe:vt ideo nõ arbitremur hoc intelligendum:quia illo tpe non
Baruch.3. dum venerat Chriſtus.Nõdũ eñ venerat ſcilicet in carne:ſicut venit qñ poſt hæc in terra vi
ſus eſt:& cum hominibꝰ cõuerſatus eſt. Veruntamẽ ab initio generis humani:vel ad arguen
dos malos:ſicut ad Cain:ac prius ad ipm̃ Adam vxorẽq; eius:vel ad cõſolandos bonos:vel ad
vtroſq; admonendos:vt alii ad ſalutẽ ſuã crederent:alii ad pœnã ſuã non crederent:ipſe vtiq;
nõ in carne:ſed in ſpiritu veniebat:viſis cõgruis alloquẽs quos volebat ſicut volebat. Q̃ autẽ
dixi:in ſpiritu veniebat:Et ipſe quidẽ filius in ſubſtantia deitatis:qm̃ corpus non eſt: vtiq; ſpi
ritus eſt.Sed quid facit filius ſine ſpiritu ſancto:vel ſine patre:cũ inſeparabilia ſunt oĩa opera
trinitatis?Ipſa quoq; ſcripturæ verba:de quibus agit:ſatis hoc vt puto indicant eis q̃ diligen
1.Petri.3. ter attendunt.Quia Chriſtus inquit ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt: iuſtus pro iniu
ſtis:vt nos adducat deo:mortificatus quidẽ carne:viuificatus aũt ſpũ.In quo & his q̃ in carce
re concluſi erant ſpiritibus adueniens prædicauit q̃ increduli fuerant aliquãdo:quando expe
ctabat dei patientia in diebus Noe cum fabricaretur arca.Iam vt arbitror attenditur forma
verborum:Chriſtus mortificatus carne:viuificatus aũt ſpiritu.In quo ſpiritu adueniens prę
dicauit & illis ſpiritibus q̃ increduli fuerant aliquando in diebus Noe:quoniã priuſq̃ veniret
in carne pro nobis moriturus:qđ ſemel fecit:ſæpe ante veniebat in ſpiritu ad quos volebat:vi
ſis eos admonens ſicut volebat : vtiq; in ſpiritu:quo ſpiritu & viuificatus eſt:cum in paſſione
eſſet carne mortificatus . Quid eſt enim ꝙ viuificatus eſt ſpũ:niſi ꝙ eadẽ caro qua ſola fuerat
mortificatus:viuificante ſpiritu reſurrexerit?Nã ꝙ fuerat anima mortificatus Ieſus: hoc eſt D
eo ſpiritu qui hominis eſt:quis audeat dicere:cum mors animæ non ſit niſi peccatum: a quo
ille omnino immunis fuit:cum pro nobis carne mortificaretur?Si enim omnium hominũ ani
Roma.5. mæ ex illa vna ſunt q̃ inſufflata eſt primo homini:per quem peccatum intrauit in mundum

& per peccatum mors: & ita in omnes homines pertransiit: Aut si non est inde anima Christi: quoniam nullum habuit omnino peccatum: vel originale: vel propriu: propter quod ei mors debita videretur, pro nobis eam quippe quã non debebat exoluit: in quo princeps mũdi mortis que praepositus nihil inuenit. Neque enim absurdum est: vt qui primo homini animam creauit: crearet & sibi. Aut si & ipa inde est eam suscipiendo mundauit: vt sine vllo prorsus peccato: vel perpetrato: vel traducto ad nos veniens de virgine nasceretur! Si autem animae non ex illa vna propagãtur: & sola ex Adam caro trahit originale peccatũ: ita sibi creauit animã dei filius: vt caeteris creat: quã nõ tñ carni peccati miscuit: sed similitudini carnis peccati. Suscepit enim ex virgine veram quidem carnis substantiam: nõ tamen peccati carnem: quia nõ ex carnali concupiscentia: siue seminatam siue cõceptam: mortalem sane ac per aetates mutabilem: tanq̃ carni peccati sine peccato simillimam. Ac per hoc quecũq; de anima opinio vera sit: quarum nullam temere affirmare adhuc audeo: nisi tantũ illã repudiare: qua creduntur animae pro meritis nescio quorũ superiorũ actuum suorum: singulae in singula corpora tanq̃ in carceres trudi: certe anima Christi non solum immortalis secundũ caeterarũ naturã: sed ea iam nullo mortificata peccato vel damnatione punita est: quibus duabus causis mors animae intelligi potest: & ideo nõ scdm ipam dici potuit Christus viuificatus spiritu. In ea te quippe viuificatus est in qua fuerat mortificatus. ergo de carne dictum est. Ipa em reuixit anima redeunte: quia ipa erat mortua anima recedẽte. Mortificatus ergo carne dictus est: quia secundũ solã carnẽ mortuus est: viuificatus aũt spiritu: quia illo spiritu operãte: in quo ad quos veniebat & praedicabat: etiã ipa caro viuificata surrexit: in qua modo ad hoies venit. Proinde etiam
E illud qd postea dictũ est de incredulis: q reddẽt rationẽ ei qui paratus est viuos & mortuos iudicare: nõ est consequens: vt eos hic intelligamus mortuos qui de corpore exierunt. Fieri em potest vt mortuos dixerit infideles: hoc est in anima mortuos: de qualib⁹ dicit: Dimitte mortuos vt sepeliant mortuos suos: Viuos aũt q credũt in eum nõ frustra audiẽtes: Surge q dormis & exurge a mortuis: & illuminabit te Christus. De qualibus etiã ipe dñs dicit: Venit hora & nũc est quãdo mortui audient vocẽ filii dei & qui audierint viuent. Proinde etiã qd sequitur & dicit Petrus: Propter hoc & mortuis euãgelizatũ est: vt iudicẽtur quidẽ scdm hoies in carne: viuãt aũt scdm deũ spiritu: nõ cogit apud inferos intelligi. propterea em in hac vita & mortuis euangelizatũ est: id est infidelibus & iniqs: vt cũ crediderint: iudicent quidẽ secũdũ homines in carne: hoc est in diuersis tribulationib⁹: & in ipa morte carnis. Vnde idem apostolus alio in loco dicit: tempus esse vt iudiciũ incipiat a domo dñi: viuant aũt scdm deũ spiritu quia & in ipo fuerant mortificati cum morte infidelitatis & impietatis detinerent. Haec expositio verborũ Petri cui displicet: vel cui etiã si nõ displicet: nõ tamẽ sufficit: quaerat ea scdm inferos intelligere: qui si valuerit illa quibus me moueri supra cõmemoraui ita soluere vt eorũ auferat dubitationẽ: impartiat & mihi. Qd si factũ fuerit: poterunt illa verba vtroque modo intelligi: ista sententia de nulla falsitate cõuincit. Ad illas aũt quaestiones quas ante misisti: excepta dei visione per corpus: vnde maius opus moliendum est: vt potui respõdi: & per Asellum diaconum misi: quod te accepisse iam puto. In recenti aũt cõmonitorio tuo cui nũc respondi: duo quaesieras: quorum vtrumque tractatũ est: vnum latius: alterum breuius: de Petri scilicet apostoli verbis: & de anima domini. Exemplum sane literarum tuarum quae continent interrogationem: vtrum dei substantia corporaliter velut in loco videri possit: & apud nos nescio quomodo aberrauerint: nec inueniri cum diu quaererentur potuerunt: iterum admoneo mittere ne graueris.

Matth.8.
Ephe.5.
Ioan.5.
1.Petri.4.
Vbi supra.

Sancti Augustini ad Euodiũ: sibi fratrẽ Barbarũ cõmendantis. Et simul iuxta priora interrogata de egressu aiae a corpore queadmodũ ad corporalia loca ferri possit: vel locis corporalibus detineri: determinantis. Epistola.C.

F 

Omino beatissimo & venerabili fratri ac cõsacerdoti meo Euodio & tecũ fratrib⁹: Augustinus & mecum fratres i domino salutem. Frater iste noie Barbarus seruus dei est: iam diu apud Hipponẽ cõstitutus: & verbi dei feruidus ac studiosus auditor: desyderauit ad tuã sanctitatẽ lras nras: in quibus tibi eũ in dño cõmendamus: tibique per eũ salutẽ debitam dicimus. Literis aũt sanctitatis tuae quib⁹ ingentes texuisti quaestiones: respõdere operosissimũ est: etiã otiosis & multo maiore q̃ nos sumus praeditis facultate disserẽdi & acrimonia intelligẽdi. Duarũ sane eplarũ tuarũ: quib⁹ multa & magna congeris: Vna

expertis: quasi definitam ferre sententiam cum continua & quotidiana non soluat? Ego autē q̄uis quomodo fiant ista veluti corporea sine corpore: verbis prorsus explicare nō possum: tamen sicut scio non ea corpore fieri: vtinam sic scirem quomodo discernerentur quæ videntur aliquando per spiritum: & per corpus videri putantur: quomodo distinguantur visa eorum: quos error vel impietas plerūq; deludit: quando visis piorum atq; sanctorum similia plæraq; narrantur. quorum exēpla si cōmemorare voluissem: tēpus mihi potius q̄ copia defuisset. In dñi misericordia vegeteris dñe beatissime & venerabilis & desyderabilis frater.

Sancti Augustini ad Euodium: de difficultate ad importunas singulorum q̄stiones respō dendi præmittentis: Vtrum etiam anima præsens sit cum in somnis videat: & vtrum oculis corporeis filius patrem videat: aliquid tractantis. Epistola.CI.

I Omino beatissimo & venerabili fratri & coepiscopo Euodio & tecum fratribus: Augustinus & mecū fratres in domino salutem. Multa quæris ab hoīe multum occupato: & qđ est grauius / ea putas præcipitari debere dictando q̄ sunt tā difficilia: vt cū magna diligētia dictata vel scripta vix pduci possint ad intellectum: etiam talium qualis ipse es. Huc accedit: quia non tu & tales tantūmodo cogitādi estis lecturi esse qđ scribimus: sed vtriq; & illi qui minus acuto minusq; exercitato ingenio præditi: eo tamen studio ferūtur ad cognoscendas literas nostras: siue amico siue inimico animo: vt eis subtrahi omnino nō possint. Ista cogitanti cernis quāta cura in scribendo esse debeat: præsertim de rebus ita magnis: vt in eis & magni laborēt. Si aūt cum aliquid in manibus habeo prætermittēdū est & differēdum: vt ad ea potius respondeatur quæ supuenientia requiruntur: quid fiet si etiam ipsis dū respondetur alia superuenerint? Nam placet vt etiam his omissis illa suscipiantur: & semper priora fiant: quæ posteriora oboriūtur: eaq; sola terminare contingat: quibus cum scribūtur non superuenerit aliquid qđ quæratur. Qđ vt mihi accidat difficillimū est: sed non opinor tibi hoc placere. Nō ergo debui alia interrumpere cum tua superuenissent: sic nec tua si alia rursus irruerent: & tamen seruare hanc iustitiam non sinor. Nam ecce vt tibi hæc ipsa rescriberē intermisi quæ agebam: & animum meum ad hanc epistolam: ab alia magna intētione detorsi. Facile autem fuit hanc excusationem vt arbitror non inquā literis inditam tibi remittere: re- 2 Retra. ca, spōdere autem inquisitionibus tuis non ita facile est. Et puto in ipsis opusculis quæ me nunc 15.&.24. intentissimum detinent: nō defutura quædam loca vbi hęc ipsa expediam quæ requiris: si do minus fauerit. Iam etiam ex his quæstiōibus quas modo misisti: multa soluta sunt in eis libris quos nōdū edidi: siue de trinitate: siue de Genesi: q̄q̄ & illa si relegas quæ tibi iādiu nota sunt 1.Retrac. 7. vel nisi fallor fuerunt: quia ea fortasse oblitus es quæ te conferente mecū ac sermocinante cō- &.8. scripsi: siue de animę quātitate: siue de libero arbitrio: inuenies vnde dissoluas & sine mea ope- 1.Retrac. 12. ra dubitationes tuas: adhibito scilicet nōnullo labore cogitationis: vt his quæ ad intellectum liquidum certumq; perducta sunt consequentia nectantur. Habes etiam in libro de vera religiōe: quem si recoleres atq; perspiceres: nunq̄ tibi videretur ratione cogi deum esse: vel ratiocinando effici deum esse debere. Quandoquidem in ratione numerorū: quā certe in vsu quotidiano habemus si dicimus septem & tria decem esse debent: minus consyderate loquimur: non eñ decem esse debent: sed decem sunt. De quibus itaq; rebus recte dicatur: q; esse debeāt: siue iam sint: siue vt sint: satis quantum arbitror disputauimus in eis libris quos cōmemoraui. Homo eñ sapiēs esse debet: si est vt maneat: si nondum est vt fiat: deus autem sapiens non

K esse debet: sed est. Illa quoq; de visis quæ tibi nuperrime scripsi: & ea cōmemoras subtiliter dicta: sed maioribus te quæstionibus implicasse: recense etiam atq; etiam: & cogita diligētius non pertranseat: sed habitet in eis consyderatio tua: & inde fortasse vtcunq; conicies: quomodo sit anima pręsens vel absens. In eis quippe visis demoratur in somnis: cum abest a sensu pręsentiaq; cernendi quā præbet oculis vigilans: hanc ab oculis: hoc est tanq̄ a luminaribus corporis animę absentiā quę fit cum dormimus: si vis maior augeat vt totum qđ est inde subtrahatur: mors est. Sicut ergo a cernendi sensu ad visa somniorum: nō cum aliquo corpore abscedit: nisi forte illa quæ videntur in somnis / corporea: nosq; ipsos inter illa ferri ac referri cum aliquo corpore existimabimus: qđ iam tibi arbitror nō videri: Ita si tota penitus abstrahatur atq; absit: qđ fit in morte: non secum putāda est auferre aliqđ corpus ex corpore. Nam si auferret: pfecto etiā cū dormimus: & abscedit ab oculis: inquātum eos relinquit: intantum oculos secum auferret: q̄libet subtiliores: corporeos tamē: qđ non facit: verūtamen aufert secum

quosdam simillimos:sed nõ corporeos:quibus visa simillima cernit in somnis:sed nec ipsa cor porea.Porro si aliquis concedat etiam visa somniorum:quæ similia corporibus apparent:non esse nisi corporea:videatur sibi aliquid dicere:nec ista ingenii tarditas facile cõuincitur. Mul torum quippe est etiam non mediocriter acutorum:quoniam parum attendunt quantum vi deant imagines corporum: quæ fiunt in spiritu:nec omnino sunt corpora. Cum vero eas co guntur intueri:si recte aduerterint atq; compererint:non eas esse corporeas: sed corporum si millimas:rationem tamen de his non continuo valent reddere: quibus causis & quemadmo dum fiant:qua deniq; natura sua subsistant:vel in quo subiecto sint:vtrum ita in animo fiant vt in membrana ex atramento litteræ: vbi vtraq; substantia est & membrana scilicet & atra mentum:an sicut sigillum in cæra:vel figura quælibet cui cæra subiectum est illa in subiecto an vtroq; modo fiant ista in spiritu nostro: aliquando sic: aliquando autem sic. Mouent enim non solum ea: quæ absunt a sensibus corporis: & in nostra reperiũtur memoria: vel quæ nos ipsi vt libitum est:facimus:disponimus:augemus:minuimus:situ:habitu: motu:innumerabi libus qualitatibus formisq; variamus. Talia sunt fortassis etiam illa quibus deludimur dor mientes:quando nõ diuinitus admonemur: nisi q; hæc volentes agimus: illa præter arbitriũ patimur.Non solum hæc mouent: quæ in animo de ipso animo fieri non absurde quis putat: L
q̃uis & hoc causis occultioribus:quibus agitur vt istud potius q̃ illud in conspectu animi ve niat:sed etiam quod ait propheta:Et dixit mihi angelus qui loquebatur in me.Neq; enim fo

Zachariç.1. rinsecus voces ad aures corporeas prophetæ venisse credendum est:cum dicit:loquebatur in me:non ad me: vtrum voces erant de spiritu factæ corporalibus similes: quales agimus cum apud nos taciti multa memoriter:plæruncp etiam cantando transcurrimus:sed tamen editæ

Matth.1. ab angelo sibi suggerente:& qđ in euangelio scriptũ est: Ecce angelus dei apparuit illi in som

Geñ.18. nis dicens: Quomodo enim apparuerit vel corpus angelicum oculis clausis? Abrahæ quippe vigilanti sic apparuerunt:vt eos cum pedes lauit eis/contrectando sentiret:vel spiritus spiri tum dormiẽtis in specie aliqua simili corpori:sicut nos ipsi nobis videmur. Tali figura etiam per loca moueri somniales:longe aliter q̃ membra in stratis iacentia:mouent hæc:& ideo mi ra sunt:quia occultiorem habent rationem q̃ videri vel reddi ab homine homini possit.Nam istæ causæ sunt admirationis:cum vel ratio cuiusq; rei latet: vel eadem res vsitata non est: q; aut singularis:aut rara est.Ex illa ergo causa latentis rationis:ego dixi in epistola:quam te le gisse commemoras: cum eis responderem qui negant esse credendum: q; christum virgo pe pererit:virgo permanserit.Si ratio quæritur:non erit mirabile:hoc enim dictum est:non q; ra

Matt. 8. tione res careat:sed q; eos lateat:quibus hoc deus voluit esse mirabile. Ex alia vero admiratio

Luc.7. nis causa:quæ ideo est quia insolitum aliquid occurrit: scriptũ est de domino: q; miratus sit Centurionis fidem:Neq; enim eũ rei nullius ratio potuit latere:sed admiratio pro laude po sita est eius cuius par in populo hebræo non apparuerat. Vnde ipsa admiratio satis exposita est:cum dominus ait: Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in israel.Qđ autem adieci in eadem epistola: Si exemplum poscitur:non erit singulare: frustra tibi visus es velut exem M pla inuenisse de vermiculo qui in pomo nascitur: & aranea quæ filum textrinæ suæ corpore velut integro parit.Dicuntur enim aliqua argute cuiusdam similitudinis gratia:alia remo tius:alia congruentius:sed solus Christus natus est ex virgine:vnde iam intelligis quantum æstimo cur hoc esse dixerim sine exemplo. Habẽt itaq; omnia causas suas atq; rationes rectas & inculpabiles: quæ deus vel vsitata vel inusitata operat. Sed hæ causæ atq; rationes cum la tent:miramur q̃ fiunt:cũ autẽ patent:consequẽter ea vel cõuenienter fieri dicimus:nec mirã dum esse:quia facta sunt:quæ ratio exigebat vt fierent: Aut si miramur:non inopinata stupẽ do:sed excellentia laudando miramur.Quo genere admirationis Centurio ille laudatus est: Nec ideo reprehendenda est sententia qua dictum est:Si ratio quæritur non erit mirabile:qm est aliud genus admirationis etiam cum ratio manifesta est admiranti. Neq; enim propterea culpatur sententia qua dictum est:Deus neminem tentat:quoniã est aliud genus tentationis

acobi.1. propter qđ recte itidem dictum est: Tentat vos dominus deus vester. Nec quisq̃ existimet

Deut.13. ideo merito posse dici:corporeis oculis a filio patrem videri:an nõ potius sicut a patre filium? N quia illi q hoc putant:cũ in reddenda ratione defecerint:possunt & ipsi dicere:si ratio quærit nõ erit mirabile:hoc eñ dictũ est:nõ qa nõ est ratio:sed quia latet.Illius aũt nõ miraculi:sed er roris demõstrare debet nullã esse rationẽ quisqs id opinãtes repellere aggredit.Sicut eñ nul la ratio est qua dei natura moriat:aut corrumpat:aut peccet:& cũ hoc deũ nõ posse dicimus:

non derogamus potestati eius:sed æternitatem veritatemq; laudamus:Ita cum dicimus non posse videri oculis corporis:non latet sed patet ratio bene intelligentibus: qua perspicuum est deum corpus nō esse:nec aliquid corporeis oculis cerni posse: nisi qd alicuius interualli inter positione cernat.Id autē non nisi corpus esse:eamq; substantiā quæ minor sit in parte q̄ in toto:qd de deo credere nefas esse debet:etiā his qui hoc intelligere nondū valent:latet ratio diuersarum cōmutationū.Hinc est omniū visibiliū sylua miraculorū.Nunquid tamē ideo latet esse corpora:habere nos corpus:nullū esse quantulūcūq; corpusculū qd nō pro suo modo loci occupet spacium?Nec in eo qd occupat vbiq; sit totum:sed minus sit in parte q̄ in toto?Hæc qm̄ non latent:his cōtexenda sunt cōsequentia:qd nunc facere nimis longū est:quibus ostendatur non rationē latere:sed rationem omnino nullā esse:qua credi debeat:vel possit intelligi deum qui vbiq; totus est:per spacia locorq; corporea mole diffundi: in qua necesse habeat partibus maioribus minoribusq; cōstare:cerni corporeis oculis posse. Vnde plura dicerē si hoc in epistola ista suscepissem:in cuius longitudinē nō sentiens progressus sum pene oblitus occupationum mearū:Ita vt fortasse qd nō arbitrabar attentioni tuæ satisfecerim:qui potes paucis admonitus plura cogitare quæ cōperunt.Sed nō etiam eorq; in quorū manus nō inaniter venire ista possunt:si diligentius & copiosius differant. Laborāt aūt hoīes in discendo: qui & breuia non valent intelligere: prolixa non amant legere. Laborant itidem in docendo: qui & pauca tardis: & multa pigris frustra ingerunt. Mitte & illius epistolæ exemplum quæ apud nos aberrans non potuit inueniri.

Sancti Augustini ad Euodium de trinitate/& columba qua spiritussanctus demonstratus est differentiis. Epistola.CII.

O

AVgustinus episcopus:Euodio episcopo.Si ea quæ me magis occupāt: a quibus in aliud auerti nolo:sanctitas tua nosse tāti habet: mitte aliquē qui tibi describat. Iam enim plura perfecta sunt quæ hoc anno ante pascha propinquante quadragesima a nobis fuerāt inchoata.Nam tribus illis libris de ciuitate dei contra dæmonicolas inimicos eius: duos alios addidimus:quib⁹ quinq; libris satis disputatū arbitror aduersus eos:qui ꝑpter præsentis vitæ felicitatē deos colendos putant: eamq; felicitatem a nobis impediri opinantes christiano nomini infesti sunt.Deinceps dicendū est:sicut primo libro polliciti sumus aduersus eos qui ꝑpter vitam post mortē futuram necessariū existimant cultū deorū suorū: propter quā vitam nos christiani sumus.Dictaui etiā trium psalmorq; expositionē:non paruis voluminibus: sexagesimi & septimi:septuagesimi & primi: septuagesimi & septimi. Reliqui nondum dictati neq; tractati vehementer a nobis expectanē atq; flagitantur:ab his me reuocari & retardari irruentibus de trausuerso quibuslibet quæstionibus nolo: ita vt nec libros de trinitate quos diu in manibus verso:nondum compleui:modo attendere velim: qm̄ nimis operosi sunt:& paucis eos intelligi posse arbitror:vnde magis vrgent quæ pluribus vtilia fore speramus.Non em̄ vt scribis qui ignorat ignorabitur. De hac re dixit apostolus: tanq̄ ista pœna ille plectendus sit:qui non valet intelligentia sic discernere ineffabilē trinitatis vnitatē sicut discernit in animo nostro memoria:intellectus:volūtas. Aliunde hoc dicebat apostolus Lege & videbis ea quæ loquebatur: quæ fidem vel mores multorq; ædificarent:nō quæ vix ad paucorū eamq; exiguā quātulacūq; in hac vita de re tanta esse pōt:intelligentiā peruenirent:id est vt linguis ꝑphetia ꝑponeret:vt nō perturbate illa gerenē quasi ꝑphetię spiritus etiā inuitos loqui cogeret:vt mulieres in ecclesia tacerēt:vt oīa honeste & secundū ordinē fierēt. Hæc cū ageret ait: Si quis videtur esse ꝑpheta aut spiritalis:agnoscat quæ scribo vobis: quia dn̄i est mandatū.Si quis autē ignorat ignorabitur.His verbis coercens:& ad pacificū ordinem reuocans inquietos:tanto ad seditionē faciliores:quanto sibi videbātur spiritu excellere:cū superbiendo cuncta turbarent.Si quis ergo videt propheta esse aut spiritalis:agnoscat inquit quæ scribo vobis:quia domini est mādatum: Si quis videtur esse & vtiq; non est. Nam qui est sine dubitatione cognoscit:nec admonitione & cohortatione opus habet:quia omnia iudicat:& a nemine iudicatur. Illi ergo seditiones & perturbationes in ecclesia faciebant: qui videbantur esse in ecclesia qd non erant. Hoc docet cognoscere domini esse mandatū:quia non est seditionis deus:sed pacis.Si quis autē ignorat ignorabitur: id est improbabitur. Non em̄ deus:si ad scientiam referas:ignorat eos quib⁹ dicturus est:Non noui vos:sed eorū improbatio hoc verbo insinuata est. Cum autē dominus dicat: Beati mundo corde qm̄ ipsi deum videbunt:eaq;

Marginalia: 2.Retra.43. — 1.de Ciuitate dei.c.36. — 2.Retra.15. — 1.Cor.12. — Vbi supra. — 1.Cor.14. — Matth.5.

P

Q

visio nobis in fine summũ præmiũ pmittatur: omnino est metuendũ si nunc ad liquidũ quæ de dei creatura credimus cõspicere nõ valemus: ne inde fit dictum: Qui ignorat ignorabitur
i.Cor.i. Quia em̃ in sapientia dei nõ cognouit mundus per sapientiã deum: placuit deo per stultitiã prædicationis saluos facere credentes. Hæc stultitia prædicationis ac stultitia dei quæ sapiẽtior est hominibus: multos contrahit ad salutem: vt non solũ qui nondum certa valent intelligentia cõspicere naturã dei quã fide tenent: verũetiam qui nondũ in ipsa anima sua ita corpoream substantiã a corporis generalitate discernũt queadmodũ certi sunt se viuere nosse vel: ideo sint alieni a salute quã stultitia illa prædicationis fidelibus cõfert. Nã si ppter eos solos Christus mortuus est q certa intelligẽtia possunt ista discernere: pene frustra in ecclesia laborem. Si autẽ qd veritas habet infirmi populi credentiũ ad medicum currunt sanãdi per Christum: & hunc crucifixũ: & vbi abundauit peccatũ superabundet gratia: miris fit modis per altitudinẽ diuinam sapiẽtiæ & scientiæ dei: & per inscrutabilia iudicia eius: vt & nõnulli a corporibus incorporea discernẽtes: cũ sibi ex hoc magni videnť: & irrident stultitiã prædicationis: qua salui fiunt credẽtes: ab vnica via lõge exirent: quæ ad vitã æternã sola pducit: & multi in cruce iusti gloriãtes: & ab eadẽ via recedẽtes: etiã q ista quæ subtilissime disseruntur ignorãt: quia nõ perit vnus ex illis p quibus mortuus est: ad eandẽ veritatẽ perueniũt: veritatem: charitatẽ: id est ad stabilem certã plenãq felicitatem: vbi manẽtibus: videtibus: amãtib[9] sint cuncta perspicua. Proinde in vnũ deum patrẽ: & filiũ: & spiritũsanctum: firma pietate credamus: Ita vt nec filius credať esse qui pater est: nec pater qui filius est: nec pater nec fili[9] qui vtriusq spiritus est. Nihil puteť in hac trinitate tẽporibus locis ve distare: sed hæc tria æqualia esse & coæterna: & olno esse vna natura: nõ a patre aliam: & a filio aliam: & a spiritusancto aliam conditã esse creaturã: sed omnia & singula quæ creata sunt vel creantur trinitate creãte subsistere: nec queq̃ liberari a patre sine filio & spiritusancto: aut a filio sine patre & spiritu sancto: aut a spiritusancto sine patre & filio: sed a patre & filio & spiritusancto: vno vero vereq immortali: id est omnimodo incõmutabili solo deo. Multa aũt etiã separatim in scripturis de singulis dici: vt insinueť q̃uis inseparabilis trinitas: tamen trinitas: vt queadmodũ simul dici nõ possunt cũ sonis corporalibus cõmemorãtur: q̃uis simul sint inseparabiliter: ita & quibusdam scripturarũ locis: & per quasdã creaturas sigillatim vicissimq monstreť. Sicut pater in voce qua sonuit: Tu es filius meus: & filius in hoie quẽ suscepit ex virgine: & spiritussanctus in columbæ specie corporali: hæc separatim quidẽ: sed nullo modo separata tria illa demonstrant. Ad hoc vtcunq intelligendũ assumimus memoriã: intelligentiã: voluntatem. Quis enim hæc suis separatisq tẽporibus sigillatim singula enuntiemus: nihil tamẽ horũ sine aliis duobus agimus vt dicamus. Nec ideo putanda sunt hæc tria trinitati sic cõparata: vt omni ex parte cõueniant. Cui em̃ similitudini in disputando cõuenientia tanta cõceditur: vt ei rei cui adhibenda est omni ex parte coaptetur: vel quãdo ex creatura ad creatorẽ aliquid simile assumitur? Primo ergo inuenitur similitudo dissimilis: q tria hæc memoria: intelligentia: voluntas: animæ insunt: non eadẽ tria est anima. Illa vero trinitas nõ inest: sed ipsa deus est: Ideo ipsa mirabilis simplicitas cõmendatur: quia non ibi aliud est esse: aliud intelligere: vel si quid de dei natura dicitur. Anima vero quia est etiam dum nõ intelligit: aliud est quidẽ esse: aliud est qd intelligit. Deinde quis audeat dicere patrẽ non intelligere per seipsum: sed per filium: sicut memoria nõ intelligit per seipsam: sed p intellectũ: vel potius anima ipsa cui hæc insunt per intellectum tantũmodo intelligit: sicut per memoriã tantũmodo meminit: & per voluntatem tantũmodo vult? Ad hoc ergo adhibetur ista similitudo: vt quoquo modo intelligať queadmodũ horum trium in anima cũ singula noia enuntianť: quibus eadem singula demõstrantur: tamẽ vnũquodq nomẽ his tribus cooperãtibus enuntiať: cũ & reminiscẽdo & intelligendo & volendo dicitur: ita nullã esse creaturã in qua vel solus pater: vel solus filius: vel solus spiritussanctus demonstreť: quã nõ simul trinitas opereť: quæ inseparabiliter operať: Ac per hoc nec vocẽ patris: nec animã & carnẽ filii: nec columbã spiritussancti esse factã: nisi eadẽ cooperante trinitate. Nec sane sonus ille vocis q cõtinuo esse destitit: coaptatus est in vnitatẽ personæ spiritussancti. Nã ipsa quoq sicut nubes illa illucida quæ operuit in mõte cũ tribus discipulis saluatorẽ: vel potius sicut ille ignis q eundẽ spiritũsanctum demõstrauit officio significationis impleto mox esse desinit: sed solus homo q ppter ipsam naturã liberandã illa oĩa fiebat in vnitatẽ psonę verbi dei: hoc est vnici filii dei mirabili & singulari susceptiõe coaptatus: pmanẽre tamẽ verbo in sua natura incõmutabiliter: in qua nihil cõpositi cũ quo subsistat


T vlla phantasia humani animi suspicandā est. Legitur quidē: Et spiritus sapiētię multiplex: sed recte dicit etiā simplex. Multiplex em: quoniā multa sunt q̄ habet. Simplex aūt: quia nō aliud q̄ qd habet est. Sicut dictus est filius habere vitā in semetipso: & eadē vita ipse est: homo autē verbo accessit: nō verbū in hominē cōuertibiliter accessit: atq; ita & filius dei simul cum hoīe suscepto dicit: vnde idem filius dei incōmutabilis est atq; coæternus patri: sed in verbo solo: & sepultus est filius dei: sed in carne sola. Proinde quæ de filio dei verba dicunt: videndum est secundū quid dicant. Non em hoīe assumpto psonarum numerus auctus est: sed eadē trinitas mansit. Nam sicut in hoīe quolibet præter vnū illum qui singulariter susceptus est: anima & corpus vna psona est: ita in Christo verbū & homo vna psona est. Et sicut homo (verbi gratia) philosophus nō vtiq; nisi secundū animā dicit: nec ideo tñ absurde / sed cōgruentissima & vsitatissima locutione dicimus philosophū cæsum: philosophū mortuū: philosophū sepultū: cū totū secundū carnē accidat: nō secundū illud q̄ est philosophus: ita Christus deus dei filius: dominus gloriæ: & si quid huiusmodi: secundū verbū dicitur: & tamē recte dicit: deus crucifixus: cū hoc eum secundū carnē passum esse: nō secundū illud q̄ dñs gloriæ est: non habeat incertum. Sonitus aūt ille vocis: & colūbæ species corporalis: & linguæ diuisæ velut ignis: q; insedit sup vnūquēq; eoꝝ: sicut illa in monte Sina quæ terribili specie facta sunt: & sicut colūna illa nubis per diem: & flammæ per noctē: significatiua operatiōe acta atq; transacta sunt. Illud in his maxime cauendū est: ne cuiq; dei natura vel patris vel filii vel spiritussancti / cōmutabilis & cōuertibilis esse credatur. Nec moueat: q; aliquādo res quæ significat: nomē eius rei quā significat accipit. Spiritussanctus dictus est corporali specie tanq̄ columba descendisse & mansisse sup eum. Sic em & petra Christus: quia significat Christum. Miror aūt tibi videri sonitū vocis illius qua dictū est: Tu es filius meus: nō mediāte anima: sed diuino nutu sola corporali natura sic fieri potuisse: & nō tibi videri eodē modo potuisse fieri animantis cuiuslibet speciē corporalem motūq; viuenti similē diuino nutu: nullo animali interposito spiritu. Si em obtēperat deo creatura corporea sine viuificātis animæ ministerio: vt edant soni quales edi ex corpore animato solent: vt forma locutionis articulatæ auribus inferat: cur nō obtēperet vt sine animæ viuificātis ministerio figura motusq; volucris / eadē potētia creatoris ingerat aspectibus? An sensus audiendi hoc mereri potest: vidēdi nō potest: cum ex iacenti materia corporis vtrunq; formetur: & qd insonat: & vocis articuli: & liniamenta membrorum: & audibilis & visibilis motus: vt & verum sit corpus qd sentitur corporis sensu: & nihil sit amplius q̄ sentitur corporis sensu? Anima em in illo sensu corporis: vel in aliquo animāte sentit. Nō igitur est opus quærere quō apparuerit colūbæ species corporalis: si non quærimus quō sonuerint voces articulati corporis. Si em potuit anima nō esse media: vbi vox nō quasi vox dicit facta: quātomagis potuit vbi dicit colūba: hoc verbo significatū solam speciē corporalē oculis redditam nō naturā viuentis animātis expressam? Hoc modo etiam illud dicit: Factus est subito de cælo sonus quasi ferrent flatus vehemēs: & visæ sunt illis linguæ diuisæ velut ignis: vbi dicitur species quædam quasi flatus: & velut ignis sensibilis vsitatis similis notisq; naturis: non ipsę vsitatæ notæq; naturæ ad tēpus factæ significari videntur. Si autē subtilior ratio vel excellentior rei vestigatio demonstrat eam naturā: quæ nec tēporaliter: non localiter mouetur: non moueri nisi per illam quæ temporaliter tñ non localiter moueri potest: consequens erit vt omnia illa per ministeriū creaturæ viuentis effecta sint: sicut per angelos fiunt. Vnde diligentius disserere & longū est: & nō necessariū. Huc accedit: quia nō sunt visiones quæ apparent spiritui tanq̄ corporis sensibus: nō solum dormientibus vel furētibus: sed aliquādo sanæ mentis vigilantibus: nō per fallaciā illudentium dæmonū: sed per aliquā reuelationē spiritalē quæ fit per formas incorporeas corporibus similes: quæ discerni omnino nō possunt: nisi diuino adiutorio plenius reuelent: & mentis intelligentia diiudicētur: vix aliquādo cum fuerint: sed plærūq; postea cū transierint. Quæ cū ita sint: siue in naturis corporeis: siue sola specie corporali: natura aūt spiritali nostro spiritui tanq̄ sensibus corporis apparere videatur: quando hæc sacra scriptura cōmemorat: cuius istorū duorū generis sint: & vtrū mediāte viua creatura fiant si corpore fiunt: iudicare temere nō debem⁹: dum tamē creatoris: hoc est summæ atq; ineffabilis trinitatis: inuisibilē: incōmutabilēq; naturā: & a mortaliū carnaliū sensibus: & ab omni cōuertibilitate: siue in melius: siue in deterius: siue in quodlibet aliud, atq; aliud remotam atq; discretā: vel sine vlla dubitatiōe credam⁹: vel qualicūq; etiā intelligentia capiamus.

Y Hæc tibi de duabus quæstionib⁹: hoc est de trinitate: & colūba: in qua spiritussanctus nō sua

Sap.7. Luce.3. Act.2. Exo.19. Exo.13. Act.2.

natura:sed significatiua specie demõstratus est:sicut & fili⁹ dei: nõ sua natiuitate:de qua pa
Psal.109. ter dixit:Ante luciferũ genui te:sed in hoie suscepto ex vtero virginis a iudæis crucifixus est
iudæis:q̃ otiose ego tñ occupatissim⁹ scribere potui.Nec putaui oĩa ptractãda q̃ posuisti in li
teris tuis:verũ ad illa duo q̃ ex me audire voluisti:me respõdisse: etsi nõ sufficienter auiditati
tuæ:tñ charitati obediẽter existimo.Præter aũt illos duos libros quos trib⁹ me adiunxisse su
pra cõmemoraui:& triũ psalmoꝝ expositionẽ:scripsi etiã librũ ad sanctũ presbyterũ Hierony
2.Retra.4.5 mũ:de animæ origine cõsulens eũ:quomõ defendi possit illa sentẽtia:quã religiosæ memoriæ
Marcellino suã esse scripsit:singulas animas nouas nascentib⁹ fieri:vt nõ labefactet fundatis
sima ecclesiæ fides:qua incõcusse credim⁹:q in Adã oẽs moriunt:& nisi Christi gratia liberẽ
tur:q p sui sacramentũ etiã in paruulis operat:in condẽnationẽ trahunt.Scripsi aliũ ad eun
Iacobi.2. dem:quõ illi videat accipiendũ esse:qđ scriptũ est in eplã Iacobi:Quicũq; aũt totã legẽ serua
2.Retra.4.5 uerit:offendat aũt in vno:factus est omniũ reus.Sed in hoc dixi etiã qđ mihi videat. In illo au
tem de animæ origine tm̃ qđ ei videat cõsultatoria quadã disputatiõe quæsiui. Occasionem
quippe cuiusdã sanctissimi & studiosissimi iuuenis pſbyteri Orosii:q ad nos ab vltima hispa
nia:id est ab oceani littore solo sanctaꝝ scripturarũ ardore flãmatus aduenit: amittere nolui.
Cui vt ad illũ quoq; pgeret psuasi.Huic etiã ipsi Orosio ad quędã iterrogata:q illũ de Priscil
lianistarũ hæresi:& de Origenis quibusdã opinionib⁹ quas nõ recipit ecclia:pmouebãt:vno li
bro nõ grãdi quãta potui breuitate & pspicuitate respõdi. Scripsi etiã grãdem quẽdam librũ
aduersus Pelagii hæresem cogentib⁹ nõnullis fratribus:quibus cõtra gratiã Christi opinio
nem pniciosissimã ille psuaserat.Hæc oĩa si habere volueris:aliquẽ mitte qui tibi cuncta descri
bat.Me aũt pmitte his vacare quærendis atq; dictandis.Quæ qm̃ multis sunt necessaria:præ
ponenda esse arbitror:valde ad paucos pertinẽtibus inquisitionibus.

Sancti Augustini ad Quintianũ:illi Gallã viduã & filiã ei⁹ Simpliciolã virginẽ cõmendã
tis:& p eas reliquias sancti Stephani sibi transmisisse pfiteris. Epistola.CIII.



Omino beatissimo & merito venerabili fratri & coepõ Quintiano:Augu
stin⁹ in dño salutẽ.Honorabiles dei famulas:& pcipua mẽbra Christi:Gal
lam viduã sancti ppositi:& eius filiã Simpliciolã virginẽ sacrã:matri æta
te subditã:sanctitate plãtã:quas verbo dñi aluim⁹ vt potuim⁹: veneratiõi
tuæ in Christi dilectiõe cõmẽdo:& tanq̃ mea manu p hac eplãm trado cõ
solãdas:& in oĩb⁹ adiuuãdas:q̃ vtilitas earꝝ vel necessitas postulat. qđ & si
ne mea cõmẽdatione pculdubio faceret sanctitas tua. Si eñ nos pter supnã hierusalẽ:cuius
nos oẽs ciues sumus:& in qua cõcupierũt habere excellentioris sanctitatis locũ: non solum ci
uium:verũetiam fraternũ eis debemus affectũ:quãtomagis nos apud quos earũ etiã carnalis
est patria:in qua sæcularẽ nobilitatẽ p Christi amore cõtemnunt dñæ illæ: officiũ quoq; sa
lutationis per illas meũ ea charitate peto digneris sumere:q̃ direxi:& meminisse in orationib⁹
tuis. Portant sane reliquias beatissimi & gloriosissimi martyris Stephani quas non ignorat
sanctitas vestra:sicut & nos fecimus:q̃ conuenienter honorare debeatis.

Sancti Augustini ad Sixtũ pſbyterum:q pniciosum dogma Pelagianoꝝ: de gratia dei:li
teris suis dulcissimis ppalauerit:congratulantis.Et ad p hanc hæresim læsoꝝ vulneribus re
medium adhibendum & medelam:exhortantis. Epistola.CIIII.



2.Retra.4.2 Omino venerabili & ĩ Christi charitate suscipiẽdo sctõ fratri & cõpſbyte
ro Sixto:Augustin⁹ ĩ dño salutẽ.Ex quo hipponẽ lrãe benignitatis tuæ p san
ctũ fratrẽ nostrũ Firmũ pſbyterũ directę me absente venerũt:postea q̃ illas
cũ remeassem:q̃uis iã ide pfecto eaꝝ platore legere potui: hæc pria eadeq;
gratissima rescribẽdi occurrit occasio p dilectissimũ filiũ nostrũ Albinum.
Q: aũt qbus simul scripsisti:tũc nõ eram⁹ simul:ideo factũ est vt singuloꝝ
singlos nõ vnã amboꝝ eplãm sumeres. A me qppe digressus ẽ plator hui⁹:p venerabilẽ fratrẽ
& coepm meũ Alipiũ q tuæ sanctitati aliã rescriberet trãsitur⁹:ad quẽ etiã ipsas quas ego iã le
gerã lrãs tuas ipe portauit. Quę nos quãta lętitia pfuderit:qđ hõ nĩtãt loqui qđ nõ põt eloq;
nec teipm̃ satis nosse arbitror.Sed nobis crede quãtũ boni feceris talia nobis scripta mittẽdo.
Sicut eñ tu testis es animi tui:ita nos nr̃i:quẽadmodũ sit affect⁹ illaꝝ synceritate luculẽtissi
ma literaꝝ. Si eñ breuissimã eplãm tuã quã de hac ipsa te ad beatissimũ senẽ Aureliũ p Leo
nem acolythũ direxisti:exultãti alacritate descripsim⁹:& quib⁹ poteram⁹ magno studio lege
bamus:vbi nobis exposuisti: quid de illo perniciosissimo dogmate: vel quid contra de gratia
dei quã pusillis magnisq; largit: cui est illud inimicissimũ:sentias;Quanta nos putas ista tua

prolixiora ſcripta:vel exultatione legiſſe:vel cura vt legãtur /quibus valuimus aliis obtuliſſe:
atq̧ adhuc quibus valemus offerre. Quid eñ gratius legi vel audiri poteſt q̃ gratiæ dei tam
pulchra defenſio aduerſus inimicos eius:ex ore eius qui eorũdem inimicorũ magni momenti
patronus ante iactabatur? Aut vnde vberiores deo debemus agere gratias:q̃ ꝙ eius ſic defenditur
gratia:ab eis quibꝰ datur aduerſus eos quibus vel nõ datur:vel ingratũ eſt qđ datur? Quia vt eis
9 gratũ ſit: occulto & iuſto iudicio dei nõ datur. Quapropter dñe venerabilis & in Chriſti chari
tate ſuſcipiẽde ſancte frater:q̃uis optime facias cum de hac te ſcribis ad fratres: apud quos ſe
illi de tua ſolent efferre canititia:tñ hæc cura maior tibi reſtat: vt non ſolũ ſalubri ſeueritate
plectantur:qui errorẽ illũ chriſtiano infeſtiſſimũ nomini gaudẽt garrire liberius:ſed etiã hi dili
gentiſſime caueantur vigilantia paſtorali:ꝓpter infirmiores & ſimpliciores dñicas oues:qui eũ
preſſius:quidã aũt timidius:ſed tñ inſuſurrare nõ ceſſant: penetrãtes domos:ſicut ait apoſto
lus:& cætera q̃ ſequũtur /exercitata impietate faciẽtes. Nec illi negligẽdi ſunt:q vſq̧ ad ꝓfun
dum ſilentiũ ſupprimũt timore qđ ſentiũt:ſed tñ eandẽ puerſitatẽ ſentire nõ deſinũt. Nõnul
li quippe eoꝝ anteq̃ ipſa peſtilentia manifeſtiſſimo etiã ſedis apoſtolicæ iudicio damnaretur:vo
bis innoteſcere potuerũt:quos nũc repẽte reticuiſſe ꝓſpicitis:nec vtrũ ſanati ſint ſciri põt:ni
ſi nõ ſolum dogmata illa falſa tacuerint:verũetiã illis vera cõtraria:eo quo ſolẽt ſtudio defen
ſauerint:q tñ leniꝰ ꝑfecto ſunt tractãdi. Quid eñ eos terreri opus eſt:quos ſatis territos /ipſa
taciturnitas mõſtrat? Nec ideo tanq̃ ſani prætereundi ſunt diligẽtia medicinæ: quoꝝ vulnꝰ
in abdito eſt. Etſi eñ terrendi nõ ſunt:tñ docẽdi ſunt:& quantũ exiſtimo: facilius poſſunt:dũ
in eis timor ſeueritatis doctorem adiuuat veritatis: vt opitulante dño:gratia eius intellecta
atq̧ dilecta:etiam loquendo expugnent qđ iam loqui non audent.

Sancti Auguſtini ad Sixtum Romanũ preſbyterum: de gratia dei iuxta priorẽ materiã 2, Retra.4.2
latius differentis. Epiſtola.CV.

Omino in dño dominorũ dilectiſſimo ſancto fratri & cõpreſbytero Sixto:
A Auguſtinus in dño ſalutẽ. In ep̃la quã per chariſſimũ fratrẽ noſtrũ Albinũ
acolythũ miſi:ꝓlixiorẽ me miſſurũ eſſe ꝓmiſi:ꝑ ſanctũ fratrẽ & cõpreſbyte
rũ noſtrũ Firmũ:q nobis literas attulit ſynceritatis tuæ: q̃ nobis tantũ gau
diũ cõtulerũt:quãtũ magis poſſumꝰ habere q̃ dicere. Quod eñ fatendũ eſt
charitati tuæ: triſtes eramus aĩo cũ fama iactaret inimicis chriſtianæ gra
tiæ te fauere. Sed vt hæc triſtitia de noſtris cordibꝰ tergeretur: primo te prio
rem anathema eis in populo frequẽtiſſime ꝓnũtiaſſe eadẽ fama nõ tacuit. Deinde cum literis
apoſtolicæ ſedis de illoꝝ dãnatione ad Africã miſſis:tuæ quoq̧ literæ ad venerabilẽ ſenẽ Au
reliũ cõſecutę ſunt: quæ tametſi breues erãt: tuũ tñ vigorẽ aduerſus eoꝝ errorẽ ſatis indica
bant. Nunc vero cũ apertius & latius qđ de illo dogmate cõtraq̧ ſentires:vt literis tuis fides
ipſa nobiſcũ ratione eccleſiæ loqueretur:cui potiſſimũ beatꝰ apoſtolus Paulus de gratia dei per
Ieſum Chriſtũ dñm noſtrũ /multa & multipliciter eſt locutꝰ:nõ ſolũ illud omne triſtitiæ nu
bilũ fugit de cordibꝰ noſtris:ſed etiã tantũ ibi lætitiæ lumẽ infulſit:vt nihil egiſſe in nobis vi
deretur ille mœror & timor:niſi ſucceſſus hoꝝ /ampliorẽ flagrantiã gaudioꝝ. Itaq̧ te frater cha
riſſime:q̃uis nõ videamus nos oculis carnis:animo tamen in fide Chriſti:in gratia Chriſti:in
membris Chriſti tenemus:amplectimur:oſculamur:& remeante a nobis ad te noſtrorũ inui
cem colloquiorũ ſanctiſſimo & fideliſſimo perlatore: quẽ voluiſti eſſe apud nos nõ ſolum ad
uectorem ſcriptorũ tuorũ:verũetiam narratorẽ teſtemq̧ factorũ:reſcripta perſoluimus:& ali
quanto diutius tecum ſermocinamur:admonentes vt docendis inſtes quibus terrendis ſatis
quantũ cõperimus inſtitiſti. Sunt eñ quidã qui iuſtiſſime dãnatas impietates adhuc liberiꝰ
defendendas putãt. Et ſunt q occultius penetrãt domos:& qđ in aperto iam clamare metuũt
in ſecreto ſeminare nõ quieſcunt. Sunt aũt qui oĩno ſiluerunt magno timore cõpreſſi:ſed ad
huc in corde retinẽt: qđ ore iam ꝓferre nõ audẽt: qui tñ eſſe poſſunt fratribꝰ ex priore ipſius
dogmatis defenſione notiſſimi. Proinde alii ſeueriꝰ coercẽdi:alii vigilãtius veſtigãdi:alii tra
ctandi quidẽ lenius:ſed nõ ſegnius ſunt docẽdi: vt ſi nõ timent ne perdãt:nõ tñ negligant ne
B pereant. Q; eñ putant auferri ſibi liberũ arbitriũ:ſi nec ipſam bonã voluntatẽ ſine adiutorio
dei hoĩem habere cõſenſerint:nõ intelligũt /nõ ſe firmare humanũ arbitriũ:ſed ĩpellere vt per
inania feratur:nõ in dño tanq̃ in petra ſtabili collocetur. putatur eñ volũtas a dño. Q; autẽ ꝑſonarũ
acceptorẽ deũ ſe credere exiſtimãt:ſi credãt ꝙ ſine vllis ꝓcedentibꝰ meritis cuiꝰ vult miſeretur:
& quos dignatur vocat:& quẽ vult religioſum facit:parũ attẽdũt ꝙ debita reddatur pœna dam

nato:indebita gratia liberato:vt nec ille se indignū queraẜ:nec dignū se iste glorieẜ:atq̧ ibi po tius acceptionē nullā fieri psonarū:vbi vna eadeq̧ massa dānatiōis & offensionis inuoluit: vt liberatus de nō liberato discat: q̧ etiā sibi suppliciū cōueniret nisi gr̃a subueniret.Si aūt gr̃a: vtiq̧ nullis meritis reddita:sed gratuita bonitate donata.Sed iniustū est(īquiūt)i vna eadeq̧ mala causa:hūc liberari:illū puniri.Nēpe ergo iustū est vtrūq̧ puniri.qs hoc negauerit? Aga mus ergo gratias saluatori:dū nobis redditū nō cernim⁹ qd in dānatiōe similiū etiā nobis de bitū fuisse cognoscimus.Si eñ vtriq̧ liberarenẜ:lateret qd peccato p iustitiā debeaẜ:si nemo: quid gr̃a largireẜ. Vt ergo i hac difficillima quæstione verbis poti⁹ vtamur apl'i: Volēs deus C
Ro.9. ostēdere irā & demōstrare potentiā suā:attulit i multa patiētia vasa iræ q̄ pfecta sunt i pditio nē:& vt notas faceret diuitias gloriæ suæ ī vasa misericordiæ:cui nō pōt figmētū dicere:qua re sic me fecisti:cū habeat ptātem ex eadē massa facere aliud vas ī honorē:aliud in cōtumeliā. Vbi quia vniuersa ista massa merito dānata ē:cōtumeliā debitā reddit iustitia:honorē donat indebitū gr̃a:nō meriti pro gatiua:nō fati necessitate:nō temeritate fortunę:sed altitudine di
Ro.11. uitiarū sapiētiæ & sciētiæ dei:quā nō aperit:sed clausam miraẜ apl's clamās:O altitudo diui tiarū sapiētiæ & sciētiæ dei:q̄ inscrutabilia sunt iudicia ei⁹ & inuestigabiles viæ ei⁹.Quis eñ cognouit sensum dñi:aut qs cōsiliarius ei⁹ fuit:aut qs prior dedit illi & retribueẜ ei? Qm̄ ex
Ro.10. ipso:& p ipsum:& i ipso sunt oīa:ipsi glīa i sæcula sæculoꝝ amē.Nolūt aūt vt sit ipsi glīa i iu stificādis impiis gratuita gr̃a:q ei⁹ ignorātes iustitiā: suā volūt cōstituere: vel iā cōclamātiū religiosoꝝ & pioꝝ vocib⁹ pressi:ita se fatenẜ ad habēdā seu faciēdā iustitiā diuinit⁹ adiuuari: vt sui pcedat aliqd meriti:quasi priores volentes dare vt tetribuaẜ eis ab illo:de quo dictū est:
Ro.11. Quis prior dedit illi & tetribueẜ ei?& suo putātes præire merito illū de quo audiūt: aut po tius audire nolūt:Qm̄ ex ipso:& p ipm̄:& i ipso sunt oīa.Quaꝝ aūt diuitiaꝝ ē altitudo sapiē tiæ & sciētiæ ei⁹?Ex his sunt diuitiæ glīæ ei⁹ i vasa misericordiæ:q̄ vocauit i adoptionē.quas diuitias notas vult facere etiā p vasa iræ:q̄ pfecta sunt ī pditionē. Et q̄ sunt viæ īuestigabiles:
Psal.24. nisi ī psalmo de quib⁹ caniẜ:Vniuersæ viæ dñi misericordia & veritas?Igiẜ īuestigabiles sunt misericordia & veritas eius: qm̄ cui⁹ vult misereẜ: nō iustitia sed misericordiæ gratia: & quē vult obdurat:nō iniqtate:sed veritate vidictæ.Quæ tñ misericordia & veritas ita sibi occur
Psal.84. runt:qa scriptū ē:Misericordia & veritas obuiauerūt sibi:vt nec misericordia īpediat verita tem q̄ plectiẜ dign⁹:nec veritas misericordiā q̄ liberaẜ idign⁹. Cur igiẜ sua merita iactatur⁹ ē liberat⁹:cui si digna suis meritis redderenẜ nō eēt nisi dānat⁹?Nulla ne igiẜ sunt merita iusto D rū?Sūt plane:qa iusti sunt.Sed vt iusti fierēt:merita nō fuerūt.Iusti eñ facti sunt cū iustifica
Ro.3. ti sunt:sed sicut dicit apl'us:Iustificati gratis p gratiā ipsi⁹.Cū igiẜ huic gratię inimici īfestiq̧ sint isti:Pelagi⁹ tñ ī ecclesiastico iudicio Palęstino(nō eñ aliter īde īpunit⁹ exisset)anathema tizauit eos q dicūt gratiā dei scd̄m merita dari. Sed nihil aliud ī eoꝝ posterioribus disputatio nib⁹ īuenit:q̄ meritis dari etiā gratiā.De cui⁹ cōmēdatiōe maxīe ad Romanos apl'ica ep'la lo quiẜ:vt inde se pdicatio ei⁹ velut a capite orbis toto orbe diffunderet.Ea est eñ qua iustificaẜ impi⁹:id est sit iustus q pri⁹ erat īpius.Et ideo pcipiēdæ hui⁹ gratiæ merita nulla pcedūt:qm̄ meritis īpii nō gr̃a sed pœna debeẜ.Nec ista esset gr̃a:si nō dareẜ gratuita:sed debita reddereẜ Sed cū ab istis quæriẜ:quā gr̃am Pelagius cogitaret sine vllis pcedentib⁹ meritis dari: qm̄ ana thematizabat eos q dicūt gr̃am dei scd̄m merita nr̃a dari:Respōdēt sine vllis pcedētib⁹ meri tis gr̃am ipsam humanā esse naturā ī qua cōditi sum⁹.Neq̧ eñ anteq̄ essem⁹:mereri aliqd po teram⁹ vt essem⁹. Abiiciaẜ a christianoꝝ cordib⁹ ista fallacia: Nā oīno nō istā gr̃am cōmēdat apl's qua creati sum⁹ vt hoīes essem⁹.Ista est eñ gr̃a p Iesum Christū dñm nostrū. Et eñ Chri
Ro.7. stus nō p nullis vt hoīes cōderenẜ:sed p impiis mortuus est vt iustificarenẜ.Nam quippe ho mo erat q dicebat:Miser ego homo:quis me liberabit de corpore mortis hui⁹?Gratia dei p Ie sum Christū dñm nostrū. Possunt quidē dicere remissionē peccatoꝝ esse gratiā: q̄ nullis pce E dentibus meritis datur.Quid eñ habere boni meriti possunt peccatores?Sed nec ipsa remis sio peccatoꝝ sine aliquo merito est. fides hanc impetrat. Neq̧ eñ vllū est meritū fidei:qua si
Luc.18. de ille dicebat: Deus ppitius esto mihi peccatori: & descendit iustificatus merito fidelis hu miliatus:qm̄ qui se humiliat exaltabitur.Restat igiẜ vt ipsam fidē vnde omnis iustitia sumit initium:pter qd dicitur ad ecclesiam in cantico canticoꝝ: Venies & pertransies ab initio fi dei:nou humano quo isti extollunt tribuamus arbitrio: nec vllis præcedentibus meritis: qm̄ inde incipiunt bona quæcunq̧ sunt merita:sed gratuitū donum dei esse fateamur si gratiam
Ro.12. veram:id est sine meritis cogitamus.Quia sicut in eadē epistola legitur: Deus vnicuiq̧ par

titur mensurã fidei:opera quippe bona fiunt ab hoĩe:fides aũt fit in hoĩe: sine qua illa a nullo
fiunt hoĩe.Omne eñi qđ nõ est ex fide:peccatũ est.Quapropter ne se vel ipsius oratiõis meri- Ro.14.
tũ extollar:etiã ad vincendas tẽporaliũ rerũ cupiditates:& diligẽda bona æterna: atq; ipsum
fontẽ oĩm bonoꝝ:dñi adiutoriũ datur oranti:quæ vtiq; nisi data esset orare non posset. Q̃uo Ro.10.
eñi inuocabũt in quẽ nõ crediderunt? Q̃uo credent quẽ nõ audierunt? Q̃uo audiẽt sine præ-
dicante? Igitur fides ex auditu:auditus aũt p verbũ Christi.Proinde minister Christi huius
fidei prædicator:scđm gratiam quæ data est illi:plantator est & rigator. Nec tñ q plantat est 1.Corin.3.
aliquid:neq; q rigat:sed q incrementũ dat deus:qui vnicuiq; partitur mensurã fidei. Vnde &
alibi dicitur:Pax fratribus & charitas cũ fide.Quam ne sibi tribuerent cõtinuo subiunxit: A Eph.6.
deo patre & dño Iesu Christo.qa nec oĩm est fides qui audiunt verbũ: sed qbus deus partitur
mensurã fidei:sicut nec oĩa germinant quæ plãtant̃ & rigantur:sed quibus deus dat incremẽ
tum.Cur aũt ille credat:ille nõ credat:cũ ambo idẽ audiunt: & si miraculum in eoꝝ cõspectu
fiat:ambo idẽ vidẽt:altitudo est diuitiaꝝ sapientię & scientiæ dei:cuius inscrutabilia sunt iu
dicia:& apud quẽ nõ est iniquitas:dũ cuius vult miseret̃: & quem vult obdurat. neq; eñi pro-
F pterea sunt ista iniusta:qa occulta. Deinde post remissionẽ peccatoꝝ: nisi mundatã domũ ha-
bitet spũssanctus:nõne cũ aliis septẽ redit spũs immũdus:& erũt nouissima hoĩs illius peiora
q̃ erant prima? Vt aũt habitet spũssanctus:nõne vbi vult spirat:& charitas dei sine qua nemo Matth.12.
bene viuit/ diffunditur in cordibus nostris:nõ a nobis sed p spiritũsanctũ qui datus est nobis? Ioan.3.
Hãc eñi fidẽ apl's diffiniuit dicẽs:Neq; circũcisio est aliquid neq; pputiũ:sed fides quę p dile- Roma.5.
ctionẽ operat̃.Ista quippe fides est Christianoꝝ nõ dæmonioꝝ. Nã & dęmones credũt & con- Gal.5.
tremiscunt:sed nunqd & diligũt? Nã si nõ crederẽt nõ dicerẽt: Tu es sanctus dei: vel tu es fili Iacobi.2.
us dei.Si aũt diligerẽt: nõ dicerẽt:Quid nobis & tibi? Fides igit̃ ad Christũ nos trahit:quę ni Lucę.4.
si desup gratuito munere nobis daret̃:nõ ipse diceret:Nemo põt venire ad me nisi pater qui Matth.8.
misit me attraxerit eũ. Vnde & paulopost ait: Verba q̃ ego locut⁹ sum vobis:spũs & vita sũt: Ioan.6.
sed sunt qdã ex vobis q nõ credũt.Deinde euangelista subiũgit: Sciebat eñi ab initio Iesus qui
essent credentes:& qui esset traditurus eũ.Et ne quisq̃ existimaret credẽtes sic ad ei⁹ præsciẽ
tiã ptinere:qũo nõ credẽtes:id est vt nõ eis fides ipsa desup daret̃:sed tantũmodo volũtas eoꝝ
ꝑnosceret̃:mox adiecit atq; ait:Et dicebat:Propterea dixi vobis:qa nemo põt venire ad me:ni
si fuerit ei datũ a patre meo.Hinc erat ꝙ eoꝝ qui audierãt loquentẽ de carne sua & sanguine
suo:qdã scandalizati abscesserũt:qdã credẽdo manserũt:qa nemo põt venire ad illum nisi cui
datũ est a patre:ac p hoc & ab ipso filio & a spiritusancto. Neq; eñi sepata sunt dona vel opera
G inseparabilis trinitatis:Sed filius sic honorans patrẽ:nõ aufert vllius distantię documẽtũ:sed
magnũ ꝑbet humilitatis exẽplũ.Hic iterũ isti liberi arbitrii defensores: imo deceptores quia
inflatores:& inflatores qa ꝑsumptores:nõ aduersum nos:sed aduers⁹ euãgeliũ locuturi: quid
aliud dicũt q̃ id qđ apl's sibi quasi a talib⁹ diceret̃ obiecit:Dicis itaq; mihi:quid adhuc cõque
ritur? Nã volũtati ei⁹ quis resistit? Hãc cõtradictionẽ sibimetipsi tanq̃ ab altero opposuit: ve Roma.9.
lut & eoꝝ voce q nolũt accipe qđ supi⁹ dixerat:Ergo cui vult miseretur:& quẽ vult obdurat.
Talibus itaq; dicamus cũ aplo (Nõ eñi melius illo inuenire possum⁹ quid dicam⁹) O homo:
tu q es q respõdeas deo? Quęrimus nãq; meritũ obdurationis & inuenim⁹. Merito namq; pecca
ti vniuersa massa dãnata est:nec obdurat impertiendo malitiam : sed nõ impertiendo miam.
Quibus eñi nõ impertitur:nec digni fiunt:nec merẽtur:at potius vt nõ impertiat̃ hoc digni
sunt:hoc merent̃.Quærimus aũt meritũ miæ:nec inuenimus:quia nullũ est:ne gratia euacue 1.sentẽ. dis.
tur si nõ gratis donat̃:sed meritis reddit̃.Si eñi dixerimus fidẽ præcessisse in qua esset meritũ 40.ca.qui-
gratiæ:quid meriti habeat homo ante fidẽ? Quid eñi habet qđ nõ accepit? Si autẽ accepit:qd cũq;.
gloriat̃ quasi nõ acceperit? Sicut eñi nõ haberet homo sapientiã:intellectũ:consiliũ: fortitudi 1.Corin.4.
nẽ:sciẽtiã:pietatẽ:timorẽ dei:nisi scđm ꝑpheticũ eloquiũ accepisset spiritũ sapientiæ & intel
lect⁹:cõsilii & fortitudinis:sciẽtiæ & pietatis ac timoris dei:sicut nõ haberet virtutẽ: charita
tẽ:cõtinentiã:nisi accepto spũ de quo dicit apl's: Nõ eñi accepistis spiritum timoris:sed virtu
tis & charitatis & cõtinẽtiæ:Ita nõ haberet fidẽ nisi accepisset spm̃ fidei:de quo idem ipse di- Roma.8.
cit:Habentes aũt eundẽ spiritũ fidei scđm ꝙ scriptũ est: Credidi ꝑpter quod & locutus sũ: &
nos credimus ꝑpter quod & loquimur. Nõ antẽ merito accepisse: sed miã ei⁹ qui cuius vult 2.Corin.4.
miseretur:manifestissime ostẽdit:vbi de seipso ait:Misericordiã cõsecutus sum vt fidelis essẽ. 1.Timot.1.
Si dixerimus meritũ præcedere orationis vt donum gratiæ consequatur:impetrando quidẽ De gr̃a &
oratio quicquid impetrat euidẽter donũ dei esse ostendit: ne homo æstimet a seipso sibi esse: li.ar.ca.30.
&.31.&.32.

quod si in potestate haberetur:nõ vtiq̃ posceretur: verũtamen ne saltẽ orationis putarent H
pręcedere merita:quib⁹ nõ gratuita daretur gratia:sed,iam nec gratia esset: quia debita red-
Roma.8. deretur:Etiã ipsa oratio inter gratiæ munera reperit.Quid em̃ orem⁹(ait doctor gentiũ)si-
cut oportet nescimus:sed ipse spũs interpellat p̃ nobis gemitibus inenarrabilib⁹. Quid est au
tem interpellat:nisi interpellare nos facit?Indigentis enim certissimum indicium est interpel
lare gemitibus.Nullius autem rei esse indigentem fas est credere spiritum.Sed ita dictum est
interpellat:quia interpellare nos facit:nobisq̃ interpellandi & gemendi inspirat affectum: si-
Matth.10. cut illud in euangelio:Nõ enim vos estis qui loquimini:sed spũs patris vestri qui loquitur in
vobis.Neq̃ enim & hoc ita fit de nobis tanq̃ nihil facientibus nobis.Adiutorium igitur spiri
tussancti sic expressum est:vt ipse facere diceretur quod vt faciamus facit.Nam non esse in-
telligendum spiritum nostrum de quo dictum est:Interpellat gemitibus inenarrabilibus:sed
spiritumsanctum quo nostra infirmitas adiuuatur:satis demonstrat apostolus.Inde enim coe-
pit:Spiritus (inquit) adiuuat infirmitatem nostram.deinde ita subiunxit:Quid em̃ orem⁹?
Roma.8. sicut oportet nescimus &c.De hoc quippe spiritu apertius alibi dicit:Nõ enim accepistis spi-
ritum seruitutis iterum in timore:sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clama-
mus abba pater.Ecce hic non dixit q̃ ipse spiritus clamet orando:sed in quo clamamus: abba
pater.Alio tamen loco ait:Quoniam filii dei estis:misit deus spiritum filii sui in corda vestra
Gal.4. clamantem:abba pater.Non hic ait:In quo clamamus:sed ipsum spiritum clamantem dicere
maluit quo efficitur vt clamemus.sicut sunt illa:Ipse spiritus interpellat gemitibus inenarra
bilibus.Et spiritus patris vestri est qui loquitur in vobis.Sicut ergo nemo recte sapit:recte in
telligit:recte consilio ac fortitudine præualet:nemo scienter pius est vel pie sciens: nemo ti-
more casto deum timet nisi acceperit spiritum sapientiæ & intellectus:consilii & fortitudinis:
scientiæ & pietatis & timoris dei:nec habet quisq̃ virtutem veram:charitatem syncęram: cõ
tinentiam religiosam:nisi per spiritum virtutis & continentiæ:Ita sine spiritu fidei nõ est re-
1.Corin.12. cte quispiam crediturus:nec sine spiritu orationis salubriter oraturus: Non quia tot sunt spi
Ioan.3. ritus:sed oĩa hæc operatur vnus atq̃ idem spũs diuidens p̃pria vnicuiq̃ prout vult:quia spi-
ritus vbi vult spirat.Sed quod fatendum est:aliter adiuuat nondũ inhabitans: aliter inhabi-
2. sentẽ. dis. tans.Nam nõdũ inhabitans adiuuat vt sint fideles:inhabitans adiuuat iam fideles. Q̃d est er I
23. ex mune go meritũ hominis ante gratiã:quo merito percipiat gratiã:cũ omne meritũ nostrum non in
ribus. faciat nisi gratia:& cũ deus coronat merita nostra:nihil aliud coronat q̃ munera nostra?Sicut
De gr̃a & li. enim ab initio fidei misericordiã cõsecuti sumus:non quia fideles eramus:sed vt essemus:Sic
ar.ca.15.& in fine q̃d est vita æterna coronabit nos:sicut scriptũ est:in miseratione & mĩa.Non itaq̃ fru-
16. stra deo cantatur:Et misericordia eius p̃ueniet me:Et misericordia eius subsequetur me. Vn
Psal.102. de & ipsa vita æterna quæ vtiq̃ in fine habebit: & ideo meritis p̃cedentibus redditur: tamen
Psal.58. quia eadẽ merita quibus redditur:nõ a nobis parata sunt p̃ nostrã sufficientiã:sed in nobis fa-
Psal.22. cta per gratiã:etiam ipsa gratia nũcupatur:non ob aliud nisi quia gratis datur:nec ideo: quia
De gr̃a & li. non meritis datur:sed quia data sunt & ipsa merita quib⁹ datur. Vbi autẽ inuenimus vitam
ar.ca.20.& æternã gratiã nũcupari:habemus apud eundẽ gratiæ magnificũ defensorẽ apostolũ Paulum
21. Stipendiũ(inquit)peccati mors:gratia autẽ dei vita æterna in Christo Iesu domino nostro.
Roma.6. Vide obsecro te:in quanta breuitate q̃ vigilanter verba posuerat:quibus diligenter consyde-
ratis:quæstionis huius aliquantulum dilucescat obscuritas.Cum enim dixisset: Stipendium
peccati mors:quis nõ congruentissime & consequenter addere iudicaret: Stipendiũ autẽ iu-
stitiæ vita æterna?Et verum est:quia sicut merito peccati tanq̃ stipẽdium redditur mors: ita
merito iustitiæ tanq̃ stipendium vita æterna.Aut si nollet dicere iustitiæ: diceret fidei: quo-
Abacuc.2. niam iustus ex fide viuit:vnde etiam & merces appellatur plurimis sanctarũ scripturarum lo
cis:nusq̃ porro dicta est merces iustitia vel fides:quia iustitiæ vel fidei redditur merces. Q̃d
est autem merces operanti:hoc militanti stipendium.Sed beatus apostolus aduersus elationẽ
quę vsq̃adeo magnis tentat irrepere: vt & sibi propter ipsam dicat:datum angelum satha-
næ a quo colaphizaretur:ne verticem præsumptionis erigeret.Aduersus hanc ergo elationis
pestẽ vigilantissime militans:Stipendium inquit peccati mors.Recte stipendiũ:quia debetur
cui digne retribuitur:cui merito redditur.Deinde ne iustitia de humano se extolleret bono
merito:sicut humanũ meritum malum non dubitatur esse peccatum:non a contrario retu-
lit dicens:Stipẽdiũ iustitię vita ęterna:sed gratia inquit dei vita ęterna.Et hęc ne p̃ter media
torẽ aliqua alia via q̃reret:adiecit:In Christo Iesu dño nostro: tanq̃ diceret:Audito q̃ stipen-

dium peccati sit mors:quid te disponis extollere?O humana nõ iustitia sed noie iustitiæ plane superbia:quid te disponis extollere:& cõtrariã morti vitã æternã tanq̃ debitũ stipẽdiũ flagitare?Cui debetur vita æterna vera iustitia est:ex te non est:desursum est descendẽs a patre luminũ:vt haberes eã profecto accepisti.Quid enĩ habes quod nõ accepisti?Quapropter o homo si accepturus es vitã æternã:iustitiæ quidem stipendium est:sed tibi gratia est:cui gratia est & ipsa iustitia.Tibi enim tanq̃ debita redderetur si ex te tibi eẽt iustitia cui debetur. 1. Corin. 4.

k Nũc ergo de plenitudine eius accepimus:non solum gratiã qua nunc iuste in laboribus suis vsq; in finẽ viuimus:sed etiam gratiam pro hac gratia:vt in requie postea sine fine viuamus. Hoc nihil salubrius fides credit:quia nihil verius intellectus inuenit.Et debemus audire prophetã dicentẽ:Nisi credideritis non intelligetis. Sed excusabunt se(inquit)homines qui nolunt recte & fideliter viuere dicentes:Quid nos fecimus qui male viuimus:quando quidem gratiam vnde bene viueremus non accipimus?Non possunt veraciter dicere:nihil mali se fecisse:quia male viuunt.Si enim nihil mali faciunt bene viuunt.Si autem male viuunt:vel quod origine traxerunt:vel quod insup addiderunt.Sed si vasa sunt iræ:quæ perfecta sunt ad perditionem quæ illis debita redditur:sibi hoc imputent:quia ex ea massa facta sunt:quã propter vnũ peccatum in quo omnes peccauerunt:merito deus iusteq; damnauit.Si autem vasa sunt misericordiæ:quibus ex eadẽ massa factis supplicium debitum reddere noluit:non se inflent:sed ipsum glorificent:qui eis misericordiam non debitã præstitit:& si quid aliter sapiunt:& hoc quoq; illis ipse reuelauit.Postremo quonam se isti excusabunt modo? Nempe illo quem breuiter tanq̃ ex eorũ voce sibi obiecit apostolus vt dicant:Quid adhuc conqueritur?Nam voluntati eius quis resistit?Hoc est enim dicere:quid de nobis fit querela q; deum offendamus male viuendo:cum illius voluntati nemo possit resistere:qui nos obdurauit,misericordiã non præstando.Si ergo illos non pudet hac excusatione non nobis sed apostolo contradicere:cur nos pigeat eis quod dixit apostolus:hoc idem atq; identidem dicere: O homo tu qui es qui respõdeas deo?Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit:quare sic me fecisti?An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa,vtiq; merito recteq; damnata facere aliud vas in honorem in debitum propter misericordiæ gratiam:aliud in contumeliam debitam propter iræ iustitiã:& vt notas faciat diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ:sic ostendens quid eis largiatur cũ id supplicii recipient vasa iræ qđ pariter omnibus debebatur?Satis sit interim Christiano & fide adhuc viuenti & nondũ cernenti,qđ perfectum est:sed ex parte scienti nosse vel credere:q; neminem deus liberet nisi gratuita misericordia per dñm nostrũ Iesum Christũ:& neminem dãnet:nisi æquissima veritate per eundẽ dñm nostrũ Iesum Christum.Cur aũt illũ potius q̃ illum liberet aut non liberet:scrutet qui põt iudiciorũ eius tam magnũ pfundũ: verũtamen caueat,præcipitiũ.Nunquid enĩ iniquitas est apud deũ?Absit. Sed inscrutabilia sunt iudicia eius & inuestigabiles viæ eius.Et in maioribus dũtaxat ætatibus merito dici potest:Hi noluerunt intelligere vt bene agerent:hi quod grauius est intellexerunt:& non obedierunt: quia sicut scriptum est:Verbis non emendabitur seruus dolosus:si enĩ & intellexerit non obediet. Vnde non obediet:nisi sua pessima voluntate:cui grauior damnatio diuina æquitate debet?Cui enĩ plus datur:plus exigitur ab eo.Istos quippe scriptura dicit inexcusabiles quos nõ latet veritas:& in eis pseuerat iniqtas.Reuelat enĩ ira dei de cælo(ait aplus)sup omnẽ impietatem & iniustitiã hominũ eorum qui veritatẽ in iniustitia detinent:quia quod notũ est dei manifestum est in illis.Deus enĩ illis reuelauit.Inuisibilia enĩ eius a creatura mundi per ea quę facta sunt intellecta conspiciuntur:sempiterna quoq; virtus eius ac diuinitas vt sint inexcusabiles.Si ergo istos inexcusabiles dicit qui inuisibilia illius per ea quæ facta sunt intellecta conspicere potuerunt:nec obedierunt tamen veritati:sed iniqui & impii permanserunt:Neq; enim non cognouerunt: sed cognoscentes inquit deum:non vt deum glorificauerunt: aut gratias egerunt:quanto magis inexcusabiles sunt qui ex lege eius instructi confidunt seipsos duces esse cæcorum:& alios docentes seipsos non docent:Qui prædicant nõ furandũ & furantur:& cætera quæ de ipsis aplus loquitur.Eis quippe dicit:Propterea inexcusabilis es o homo oĩs qui iudicas.In quo enĩ aliũ iudicas teipsum condemnas:eadẽ enĩ agis quę iudicas. Dicit enim ipse dominus in eũãgelio:Si non venissem & eis locutus fuissem: peccatũ non haberent:nunc autẽ excusationẽ non habent de peccato suo.Non vtiq; peccatum nullum haberent: qui pleni erant aliis magnis multisq; peccatis: sed hoc peccatũ vult intelligi nõ eos habituros fuisse si nõ venisset:qui cũ audissent eum non crediderũt in eum:hanc eos excusationem non habere

Margin: Esa.7. — Roma.9. — Vbi supra. — l — Prouer. 29. — Roma.1. — Roma.1. — Ioan.15. — Vbi supra.

asserit qua possint dicere nõ audiuimus:ideo non credidimus. Humana q̃ppe superbia tanq̃ M
præsumens de virib⁹ liberi arbitrii: excusatã se putat:quando ignorantię nõ voluntatis vide
tur esse qd̃ peccat. Scd̃m hanc excusationẽ inexcusabiles dicit scriptura diuina quoscũq; scien
Roma.2. res peccare cõuincit:dei tamẽ iustũ iudiciũ nec illis parcit qui nõ audierũt. Quicũq; enim si
ne lege peccauere:sine lege peribũt. Et q̃uis se ipsi excusare videantur:nõ admittit hanc excu
sationem qui scit se fecisse hominẽ rectũ eiq; obedientię dedisse p̃ceptũ:nec nisi eius quo male
vsus est libero volũtatis arbitrio:etiã qd̃ trãsiret in posteros manasse peccatũ. Neq; n̄ dam
nantur qui nõ peccauerũt:quãdoquidẽ illud ex vno in oẽs pertransiit:in quo ante p̃pria in sin
gulis quibusq; peccata/omnes cõiter peccauerunt. Ac per hoc inexcusabilis est oĩs peccator:
vel reatu originis:vel additamento etiã p̃prię voluntatis:siue qui nouit siue qui ignorat:siue
qui iudicat:siue qui nõ iudicat:quia & ipsa ignorantia in eis qui intelligere noluerũt: sine du
bitatione peccatũ est:In eis autẽ qui nõ potuerunt:poena peccati. Ergo in vtrisq; non est iusta
excusatio:sed iusta dãnatio. Ideo autem diuina eloquia eos inexcusabiles dicũt qui nõ ignoran
tes sed scientes peccãt:vt secundũ iudiciũ superbiæ suæ quo multũ cõfidũt de virib⁹ proprię
voluntatis:se inexcusabiles videant:quia de ignorantia iam non habent excusationẽ:& nondũ
est iustitia cui præsumebant sufficere voluntatem. At vero ille cui dñs & sciendi & obedien
Roma.3. di largitus est gratiã:Per legem enim inquit cognitio peccati: & peccatum non cognoui nisi
per legẽ. Nam concupiscentiã nesciebam:nisi lex diceret: Non cõcupisces. Nec vult intelligi
Roma.7. hominem pręceptricis legis ignarũ:sed liberatricis indignum gratię:vbi dicit: Condelector
legi dei scd̃m interiorẽ hoĩem. Et cum hac non solum scientia: verumetiam & delectatione le
gis:postea dicit:Miser ego homo:quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per N
Iesum Christum dominũ nostrũ. Nemo itaq; liberat a vulneribus illius trucidatoris:nisi hu
ius gratia saluatoris. Nemo liberat vęnundatos sub peccato a vinculis captiuitatis: nisi gra
tia redimentis. Ac per hoc vniuersi qui se in nequitiis & iniquitatibus excusatos volunt:ideo
iustissime puniuntur:quoniã qui liberantur non nisi gratia liberantur. Nam si excusatio illa
iusta esset:non inde iam gratia sed iustitia liberaret. Cũ vero non liberat nisi gratia:nihil iustũ
inuenit in eo quem liberat:non voluntatem:non operationem:non saltem ipsam excusationẽ.
Nam si hæc iusta est:quisquis ea vtitur: merito non gratia liberatur. Nouimus enim libera
Roma.9. ri per gratiam Christi quosdam etiam qui dicunt:Quid adhuc cõqueritur? Nam voluntati
eius quis resistit? Quæ si iusta est excusatio:non iam gratuita gratia: sed propter huius excu
sationis iustitiam liberantur. Profecto hęc excusatio iusta non est. Tũc enim vera gratia qua
homo liberatur:si non scd̃m debitũ iustitiæ retribuitur. Nihil ergo fit in eis qui dicũt:Quid
Prouer.19. adhuc conqueritur? Nam voluntati eius quis resistit? nisi quod legitur in libro Salomonis: In
sipientia viri violat vias eius:deum autem causatur in corde suo. Quis itaq; deus faciat va
sa irę in perditionẽ:vt ostendat iram & demonstret potẽtiam suam qua bene etiam vtitur ma
lis:& vt notas faciat diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ:quæ fecit in honorẽ:non dam
nabili massæ debitum:sed suæ gratiæ largitate donatum:tamen in eisdem iræ vasis propter
meritum massæ in contumeliam debitam factis:id est hominibus propter naturæ quidem bo
num creatis:sed propter vitia supplicio destinatis:iniquitatem quã rectissime veritas impro
bat:damnare nouit ipse non facere. Sicut enim volũtati eius retribuitur humana natura nul
lo dubitante laudanda:sic hominis voluntati culpa tribuitur nullo recusante dãnanda. Quę
voluntas hominis:aut hęreditarium vitiũ transmisit in posteros qd̃ in se habuit cum pecca
ret:aut acq̃siuit etiã cętera vitia cũ in seipso vnusq̃sq; p̃dite viueret. Sed neq; ab illo qd̃ origi
naliter trahit̃:neq; ab his q̃ vnusq̃sq; in vita p̃pria vel intelligẽdo vel nolẽdo intelligere mala
cõgregat:vel etiã instruct⁹ ex lege additamẽto p̄uaricatiõis exaggerat:quisq̃ liberat̃ & iusti
Psal.102. ficat̃ nisi gr̃a dei p Iesũ Christũ dñm nostrũ:nõ solũ remissiõe peccatorum:sed pri⁹ ipsius ĩspiratio
nis fidei & amoris dei ĩpartito salubriter orõnis affectu & effectu:donec sanet oẽs languores
nr̃os:& redimat de corruptiõe vitã nostrã:& coronet nos in miseratiõe & mĩa. Verũ isti q p̃so O
narũ acceptorẽ fieri existimãt deũ:si in vna eademq; cã sup alios veniat mĩa ei⁹: sup alios vero
maneat ira eius:Nẽpe totas vires argumẽtatiõis hũanę in paruulis perdũt. Nã vt interim ta
ceã q nõ est præter paruulosq̃libet materno vtero recẽtissimos ea poena de qua loquẽs ap̃lus
Roma.5. ait:Per vnius delictũ in oẽs hoĩes ad cõdẽnationẽ. vnde nõ liberat nisi vnus ille de quo idẽ ait:
Per vnius iustificationẽ in oẽs homines ad iustificationẽ vitę. Vt ergo hoc interim omittam
& hoc solum de paruulis dicã:qd̃ ipsi quoq; authoritate euangelica territi:vel potius Christię

anorũ populoꝝ cõcordissima fidei conspiratione perfracti:sine vlla excusatione cõcedunt:ꝙ
nullus paruulus nisi renatus ex aqua & spiritu intrat in regnũ cæloꝝ:Quã quęso allaturi sũt
causam:ꝙ alius sic gubernaẽ vt baptizatus hinc exeat:ali⁹ infideliũ manib⁹ tradit⁹: vel etiã
fidelium: priusꝗ ab eis baptizandus efferaẽ: expirat? An hoc fato vel fortunæ donaturi sunt?
Non opinor eos in tantã demẽtiã pdituros:quãtulũcunqꝫ nomen Christianũ tenere cupien-
tes. Cur ergo in regnum cælorum non accepto regenerationis lauacro paruulus nullus in-
trabit? Nunquid nam ipse sibi parentes infideles vel negligentes de quibus nasceretur elegit?
Quid dicam de inopinatis vel repentinis innumerabilib⁹ mortibus: quib⁹ sæpe etiã religio
sorum Christianorum præueniuntur & baptismo præripiuntur infantes:cũ econtrario sacri
legorũ & inimicorũ Christi aliquo modo in Christianorũ manus venientes ex hac vita non
sine sacramento regenerationis emigrẽt? Quid hinc dicturi sunt:qui vt gratia dari possit:nõ
nulla præcedere merita humana cõtendunt:ne sit personarũ acceptor deus: quæ tandem hic
merita pręcesserunt. Si eorundẽ cogitaueris paruuloꝝ: nulla sunt ꝓpria:vtrisqꝫ est illa massa
cõis. Si parentũ attẽderis:bona sunt illa quoꝝ filii repentinis mortibus sine Christi baptisma
te perierũt. Mala vero illa quoꝝ filii ꝑ Christianoꝝ aliquã ꝑtẽẽ ad sacramẽta ecclię puenerẽ.
Et cũ ꝓuidentia dei cui nostri capilli numerati sunt:sine cuius volũtate nõ cadit passer in ter Matth.10.
ram:quæ nec fato premitur:nec fortuitis casibus impeditur: nec illa iniquitate corrũpitur:
vt renascantur ad hæreditatem cælestem:non consulit omnibus paruulis filioꝝ suorũ: & nõ
nullis cõsulit paruulis impioꝝ. Iste infans de fidelibus coniugatis ortus: lætitia parentũ sus-
ceptus: matris nutricis somnolentia suffocatus fit exterus & expers suorum fidei. Ille infans
de sacrilego stupro nascitur:crudeli timore matris exponitur:alienorum misericordi pietate
colligitur:eorũ Christiana sollicitudine baptizaẽ:fit enim cõsors & particeps regni. Ista cogi
tent:ista consyderent:hinc audeant dicere deũ vel acceptorem in sua gratia personaꝝ: vel re
muneratorẽ præcedentiũ meritoꝝ. Nam etsi conabunẽ maioris ætatis aliqua merita suspica
ri seu bona seu mala:quid de istis infantibus dicent:quorũ nec iste sibi vllis ꝓpriis meritis ac-
quisiuit violentiã suffocantis:nec bonis ille diligẽtiã baptizãtis? Nimię vanitatis & cęcitatis
sunt:si etiã his cõsyderatis nondũ dignanẽ exclamare nobiscũ. O altitudo diuitiarũ sapiẽtiæ Roma.11.
& scientiæ dei:ꝗ inscrutabilia sunt iudicia eius:& inuestigabiles vię eius. Nõ itaqꝫ misericor
diæ gratuitæ dei pertinacissima aduersenẽ insania. Sinant filiũ hois in qualibet ętate quęrere Luc.19.
& saluũ facere qđ perierat: nec de inscrutabilibus iudiciis eius audeant iudicare: cur in vna
p eademqꝫ causa sup alium veniat misericordia eius:super alium maneat ira eius. Qui enĩ sunt Roma.9.
isti qui respondeãt deo:quãdoquidẽ illę Rebeccæ habenti geminos ex vno cõcubitu Isaac pa-
tris nostri:Cũ illi nondũ nati nihil egissent boni vel mali:vt scđm electionẽ ꝓpositi eius ma-
neret:electionẽ scilicet gratiæ nõ debiti electionẽ:qua eligendos facit ipse:non inuenit: non ex
operibus:sed ex vocante dicit minori seruiturũ maiorẽ? In qua sentẽtia beatus apostolus etiã Malachię.1
testimoniũ ꝓphetæ longe posterioris assumpsit: Iacob dilexi: Esau autem odio habui: vt intel
ligeretur hoc apertũ postea ꝑ ꝓpherã:qđ anteꝗ illi nascerentur erat in dei prædestinatione ꝑ
gratiam. Quid enim diligebat in Iacob anteꝗ natus fecisset aliquid boni: nisi gratuitum mise
ricordiæ suæ donum? Et quid oderat in Esau anteꝗ fecisset aliquid mali:nisi originale pecca-
tum? Nam neqꝫ in illo diligeret iustitiam quam nullam ille fecerat: neqꝫ in isto odisset naturã
quam bonam ipse perfecerat. Mirum autem cum his coarguantur angustiis:in quanta se ab-
rupta præcipitent metuentes retia veritatis. Ideo (inquiunt) nondũ natorum alium ode-
rat:alium diligebat:quia eorum futura opera præuidebat. Quis istum acutissimum sensum
defuisse apostolo non miretur? Hoc quippe ille non vidit:quando sibi velut aduersantis obie-
cta quæstione:non id potius tã breue:tam aptum:tam (sicut isti putant) verũ absolutũqꝫ re-
spondit. Cum enim rem stupendam proposuisset:quomodo de nõdum natis:nec aliquid agẽ
tibus boni aut mali recte dici potuerit:ꝙ vnum deus dilexerit: alium odio habuerit:ipse sibi
obiecta quæstione motum exprimens auditoris. Quid ergo dicemus inquit? Nunquid iniqui Roma.9.
tas apud deũ? Absit. Hic ergo erat locus vt diceret qđ isti sentiunt. Futura enĩ deus opera pręt
uidebat:atqꝫ ideo minori maiorẽ seruiturũ esse dicebat. Non autem hoc apostolus dicit: sed
potius ne quisꝗ de suorũ operũ audeat meritis gloriari:ad dei gratiam & gloriã cõmendãdã
voluit valere quod dixit. Cum enim dixisset: Absit vt sit iniquitas apud deum:tanꝗ ei dicere
mus: Vnde hoc ostendis: cũ asseras non ex operibus:sed ex vocante dictũ esse: Maior seruiat
minori? Moyses enim dicit:inquit: Miserebor cui misertus ero:& misericordiã præstabo cui

misericors fuero. Igitur non volentis neq currentis: sed miserentis est dei: Vbi nunc meri-
ta: vbi opera vel præterita vel futura: tanq̃ liberi arbitrii viribus adimpleta vel adimplẽda?
Nonne apertã ꝓtulit apostolus de gratuitę gratiæ / hoc est veræ gratię commendatione sen-
tentiam? Nõne stultã fecit deus hæreticorũ sapientiam? Quid autem agebatur vt hoc aposto
lus diceret: vt eorũ geminorꝫ cõmemoraret exẽplũ? Quid ꝑsuadere moliebat? Quid inculca-
re cupiebat? Nẽpe hoc qđ ipsorũ oppugnet amẽtia: qđ superbia nõ capiunt: qđ sapere nolunt:
Ro.10. Qui ignorãtes dei iustitiã: & suã volentes cõstituere: iustitiæ dei nõ sũt subiecti. De ipsa quip
pe gratia satis agebat apl'us: & ideo ꝓmissionis filios commẽdabat. Quod eñ ꝓmittit de⁹ nõ
facit nisi deus. Habet nãq aliquid rationis & veritatis: vt hõ ꝓmittat & de⁹ faciat: vt autẽ ho Q
mo se facere dicat qđ promiserit deus: supbæ impietatis est reprobus sensus. Cõmendans er-
go filios ꝓmissionis: hoc primũ significatũ ostendit per Isaac filium Abraę. Euidentius nanq
opus dei apparet in eo quem nõ genuit vsitat⁹ ordo naturæ de sterilib⁹ visceribus & senectu-
te confectis: vt in filiis dei qui futuri prænuntiabant hoc esset signũ diuini operis non huma-
Ro.9. ni. In Isaac inquit vocabitur tibi semen: hoc est non qui filii carnis: hi filii dei: sed filii ꝓmissio-
nis deputantur in semine. Promissionis enim verbũ hoc est: Ad hoc tp̄s veniã: & erit Saræ fili
us. Nõ solũ autẽ illa: sed & Rebecca ex vno cõcubitu: nisi vt nõ solũ de suis: neq de parentum
meritis aliorꝫ: sed ne de ipsius quidẽ vni⁹ patris: mutata forte inmeli⁹ volũtate gloriaret Ia-
cob dicens: Ideo se a creatore derelictũ quia pater eius quando eum seminauit melioribus lau
dabilior motibus fuit. Ex vno inquit cõcubitu: vnũ tunc ad eos seminandos meritum patris:
vnũ ad cõcipiendos meritũ matris. Quia et si mater eos donec pareret visceribus portauit in
clusos: & forte voluntates affectionesq variauit: nõ vni sed ambobus vtiq variauit: quos pa
riter ventre portauit. Intentio igitur intuẽda est apl'i: qũo ꝓpter gratiã cõmendãdã: nolit eũ
de quo dictũ est: Iacob dilexi: nisi in dño gloriari: vt cũ ex eodẽ patre: eadẽ matre: vno cõcubi-
tu: anteq̃ aliquid egissent boni aut mali: alterũ deus diligit: odit alterum: intelligat Iacob ex il
la massa originalis iniquitatis: vbi fratrem suũ cũ quo habuit cõmunẽ causam: videt ꝑ iusti-
tiam meruisse dãnari: nõ nisi ꝑ gratiã se potuisse discerni. Nondũ eñ nascentibus: nec agenti
bus bonũ aut malum: vt scd̃m electionẽ ꝓpositũ dei maneret: non ex operibus: sed ex vocante
dictum est ei: Maior seruiet minori. Electionẽ autẽ gratiæ in illis fieri operũ p̃cedẽtibus meri
tis: alio loco aptissime idẽ apl's ostẽdẽs: Sic ergo (inquit) & in hoc tẽpore reliquiæ scd̃m electi
Ro.11. onẽ gratiæ saluæ factę sunt. Si aũt gratia iã nõ ex opib⁹: alioqn gr̃a iã nõ est gr̃a. Scd̃m hanc er
go gr̃am etiã ꝓpheticũ testimoniũ assumẽs: Sicut scriptũ est inqt: Iacob dilexi: Esau aũt odio
habui. & cõtinuo. Quid ergo dicem⁹ / inqt? Nũqd iniquitas est apud deũ? Absit. Sed quare ab
Ro.9. sit? An ꝓpter opa quæ futura pręsciebat amborꝫ? Immo & hoc absit. Moyses eñ dicit: Misere-
bor cui misertus ero: & misericordiã p̄stabo cui misericors fuero. Igitur nõ volẽtis neq cur-
rẽtis: sed miserẽtis ẽ dei. Atq vt in vasis q̃ ꝑfecta sunt in ꝑditionẽ: quę dãnatę debita est massę:
agnoscãt vasa ex eadem massa in honorem facta: quid eis misericordia diuina largita sit. Dicit
eñ (inquit scriptura) ad Pharaonem: quia ad hoc te excitaui vt ostendã in te potentiã meam:
& vt glorificetur nomẽ meũ in vniuersa terra. Deniq ad vtrunq cõcludit: Ergo cuius vult
miseretur: & quem vult indurat. Hoc facit apud quẽ non est iniquitas. Miseretur itaq gra-
tuito dono: obdurat autẽ iustissimo merito. Sed dicat adhuc vel superbi infidelis elatio: vel R1
puniti dãnabilis excusatio. Quid adhuc conqueritur? Nam voluntati eius quis resistit? Di-
cat & audiat qđ conuenit homini: O homo tu qui es qui respondeas deo? & cętera: de quibus
iam quantum potui satis ac sæpe disserui. Audiat hæc & non contemnat. Qꝫ si contempse-
rit: etiam vt contemneret se inueniat obduratum. Si non contempserit: etiam vt non con-
temneret esse credat adiutum: sed obduratum debito: adiutum gratia. Neq enim si duorum
de Isaac patriarcha geminorum (quod quidem iam ostendimus quanta cæcitate dicatur) fu
tura pręuidit deus opera: quia vixerunt atq senuerunt: & propterea Iacob dilexit Esau aũt
odio habuit: ideo moriturorũ etiã paruulorũ põt quisq̃ dicere: vt huic ad percipiendũ baptis
mũ nõ consulat: illi aũt cõsulat deum futura eorꝫ opera pręuidere: Quomodo eñ futura di-
cuntur quæ nulla erunt? Sed inquiunt in eis quos hinc aufert præuidet: quẽadmodũ victur⁹
esset quisq si viueret: & ideo quẽ neqter nouit fuisse victurũ: sine baptismo facit & mori: sic
in eo puniens opa mala: nõ quæ fecit sed quæ facturus fuit. Si ergo diuinitus etiam quæ com
missa nõ sunt mala opera puniunt: primo attendãt q̃ falso polliceantur in dãnationẽ paruu-
los non ituros: q sine baptismate moriunt: q ꝓpterea nõ baptizant: qa mali victuri erant si vi-

uerẽt. ꝓpter ipsam quippe malã vitã ꝑculdubio dãnabunt: si etiã mala q̃ fuerãt futura/ dãnant. Deinde si eis ad ꝑcipiẽdũ baptismatis cõsulitur sacramentũ: quos nouit deus si viuerẽt bene fuisse victuros: cur non oẽs tenẽtur in vita quã bonis opibus ornaturi sunt? Cur etiã eorũ qui baptizant quidã diu viuentes pessime viuũt: & vsq; ad apostasiam aliquã ꝑueniũt? Cur ipsum primũ cõiugiũ pctõrũ: quos vtiq; nouerat deus peccaturos: nõ de paradiso ante ꝓiecit: ne ibi cõmitterẽt qd tã sancto loco esset indignũ: si iuste pctã etiã nondũ cõmissa puniunt? Quid denique ꝓstatur ei q rapitur ne malicia mutet intellectũ ei9: & ne fictio decipiat aĩam eius: si iuste etiã illa puniunt: quæ licet nõ fecerit: fuerat tñ viuẽdo facturus? Postremo cur nõ ad ꝑcipiendũ regeneratiõis lauacrũ: ei magis cõsulit morituro: qui male fuerat victurus si viueret: vt ei peccata q̃ fuerat cõmissurus remittant iu baptismo? Quis eñ est tã vęcors q ea neget per baptismũ posse dimitti: q̃ sine baptismo dicit posse puniri? Sed disputando aduersus eos: q vsq; quaq; cõuicti etiã nõ cõmissorũ peccatorũ deũ persuadere moliunt vltorẽ: verendũ est ne nos in eos ista fingere existimemur: illi aũt nullo mõ tam hebetes esse credãtur: vt hęc vel sentiãt: vl cuiq̃ ꝑsuadere conẽt. Verũtñ nisi eos hęc dicere audissem: refellẽda eẽ nõ arbitrarer. Circũstipant eñ & diuinarũ authoritate lectionũ: & antiqtus tradito & retẽto firmo ecclesiæ ritu in baptismate paruulorũ: vbi aptissime demonstrant infantes: & cũ exorcizantur: & cũ ei per eos a quibus gestantur: renũtiare respõdent: a diaboli dominatiõe liberari. Et nõ inueniẽtes

S qua exeant: pergunt in præcipitẽ stultitiã dũ nolunt mutare sententiã. Illud sane sibi vident acutissime dicere: Quõ peccatũ trãsit in filios fideliũ: qd in parentib9 non dubitamus dimissum esse per baptismũ? quasi ꝓpterea possit nõ habere generatio carnalis: qd sola tollit regeneratio spiritalis. Aut vero in baptismo cõcupiscẽtiæ carnis infirmitas continuo sanetur: sicut continuo reatus eius abolet: sed gratia regenerascẽdi: nõ cõditiõe nascẽdi. Vnde quisquis ꝑ hanc cõcupiscentiã: etiam de renato nascitur: sine dubitatiõe obest nato: nisi & ipse similiter renascat. Verũ quicqd est in hac quęstione difficultatis: ita in agro Christi nõ impedit oparios ei9 De Geñ.
quo minus ab eis in remissionẽ peccatorũ baptizent infantes: siue de fidelibus siue de infidelibus nati sint: sicut agricolas nõ impedit: quo min9 ab eis inserẽdi cura in oleas cõuertant oleastri: siue de oleastris siue de oleis oriantur. Nam & hoc si vt respõdeat rustico proponat: quę causa sit vt cum aliud sit olea: aliud oleaster: de semine vtroq; nascatur: nõ omittit inserẽdi curationẽ: etiã si nõ possit istã soluere quæstionẽ. Alioquin dũ ex oliuæ semine exorta virgulta non aliud q̃ oleas esse existimat: efficit desidia vanitatis vt totus ille ager amara sterilitate syl ad literã.li. 10.ca.13.

T uescat. Nam illud quod excogitauerunt cum veritatis pondere premerẽtur: quia fidelis dominus in verbis suis: & ꝓpterea ei9 ecclesia nullo modo fallaciter paruulos in remissionẽ peccatorũ baptizat: sed vt fide agatur qd agit: vtiq; fit quod dicitur. Quod ergo cogitauerũt cũ hæc eos apertissima moles veritatis vrgeret: quis nõ Christianus irrideat: q̃libet versutissimũ cernat? Dicunt eñ veraciter quidẽ respondere paruulos per ora gestantiũ in remissionẽ se credere peccatorũ: nõ tñ quia sibi remittunt: sed quia credant ꝙ in ecclesia vel in baptismo remittunt in quibus inueniunt: non in quibus nulla sunt. Ac ꝑ hos volunt eos ita baptizari in remissionẽ peccatorũ: tanq̃ in eis fiat ipsa remissio: quos cõtendunt nullũ habere peccatum. Sed qm̃ licet sine peccato meo cum baptismate baptizantur: quo fit in quibusq; peccatoribus remissio peccatorũ: fieri quidẽ põt vt hęc versipellis astutia subtilius & acutius ex otio refellatur: verũtamẽ scd̃m istã suã calliditatẽ nõ inueniũt quid ad hoc respõdeãt: ꝙ exorcizantur & exufflant infantes. Hoc eñ ꝑculdubio fallaciter fit si diabolus eis nõ dñat. Si autẽ dñatur: & ideo nõ fallaciter exorcizant & exufflant: ꝑ quid dñatur nisi per pctm̃: princeps vtiq; peccatorũ? Proinde si iã erubescũt nec audẽt dicere hęc in eccl'ia mẽdaciter geri: fateantur qd perierat etiã in paruulis quæri. Neq; eñ nisi ꝓpter pctm̃ perierat: qd nisi per gratiã nõ põt quæri nõ põt inueniri. Sed deo gratias: cũ saltẽ argumẽtãt cõtra remissionẽ peccatorũ ne fieri credatur in paruulis: iam tamen q̃uis per corda & ora maiorũ credere paruulos cõfitẽtur. Sicut ergo audiunt dñm dicentẽ: Qui non renatus fuerit ex aqua & spiritusancto non introibit in regnũ cœlorũ: ꝓpter qd eos baptizãdos esse cõcedũt: sic audiãt eundẽ dñm dicentẽ: Qui non Ioan.3.
crediderit condẽnabit. Quia sicut eos renasci per ministeriũ baptizantiũ: ita etiam credere Marci.16.
per corda & ora confitentium confitemur. Audeant ergo dicere ꝙ a iusto deo innocens con-

V demnabitur: si nullo vinculo peccati originalis innectitur. Si sermo iste prolixus est & onerosus occupatiõib9 tuis: da veniam: quia vt hoc ad te scriberẽ: & occupatus literis tuis indicibus erga nos beniuolentiæ tuæ tecum ista colloquerer: etiam ego vim feci interrũpentibus occu

pationibus meis. Siqua illos alia excogitare aduer sus fidẽ catholicã scitis:vt quæcũq; aduer sus eos ne dominici gregis infirma deuastent:vos quoq; fideli & plane pastorali dilectione dis seritis:nota facite nobis. Hereticorũ quippe inquietudine vt scripturas vigilantius perscru temur:vnde ne ouili Christi noceant:eis possit occurri: tanq̃ de somno ignauiæ nostra exci tur industria:ita per multiplicem gratiam saluatoris etiam qđ inimicus in perniciem ma
Ro.8. chinatur:deus conuertit in adiutorium.Quoniam diligentibus deum oĩa cooperantur in bonum.Semper in deo viuas:memor nostri frater charissime.

Sancti Augustini & Alipii ad Paulinũ:de Pelagio Britone:& libro illius de gratia dei differentium. Epistola.CVI.

Ista Epistola dicitur esse Augustini & Alipii ad Bonifacium papã: vt patet.2. senten. dis. 26. itaq; & ca. etsi.

DOmino beatissimo & in Christi visceribus amplectendo: plusq̃ dici potest X
desyderabili fratri & coep̃o Paulino:Alipius & Augustinus. Tandẽ aliq̃n prouidit deus nobis literarũ fidelissimũ platorem oĩm nostrorum merito charissimũ fratrẽ Ianuarium:per quẽ etiã si non scriberemus: omnia quæ circa nos sunt possit syncęritas tua tanq̃ per viuentem atq; intelligentem ep̃lam noscere. Pelagiũ quẽ credimus (vt ab alio distingueretur qui Pelagius Tarenti dicitur) Britonẽ fuisse cognominatum: quem vt seruum dei dilexe tis nouimus/ nunc autem quemadmodũ diligas ignoramus. Nã & nos non solũ dileximus: verũetiã diligimus eũ. Sed aliter nunc diligimus: aliter aliquando dileximus. Tũc enim q̃a nobis rectę fidei videbatur :nunc autẽ vt his quæ inimica & aduersa gratiæ dei sentire dicitur: illius misericordia liberetur. Nã cũ hoc de illo aliquãdiu fama iactaret: nõ vtiq; facile credendũ fuit. Solet quippe fama mentiri. Sed propius vt crederemus accessit:q; librũ quendã eius: ea ptorsus persuadere molientẽ:quæ gratiã dei per vnũ mediatorẽ dei & hominũ: hoĩem Iesũ Christũ generi humano impẽtitã: de fidelium cordibus creditã deleat: legimus: traditũ nobis a famulis Christi:q eũ talia docentẽ studiosissime audierant:fuerãtq; sectati. Cui quidẽ libro: eisdẽ rogãtibus:q̃a & fieri oportere videbamus: tacito noĩe authoris (ne offensus insanabilior redderetur) vnius nostrũ dãnatiõe respõsum est:qđ libro cõtinetur & multipliciter atq; abũdãter asserit:qđ etiã q̃busdã l̃ris agit ad tuã venerationẽ datis:vbi dicit non se debere existimari si ne gratia dei defendere liberũ arbitriũ:cũ possibilitatẽ volendi atq; operandi sine ea nihil boni velle atq; agere valeremus a creatore nobis insitam diceret:vt videlicet hęc intelligitur doctore ipso gratia dei:q̃ paganis atq; Christianis:& impiis & piis:fidelibus atq; infidelibus cõis est. Hęc mala q̃bus saluatoris euacuaretur aduentus:vbi hoc possumus dicere: qđ de lege dicit ap̃ls:
Gal.2. Si per naturã iustitia:ergo Christus gratis mortuus est:t efellebamus vt poteramus in cordi Y
bus eorũ q ista sentirẽt:vt his cognitis:& ille si fieri posset nõ lacessitus ista emẽdaret:atq; ita & pnicies destrueretur erroris & hoĩs verecũdię parceretur. Sed postea q̃ ad nos l̃ræ de oriẽte vene rũt:eandẽ cãm aptissime vẽtilantes:nullo mõ iam qualicũq; ep̃ali auctoritate deesse ecclesiæ deberemus. Missæ sunt itaq; de hac re ex duobus conciliis Carthaginẽsi/ & Mileuitano/ rela tiones ad ap̃licam sedẽ:anteq̃ gesta ecclesiastica:q̃bus apud ep̃os puinciæ Palęstinę Pelagius p hibetur esse purgatus:vel in manus nostras vel in Africã peruenissent. Scripsimus etiã ad beatę memoriæ papã Innocẽtiũ/ pter cõciliorũ relationes/ literas familiares:vbi de ipsa causa aliquã to diutius egimus. Ad oĩa nobis ille rescripsit eodẽ modo quo fas erat atq; oportebat ap̃licæ sedis antistitẽ. Quę oĩa modo legere poteris:si eorũ forte ad te vel nulla: vel nõ cũcta peruenerãt: Z
vbi videbis seruata erga hoĩem moderatiõe quę debuit ne damnaretur si praua dãnarẽt: ipsum tamẽ nouellũ & perniciosum errorem sic ecclesiastica authoritate compressum:vt multum miremur esse adhuc quosdã q p quẽlibet errorẽ gratiæ dei conentur obsistere:si tñ hęc gesta di dicerũt:q; gr̃a dei p Iesum Christũ dñm nostrũ (qđ fides vera & catholica tenet sẽp ecclesia) pusillos cũ magnis a morte primi hoĩs ad vitã scđi hoĩs trãsfert:nõ solũ pc̃tã delẽdo:verũetiã ad nõ peccãdũ recteq; viuendũ:eos q iam vti pñt voluntatis arbitrio sic adiuuãdo: vt nisi ad iuuet nihil pietatis atq; iustitiæ:siue in opere:siue etiam in ipsa voluntate habere possumus.
Phil.2. Deus quippe operatur in nobis & velle & operari: p bona voluntate. Nam quis nos nisi qui venit quærere & saluare quod perierat:ab illa perditionis massa & contentione discernit? Vn
1.Corin.4. de apostolus interrogat dicens:Quis enim te discernit? Vbi si dixerit homo: Fides mea: vo luntas mea:bonum opus meum. Respondetur ei. Quid enim habes quod non accepisti? Si au tem & accepisti: quid gloriaris quasi non acceperis? Hoc vtiq; totum ideo:non vt homo; non
1.Corin.1. glorietur : sed vt qui gloriatur in domino glorietur: non ex operibus:ne forte quis extol ẽ

latur. Non quia bona opera ista pia cogitatione frustrant̄: cū deus reddat vnicuiq3 secundum Ro.2.
opera eius: sitq3 gloria & honor & pax omni operanti bonum: sed quia opera ex gratia: non ex
operibus gratia: quoniam fides quæ p dilectionem opatur: nihil oparetur nisi ipsa dilectio dei Ro.5.
diffunderetur in cordibus nostris p spiritūsanctū q datus est nobis. Nec ipsa fides esset in no- Ro.12.
bis: nisi de⁹ vnicuiq3 partiret̄ mensuram fidei. Bonū est igit̄ homini: vt cū totis viribus liberi
arbitrii sui veraciter dicat: Fortitudinem meam ad te custodiam: quia ille qui putauit sine ip Psal.58.
sius adiutorio se posse custodire qđ dedit: pfectus in longinquā regionem & viuens prodige
cuncta consumpsit: & miseria duræ seruitutis attritus: reuersusq3 in semetipsum dixit: Sur- Lucæ.15.
gam & ibo ad patrē meum. Quā cogitationē bonam qñ haberet: nisi & ipsam illi ī occulto pa
ter misericordissimus inspirasset? Quā intelligens minister ille noui testamenti: Non qa ido 2.Corin.3.
nei sumus (inqt) cogitare aliqd q̄si ex nobismetipsis: sed sufficientia nostra ex deo est. Vñ & il Psal.58.
le cū dixisset: Fortitudinē meam ad te custodiam: ne vel hocipsum quia custodit: suis viribus
arrogaret tanq̄ ei venisset in mentem: (Quia nisi dominus custodierit ciuitatē: in vanū vigi Psal.126.
lant qui custodiunt eam. Et nō dormit neq3 dormitat qui custodit Israel) adiūxit causam vñ Psal.120.
fiat idoneus custodire: vel quo potius custode seruetur: Qm̄ deus (inquit) susceptor meus es.
& Recolat igitur iste si pōt merita sua: vnde factū sit vt de⁹ dignaret̄ ei⁹ esse susceptor. Ac si de⁹
esset susceptus: recolat vtrum quæsierit: an quæsitus sit: ab illo scilicet qui venit quærere & Lucæ.19.
saluare qđ perierat. Nam si quærere voluerit ante gratiā qd meruerit vt acciperet eam: malā
sua poterit homo inuenire non bona: etiā si eū vnius diei vitā habentē super terram gratia sal
uatoris inuenerit. Quia si aliquid boni operatur homo vt gratiam mereatur: non ei merces
imputatur secundū gratiā: sed secundum debitū. Si aūt credit in eū qui iustificat impiū vt de Ro.4.
putetur fides eius ad iustitiam: Iustus em̄ ex fide viuit: pfecto anteq̄ gratia iustificetur vt iu- Abachuc.2.
stus efficiatur impius: quid est nisi impius? Quē si debitū sequeret̄: quid eius merito nisi sup-
pliciū redderet̄? Si ergo gratia: iam non ex operibus est: alioquin gratia iam nō est gratia: Ope Ro.11.
ribus enim debitum redditur: gratia gratis dat̄: vnde etiam nuncupatur. Si quis autē dixerit
q3 gratiam bene operandi fides mereatur: negare nō possumus: immo vero gratissime cōfite
mur. Hanc enim fidem volumus habeant qua impetrēt charitatē quæ sola vere bñ operatur
isti fratres nostri qui multum de suis operibus gloriantur. Charitas aūt vsq̄adeo donum dei
est: qua impetrēt iustificationē: p dei gratiam puenerunt ad legem iustitiæ. Vñ dicit̄: Tempo 2.Corin.6.
re acceptabili exaudiui te: & in die salutis adiuui te. Proinde in his q per electionem gratiæ sal
ui fiunt: adiutor deus operatur & velle & operari p bona voluntate: quoniam diligentibus de Phil.2.
um omnia cooperantur in bonum. Si omnia: vtiq3 & ipsam dilectionem quā fide impetramus Ro.8.
vt eum qui nos prior dilexit: vt in illum crederemus: p eius gratiam diligamus: & diligamur
9 qđ operati non sumus. Qui vero suis meritis præmia tanq̄ debita expectant: nec ipsa merita
dei gratiæ tribuunt: sed viribus ppriæ voluntatis: sicut dictum est de carnali Israel: psequen
tes legē iustitiæ in legem iustitiæ nō peruenerunt. Quare? Quia nō ex fide: sed tanq̄ ex operibus.
Ipsa est enim iustitia ex fide quam gentes apprehenderunt: de quibus dictum est: Quid ergo
dicemus? Quia gentes quæ non cognouerunt iustitiam apprehenderūt iustitiam. Iustitia au Ro.9.
tem quæ ex fide est. Israel aūt persequens legē iustitiæ: in legem iustitiæ nō peruenit. Quare?
Quia non ex fide sed tanq̄ ex operibus. Offenderunt em̄ in lapidem offensionis: sicut scriptū
est. Ecce ponam in Sion lapidem offensionis: & petram scandali: & qui crediderit in eum non Esa.28.
confundetur. Ipsa est iustitia ex fide qua credimus nos iustificari: hoc est iustos fieri gratia dei
p Iesum Christum dominum nostrum: vt īueniamur in illo nō habentes nostrā iustitiā quę ex
lege est: sed eam quæ est p fidem Christi. Quæ ex deo iustitia in fide? vtiq3 in fide qua credim⁹
nobis iustitiam diuinitus dari: non a nobis in nobis nostris viribus fieri. Nam cur illam iusti-
tiam quæ ex lege est: suam dixit apostolus: non ex deo: quasi lex nō sit ex deo? Quis hoc nisi im
pius senserit? Sed quia lex p literam iubet: non per spiritum iuuat: quicunq3 sic audit literam
legis vt ei sufficere videatur cognouisse quid iubeat: aut prohibeat: quo id se arbitrii sui virtu
te impleturum esse confidat: nec fide confugiat adiuuandus ad spiritum viuificantem: ne re
um factum litera occidat: Is profecto zelum dei habet: sed non secundum scientiam. Ignorans Ro.10.
enim dei iustitiam: id est eam quæ datur ex deo: & suā volens constituere: vt tantummodo ex
lege sit: iustitiæ dei nō est subiectus. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credēti: sicut
idem apostolus dicit: vt nos simus iustitia dei in ipso. Iustificati igitur ex fide pacē habeamus Ro.5.
ad deum per dominum nostrum Iesum Christum: Iustificati autem gratis per gratiam ipsi⁹

2.sentē.dist. ne fides ipsa supba sit. Nec dicat sibi si ex fide quō gratis? Qđ enī fides meret: cur nō poti⁹ red
26.ca.& si. dit q̃ donat? Nō dicat ista hō fidelis: qa cū dixerit vt merear iustificationē habeo fidē: rñdet
1.Corin.4. ei. Quid enī habes qđ nō accepisti? Cū ergo fides impetrat iustificationē: sicut vnicuiq; deus A
2.sentē.dist. partit⁹ est etiā ipsius mēsurā fidei: nō gratiā aliqđ meriti pcedit humanā: sed ipsa gratia auget
26.ca.itaq;. vt aucta mereat pfici: comitante nō ducēte: pedissequa nō pduia volūtate. Vñ ille q dixit: For-
Psal.58. titudinē meā ad te custodiā: causamq; reddit dicēs: Qm̄ de⁹ susceptor meus es: tanq̃ reqrens
quib⁹ id meritis id fuerit cōsecutus: nihilq; in se inueniens ante gratiā dei: Deus meus inquit
misericordia eius praeueniet me. Quantumcunq; inqt cogitauero antecedentia merita mea:
misericordia eius praeueniet me. Proinde ab illo attributam fortitudinem suam ad illum cu
stodiens: eodem seruatore non perdit quod eodē largitore suscepit. Nec ob aliud meretur am
pliora: nisi pie fideliterq; sciendo a quo sibi bona sunt oīa: & hoc sciendo: non ex seipso: ne vel
1.Corin.2. hoc non sit in eo qđ non sit ex deo. Vnde optime apostol⁹: Nos inquit nō spiritum hui⁹ mūdi
accepim⁹: sed spiritū q ex deo est: vt sciam⁹ q̃ a deo donata sūt nobis. Ac p hoc & ipm hoīs me
ritū donū est gratuitū. Nec a patre luminū a quo descēdit oīe datū optimū: boni aliqđ acci-
pere quisq̃ meretur: nisi accipiēdo quod nō meretur. Multū est autē idulgēti⁹ & sine vlla dubi
tatiōe gratuitum: q dei gratia p Iesum christum dominum nostrum pstatur infantibus: vt
eis nō obsit ex Adam generatio: & prosit in christo regeneratio: in quibus & ipsum accipiendi
sensum tāto ante misericordia dei pūenit: qui certe si in hac paruula ętate de corpore exierit:
vitā ęternam/regnumq; coelorum sciētes accipiunt eius muneris merito quod hic cum vtiq;
profuit nescierunt. Certe in his post priorum doctrinam: ita nō nisi priora sunt dona: in quib⁹
donandis dei gratia sic operatur: vt nec volūtas accipientium vel praetermittatur/vel adiun-
gatur/vel subsequatur. Quādoquidē tantum beneficium nō solum nō libētibus: verumetiam
reluctātibus dat. quod eis ad magnum imputaretur sacrilegium: si iam in his aliquid valeret
volūtatis arbitrium. Hoc diximus propter eos: qui non valentes in causa gratiae inscrutabilia B
dei iudicia perscrutari: cur ex Adam massa quae profecto ex vno in condēnationem tota colla-
psa est: illud vas faciat in honorē: illud in cōtumeliam: tamē audēt paruulos reos proprioq; cō
stituere peccatorū: vt qui bona/malaue cogitare nō possūt: putent p liberū arbitrium vel poe-
Ro.5. nam mereri posse vel gratiam: cum potius apostolica veritas dicēdo: Ex vno omnes in cōdem
nationem: satis ostendat q nascātur in poena: vt non merito/ sed misericordia renascantur in
Ro.11. gratia. Alioquin gratia iam non est gratia. sed non diuinis operibus gratis datur: sed huma-
nis meritis redditur. Quae sola sic discernit a poena: vt cum poena sit ex Adam omnibus
debita: gratia vero per vnum Iesum Christum nulli debita: sed gratuita: vt vel sit gratia:
inscrutabilia iudicia dei tāq̃ deus esse possint: cum paruulos ipse discernat: quos merita nulla
Psal.24. discernunt: sed iniqua esse non possunt: quia vniuersae vię domini misericordia & veritas. Vn
de cum praebetur alteri misericordiae gratia: non habet quae de humano merito glorietur:
quoniā nō ex operibus: ne forte quis extollatur. Cum vero alteri vindicta redditur: veritas
non habet cur iuste queratur: idem redditur qđ peccato iure debet: quoniā vnus in quo om
nes peccauerunt: vtiq; etiam in singulis quibusq; punitur. In quorum poena clarius ostendit
quid vasis misericordiae per non debitam sed veram gratiam: hoc est gratuitam conferatur.
Ro.5. Vnde ergo argumentent aduersum apostolū aptissime dicentē: Per vnum hominē peccatum C
intrauit in mundū: & per peccatū mors: & ita in omnes homines pertrāsiit: in quo omnes pec
cauerunt: dicentes etiā paruulos ppria p liberū arbitriū habere peccata: taedet attendere: pi-
getq; pferre: sed magis cōpellimur. Qđ enī potuerūt magna & acuta ingenia cogitare: aut I
opię est tacēdo vitare: aut arrogātiae contēnendo praeterire. Ecce (inquiunt) Esau & Iacob in
ter viscera materna luctantur: & dum nascunt: alter supplantat ab altero: atq; in pede prae-
cedentis manus consequētis & tenentis inuenta/pseuerans quodammodo lucta conuincitur.
Quomodo ergo in infantibus haec agentibus: nullum est vel ad bonum vel ad malū propriae
voluntatis arbitrium: vnde praemia siue supplicia meritis praecedētibus subsequant? Ad hoc
nos dicimus: ideo motus illos & tanq̃ litigium paruulorum/signum rerum fuisse magnarum
quae non fuit arbitrium sed prodigium. Neq; enim daturi sumus & asinia liberum arbitrium
Nūeri.22. voluntatis: quoniam huius generis iumentum: sicut scriptum est: & subiugale sine voce: hoīs
voce respondens vetuit pphetae dementiā. Hi aūt qui tales nō pdigiosos motus: sed volūtari
os actus: nec de paruulis: sed a paruulis factos esse contēdūt: qđ aplo respōsuri sunt: qui cū &

hos geminos ad documentum gratuitæ gratiæ cõmemorandos videret! Nondum eñ natis Ro.9.
inquit: nec aliquid agentibus boni aut mali: vt secundũ electionẽ propositũ dei maneret: non
ex operibus: sed ex vocante dictum est: quia maior seruiet minori. Deinde adiungens testimo
niũ prophetæ longe post quidem ista dicentis: sed tamen de hac re antiquũ dei consilium de
clarantis: Sicut scriptum est inquit: Iacob dilexi: Esau autem odio habui. Nempe doctor genti Malachię.1.
um in fide & veritate istos geminos nondum natos nihil boni aut mali egisse testatur: vt gra-
tia cõmendetur: vt qđ dictum est: Maior seruiet minori: non ex operibus: sed ex vocante dictũ
intelligatur: vt secundum electionem dei ꝓpositum dei maneret: non meritum hominis ante
iret. Non enim dicit: electionẽ voluntatis humanę siue naturę: cum par esset in vtroq; mortis
damnationisq; conditio: sed electionem ꝓculdubio gratiæ: quæ non inueniet eligendos: sed fa
cit. de qua & in consequentibus eiusdem epistolæ loquens ait: Sic ergo & in hoc tempore reli- Ro.11.
quiæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Si autem gratia iam non ex operibus: alioquin
gratia non est gratia. Cui loco satis locus iste concordat: vbi commemoratur: non ex operib⁹
sed ex vocante dictum: Maior seruiet minori. Vt qd ergo præclarissimo gratiæ cõmendatori
de infantum libero arbitrio: & nondum natorum actibus: tam impudenter resistitur! Cur me
ritis præueniri gratia perhibetur: quæ gratia non esset si secundum meritum imputaretur!
Cur contra salutem quæ missa est ꝑditis: quæ venit indignis: q̃libet acuta: q̃libet copiosa &
D ornata: mirum tñ si Christiana disputatione contenditur! Sed quomodo (inquiũt) non est ini
quitas apud deum: si diligendo discernit quos merita operũ nulla discernunt! Ita nobis hoc
dicitur tanq̃ id apostolus ipse non viderit: non proposuerit: non responderit. Vidit vtiq;
quid his auditis humana posset infirmitas vel ignorantia cogitare: & eandem quæstionem si
bi ipse ꝓponens: Quid ergo dicemus inquit! Nunquid iniquitas apud deum! Continuo respõ
dit: Absit. Rationẽq; reddens cur absit: id est cur non sit iniquitas apud deum: non ait. Merita Ro.9.
enim vel opera iudicat etiam paruulorũ: etiam si adhuc sint in materno vtero constituti. Quo
modo enim hoc diceret qui iã dixerat de nondum natis: & de his qui nihil adhuc egerant bo-
ni vel mali: ꝙ non ex operibus: sed ex vocante dictum sit: maior seruiet minori! Sed cum vel
let ostendere cur in his non sit iniquitas apud deum: ait: Moysi enim inquit: Miserebor cui mi
sert⁹ ero: & misericordiã præstabo cui misericors fuero. Quid nos hic docuit nisi ex illa mas-
sa primi hominis cui merito mors debetur: non ad merita hominũ: sed ad dei misericordiam
pertinereq; ꝙ quisq; liberaꝫ: atq; ita non esse iniquitatẽ apud deum: quia neq; ꝑmittendo neq;
exigendo quod debetur iniustus! Ibi enim grata est indulgentia: vbi iusta posset eẽ vindicta.
Et hinc euidentius apparet a poena debita liberato & gratis iustificato: quantum beneficii cõ
feraꝫ: ꝙ alter æqualiter reus sine punientis iniquitate punitur. Deniq; subiungit & dicit: Igiꝫ
non volẽtis neq; currentis: sed miserentis est dei. Hoc propter eos dictum est q per gratiam li
berati iustificanꝫ. Propter eos autem sup quos ira dei manet: quia & ipsis deus bene vtitur ad
docendos alios quos liberare dignatur: subiũxit: atq; ait. Dicit eñ scriptura Pharaoni: Quia
ad hoc te excitaui vt ostendã in te potentiã meam: & vt annuntietur nomen meũ in vniuersa
terra. Deinde ad vtrunq; cõcludens: Ergo inquit cui vult miseretꝫ: & quem vult obdurat: pro
E fecto neutrũ iniquitate: sed vtrunq; misericordia & veritate. Et adhuc tamen audax mouetur
infirmitas eorũ scilicet qui secundum coniecturas cordis humani inscrutabilem altitudinem
iudiciorum dei cogitare conantur. Hanc quęstionem sibi ex aduerso opponens apostolus ait:
Dicis itaq; mihi: Quid adhuc conqueritur! Nam voluntati eius quis resistit! Nobis hoc di-
ctum putemus. Quid ergo aliud q̃ qđ respondit apostolus: respondere debemus! aut si & nos
talia mouent: quia & nos hoies sumus: simul oportet omnes audiamus dicentem: O homo tu
qui es qui respondeas deo! Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit: quare me fecisti sic! An
non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud vas in honorem: aliud in contu
meliã! Hæc massa si esset ita media: vt quemadmodum nihil boni: ita nec mali aliquid merere
tur: non frustra videretur iniquitas: vt ex ea fierent vasa in contumeliam. Cum vero per libe
rum arbitrium primi hominis in condemnationẽ vniuersa defluxerit: ꝓculdubio ꝙ ex ea fi-
unt vasa in honorem: non ipsius iustitiæ: quæ gratiam nulla præcessit: sed dei misericordiæ:
quod vero in contumeliam: non iniquitati dei: quæ absit: vt sit apud deum: sed iudicio deputã
dũ est: hoc quisquis cũ ecclesia sapit: non contra gratiam pro meritis disputat: sed misericor-
diã & iudicium domino cantat: vt nec misericordiã recuset ingratus: nec iudicium accuset
inuitus. Alia est nãq; illa cõspersio: de qua idẽ dicit apostolus: Si autẽ delibatio sancta est & cõ Ro.11.

ſperſio:& ſi radix ſancta eſt & rami:illa eſt ex Abraam nõ ex Adã: id eſt ex cõmunione ſacra-
menti & ſimilitudine fidei:nõ ex ꝓpagine mortali.Iſta vero vel conſperſio/vel(ſicut ĩ plęriſq;
Ro.5. codicibus legitur)maſſa: qm̃ tota mortis eſt: cũ p vnũ hominẽ peccatũ intrauit in mundum:
& p peccatũ mors:/& ita in oĩs hoĩes pertrãſiit:in quo oĩs peccauerunt:miſericordia ex illa
fit aliud vas in honorẽ:iudicio autem in contumeliã.Neq; ibi ꝓcedunt merita gratiã liberan-
tis:neq; hic effugiũt peccata iuſtitiã puniẽtis.Quod quidẽ in ętatibus maiorib⁹ aduerſus cõ-
tentioſos nõ tam euidẽter apparet:vbi pro meritis hoĩm qualicũq; velut protecti obſcuritate
cõfugiũt: ſed ideo cõtra eorũ cõtẽtionẽ illos inuenit apoſtolus: in quib⁹ nondũ natis/neq; agẽ
tib⁹ aliquid boni/aut mali:nõ ex operibus:ſed ex vocãte dictũ eſt:maior ſeruiet minori. Qua
in re nimis alta/ & inſcrutabilia ſunt iudicia dei & ĩueſtigabiles viæ eius . Interĩ teneat homo
non eſſe iniquitatẽ apud deum:ſed qua ęquitate cuius vult miſeretur:& quem vult obdurat:
ſe tanq̃ hominẽ ignorare fateaẽ.Ita ſane:vt ꝓpter illud quod inconcuſſum tenet:non eſſe ĩiqui
tatem apud deũ:q̃uis nemo ab illo iuſtificetur meritis ꝓcedẽtibus:neminẽ tamẽ obdurari niſi
merito nouerit.Pie nãq; & veraciter creditur deus nocẽtes/atq; ĩpios iuſtificãdo a poenis debi
tis liberare.Queq̃ vero imeritũ & nulli obnoxiũ peccato ſi deus dãnare creditur:alienus ab ĩi
quitate non creditur. Vbi ergo liberatur indignus:tãto debetur maior actio gratiarũ:quãto
poena iuſtior debebatur: vbi autẽ damnatur ĩdignus: nec miſericordia/nec veritas dãnatur.
Quomodo(ĩquiũt)Eſau non damnatur indignus:ſi non ex operibus:ſed ex vocante dictum ẽ:
Quia maior ſeruiet minori? Sicut enim illius nulla pręceſſerant opa bona:vt ad gratiam pti- F
neret:ſic nec huius mala vt ad poenam pertinere deberet.Nulla plane in vtroq; opera vel bo-
na vel mala/ſed propria:vterq; autem illi vni obnoxius erat: in quo oẽs peccauerunt : vt oĩs
in illo morerẽtur.Quicũq; enim ex illo vno/multi in ſeipſis futuri erant:proĩde illud peccatũ
ſolius eſſet ſi ex illo nullus extiſſet.Porro autẽ in quo erat natura cõmunis:ab eius vitio eſt nul
lus immunis:Sed ambo qui nondum propria vel bona vel mala operabantur:rei tamen ex ori
gine naſcebanẽ:laudet miſericordiã qui liberatur:non culpet iudicium qui punitur.Hæc ſi di
xerimus:quanto melius ambo liberarentur?nihil nobis cõuenientius dicetur:q̃: O homo ,tu
Ro.9. qui es qui reſpondeas deo? Nouit quippe ille qd agat:& quantus numerus eſſe debeat primi-
tus omnium hominum:deinde ſanctorum: ſicut ſyderum:ſicut angelorum:atq; vt de terre-
nis loquamur:ſicut pecorum:piſcium: volatilium:ſicut arborũ & hęrbarum: ſicut deniq; foli
orum capillorumq; noſtrorum.Nam nos humana cogitatione adhuc poſſumus dicere:quo-
niam bona ſunt cuncta iſta quæ fecit:quanto melius illa duplicaſſet & multiplicaſſet:vt mul-
to eſſent plura q̃ ſunt?Si enim non ea caperet mundus:nunquid non poſſet etiam ipſum face-
re quantum vellet ampliorem: & tñ quantuncũq; faceret: vel illa plura: vel iſtum capaciorem
atq; maiorem:nihilominus eadem de multiplicandis eis dici poſſet: & vt nullus eſſet immode
ratus modus?Etenim etiã illud dici poteſt:ſiue ſit gratia qua iuſtificanẽ iniuſti: de qua nobis G
dubitare fas non eſt: ſiue(vt quidam volunt)ſemp præcedat liberum arbitrium:cuius meri
tũ ſequaẽ vel poena vel præmiũ:cur omnino creati ſunt:quos deus ita peccaturos:vt æterno
eſſent igne damnandi:ſine dubitatione præſciuit?Quis enim peccata non fecerit:naturas ta
men ipſas quæ per ſe ipſę ſine dubio bonæ ſunt:quibus tamen ex arbitrio volũtatis futura eſ-
ſent vitia peccatorũ:& in multis talia quibus eſſet æterna poena reddenda:quis niſi deus crea
uit? Quare?niſi quia voluit.Quare autem voluerit:O homo tu qui es qui reſpõdeas deo? Nũ
quid dicit figmentum ei qui ſe finxit:quare ſic me feciſti? An non habet poteſtatem figulus lu
ti ex eadem conſperſione facere aliud quidem vas in honorem:aliud autem in cõtumeliam.Ac
q; vtinam dicamus qđ ſequitur:Si autem volens deus oſtendere iram:& demonſtrare poten-
tiam ſuam:pertulit in multa patientia vaſa iræ quæ perfecta ſunt in ꝑditionem: vt notas face
ret diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ : ecce etiam ratio reddita eſt homini:quanta de-
buit homini:ſi tamen vel iſtam capit:qui pro ſui arbitrii libertate infirmitatis ſeruitute con-
tendit.Ecce dictæ ſunt cauſę.Tu ergo qui es qui reſpondeas deo?Si volens deus oſtendere irã
& demonſtrare potentiam ſuam:q; & malis bene vti optime poſſit: malis duntaxat non con-
ditione diuina:ſed vitiata volũtatis iniquitate natura:quæ a deo conditore condita eſt bona
pertulit in multa patientia vaſa iræ aptata in interitũ:non q; illi eſſent neceſſaria: ſiue angeli-
ca ſiue humana peccata;cui nec iuſtitia creaturæ cuiuſq̃ eſt neceſſaria: ſed vt notas faceret
diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ:ne ſe in bonis operibus tanq̃ de propriis extollerent
viribus:ſed humiliter intelligerent:niſi illis dei gratia non debita ſed gratuita ſubueniretur:
id fuiſſe reddendũ meritis ſuis quod aliis in eadem maſſa redditum cernerent.Certus eſt er- H

go dei præscientiæ definitus numerus:& multitudo sanctorum: quibus diligentibus deum Ro.8.
qd eis donauit per diffusum in cordibus eorum spiritumsanctum:omnia cooperantur in bo-
num:hi qui secundum ꝓpositum vocati sunt:quos ante præsciuit & prædestinauit cõformes
fieri imaginis filii sui:vt sit ipse primogenitus in multis fratrib⁹.Quos autem prædestinauit
illos & vocauit.Hic subaudire debemus:scdm propositum.Sũt eñ & alii vocati:sed non electi
ac per hoc non secũdũ ꝓpositũ vocati.Quos autẽ vocauit:hoc est secundũ ꝓpositũ illos & iu
stificauit.Quos autem iustificauit:illos & glorificauit:Hi sunt filii promissionis:hi sunt electi
q̃ p electionẽ gratiæ salui fiunt: vbi dictũ est:Si autẽ gratia:iam non ex operibus:alioqn gratia Ro.11.
iam non est gratia.Hæc sunt vasa misericordiæ:in q̃bus de⁹ etiã p vasa irę notas facit diuitias
gloriæ suæ.Horum fit p spiritũsanctũ cor vnũ & anima vna:quæ benedicit deũ:& non obliui- Psal.102.
scit̃ omnes retributiones eius:qui propitius fit omnibus iniquitatibus ei⁹:q̃ sanat oẽs languo
res eius:qui redimit de corruptiõe vitã eius: q̃ coronat eã in misericordia:Quia nõ volẽtis ne Ro.9.
q̃ currẽtis:sed miserẽtis est dei.Cæteri autẽ homines ad istam societatẽ non pertinentes:quo
rũ tñ & animã & corp⁹ dei bonitas operata est;& q̃cquid habet ipsa natura:ꝓter vitiũ quod ei
dem inflixit supbiẽtis volũtatis audacia:ꝓpter hoc a deo præscientiæ creati sunt:vt i his ostẽ
deret liberũ desertoris arbitrium sine sua gratia quid valeret:& i eorum iustis & debitis pœ-
nis vasa misericordiæ quæ nõ suorum operũ meritis:sed gratuita dei gratia sunt ab illa con-
cretione discreta:quid sibi collatum esset addiscerent: vt oẽ os obstruatur:& q̃ gloriat̃ in dño 1.Corin.1.
I glorieẗ.Quisquis aliter docet & non acquiescit sanis sermonib⁹ domini nostri Iesu Christi: q̃
dixit: Venit filius hominis quærere & saluare quod perierat.Nõ eñ ait qd periturum fuerat Lucæ.19.
sed qd perierat:quid ostendens nisi peccato primi hominis vniuersi generis humani perisse
naturam?Qui ergo aliter docet:& non acquiescẽs ei q̃ secundũ pietatẽ est doctrinæ;cõtra gra
tiã saluatoris:& contra sanguinẽ redẽptoris tanq̃ saluã & liberam naturam defendit huma-
nã:& Christiano tñ censeri vocabulo affectat:quid de paruulorũ discretiõe dicturus est:cur
alius in vitã secundi hominis assumatur:alius in mortem primi hominis relinquatur?Si dixe
rit liberi arbitrii merita præcessisse:Respondet apostolus:q̃ supra dixim⁹:de nondũ natis:ne-
q̃ aliquid agentibus boni aut mali.Si autẽ dixerit q̃ adhuc in libris quos nuperrime Pelagius
perhibetur edidisse defendit:q̃uis iam videatur anathematizasse in episcopali iudicio Palęsti
no eos qui dicunt q̃ peccatum Adæ ipsum solum læserit & nõ genus humanũ:Si dixerit am-
bo sine iudicio natos:nec aliquid de primi hominis dãnatione traxisse: pfecto quoniã negare
non audet in regnũ cælorũ adoptari eũ qui fuerit regeneratus in Christo:Respondeat qd de
illo futurum sit qui nulla sua culpa non baptizatus ista fuerit temporali morte præuẽtus:si nõ
putamus esse dicturum:q̃ innocentem deus:nec habentẽ originale peccatum ante annos qui
bus haberet ꝓprium: æterna morte damnauit?Cogitur itaq̃ respondere: q̃ iam Pelagius in
ecclesiastico iudicio:vt aliquo mõ catholicus ꝓnuntiaretur anathemtizare cõpulsus est:infan
tes etiam si non baptizent̃ habere vitam æternam.Hac enim negata quid nisi mors æterna re
manebit:ac p hoc contra sententiam domini disputabit dicentis:Patres vestri mãducauerũt
mãna in deserto & mortui sunt: Hic est panis qui de cælo descẽdit;vt si quis ex ipso manduca Ioan.6.
uerit non moriatur?Non enim de ista morte loquebatur quã necesse est patiantur etiam qui
de ipso pane manducant.Et paulopost:Amen amen dico vobis nisi manducaueritis carnem
filii hominis & biberitis eius sanguinem:non habebitis vitam in vobis: vtiq̃ illam quæ post
hanc mortem futura est:& contra apostolicæ sedis authoritatem: vbi de hac ipsa re cum age-
retur: hoc testimonium adhibitum est euangeli cum:ne paruuli non baptizati vitam posse ha
bere credantur:& contra ipsius Pelagii verba apud episcopos a quibus audiebatur expressa:
vbi anathematizauit eos:qui dicerent infantes non baptizatos habere vitam ęternam.Quod
propterea non commemorauimus:quoniamquidem apud nos:vel in nostra potius ciuitate:
si tamen verum est qd audiuimus:tanta pro isto errore quidam obstinatione nituntur:vt di-
cant facilius esse vt etiam Pelagium deserant:atq̃ contemnant:qui hæc sentientes anathema
tizauit:q̃ ab huius sententiæ (sicut eis videtur) veritate discedãt.Si autem cedunt sedi aposto
licæ;vel potius ipsi magistro & domino apostolorum:qui dicit non habituros vitam in semet
ipsis:nisi manducauerint carnem filii hominis:& biberint sanguinem: quod nisi baptizati nõ
vtiq̃ possint. Nanq̃ aliquando fatebuntur paruulos non baptizatos vitam habere non posse
ac per hoc q̃libet tolerabilius omnibus qui etiam propria peccata committunt: tamen æter-
R na morte multari.Quæ cum ita sint:audeant disputare;& quibus possunt persuadere contẽ

dant:deum iustum apud quem non est iniquitas: paruulos peccatis propriis innocẽtes: si nec
illo ex Adam obligati & obstricti sunt:morte perpetua damnaturũ.Q đ si absurdissimum est:
et a iustitia dei penitus alienum:& tamen nullus qui;se meminit catholicę fidei Christianum:
negat aut dubitat paruulos non accepta gratia regenerationis in Christo sine cibo carnis ei⁹
& sanguinis potu:non habere in se vitam:ac per hoc pœnæ sempiternæ obnoxios:profecto te
stat:vt quia ipsi non egerunt aliquid boni aut mali:ideo mortis eorum iusta sit pœna:quia in
illo moriuntur in quo omnes peccauerunt:vnde in isto solo iustificantur a quo peccatum nec
originale trahi potuit:nec per proprium perpetrare:Ipse vocauit nos non solum ex Iudæis:ve
rumetiam ex gentibus:quoniam & illius Hierusalem filios quæ interfecit prophetas:& lapi
dauit missos ad se:q̃uis illa nolente collegit ipse quos voluit:& ante incarnationem suam ip
sos prophetas:& postea q̃ verbum caro factum est:sicut apostolos & hominũ milia:qui & pre
tia rerum suarum ante pedes apostolorũ posuerunt.Omnes quippe illi filii sunt Hierusalẽ no
Matthęi.12. lentis vt colligerentur:qui tamen illa nolente collecti sunt:de quib⁹ dicit:Si ego in Beelzebub
vero eiicio dæmonia:filii vestri in quo eiiciunt?Ideo ipsi iudices vestri erunt.De his prędictũ
Ro.9. erat:Si fuerint filii Israel sicut arena maris:reliquiæ saluæ fient.Non potest excidere verbum
Ro.11. dei:nec repulit plebem suam quã præsciuit.quæ tamen reliquiæ per electionem saluæ factæ
sunt.Si autem gratia:qđ sæpe dicendum est:iam non ex operibus:alioquin gratia iam non est
gratia:non hæc vtiq; nostra:sed apostoli verba sunt.Qđ ergo ad Hierusalem nolẽtem/colligi L
filios suos ille clamabat:hoc nos clamamus aduersus eos:qui filios volẽtes ecclesiæ colligi no
lunt:nec saltem post iudicium quod de ipso Pelagio in Palęstino factum est corrigunt:de quo
damnatus exisset,nisi obiecta sibi contra gratiam dei dicta quę obscurare non potuit ipse dam
nasset.Præter illa enim quæ quomodo potuit ausus est qualicunq; ratione defendere:obiecta
quædam sunt:quæ nisi remota omni tergiuersatione anathematizasset:ipse anathematizasset
Obiectum est enim eum dicere:quia Adam siue peccaret siue non peccaret moriturus esset:&
q peccatum eius ipsum solum læserit:non & genus humanum:& q infantes nuper nati in il
lo statu sint in quo Adam fuit ante præuaricationem:& q neq; per mortem vel per præuari
cationem Adæ omne genus humanum moriatur:neq; per resurrectionem Christi omne ge
nus humanum resurgat:Et infantes etiam si non baptizentur habere vitam æternam:Et di
uites baptizatos nisi omnibus abrenuntient:si quid boni visi fuerint facere/non reputari illis:
nec eos habere posse regnum dei:& gratiam dei atq; adiutorium non ad singulos actus dari:
sed in libero arbitrio esse vel in lege atq; doctrina:& dei gratiam secundum merita nostra da
ri:& filios dei non posse vocari:nisi omnino absq; peccato fuerint effecti:& nõ esse liberum ar
bitrium si dei indiget auxilio:quoniam in propria voluntate habet vnusquisq; facere aliquid
vel non facere:& victoriam nostram non ex dei adiutorio esse:sed ex libero arbitrio:& q pœni
tentibus venia non detur secundum gratiam & misericordiam dei:sed secundum meritum
et laborem eorum qui per pœnitentiam digni fuerint misericordia.Hæc omnia Pelagius sic M
anathematizauit:qđ satis gesta ipsa testantur:vt nihil ad ea quoquo modo defendenda dispu
tationis attulerit.Vnde fit cõsequens:vt quisquis sequitur illius episcopalis authoritatem iu
dicii:& ipsius Pelagii confessionem:hæc tenere debeat quæ semper tenuit catholica ecclesia:
Adam nisi peccasset non fuisse moriturum.Qđ peccatum eius non ipsum solum lęserit:sed &
genus humanum.Et q infantes nuper nati non sint in illo statu in quo Adam fuit ante præ
1.Corin.15. uaricationem:vt ad ipsos pertineat etiam quod breuiter ait apostolus:Per vnum hominem
mors:& per vnum hominem resurrectio mortuorum.Sicut enim in Adam omnes moriuntur:
ita & in Christo omnes viuificabuntur.vñ fit q infantes non baptizati:non solum regnum cę
lorum:verumetiam vitam æternam habere non possint.Confiteatur etiam:diuites baptiza
tos:etiam si diuitiis suis non careant:& sint tales quales ad Timotheum describit apostolus
1.Timot.6. dicens:Præcipe diuitibus huius mundi non superbe sapere neq; sperare in incerto diuitia
rum:sed in deo viuo qui præstat omnia abundanter ad fruendum:diuites sint in operibus bo
nis:facile tribuant:communicent:thesaurizent sibi fundamentum in futurum:& apprehen
dant veram vitam:non eos regno dei posse priuari.Fateatur gratiam dei:& adiutorium eti
am ad singulos actus dari:eamq; non dari secundum merita nostra:vt vera sit gratia:id est
Exod.33. gratis data per eius misericordiam qui dixit:Miserebor cui misertus ero:& misericordiam
Matthęi.6. præstabo cui misericors fuero.Fateatur filios dei vocari posse illos qui quotidie dicunt:Di
mitte nobis debita nostra:quod vtiq; veraciter non dicerent si essent omni modo sine pecca

to. Fateatur esse liberum arbitrium etiam si diuino indiget adiutorio. Fateatur quando con
tra tentationes concupiscentiasq; illicitas dimicamus: q̃uis illic habeamus & propriam volun
tatem: nõ tñ ea illa: sed ex adiutorio dei nostram prouenire victoriam. Non eñ aliter verũ erit
qđ apostolus ait: Non volentis neq; currentis: sed miserentis est dei. Fateatur secundum gra Ro.9.
tiam & misericordiam dei veniam poenitentibus dari: non secundũ meritũ eorum: quandoq
dem etiam ipsam poenitentiam donũ dei dixit apostolus: vbi ait de quibusdam: Ne forte det 2. Timot. 2.
illis deus poenitentiam. Hæc omnia simpliciter sine vllis fateatur ambagibus: si quis in autho
ritatem catholicam & in ipsius Pelagii expresse ecclesiasticis gestis verba consentit. Neq; eñ
illa quæ his sunt contraria veraciter anathematizata esse credendum est: nisi hæc qui
N bus sunt contraria fideli corde teneantur: & aperta confessione promantur. Nec in istis libris
recentioribus: quos idem Pelagius post illud iudicium dicitur edidisse: q̃uis adiutorio diui
næ gratiæ consentire videatur: quid de hac re sentiat satis euidenter apparet. Aliquando
enim ita paribus momentis potestatem voluntatis æqua lance perpendit: vt quantum
etiam ad non peccandum valere diffiniat: ꝙ ita est nullus locus adiutorio gratiæ reseruatus:
sine qua nos dicimus ad non peccandum nihil voluntatis arbitrium valere. Aliquando
autem quotidiano gratiæ dei muniri nos confitetur auxilio: q̃uis habeamus ad non pec
candum forte ac firmum liberum arbitrium: quod vtiq; inualidum & infirmum debuit
confiteri donec sanentur omnes languores animæ nostræ. Non enim pro infirmitate cor
poris precabatur qui dicebat: Miserere mei domine quoniam infirmus sum: sana me do Psal.6.
mine quoniam conturbata sunt ossa mea. Nã vt ostenderet ꝑ anima se rogare: secut⁹ adiũxit:
Et anima mea turbata est valde. Videtur ergo auxilium gratiæ tanq̃ ex abundanti putare cõ
cedi: id est vt etiam si non concedatur: habeamus tamen ad non peccandum forte ac firmum
liberum arbitrium. Qđ ne existimemur de illo temere suspicari: & fortasse quis dicat non sic
eum sentire forte ac firmum ad nõ peccandũ liberum arbitrium: q̃uis sine dei gratia id effice
re atq; adimplere non possit: sicut sanos oculos firmos dicimus ad videndum: qđ tamen nullo
modo facere possunt si desit lucis auxilium: alio loco quid diceret: vel qd putaret ostendit vbi
ait: Ideo dei gratiam hominibus dari: vt quod facere per liberum iubentur arbitrium: facili⁹
possint implere per gratiam vtiq; cum dicit facilius: quid vult intelligi: nisi & gratia si desit
posse per liberum arbitrium vel facile vel etiam difficile quæ diuinitus iubent̃ impleri? Vbi
O est ergo: Quid est hõ ꝙ memor es eius? Vbi postremo illa testimonia Hierosolymitanæ anti Psal.8.
stes ecclesiæ: sicut in eisdẽ gestis legitur: ipsi Pelagio se dixisse cõmemorat: cum ad eum perla
tum esset: ꝙ sine gratia dei diceret absq; peccato hominem esse posse? Hæc sunt eñ ab illo di
cta tria testimonia valde magna contra huiusmodi impiam præsumptionem: ꝙ apostolus ait:
Plus omnibus illis laboraui: non ego autem: sed gratia dei mecum: Non volentis neq; curren 1. Corin. 15.
tis sed miserentis est dei: Et nisi dominus ædificauerit domum in vanum laborauerunt ædifi Ro.9.
cãtes eã. Qũo ergo qđ deus iubet: sine adiutorio ipsius vel difficile implet̃: cũ si dñs non ædifi Psal.126.
cet: in vanum ædificans laborasse dicat̃? Neq; scriptum sit: Est quidem volentis atq; currentis
facilius autem miserentis dei: sed scriptũ sit: Non volentis: neq; currentis: sed miserentis est
dei: non quia in illa est hominis atq; voluntatis concursus: sed quia nihil potest nisi ille misere
atur? Nec apostolus dixerit: Et ego: sed dixerit: Nõ ego autem sed gratia dei mecum: Non qa
ipse nihil boni agebat: sed quia nihil ageret si illa non adiuuaret? Cũ q̃ illa possibilitas liberi ar
bitrii tam in bonum q̃ in malũ ex æqua lance perpensione huic facilitati locum reliquit: quã
saltẽ videt̃ eẽ cõfessus dicẽdo: facili⁹ possũt ĩplere ꝑ grãm: facili⁹ implet̃: facilliꝫ aũt sine grã fit
malũ: ꝑfecto ista possibilitas nõ æq̃ lãce ꝑpẽdit̃. Sed qd plura? Nõ solũ ad istos vitãdos cauti eẽ
debem⁹: verũetiã ad docẽdos vel monẽdos si patiant̃: pigrescere nõ debemus: Plus eis tñ sine
dubitatiõe ꝓstam⁹: si vt corrigãt̃ orem⁹: ne cũ tãtis ĩgeniis vel pereãt: vel alios ꝑdãt ꝓsũptione
dãnabili: quia zelum dei habent: sed non secundum scientiã: id est iustitiã: quæ a deo est ignoran Ro.10.
tes: & suam nolentes constituere: iustitiæ dei non sunt subiecti. Quibus vtiq; quoniã Chri
stiani appellantur: magis obseruandum est q̃ Iudæis: de quibus hæc dixit apostolus: ne offen Ro.9.
dant in lapidẽ offensionis: velut argute defendendo naturã: & liberũ arbitrium: quemadmo
dum philosophi huius mundi: qui vehementer egerunt: vt putarentur vel putarent sibi bea
tam vitam virtute propriæ voluntatis efficere. Caueant ergo isti ne per sapientiã verbi eua
cuẽt crucẽ Christi: & hoc sit eis offendere in lapidẽ offensiõis. Natura eñ humana etiã si i illa

integritate in qua cōdita est permaneret: nullo modo seipsam creatore suo nō adiuuante ser uaret. Cū igitur sine dei gratia salutē nō posset custodire quā accepit: q̄uo sine dei gratia pōt reparare quā pdidit? Nō autem ideo pro istis non orare debemus: quia si nō corriguntur: eorum imputandum est voluntati qui nolunt credere etiā ad hoc ipsum sibi necessariā gratiam saluatoris: q̄ putant consistere in solis viribus voluntatis. Nā & illi qbus sunt isti, in hac causa omnino simillimi: de quibus hoc dixit apostolus: q̄ ignorantes dei iustitiā & suā volentes constituere: iustitiæ dei non sunt subiecti: pfecto suæ voluntatis vitio non credebant. Nō eñ vt essent infideles cogebantur in vitium: sed nolendo credere infidelitatis crimine non carebant: Et tamen quia voluntas vt ad vera credenda moueatur: non sibi sufficit nisi per gratiā dei opituletur dicente ipso domino, cum de non credentibus loqueretur: Nemo venit ad me nisi ei datum fuerit a patre. Propter hoc & apostolus: q̄uis eis instanter euangeliū prædicaret parum tamen esse credebat nisi p illis etiam oraret vt crederent. Ait eñ: Fratres bona voluntas quidem cordis mei & deprecatio ad deum fit pro illis ad salutem: & tunc adiunxit illa q̄ diximus: Testimonium eñ illis perhibeo: quia zelū dei habent: sed non secundū sciētiam & c. Oremus ergo pro illis sancte frater. Cernis quippe nobiscum q̄ malo errore teneantur: Fragrant eñ epistolæ tuæ odore syncerissimo Christi: vbi germanissimus gratiæ ipsius dilector et confessor appares. Sed q̄ diu tecum ex hac re loquendum putauimus: primo quia iucūdissimum est fecimus. Quid eñ debet esse iucundius: vel infirmis gratia qua sanātur: vel pigris gratia qua excitanť: vel nolentibus gratia qua iuuanť? Deinde vt si quid nostra disputatione deo adiuuante possemus: tua non fides sed fidei contra tales adminiculetur assertio: sicut nos quoq̄ in hanc facultatē tuæ germanitatis literis adiuuamur. Quid eñ vberius & veracissima confessione plenius: q̄ illud est in quadam epistola tua: vbi naturam nostram non mansisse vt condita est: sed viciatā esse per illum generis humani patrem: humiliter deplorasti dicens: Pauper ego & dolens qui adhuc terrenæ imaginis squalore concretus sum: & plus de primo q̄ de secūdo Adam carnis sensibus & terrenis actibus refero: quomodo tibi audebo me pingere cum cælestis imaginis inficiari pber corruptione terrena? Vtrinq̄ me cōcludit pudor. Erubesco pingere qđ sum: non audeo pingere qđ non sum: odi qđ sum & non sum qđ amo. Sed qđ misero mihi proderit odisse iniquitatem & amare virtutem: cum id potius agam qđ odi: nec elaborem piger id potius agere qđ amo: ipse discors & intestino bello, distrahor: dū spirit⁹ aduersus carnem: caro aduersus spiritum dimicat: & lex corporis lege peccati legem mentis impugnat? Infelix ego: qui me venenatum inimicę arboris gustu: nec crucis ligno digessi. Durat eñ mihi illud per Adam virus paternum: quo vniuersitatem generis sui pater præuaricat⁹ infecit. Et cætera quæ de hac miseria multa cōnectis ingemiscēdo: expectans redēptionē corporis tui: & nondū re: sed spe saluū te esse cognoscēs. Sed fortassis tu aliū in te trāsfigurasti cū hæc diceres: nec aliquas de carne concupiscēte aduersus spiritum: q̄uis ei non consentias: molestias importunas pateris & odiosas. Verūtamen & tu: & quisquis hæc patiť: & gratiā Christi p quā de corpore mortis hui⁹ liberari expectat: nondū quidē euidēter in seipso: & in illo homine latenter ibi erat: qñ cibus vetitus tangebatur: & cōcupiebať longe lateq̄ p cūctos itura pditio. De orando aūt & gemitibus flagitando pficiendi ac recte viuendi adiutoriū: quem tua non feriret epistola? Quid est tui quantumq̄ sermonis vbi non sit sparsum gemebunda pietate qđ in oratione dicimus: Ne nos inferas in tentationē? Inuicē itaq̄ nos & consolemur in his omnibus: & exhortemur: & quātū dat dñs adiuuemus. Quæ aūt & de quibus audierimus q̄ multū dolemus: & facile credere volumus: audiet a cōmuni amico sanctitas tua quo in dei misericordia cū salute remeante: speramus nos de omnibus fieri posse certissimos.

Sancti Augustini ad Vitalem carthaginensem: illum p eo q̄ dicebat p infidelibus non esse orandū: sed tantūmodo vt conuertanť prædicandum: obiurgantis: Ac insuper duodecim de gratia dei regulas secundum catholicam fidem tenendas tradentis.

Epistola.CVII.



Augustinus episcopus seru⁹ Christi: & per ipsum seru⁹ seruor̄ ipsi⁹: Vitali fratri in ipso salutem. Cum de te mihi essent nūtiata nō bona: & rogaui dominum: & donec mihi bona nuntiētur: adhuc rogo: vt literas meas nec asp nāter sumas & salubriter legas. Si hāc exaudit p te orationē meā: etiā de te sgatisfactionē donat vt offerā. Qđ si inpetro: pculdubio nō cōtradices huic ipsi pricipio eplę meę. Hoc eñ p te oro vt sis rectę fidei. Si hoc ergo p charis

nřis nõ tibi displicet vt orem⁹:si hãc orationem recognoscis esse christianam:si & tu ꝑ charis
tuis talia vel orare te recolis vel orare te debere cognoscis:quomodo dicis qđ te audio dicere:
vt recte credamus in deum & euangelio consentiamus:non esse donũ dei: sed hoc nobis esse a
nobis:id est ex ꝑpria volũtate quã nobis in nostro corde nõ operat⁹ est ipse? Et ad hoc cum au-
dieris:quid est ergo quod ait apostolus: Deus in nobis operatur & velle? Respondes: per legẽ
suã:per scripturas suas:deum operari vt velimus:quas vel legim⁹ vel audiuim⁹:sed eis cõsen
tire vel non cõsentire:ita nostrũ est vt si velimus fiat. Si autem nolumus:nihil in nobis opatio
nem dei valere faciamus. Operat̃ quippe ille (dicis) quantũ in ipso est vt velim⁹ cũ nobis nota
fiunt ei⁹ eloquia:sed si eis acqescere volum⁹:nos vt opatio ei⁹ nihil in nobis ꝓfit efficim⁹. Quę
si dicis:profecto nostris orationibus cõtradicis. Dic ergo aptissime nos pro his quibus euãge-
lium p̃dicamus non debere orare vt credant:sed eis tantũmodo prædicare. Exerce contra ora
tiones ecclesię disputationes tuas:& quando audis sacerdotem dei ad altare exhortantẽ popu
lum dei:orate pro incredulis vt eos deus conuertat ad fidem:& pro cathecuminis vt eis desy
derium regenerationis inspiret:& pro fidelibus vt in eo qđ esse cœperunt eius munere perse-
uerent:subsanna pias voces:& dic te non facere quod hortatur:id est deum pro infidelibus vt
eos fideles faciat non rogare:eo ꝙ non sint ista diuinæ miserationis beneficia:sed humanæ offi
cia volũtatis. Et homo in Carthaginẽsi erudit⁹ ecclesia:etiã beatissimi Cypriani librũ de dñi-
ca oratiõe cõdẽna:quã doctor ille cũ exponeret:ea petenda esse ostendit a deo patre: q̃ tu dicis
S esse homini ab homine:hoc est a seipso. Qꝫ si de p̃cibus ecclesię:& de martyre Cypriano: parũ
putas esse qđ dixi:adde maiora:rep̃hende apostolum qui dixit: Oramus ad deum ne qđ facia- 2.Cor.13.
tis mali. Neq; enĩ dicturus nihil mali eũ facere q nõ credit in Christũ:aut qui fidẽ deserit chri
sti. Ac per hoc qui dicit: Ne quid faciatis mali:nec ista vult fieri: satisq; illi non est p̃cipere: sed
cõfitetur se deum rogare ne fiant:sciens hoĩs voluntatẽ ab ipso corrigi ac dirigi vt ista non fa
ciat: A dño enim gressus hominis diriguntur:& viam ei⁹ volet. Non dixit: Et viam ei⁹ discet: Psal.36.
aut tenebit:aut ambulabit:aut aliqd huiusmodi:qđ posses dicere a domino quidem dari: sed
homini iam volenti:vt si beneficium dei quo gressus hominis dirigit vt viam eius discat:tene
at:gradiatur:sua homo voluntate præcedat:& hoc dei donum præcedente sua voluntate me
reatur. Sed ideo dixit: A dño gressus hominis dirigunt̃: & viam eius volet: vt intelligerem⁹
ipsam voluntatem bonam qua incipimus velle credere (quoniam dei via quid est nisi fides re-
cta?) illi⁹ esse donum:qui gressus nostros propterea dirigit primitus vt velimus? Nõ enim ait
scriptura: A domino gressus hominis dirigũtur:quia viam eius voluit: sed dirigũtur inquit Psal.36.
& volet. Non igitur quia voluit diriguntur:sed quia diriguntur volet. Hic tu rursus fortasse
dicturus es: hoc fieri a domino:dum doctrina eius legitur vel auditur:si homo veritati quam
legit vel audit sua consentiat voluntate. Si enim lateret inquis doctrina dei:non dirigerentur
gressus eius:quibus directis vellet viam dei. Ac per hoc si tantum putas a domino gressus ho
minis dirigi ad eligendam viam dei: quia sine doctrina dei nõ ei potest innotescere veritas cui
ꝑpria voluntate consentiat. Cui si cõsentit inquis:recte vtiq; dicũtur ab illo dirigi gressus ei⁹
vt viam eius velit:cuius doctrinam suasione præcedente:subsequẽte consensione sectatur:qđ
libertate naturali si vult facit:si non vult non facit:pro eo quod fecerit præmium vel supplici
um recepturus. Hæc est illa Pelagianorum mala:male diffamata meritoq; reprobata:& ab ip
so etiam Pelagio timẽte dãnari in orientalium episcoporum iudicio dãnata sententia: qua di-
cunt gratiam dei non ad singulos actus dari:sed in arbitrio eẽ: vel in lege atq; doctrina: & vsq;
adeo frater erimus graues corde:vt de gratia dei:imo aduersus gratiam dei eam Pelagianam
sententiam teneam⁹:quam pectore quidẽ ficto:sed tñ catholicos iudices timens Pelagius ipse
T damnauit. Et quomodo inquies respondebit. quomodo cẽses facilius & apertius: q̃ vt illud qđ
de orando deo superius egimus:sic amplectamur: vt hoc mẽti nostrę nulla subtrahat obliuio-
nis irreptio:nulla calliditas argumentationis extorqueat? Si enĩ quod scriptum est: A domi- Vbi supra.
no gressus hominis diriguntur:& viam eius volet: Et præparatur voluntas a domino: Et de⁹ Phil.2.
est enim qui operatur in nobis & velle: Et multa huiusmodi:quibus cõmendatur vera dei gra
tia:hoc est quæ non secundum merita nostra datur:sed dat merita ipsa cũ dat̃:quia p̃uenit ho
minis volũtatẽ bonam:nec eam cuiusq̃ inuenit in corde sed facit. Si ergo ita p̃pararet atq; opa-
retur deus hominis voluntatem:vt tantummodo legem suam atq; doctrinam libero eius ad-
hiberet arbitrio:nec vocatione illa alta atq; secreta sic eius ageret sensum:vt eidẽ legi atq; do-
ctrinæ accõmodaret assensum:ꝓculdubio eã legere vel intelligere legẽdo vel etiã exponere ac

prędicare sufficeret:nec opus esset orare:vt de⁹ ad fidē suam infideliū corda cōuerteret:& cōuersis pficientem pseuerentiā eiusdē gratię suę largitate donaret.Si ergo haec a dño poscenda esse non renuis:quid restat frater Vitalis:nisi vt ab illo ea donari fatearis:a quo poscenda esse consentis?Si aūt negas ab illo nos poscere ista debere:eidē doctrinae ipsius cōtradicis:qa & hoc in ea didicimus:vt ab illo ista poscam⁹.Orationem dñicam nosti:nec te dubito deo dicere.Pater noster qui es in coelis.&c.Lege expositorem eius beatissimum Cyprianum:& quemadmodum exposuerit qđ ibi dicitur:Fiat voluntas tua sicut in coelo & in terra:diligenter attende & obedienter intellige:pfecto docebit te orare pro infidelibus inimicis ecclesię scdm pręceptū domini dicētis:Orate p inimicis vestris & hoc orate vt fiat voluntas dei:sicut in eis q iam fideles sunt & portant imaginem coelestis hominis:& propterea coeli nomine digni sunt:ita & in eis qui per infidelitatem non nisi imaginem terreni hominis portant:& ob hoc terra merito nuncupantur.Nempe isti:pro quibus inimicis dominus nos iussit orare:& gloriosissimus martyr sic exposuit qđ in oratione dicimus:Fiat voluntas tua sicut in coelo & in terra:vt ipsis etiam poscamus fidem quem fideles habent.Nempe ergo isti christianae pietatis inimici legem dei atq; doctrinam qua Christi meditatur fides:vel omnino audire nolunt:vel ad hoc audiunt siue etiā legūt:vt irrideant & detestentur:& quanta possunt cōtradictione blasphemēt. Inaniter igitur & perfunctorie potius q̄ veraciter pro eis vt doctrinae cui aduersantur credēdo consentiant deo fundimus preces:si ad eius non pertinet gratiam cōuertere ad fidem suā ipsi fidei contrarias hominum voluntates.Inaniter etiam & perfunctorie potius q̄ veraciter magnas cum exultatione agimus deo gratias:quando aliqui eorū credunt:si hoc in eis ipe nō facit.Non fallamus homines:nam deū fallere non valem⁹.Prorsus nō oramus deum:sed orare nos fingimus si nos ipsos non illum credimus facere qđ oramus.Prorsus nō gratias deo agimus:sed nos agere fingimus:si vnde illi gratias agim⁹ ipsum facere non putamus.Labia dolosa si in hominum quibuscunq; sermonibus sunt:saltē in orationibus non sint.Absit:vt qđ facere deū rogam⁹ oribus & vocibus nostris:eū facere negem⁹ cordibus nřis.Et qđ est grauius ad alios etiam decipiendos hoc non taceamus disputationibus nřis:& dū volumus apud homines defendere liberū arbitriū:apud deū perdamus orationis auxiliū:& gratiarū actionē nō habeam⁹ verā:dum veram cognoscimus gratiam.Si vere volumus defendere liberū arbitriū: non oppugnem⁹ vnde fit liberum.Nam q oppugnat gratiam:qua nostrū ad declinādū a malo:& faciēdū bonū liberatur arbitrium:ipe arbitriū suū adhuc vult esse captiuū.Respōde obsecro quomodo dicit aplus:Gratias agentes patri idoneos faciēti nos in parte sortis sanctorum in lumine:q eruit nos de potestate tenebrarum:& transtulit in regnū filii charitatis suae:si nō ipse arbitrium nostrum:sed ipsum arbitriū se liberat?Mēdaciter ergo agim⁹ gratias patri tā q̄ ipse faciat qđ ipse non facit:Et errauit qui dixit:q; ipse nos faciat idoneos in parte sortis sanctorum in lumine:quia ipse nos eruit de potestate tenebrarum:& trāstulit in regnum filii charitatis suae.Responde quomodo ad declinandum a malo:& faciendum bonum liberum habeamus arbitriū:quādo erat sub potestate tenebrarum:vnde nos si quemadmodum dicit apostolus:deus eruit:ipse vtiq; illud liberum fecit:Qđ tam magnum nostrum bonum:si per suae doctrinae praedicationem tantummodo facit:quid de his dicemus quos de ipsa tenebrarum potestate nondum eruit?praedicanda tantum illis est doctrina diuina:an etiam orādum pro eis vt de tenebrarum potestate diuinitus eruantur?Si tantummodo praedicādū esse dicis:iussioni domini & orationibus ecclesiae contradicis:si aūt fateris pro eis orandū:id vtiq; orandum fateris:vt eidē doctrinae/arbitrio liberato a tenebrarum potestate consentiant.Itaq; fit vt neq; fideles fiant nisi libero arbitrio:& tamen ipsius gratia fideles fiant qui a potestate tenebrarum liberauit arbitrium.Sic & dei gratia non negatur:sed sine vllis humanis praecedentibus meritis vera monstratur:& liberum ita defenditur vt humilitate solidetur:non elatione pręcipitetur arbitrium:Et qui gloriatur:non in hoie:vel quolibet alio:vel seipso:sed in domino glorietur. Potestas enim tenebrarum qđ est nisi potestas diaboli & angelorū eius:qui cū fuissent angeli lucis in veritate per liberum arbitrium non stantes:sed in ea cadentes facti sunt tenebrę?Non te ista doceo:sed quae nosti vt recorderis admoneo.Huic igitur potestati tenebrarū p illius ruinā cui primo homini ab ea ptāte praeuaricatio psuasa est:& in quo oēs cecidim⁹:subiectū est gen⁹ humanum:ppter quod de potestate tenebrarum eruuntur & paruuli cum regenerantur in Christo.Neq; hoc apparet in eorum arbitrio liberato:nisi cum ad annos peruenerint rationē vtentis aetatis:habentes consentientem doctrinę salutari/in qua nutriti sunt/voluntatem:

Matth.6. Cyprian⁹. Matth.5. V X Col.1. Y

cti & immaculati in cōſpectu eius in charitate prędeſtinati in adoptionem filiorū.Hęc aūt po Eph.6.
teſtas tenebrarū:id eſt diabolus qui dicit etiam princeps poteſtatis aeris: opatur in filiis diffi Col.3.
dentiæ:princeps iſte rector tenebrarum:id eſt diabolus diffidentiæ filiorū regēs eos ad arbitri
um:qd neq; ipſe habet liberū ad benefaciendum:ſed ad maximam maliuolentiā pœna ſui ſce
leris obduratū.vnde nemo ſanę fidei credit:aut dicit hos apoſtatas angelos ad priſtinam pie
tatem correcta aliqñ voluntate cōuerti.Quid ergo operatur hæc poteſtas in filiis diffidentię:
niſi opera ſua mala:& in primis maximeq; ipſam diffidentiam & infidelitatem qua ſunt ini
mici fidei per quam ſcit eos poſſe mundari:poſſe ſanari : poſſe pfectiſſime liberos qd eis vehe
mēter inuidet in æternitate regenerare.Itaq; aliquos eorū per quos amplius decipere affectat
ſcit habere nonnulla velut opa bona in qbus laudantur:per quaſq; gentes: præcipueq; in gen
te Romana q̃ præclare glorioſiſſimeq; vixerunt.Sed quoniam ſicut veriſſima ſcriptura dicit:
Omne qd non eſt ex fide:peccatum eſt:Et ſine fide impoſſibile eſt vtiq; placere deo non homi Ro.14.
nibus:nihil ſic agit hic princeps:q̃ vt non credatur in deum:nec ad mediatorem a quo ſoluā Heb.11.
tur opa eius/credendo veniatur.Sed ipſe mediator intrat in domū fortis : id eſt in hoc ſæculū
mortalium ſub poteſtate diaboli quantum ad ipm pertinet cōſtitutū. De ipſo qppe ſcriptum
eſt:q; poteſtatem habeat mortis.Intrat in domū fortis:id eſt in ſuo dominatu habentis genus
humanum:& prius alligat eū id eſt eius coercet & cohibet poteſtatem poteſtatis ſuæ fortiori
bus vinculis:& ſic eripit vaſa eius quæcunq; prædeſtinauit eripere arbitrium eorum ab eius
poteſtate liberans:vt illo non impediente credant in iſtū libera voluntate.Proinde hoc op⁹ eſt
gratiæ non naturæ.Opus eſt inquā gratiæ quā nobis attulit ſecundus Adam:nō naturæ quā
totam perdidit in ſemetipſo primus Adā.Opus eſt gratiæ tollentis peccatum & viuificantis
mortuum peccatorem:non opus legis oſtendentis peccatum nec a peccato viuificantis.Nam
ille magnus gratiæ prædicator:Peccatum inquit non cognoui niſi per legem.Et ſi data eſſet i Ro.7.
quit lex quæ poſſet viuificare:omnino ex lege eſſet iuſtitia.Opus eſt hoc gratię: quam accipi
unt doctrinæ ſalutaris ſcripturarum ſanctarū:& ſi fuerunt inimici fiunt amici : non opus eſt
eiuſdem doctrinæ:quam qui audiūt & legunt ſine gratia dei peiores eius efficiuntur inimici.
Non eſt igitur gratia dei in natura liberi arbitrii & in lege atq; doctrina:ſicut pelagiana per
uerſitas deſipit:ſed ad ſingulos actus datur illius voluntate:de quo ſcriptū eſt: Animā volun Pſal.67.
tariam ſegregans deus hæreditati tuæ:Quia & liberum arbitrium ad diligendum deum pri
mi peccati granditate perdidimus:& lex dei atq; doctrina q̃uis ſancta & iuſta & bona: tamen
occidit ſi non viuificet ſpiritus per quē fit:nō vt audiendo:ſed vt obediendo:neq; vt lectione:
ſed vt dilectione teneatur.Quapropter vt in deū credam⁹:& pie viuam⁹:nō volētis neq; cur
Z rētis:ſed miſerentis eſt dei:non qa velle nō debemus & currere:ſed qa ipſe in nobis & velle ope
raſ & currere.Vnde & ipſe dñs Ieſus credētes a nō credētib⁹:id ē ab irę vaſis vaſa miſericordię
diſcernēs : Nemo inqt venit ad me niſi fuerit ei datū a patre meo.Et vtiq; vt hoc diceret i ei⁹ Ioan.6.
doctrina fuerant ſcādalizati diſcipuli ei⁹:q eū poſtea non ſunt ſecuti.Non ergo gratiā dicam⁹
eſſe doctrinā:ſed agnoſcam⁹ gratiā q̃ facit pdeſſe doctrinā:q̃ gratia ſi deſit videm⁹ etiā obeſſe
doctrinā.Propterea deus vt oīa futura opa ſua in prædeſtinatione pſciuerit:ſic illa diſpoſuit:
vt quoſdā nō credentes ad fidē ſuā orationes credētiū p eis exaudiendo cōuertat: vnde refu
tent:& ſi ille eſt eis ppitius corrigantur qui putant gratiā dei eſſe naturā liberi arbitrii cum
qua naſcimur:aut gratiam dei eſſe doctrinam quāuis vtilē quæ per linguas & literas pdicat.
Nō eñ hoc oramus p infidelibus vt fiat eorū doctrina:id eſt vt homines ſint : aut vt doctrina
eis pdicet quā malo ſuo audiunt ſi nō credūt.Et plerunq; p eis oramus q cum legāt vel audi
ant nolunt credere:Sed oramus vt voluntas corrigatur : doctrinæ conſentiatur:natura ſanet
Iam vero vt perſeuerent in eo qd eſſe cœperunt:etiā p ſeipſis orant fideles:vtile eſt quippe oī
bus vel pene oībus pter humilitatē ſaluberrimā:vt quales futuri ſint ſcire nō poſſint. Ad
hoc dicit.Qui videt ſtare:videat ne cadat.Propter huius timoris vtilitatem:ne regenerati & 1.Cor.10.
pie viuere incipientes:tāq̃ ſecuri alta ſapiamus:qdā nō pſeueraturi pſeueraturis dei pmiſſiōe
vel puiſione ac diſpoſitione miſcent:qbus cadētibus territi cū timore & tremore gradiamur
viā iuſtam:donec ex hac vita q̃ tentatio eſt ſup terrā/tranſeamus ad aliam:vbi iam non ſit ela
tio cōprimenda:nec contra eius ſuggeſtiones tētationeſq; luctandum.Sed de hac re:id eſt cur
quidam non permanſuri in fide & ſanctitate chriſtiana:tamen accipiant ad tempus hanc gra
tiam: & dimittantur hic viuere donec cadant:cum poſſint rapi de hac vita ne malitia muta
ret intellectum eorum.quod de ſancto in matura ætate defuncto ſcriptum eſt in libro ſapien

tiæ:quærat quisq; vt potuerit:& si inuenit pter hanc quæ a me reddita est aliam probabilem
rationem:a rectæ fidei regula non recedens: teneat eam: & ego cum illo si me non latuerit:
veruntamen in quod peruenimus in eo ambulemus donec nobis deus reuelet si quid aliter
sapimus: sicut apostolicis literis admonemur. Peruenimus aũt in ea quæ ad fidem veram &
catholicam pertinere firmissime scimus:in quibus ita nobis ambulãdum est adiuuante illo at
q; miserante cui dicimus:Deduc me dñe in via tua & ambulabo in veritate tua:vt ab eis nul
lo modo deuiemus.Quoniam ergo propitio Christo christiani catholici sumus: scimus non
dum natos nihil egisse in vita propria boni seu mali. Nã secundũ merita prioris alicuius vitę &
quam nullam ppriam singuli habere poterunt:in huius vitę venire miserias: Sed tñ secundũ
Adam carnaliter natos contagium mortis antiquæ prima natiuitate cõtrahere:nec liberari a
supplicio mortis æternæ: qđ trahit ex vno in omnes transiens iusta damnatio: nisi per gratiã
renascant̃ in Christo:Scimus gratiam dei nec paruulis:nec maioribus scđm merita nostra da
ri.Scimus maioribus ad singulos actus dari.Scimus non omnibus hominibus dari:& qbus da
tur non solum scđm merita opum non dari:sed nec secundum merita voluntatis eorũ quib⁹
datur:qđ maxime apparet in paruulis.Scimus eis qbus datur misericordia dei gratuita dari.
Scimus eis qbus non datur iusto iudicio dei non dari.Scimus q; oĩs astabimus ante tribunal
Christi:vt ferat vnusqsq; scđm ea quæ per corpus gessit:non scđm ea q̃ si diutius viueret ge
sturus fuit:siue bonum siue malum.Scimus etiã paruulos scđm ea q̃ per corpus gesserũt:rece
pturos vel bonum vel malum.Gesserunt aũt non p seipsos:sed per eos qbus pro illis respondẽ
tibus & renutiare diabolo dicunt̃ & credere in deum:vnde & in numero fidelium computan
Marci.16. tur:pertinentes ad sententiã dñi dicentis:Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit.Pro
pter quod & illis qui hoc sacramentum non accipiunt:contingit qđ sequitur: Qui autem nõ
crediderit condemnabitur. Vnde & ipsi sicut dixi:si in illa parua ætate moriuntur:vtiq; secũ
dum ea quę per corpus gesserunt:id est tempore quo in corpore fuerunt:quando per corda &
ora gestantium crediderunt vel nõ crediderunt:quando baptizati vel nõ baptizati sunt:quan
do carnem Christi manducauerunt vel non manducauerunt: quando & sanguinem biberũt
vel non biberunt:secundum hæc ergo quæ per corpus gesserunt:non secundum ea quę si diu
hic viuerẽt gesturi fuerant iudicantur. Scimus felices esse mortuos qui in domino moriun
tur:nec ad eos pertinere:quicquid acturi fuerant si tempore diuturniore vixissent. Scim⁹ eos
qui corde proprio credunt in dominum: sua id facere voluntate ac libero arbitrio. Scimus
pro eis qui nolunt credere: nos qui iam credimus recta fide agere cum deum oram⁹ vt velint.
Scimus pro eis qui ex illis crediderunt tãq̃ de beneficiis recte atq; veraciter & debere nos deo
agere gratias & solere.Recognoscis me vt puto in his quæ nos scire dixi:non omnia quæ ad fi 9
dem catholicam pertinent commemorare voluisse:sed ea tantum quę ad istam quæ inter nos
agitur de dei gratia quæstionem:vtrum pręcedat hæc gratia an subsequatur hominis volun
tatem:hoc est vt planius id eloquar:vtrum ideo nobis detur:quia volumus: an per ipsam de
us etiam hoc efficiat vt velimus.Si ergo istas duodecim sententias quas nos dixi scire ad fidẽ
rectam & catholicam pertinere:etiam tu frater nobiscum tenes:ago deo gratias: quas profe
cto non veraciter agerem:nisi gratia dei fieret vt teneres.Quæ tibi tenenti nullum omnino re
manet nobiscum de hac quæstione certamẽ.Vt enim eadem duodecim breui expositione per
curram:Quomodo voluntatis humanę meritum sequitur gratia cum detur & paruulis:qui
hoc nondum possunt velle seu nolle?Quomodo gratiam vel in maioribus dicuntur præcede
re merita voluntatis:si gratia vt vera sit gratia non secundum merita nostra datur?quam sen
tentiam catholicam Pelagius ipse sic timuit:vt eos qui dicunt gratiam dei secundum merita
nostra dari:sine dubitatione damnaret:ne a catholicis iudicibus damnaretur. Quomodo di
citur gratia dei in natura esse liberi arbitrii vel in lege atq; doctrina:cum & istam sententiam
Pelagius ipse damnauerit: proculdubio confitẽs gratiam dei ad singulos actus dari eis vtiq;
qui iam libero arbitrio vtuntur? Quomodo dicitur omnes homines eam fuisse accepturos si
i.Timoth.2 non illi quibus non datur/eam sua volũtate respuerent: quoniam deus vult omnes homines
saluos fieri:cum multis non detur paruulis:& sine illa plæriq; moriantur qui non habent con
trariam voluntatem:& aliqñ cupientibus festinantibusq; parentibus:ministris quoq; volenti
tibus ac paratis:deo nolẽte nõ det:cum repente anteq̃ detur expirat p quo vt acciperet curre
bat?Vñ manifestũ est eos qui huic resistunt tam perspicuæ veritati:non intelligere oĩno q̃ lo
cutione sit dictum:q; oẽs hoĩes vult saluos fieri:cũ tam multi salui non fiant:nõ qa ipsi:sed qa

deꝰ nõ vult:ꝙ ſine vlla caligine manifeſtat̃ ĩ puulis:Sed ſicut illd̃ qd̃ dictũ eſt:Oẽs in Chriſto 1.Cor.15.
viuificabuntur:cũ tã multi æterna morte puniant̃:ideo dictũ eſt:quia oĩs qcunq; vitã æter-
nam percipiunt non percipiunt niſi iu Chriſto.Ita quod dictum eſt:omnes hoĩes vult deus ſal
uos fieri:cũ tam multos nolit ſaluos fieri:ideo dictum eſt:quia omnes q fiunt:niſi in ipſo volẽ
te nõ fiunt:& ſi quo alio modo illa verba apoſtolica intelligi poſſunt:vt tamen huic aptiſſimæ
veritati in qua videmus tam multos volẽtibus hoĩbus:ſed deo nolente ſaluos non fieri:contra
A ria eſſe non poſſint.Quomodo vt detur gratia diuina/voluntas meretur humana:ſi eis quibꝰ
datur gratuita miſericordia:datur vt vera ſit gratia! Quomodo in hac re merita penſantur
voluntatis humanæ!Quandoquidem illis quibus gratia iſta non datur:nullo plerunq; meri-
to:nulla voluntate diſtantibꝰ:ſed miſericordia cum eis quibus datur habentibꝰ cauſam:iuſto
tamen iudicio dei non datur:Non enim eſt iniquitas apud deum; vt intelligãt quibus datur
ꝗ gratis eis detur:quando iuſte vtiq; non daretur:qm̃ ſimilẽ habentibus cauſam iuſte non da
tur.Quomõ non gratię dei & nõ ſolũ credendi voluntas ab initio:verũetiam pſeuerandi vſq;
in finem:cum ipſe vitæ huius non in hoĩs:ſed in dei ſit poteſtate: & poſſit vtiq; deus etiã hoc
beneficium nõ pſeueraturo cõferre:vt rapiat̃ ex corpore ne malitia mutet intellectum illius!
Non eñ recipiet homo ſeu bonum ſeu malum:niſi ſcd̃m ea quæ per corpus geſſit:nõ ſcd̃m ea
quæ ſi diutius viueret geſturus fuit.Quomodo dicitur propterea quibuſdã non dari:quibuſ
dam morituris paruulis dei gratia dari:quia eorum futuras præuidet voluntates quas habi
turi eſſent ſi viuerent:cum ſcd̃m ea quæ per corpus geſſit: non ſcd̃m ea quæ geſturus eſſet ſi
diutiꝰ fuiſſet in corpore:vnuſquiſq; recipiat ſiue bonum ſiue malum:ſicut apoſtolus diffinit!
Quomodo ſecundum voluntates ſuas futuras homines iudicant̃ quas habituri fuiſſe dicunt̃
ſi diutius tenerẽtur in carne:cum dicat ſcriptura : Felices mortui q in dño moriunt̃:quorum Apo.14.
ſine dubio certa & ſecura felicitas nõ eſt ſi & ea quæ non egerunt:ſed acturi fuerant ſi eſſet eis
hęc vita ꝓlixior iudicabit deus:nullũq; accipit beneficium q rapit̃ ne malitia mutet intellectũ
eius:quia & pro ipſa malitia cui forſitan imminenti ſubtractus eſt pœnas luit: nec gaudendũ
eſt de his quos in fide recta & vita bona nouimus eſſe defunctos:ne ſecũdum aliqua ſcelera iu
dicentur quæ fuerant ſi viuerent fortaſſe facturi:nec dolendi vel deteſtandi ſunt hi qui vitam
iſtam infidelitate ac perditis moribus finierunt:quia forte ſi viuerent:acturi fuerant pœnitẽ-
tiam pieq; victuri:& ſecundum iſta ſunt iudicandi:totuſq; ille de mortalitate liber glorioſiſſi
mi Cypriani reprobandus & abiiciendus eſt:in quo tota eius intentio eſt:vt ſciamus bonis fi-
delibus gratulandum eſſe moriẽtibus:quando huius vitæ tentationibꝰ auferuntur deinceps
in beatiſſima ſecuritate manſuri!Sed quoniam hoc falſum non eſt : & ſine dubitatione:felices
ſunt mortui q in dño moriuntur:ridendus eſt & execrandus error quo putatur ꝙ hoĩes ſecũ
dũ ſuas futuras/quę morientium non ſunt futuræ/iudicandi ſunt volũtates.Quõ dicunt̃ ne
gare liberũ voluntatis arbitrium:qui confitentur oẽm hoĩem quiſq; ſuo corde credit in deũ:
nõ niſi ſua libera credere volũtate:cũ potius illi oppugnent dei gratiam qua vere ad bona eli
gẽda & agẽda ſit liberum!Quõ dicit̃ ꝙ ꝑ legẽ dei atq; doctrinam ſcripturarũ fiat:qd̃ eadẽ ſcri
ptura dixit:Præparatur voluntas a dño:ac non potius per occultam inſpirationẽ gr̃æ dei:qm̃
quidẽ pro eis qui eidem doctrinæ contradicentes nolunt ei credere:ipſum deum fide recta ro-
gamus vt velint!Quomodo deus expectat voluntates hominum:vt præueniant eũ qbus det
gratiam:cũ gr̃as ei nõ ĩmerito agamꝰ de his qbus nõ ei credẽtibus/vt eiꝰ doctrinã volũtate im
pia perſequẽtibus/miſericordiã ꝓrogauit:eoſq; ad ſeipm̃ oĩpotentiſſima facilitate cõuertit:ac
volentes ex nolẽtibus fecit:vt qd ei inde gratias agimus:ſi hoc ipſe nõ fecit:vt qd tanto magis
eum magnificamus:quanto nolebant credere:quos crediſſe gaudemus:ſi gratia diuina/vo-
luntas in melius non mutatur humana!Apoſtolus Paulus:Eram inquit ignotus facie eccleſi- Gal.1.
is iudææ q̃ ſunt in Chriſto:tantum aũt audiebant qa qui aliqñ nos pſequebat̃ nũc euangelizat
fidem quã aliqñ vaſtabat:& in me magnificabant deũ.Vt qd magnificabant deũ ſi nõ deus ad
ſeipſum cor illius viri ſuæ gr̃æ bonitate cõuerterat:quãdo(vt ipſe cõfitet̃)miſericordiã conſe
cutꝰ ẽ vt fidelis eẽt ea fide quã aliqñ vaſtabat:ipm̃ etiã verbũ qd̃ poſuit quẽ niſi deũ hoc tãtũ
magnũ bonũ feciſſe declarat!Quid eſt ei:In me magnificabãt deũ:niſi ĩ deũ magnificũ ꝓdica-
bãt:Si magnũ illd̃ factũ de Pauli cõuerſione ipſe nõ fecerat!& quo pacto ipſe fecerat ſi volẽtem
B credere ex nolẽte ipſe nõ fecerat!Nẽpe manifeſtũ ẽ ex illis duodecĩ ſentẽtiis q̃s ꝑtinere ad catho
licam fidẽ negare non ſiueris:nõ ſolũ omnibus:verũetiam ſingulis id cõfici vt cõfiteamur gra
tia dei præueniri hominum voluntates:& per hãc eis potius præparari ꝗ propter eorum me
ritũ dari.Aut ſi aliqd corũ duodecim eſſe verum negas:quorum propterea commendo etiam

numerum : vt facilius memoriæ mandentur distinctiusq́ teneantur : non te pigeat rescribe-
re vt sciam & ea quam mihi domin⁹ dederit facultate respondeam. Ego enim hęreticum qui-
dem Pelagium te esse nō credo:sed ita te esse volo vt nihil illi⁹ ad te trāseat vel in te relinquat
erroris. Sed inter hæc duodecim reperies forte aliqd qđ negandum vel dubitandum putes: &
vnde nos operiosi⁹ disputare cōpellas. Nunqd & orare ꝓhibebis ecclesiam ꝓ infidelib⁹ vt sint
fideles:pro his q nolunt credere vt velint credere:ꝓ his q ab eius lege doctrinaq́ dissentiunt:
vt legi eius doctrinæq́ consentiant:vt det illis deus qđ per ꝓpheta ꝓmisit: cor cognoscendi
Matth.13. eum & aures audientes:quas vtiq́ acceperant : de qbus saluator ipse dicebat : Qui habet au-
res audiendi audiat! Nunqd vbi audieris sacerdotem dei ab eius altari populum hortantē ad
deū orādū:vel ipsum clara voce orantem:vt incredulas gentes ad fidē suā venire cōpellat: nō
respondebis: Amen! Aut etiam hui⁹ fidei sanitati cōtraria disputabis! Nunqd beatissimū Cy
prianū in hoc errasse clamabis vel susurrabis:vbi ꝓ inimicis fidei christianę:vt etiam ipi ad eā
cōuertant orare nos docet! Nunqd postremo apostolū Paulū ꝓ iudęis īfidelibus habentem ta
Ro.10. lia vota culpabis:de qbus ait:Bona volūtas qdem cordis mei:& deprecatio ad deū pro illis in
2.Thessal.3. salutē! Qui etiam Thessalonicensibus dicit: De cætero fratres orate ꝓ nobis: vt verbū dn̄i cur
rat & glorificet sicut etiam apud vos:vt eruamur ab iniquis & malis hoībus: Non eñ oīm est
fides. Quomō curreret & glorificaret verbū dei nisi ad fidem cōuersis eis qbus prædicaret:qñ
quidem iā credentibus dicit:queādmodū & apud vos! Scit certe hoc ab illo fieri quē vult ro-
gari vt hoc faciat:vt etiam eruat ab iniquis & malis hominib⁹:q profecto & illis orātibus non
erant credituri. Propter qđ addidit: Non eñ est oīm fides:tanq̄ diceret: Non eñ apud omnes
etiam nobis orantib⁹ glorificabit verbum dei:qa ipsi vtiq́ fuerant credituri:q ordinati erant
in vitam æternā:p̄destinati in adoptionem filiorū p Iesum Christū in ipsum:& electi in ipso an
te mundi cōstitutionē: Sed ideo deus per orationes credentium nōdū credentes credere facit.
Nemo est enim tam imperitus:tam carnalis:tā tardus ingenio:q non videat deū facere qđ ro-
gari se præcepit vt faciat. Hæc & alia testimonia diuina q̄ cōmemorare longū est:ostēdūt deū C
gratia sua auferre infidelib⁹ cor lapideū & præuenire in hoībus bonarum merita volunta-
tum:ita vt voluntas per antecedentem gratiam præparetur:non vt gratia merito volūtatis
antecedēte donet:hoc est gratiarū actio indicat qđ oratio:oratio pro infidelib⁹: gratiarū actio
pro fidelib⁹. Qui eñ est orandus vt faciat:illi est actio gratiarum reddēda cum fecerit. Vnde
Ephe.1. idem dicit apostolus ad Ephesios: Propter hoc & ego audita fide vestra in domino Iesu & ī om
nes sanctos:non cesso gratias agere pro vobis. Loquimur autem nunc de ipsis initiis:cum ho-
mines qui erant auersi & aduersi conuertuntur ad deum:& velle incipiunt quod volebāt : &
Ro.10. habere fidem quam non habebant:quod vt fiat in eis: oretur pro eis:q̄uis non oretur ab eis. Ip
si enim quomodo inuocabunt in quem non crediderunt! Cum vero factum fuerit quod ora-
tur:ei qui fecit aguntur gratiæ & pro eis & ab eis. De orationibus autem iam fidelium quas
& pro se & pro aliis fidelibus faciunt vt proficiant in eo quod esse cœperunt: & de gratiarum
actionibus quia proficiunt:confligendum esse tecum non puto. Contra Pelagianos est iste con
flictus tibi nobisq́ communis. Illi quippe omnia ad fidelem piamq́ vitam hominum pertinen
tia ita tribuunt libero voluntatis arbitrio vt habenda ex nobis non a domino putent esse po-
scenda. Tu autem si ea quæ de te audio vera sunt : initium fidei vbi est etiam initiū bonæ: hoc
est piæ voluntatis:non vis donum esse dei:sed ex nobis nos habere contendis vt credere incipi
amus:cætera autem religiosæ vitæ bona deum per gratiam suam iam ex fide petentibus:q̄ren
tibus: pulsantibus donare consentis. Nec attendis ideo pro infidelib⁹ deū rogari vt credant:
quoniam deus donat & fidem: Ideo pro eis & qui crediderint deo gratias agi : quoniam donat
fidem. Quamobrem vt hunc ad te sermonem aliquādo concludam: si negas orandum esse : vt
qui noluerūt credere: velint credere: Si negas agēdas esse deo gratias quoniam credere volu- Y
erunt qui nolebant credere:aliter tecum agendum est vt non sic erres:aut si errare persistis ne
mittas alios in errorem. Si autem (qđ de te magis credo) sentis atq́ consentis orare nos deū de
bere ac solere ꝓ nolentibus credere vt velint credere: & pro eis q aduersantur & contradicunt
legi eius atq́ doctrinæ:vt ei credant eamq́ sectentur: Si sentis atq́ consentis debere nos etiam
deo agere gratias ac solere pro talibus:q ad fidem eius doctrinamq́ conuersi volentes ex nolē
tibus fiunt:oportet sine dubitatione fatearis voluntates hominum dei gratia præueniri:& vt
bonum velint hoīes qđ nolebant deum facere qui rogatur vt faciat:& cui nos nouimus agere
gratias dignum & iustum esse cum fecerit. Dominus tibi det intellectū in omnibus dn̄e frater.

Beati Augustini ad Seleucianam: de baptismo & poenitentia beati Petri: pertractantis.
Epistola.CVIII.



D Eligiosissimæ & in Christi dilectione honorãdę famulę dei: Augustinꝰ epus
in dño salutẽ. Lectis literis tuis de salute vestra lætatus: ad ea q̃ scripsisti re-
spõdere non distuli. Et primũ miratus quomõ dicat Nouatianus iste Petrũ
baptizatum nõ fuisse: cũ paulo supius scripseris eũ dixisse ꝙ apostoli fuerũt
baptizati. Vnde aũt illi videaẽ ꝙ inter apostolos baptizatus Petrꝰ non fue-
rit: ignoro. Et ideo exemplũ epistolæ tuę ne forsitan non habeas: misi tibi: in
quo diligentiꝰ cõsyderares ad ea me respondere q̃ inueni in literis tuis. Si eĩ
notarius non mendose excepit: aut scripsit: nescio quale cor habeat: qui cũ apostolos baptiza-
tos dicat: Petrum baptizatum negat. Qꝫ aũt diciẽ Petrum egisse poenitentiam: cauẽdũ est: ne
ita puteẽ egisse quomõ agũt in ecclesia q proprie poenitentes vocantur. Et quis hoc ferat: vt
primũ apostolorũ inter tales poenitentes numerandũ putemꝰ? Poenituit eñ eũ negasse Chri-
stum: qđ eius indicant lachrymæ. Sic enim scriptum est: Quia fleuit amare. Nondum eñ fue- Matth.26.
rant resurrectione domini cõfirmati: & illo aduentu spiritussancti qui apparuit die penteco-
stes: vel illa inspiratione quam demõstrauit dñs postea q̃ resurrexit a mortuis: cũ insuflauit in
eorum faciem dicens: Accipite spiritumsanctum. Vnde recte dici potest: quia cũ Petrus nega Ioan.20.
uit dñm: nondum fuerant apostoli baptizati: Nõ tamen aqua: sed spiritusancto. Hoc eñ eis di
xit postq̃ resurrexit: & cõuersatꝰ est cũ eis: Ioannes qdem baptizauit aqua: vos aũt spiritusctõ Actu.1.
baptizabimini: quẽ & accepturi estis non post multos hos dies. Aliqui aũt codices habẽt: Vos
aũt spiritusancto incipietis baptizari. Sed siue dicaẽ baptizabimini: siue ĩcipietis baptizari: ad
rem nihil interest. Nam in qbusdã codicibꝰ inueniẽ baptizabitis: aut incipietis baptizare: men
E dosi sunt: q ex grçcis facillime cõuincunẽ. Si aũt dicimus aqua nõ fuisse baptizatos: metuendũ
est ne grauiter in eis erremus: ne demus hominibus authoritatẽ cõtemnendi baptismũ: quem
vsq̃adeo non cõtemnendum ipsa apostolica disciplina cõmendat: vt Cornelius cẽturio & hi q Actu.10.
cũ illo erant: etiã iã accepto spiritusctõ fuerint baptizati. Sicut antiq iusti si nõ circũciderenẽ:
nõ erat eis peccatum: postea vero q̃ iussit deus vt circũcidereẽ Abraã: eiusq̃ posteritas: iam si Geñ.17.
non fieret: graue pctm̃ fuit: Sic etiam postq̃ dñs Christus in ecclesia sua sacramentum noui te
stamenti pro circũcisione carnis sanctum baptismum dedit: & apertissime dixit: Si quis non re Ioan.3.
natus fuerit ex aqua & spiritusancto: non intrabit in regnũ coelorũ: iam non debemus quære
re: quando quisq̃ fuerit baptizatus: sed quoscũq̃ legimus in corpore Christi qđ est ecclesia: ꝑ-
tinere ad regnũ coelorũ: non nisi baptizatos intelligere debemus: nisi forte quos angustia pas
sionis inuenit: & nolentes negare Christũ: anteq̃ baptizarentur occisi sunt: qbus ipsa passio ꝑ
baptismo deputata est. Sed nunquid hoc possumus de apostolis dicere: qui vsqueadeo largum
tempus habuerũt quo baptizarentur: vt alios etiam baptizarent? Sed nõ oĩa q̃ facta sunt: etiã
scripta inueniunẽ: verũtñ facta esse ex cæteris documẽtis ꝓbanẽ. Scriptum est: qñ baptizatus
sit aplus Paulus: & scriptũ nõ est: qñ baptizati sunt alii apli: verũtñ etiam ipsos baptizatos in-
telligere debemus: quẽadmodũ scriptũ est: qñ baptizatæ sint plebes ecclesiarũ in Hierusalẽ &
Samaria: qñ aũt baptizatæ sint aliæ plebes gentiũ qbus apli eplas miserunt: non est vtiq̃ scri-
ptũ: & tñ etiã ipsas baptizatas vtiq̃ minime dubitamus: ꝓpter illã dñi sentẽtiã: Nisi qs renatꝰ
F fuerit ex aqua & spiritusancto: nõ intrabit in regnum coelorũ. Vtrũq̃ aũt de dño scriptũ est:
& qa baptizabat plus q̃ Ioannes: & quia ipse non baptizabat sed discipuli eiꝰ: vt intelligeremꝰ
& ipsum quidẽ baptizasse ꝓsentia maiestatis: non tamen ipsum baptizasse manibus suis. Ipsiꝰ
enim erat baptismi sacramentum: ad discipulos aũt baptizandi ministeriũ ꝑtinebat. Tunc er-
go quando dicit Ioannes euangelista in euangelio suo: Post hæc exiit Iesus & discipuli eius in
iudæã terram: & illic morabaẽ cũ eis: & baptizabat: Tũc paulo post de illo loquẽs ait: Vt ergo Ioan.3.
cognouit Iesus qa audierunt Pharisęi ꝙ Iesus plures discipulos faceret: & baptizaret plures Ioan.4.
q̃ Ioannes: q̃q̃ Iesus non baptizaret: sed discipuli eius: reliqt iudęam & abiit iterum ĩ Galileã
Tunc ergo quando ab Hierosolymis exiit cũ discipulis suis in iudęã terrã: & illic morabaẽ cũ
eis: baptizabat nõ per seipsum: sed per discipulos suos: quos intelligimus iã fuisse baptizatos:
siue baptismo Ioãnis sicut nõnulli arbitrantur: siue qđ magis credibile ẽ baptismo Christi. Ne
q̃ enim ministerio baptizandi defuit: vt haberet baptizatos seruos: per quos cæteros baptiza-
ret: qui non defuit memorabilis illius humilitatis ministerio: quãdo eis lauit pedes: & peten-
ti Petro: vt non tantum pedes: verumetiam manus & caput ei lauaret: Respondit: Qui lotꝰ ẽ Ioan.13.

non indiget nisi vt pedes lauet:sed est mundus totus:vbi intelligitur q iam Petrus baptizat⁹ fuerat.Quomodo aũt iste dicat:qđ in epistola tua posuisti:q apostoli dederint pœnitẽtiã pro G baptismo:non euidenter expressum est. Si enim pro baptismo ideo dicit:quoniam per pœnitẽtiam remittuntur peccata:habet aliquid rationis qđ dicit. Sed talis pœnitẽtia post baptismũ potest vtilis esse si quis peccauerit.Iste aũt quoniam negat post baptismum dari pœnitentiæ locum:cum dicit(sicut scripsisti)pœnitentiam solam ante baptismũ esse:datur intelligi sic eũ dixisse:q apostoli dederint pœnitentiam pro baptismo:vt ante baptismũ eam dederint : atq hi qbus data sit postea non fuerint baptizati:qa eis illa p baptismo fuit.qđ Nouatianos dicere nunq̃ audiui.Vnde quære diligenter:ne forte alicuius alterius erroris sit : & Nouatianum se esse confingat vel putet.Aut si & hoc nouatiani dicunt:nescio:illud tñ scio quoniã quisqs hoc
De cõse. dist.4.agũt homines. Actu.2. dicit:a regula fidei catholicæ & a doctrina Christi & apostolorũ prorsus alienus est.Agũt eñ homines ante baptismum pœnitentiam de suis prioribus peccatis:ita tamen vt etiam baptizentur:sicut scriptum est in actibus apostolorum:loquente Petro ad iudæos & dicente:Agite pœnitentiam & baptizetur vnusquisq vestrũ in nõie domini Iesu Christi : & dimittenĩ vobis peccata vestra.Agunt etiam homines pœnitentiam:si post baptismũ ita peccauerint vt excõ
2.Cor.12. municari & postea reconciliari mereantur:Sicut agunt in oĩbus ecclesiis illi q ppriẽ pœnitentes appellantur.De tali enim pœnitentia locutus est apostolus Paulus:vbi ait: Ne iterum cũ venero humiliet me deus apud vos:& lugeam multos ex his qui ante peccauerunt : & non
Actu.8. egerũt pœnitentiam super immunditia & luxuria & fornicatione quam egerũt.Neq eñ scribebat ista:nisi eis q iam baptizati fuerant.Habemus etiam in actibus apostolorũ : Simonẽ iam baptizatum:cum pecunia vellet emere:vt ei per impositionem manus ei⁹ daretur spiritussanctus:admonitum a Petro vt de hoc graui peccato ageret pœnitentiam.Est eñ pœnitentia bo H
Matth.6. norum & humilium fidelium pœna quotidiana:in qua pectora tundimus dicentes: Dimitte nobis debita nostra:sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.Neq eñ ea nobis dimitti volumus:q̃ dimissa non dubitam⁹ in baptismo:sed illa vtiq q̃ humanæ fragilitati q̃uis parua tñ crebra subrepunt.Quę si collecta cõtra nos fuerint:ita nos grauabũt & opprimẽt:sicut vnum aliqđ grande peccatum.Quid enim interest ad naufragiũ vtrũ vno grandi fluctu nauis operitur & obruatur:an paulatim subrepens aqua in sentinã & p negligentiam derelicta atq contẽpta impleat nauem atq submergat?Propter hæc ieiunia & eleemosynæ & orationes inuigi
Vbi supra. lant:in qbus cum dicimus:Dimitte nobis sicut & nos dimittim⁹:manifestam⁹ habere nos qđ nobis dimittatur:atq in his verbis humiliantes aĩas nr̃as:quotidianã quodãmodo agere pœnitẽtiã nõ cessam⁹.Ad ea q scripsisti:puto me breuiter sed sufficienter respõdisse.Superest vt ille non sit cõtentiosus propter quẽ lucrandum ad me tales literas dandas putasti.

Beati augustini ad sanctimoniales:illas p alterna iter se discordia & cõtẽtione icrepãtis: & ad fraternã cõcordiã cũ pfinitione regulę & modi in monasterio viuẽdi exbortãtis.Ep̃la.CIX



Sicut parata est seueritas pctã q̃ inuenerit vindicare:ita nõ vult charitas qđ vindicet iuenire.Hęc causa fecit vt ad vos nõ venire:cũ meã pñtiã q̃reretis nõ ad pacis vestrę gaudium:sed ad dissensionis vestræ augmẽtum.Quomodo enim contemnerem & impunitum relinquerem : si & me præsente tantus vester tumultus existeret:quantus me absente . Et si oculos meos latuit : tamen aures meas vestris vocibus verberauit. Nam fortassis etiam maior esset vestra seditio in præsentia mea: quam necesse esset vobis non concedi:quæ in pernitiosissimum exemplum contra sanam disciplinam: quod vobis non expedit petebatis:ac sic quales non volo inuenirem vos:& ipse inuenirer a vobis qualem nõ volebatis.
2.Cor.1. Cum ergo scribebat apostolus ad Corinthios dicens: Testem deum facio super animam meam:quia parcens vobis nondum veni Corinthum:non quia dominamur fidei vestræ: sed cooperatores sumus gaudii vestri.Hoc ego etiam dico vobis : quia parcens vobis non ad vos veni.Peperci etiam mihi:ne tristitiam super tristitiam haberem:& elegi non vt exhiberem faciem meam vobis:sed effunderem cor meum deo pro vobis:& causam magni periculi vestri:nõ apud vos verbis:sed apud deum lachrymis agerem:ne cõuertat in luctum gaudium meum: quo soleo gaudere de vobis:& inter tanta scandala :quibus vtiq abundat hic mundus:aliquã do consolari cogitans copiosam congregationem: & castam dilectionem:& sanctam conuersationem vestram:& largiorem gratiam dei:quæ data est vobis : vt non solum carnales nuptias contemneretis : verum etiam eligeretis in domo societatem vnanimes habitandi : vt sit

vobis anima vna & cor vnũ in deum.Hęc in vobis bona:hæc dei dona consyderãs:inter mul-
tas tẽpestates:quibꝰ ex aliis malis quatitur cor meũ:solent vtcũq requiescere.Currebatis be-
K ne:quis vos fascinauit?Suasio illa non est ex deo qui vocauit vos. Modicũ fermẽti:nolo dicere
qđ sequitur.Hoc eñ magis cupio & oro & hortor:vt ipsum fermẽtum cõuertatur in melius:
ne tota massa sicut pene iam fecerat:cõuertatur in peius.Si ergo repullulastis sanũ facere:ora
te ne intretis in tẽtationẽ:ne iterũ in cõtentiones:æmulationes:animositates:dissensiones:de-
tractiones:seditiones:susurrationes. Nõ eñ sic plãtauimus & rigauimus hortũ dominicũ in
vobis:vt spinas metamꝰ istas ex vobis. Si autem adhuc vestra tumultuat infirmitas:orate vt
eruamini de tentatione.Quę autẽ cõturbãt vos:si adhuc cõturbãt vos:nisi correxerint : por-
tabunt iudiciũ quęcũq illę fuerint.Cogitate qd mali sit:vt cũ deo natis in vnitate gaudeamꝰ:
interna schismata ĩ monasterio lugeamꝰ.Perseuerate in bono ꝓposito:& nõ desyderabitis mu
tare prępositã:qua in monasterio illo p tã multos annos perseuerãte & numero & ætate creui
stis:quæ vos mater nõ vtero sed animo suscepit.Oẽs eñ quæ illuc venistis:ibi eã aut sanctę ꝑ-
positæ sorori meæ seruientẽ:placẽrẽ:aut etiã ipsam præpositã quę vos suscepit inuenistis.Sub
ipsa estis eruditæ:sub illa velatæ:sub illa multiplicatæ:& sic tumultuamini vt eã vobis mute
tis:cũ lugere deberetis si eã vobis mutare vellemꝰ. Ipsa est quã nostis: ipsa est ad quã venistis:
ipsa est quã per tot annos habendo creuistis.Nouũ nõ accepistis nisi præpositũ:aut si ꝓpter il-
lum quęritis nouitatẽ:& in eius inuidia cõtra matrẽ vestrã sic rebellastis:cur nõ potius id pe-
tistis vt ipse vobis mutet?Si autẽ hoc exhorretis:quia noui quomodo eũ in Christo venerabi-
liter diligatis:cur nõ potius illã?In vobis nãq regẽdis sic pręposíti rudimẽta turbant:vt ma-
gis velit vos ipse deserere q̃ istã ex vobis famã & inuidiã sustinere: vt dicat nõ vos aliã quæsi-
turas fuisse prępositã nisi ipsum cœpissetis habere præpositũ. Trãquillet ergo deꝰ & cõponat
animos vestros:nõ in vobis pręualeat opus diaboli:sed pax Christi vincat in cordibus vestris:
nec dolore animi quia nõ fit qđ vultis: vel quia pudet voluisse qđ velle nõ debuistis:erubescẽ
do curratis in mortẽ:sed potius pœnitẽdo resumatis:nec habeatis pœnitentiã Iudæ tradito-
L ris:sed potius lachrymas Petri pastoris. Hæc sunt quę vt obseruetis pręcipimꝰ in monasterio Regula bea
cõstitutæ:Primũ propter qđ estis in vnũ cõgregatę:vbi vnanimes habitetis in domo:& sit vo ti Augusti-
bis cor vnũ & aĩa vna in deũ:Et nõ dicatis aliqd propriũ:sed sint vobis oĩa cõmunia:& distri- ni quã de-
buatur vnicuiq vestrũ a pręposita vestra victus & tegumentũ:nõ æqualiter oĩbus: quia non dit sancti-
æqualiter valetis oẽs:sed vnicuiq sicut opus fuerit. Sic eñ legitis in actibꝰ apostolorũ: Quia monialibꝰ.
erãt eis oĩa cõmunia:& distribuebat singulis prout cuiq opus erat. Quæ aliquid habebãt in 12.q.1. nõ di
sæculo:quãdo ingressæ sunt monasteriũ:libenter velint illud esse cõmune.Quę autẽ nõ habe catis.
bãt:nõ ea quęrãt in monasterio quæ nec foris habere potuerũt: sed tamen earũ infirmitati qđ Actuũ.4.
opus est tribuat: et si pauperes earũ quãdo foris erant: nec ipsa necessaria poterãt inuenire:ac
nũc nõ ideo putent se esse felices: quia inuenerũt victũ & tegumentũ: quale foris inuenire nõ
potuerũt. Nec erigãt ceruicẽ quia sociant eis ad quas foris accedere non audebãt:sed sursum
cor habeãt:& terrena bona non quęrãt:ne incipiãt monasteria esse diuitibus vtilia nõ paupe-
ribus:si diuites illic humiliant:& pauperes illic inflãtur. Sed rursus etiã illæ q̃ aliqd esse vide
bãtur in sæculo:nõ habeãt fastidio sorores suas:quę ad illã sanctam societatẽ ex paupertate ve
nerũt. Magis autẽ studeãt nõ de parentũ diuitũ dignitate:sed de pauperũ sororum societate
gloriari. Nec extollãtur si cõmuni vitæ de suis facultatibꝰ aliquid contulerũt:nec de suis di-
uitiis magis superbiant:quia eas monasterio partiunt:q̃ si eis in sęculo fruerẽtur.Alia quippe
quæcũq iniquitas in malis operibus exercet vt fiant:superbia vero bonis operibus insidiat vt
pereant. Et quid prodest dispergere dando paupribꝰ & pauperem fieri: si anima misera sup-
bior efficiatur contẽnẽdo: q̃ fuerat possidẽdo! Omnes ergo vnanimiter & cõcorditer viuite:
& honorate in vobis inuicem deũ:cuius tẽpla factæ estis. Orationibꝰ instate horis & tẽporibꝰ
M constitutis.In oratorio nemo aliquid agat nisi ad qđ est factũ:vnde & nomen accepit: Vt si ali Dist.42.in
quę etiam præter constitutas si eas vacat orare voluerint:nõ eis sint impedimẽto quæ ibi ali- oratorio.
quid agere voluerint. Psalmis & hymnis cum oratis deũ: hoc versetur in corde qđ profertur
in voce:& nolite cantare nisi qđ legitis esse cantãdum:qđ autẽ non ita scriptũ est vt cantetur:
N nõ cantetur.Carnẽ vestrã domate ieiuniis & abstinentia escę & potus:quãtum valitudo per-
mittit.Quãdo autem aliqua non potest ieiunare:non tamen extra horam prandii aliquid ali-
mentorũ sumat nisi cũ ægrotat.Cum acceditis ad mẽsam:donec inde surgatis:quod vobis se
cundum consuetudinẽ legitur sine tumultu & contentionibus audite.Nec solę vobis fauces

ſumant cibũ:ſed & aures percipiant dei verbũ.Quæ infirmæ ſunt ex priſtina conſuetudine:ſi
aliter tractãtur in victu; non debet aliis moleſtũ eſſe nec iniuſtũ videri:quas fecit alia cõſuetu
do fortiores.Nec illas feliciores putent:quia ſumũt quod nõ ſumũt ipſę: ſed ſibi potius gratu
lentur:quia valent qđ nõ valent illæ.Et ſi eis quæ venerũt ex moribus delicatiorib⁹ ad mona-
ſterium:aliquid alimentorũ:veſtimentorũ:ſtramẽtorũ:operimentorũ datur:qđ aliis fortiori-
bus & ideo felicioribus nõ datur:cogitare debent quibus nõ datur:quantũ de ſua ſæculari vi
ta illæ ad iſtam deſcenderint: q̃uis vſq; ad aliarũ quæ ſunt corpore fortiores fragilitatẽ perue
nire nequerint.Nec illæ debent cõturbari q̄ eas vident amplius:nõ quia honorãtur: ſed quia
tolerãtur:accipere:ne cõtingat deteſtãda peruerſitas:vt in monaſterio:vbi quãtũ poſſunt fiãt
diuites laborioſæ:fiant pauperes delicatæ. Sane queãdmodum ęgrotãtes neceſſe habẽt minus
accipere ne grauẽtur:ita poſt ægritudinẽ ſic tractãdę ſunt vt citius recreenſ:etiã ſi de humil-
lima ſæculi paupertate venerũt:tanq̃ hoc illis cõtulerit recentior ægritudo:qđ diuitibus an-
terior cõſuetudo.Sed cum vires priſtinas recuperauerint: redeãt ad feliciorẽ conſuetudinem
ſuam:quę famulas dei tanto amplius decet quãtominus indigent:nec ibi eas teneat voluntas
iam vegetas quo neceſſitas leuarat infirmas.Illæ ſe extiment ditiores quæ fuerint in ſuſtinen-
da parcitate fortiores. Melius eſt enim minus ægere q̃ plus habere. Non ſit notabilis habitus O
veſter:nec affectetis veſtibus placere ſed moribus. Nec ſint vobis tam tenera capitum tegmi-
na:ne retiola ſubter appareãt.Capillos ex nulla parte nudos habeatis:nec foris vel ſpargat ne-
gligentia vel componat induſtria.Quãdo proceditis ſimul ambulate : cum veneritis quo itis
ſimul ſtate.In inceſſu:in ſtatu:in habitu:in omnibus motibus veſtris nihil fiat qđ illiciat cu-
iuſq̃ libidinem:ſed qđ veſtram deceat ſanctitatẽ. Oculi veſtri etſi iaciuntur in aliquẽ:figãtur P
in neminẽ.Neq; enim quãdo ꝓceditis viros videre prohibemini: ſed appetere aut ab ipſis ap-
32.q.5.nec ſolo. peti velle crimínoſum eſt.Nec ſolo tactu:ſed affectu quoq; & aſpectu appetiſ & appetit fœmi
na. Nec dicatis vos habere animos pudicos:ſi habeatis oculos impudicos: quia ĩpudicus ocu
lus impudici cordis eſt nuntius.Et cũ ſeinuicem ſibi etiã tacẽte lingua conſpectu mutuo cor-
da nuntiant impudica: & ſecũdum concupiſcentiã carnis alterutro delectãtur ardore: etiam
intactis ab immũda violatione corporib⁹:fugit caſtitas ipſa de morib⁹.Nec putare debet quæ
in maſculo figit oculũ:& illius in ſeipſam diligit fixum:nõ ab aliis videri cũ hoc facit:videtur
omnino & a quibus videri nõ arbitratur.Sed ecce lateat & a nemine hominũ videatur: qđ fa-
ciet de illo ſuperno inſpectore quem latere nihil poteſt?An ideo putandus eſt non videre:quia
tanto videt patientius quãto ſapientius?Illi ergo timeat ſancta fœmina diſplicere:ne velit vi-
ro male placere.Illum cogitet omnia videre:ne velit viro male videre.Illius nãq; & in hac cau
ſa cõmendatus eſt timor:vbi ſcriptum eſt:Abominatio eſt domino defigens oculum. Quãdo Q
ergo ſimul eſtis in eccleſia: & vbicũq; vbi & viri ſunt:inuicem veſtram pudicitiam cuſtodite:
Deus enim qui habitat in vobis etiã iſto modo vos cuſtodit ex vobis.Et ſi hanc de qua loquor
oculi petulãtiam in aliqua veſtrum aduerteritis: ſtatim admonete ne cœpta progrediantur:
ſed ex proximo corrigãtur. Si autẽ & poſt admonitionẽ iterum vel alio quocũq; die idipſum
eam facere videritis:iam velut vulneratã ſanãdam prodat quæcũq; inuenire potuit: hoc pri⁹
tamen & alteri vel tertiæ demonſtratã:vt duarũ vel trium poſſit ore cõuinci: & cõpetenti ſe-
5.q.5.nõ iudicetis. ueritate coerceri.Nec vos iudicetis eſſe maliuolas:quando hoc indicatis.Magis quippe inno-
centes nõ eſtis ſi ſorores veſtras quas indicando corrigere poteſtis: tacẽdo perire permittitis.
Si enim ſoror tua vulnus haberet in corpore qđ vellet occultari dũ timeret ſecari:nonne cru-
deliter abs te ſileretur & miſericorditer indicaretur? Quãto ergo potius eã debes manifeſta-
re:ne pernitioſius putreſcat in corde.Sed anteq̃ aliis demõſtretur:per quas cõuincẽda eſt ſi ne
gauerit:prius præpoſitę debet oſtendi:ſi admonita neglexerit corrigi:ne forte poſſit ſecretius
correpta innoteſcere cęteris.Si autem negauerit:tunc neganti adhibendæ ſunt aliæ:vt iã co-
ram omnibus poſſit:non ab vna teſte argui:ſed a duabus tribuſq; conuinci. Conuicta vero ſe
cũdum præpoſitæ vel preſbyteri arbitrium debet emendatoriam ſuſtinere vindictam: quã ſi
ferre recuſauerit:et ſi ipſa non abſceſſerit:de veſtra ſocietate proiiciatur. Non enim & hoc ſit
crudeliter:ſed miſericorditer:ne contagione peſtifera plurimas perdat. Et hoc qđ dixi de ocu
lo non figendo:etiam in cæteris inueniendis:prohibendis:iudicandis:conuincendis:vindicã-
12.q.1.non dicatis. diſq; peccatis diligenter obſeruetur:cum dilectione hominũ: & odio vitiorum. Quæcũq; au-
tem in tantum progreſſa fuerit malum; vt occulte ab aliquo literas vel quælibet munuſcula
accipiat:ſi hoc vltro confitetur:parcatur illi:& oretur pro ea. Si autẽ deprehenditur atq; con

uincitur secũdum arbitrium præpositæ vel presbyteri:vel etiam episcopi: grauius emende-
R tur. Vestes vestras in vno loco habere sub vna custode: vel duabus:vel quot sufficere potue-
rint ad eas excutiendas:ne a tinea lędãtur. Et sicut pascimini ex vno cellario:sic induimini ex
vno vestiario. Et si fieri potest: non ad vos pertinear quid vobis induendum pro tẽporis con-
gruentia proferatur:vtrũ hoc recipiat vnaquæq; vestrum:qđ deposuerat:an aliud qđ altera
habuerat:dum tamen vnicuiq; qđ opus est nõ negetur. Si autẽ hinc inter vos contentiones &
murmura oriuntur:& conqueritur aliqua deterius aliqđ se accepisse q̃ prius habuerat:& in-
dignam se quæ nõ ita vestiatur sicut alia soror eius vestiebatur: hinc vos probate quãtum vo
bis desit in illo interiore sancto habitu cordis:quæ ꝑ habitu corporis litigatis. Tamẽ si vestra
toleratur infirmitas:vt hoc recipiatis quod posueratis:in vno tamen loco sub cõmunibus cu
stodibus habere qđ ponitis:ita sane vt nulla sibi aliquid operetur siue vnde induatur: siue vbi
iaceat:siue vnde cingatur vel operiatur: vel caput contegat: sed omnia opera vestra in cõmu-
ne fiant maiore studio & frequentiori alacritate q̃ si vobis propria faceretis. Charitas enim de
qua scriptum est:ꝙ non quęrit quæ sua sunt:sic intelligitur:quia cõmunia propriis:non pro- 1.Corin.13.
pria cõmunibus anteponit. Et ideo quanto amplius rem cõmunem q̃ propriam curaueritis:
tanto amplius vos profecisse noueritis:vt in omnibus quibus vtitur transitura necessitas:su-
pereminear quæ permanet charitas. Consequens ergo est:vt etiã illud qđ suis vel filialib⁹:vel
aliqua necessitudine ad se pertinẽtibus in monasterio cõstitutis aliquis vel aliqua contulerit:
siue vestem siue quodlibet aliud inter necessaria deputandum: non occulte accipiatur:sed sit
in potestate præpositæ vt in cõmune redactum cum necessariũ fuerit prębeatur. Q; si aliqua
rem sibi collatam celauerit:furti iudicio cõdemnetur. Indumenta vestra secũdum arbitrium
præpositæ lauentur:siue a vobis:siue a fullonibus:ne interiores animæ sordes contrahat mũ-
S dæ vestis nimius appetitus. Lauacrum etiam corporũ vsusq; balnearũ non sit assiduus:sed eo
quo solet interuallo tẽporis tribuatur:hoc est semel in mense. Cuius autem infirmitatis neces
sitas cogit lauãdum corpus: nõ longius differatur: fiat sine murmure de consilio medici: ita
vt etiam si nolit:iubente pręposita faciat quod faciendũ est pro salute. Si autẽ velit & forte nõ
expedit:suæ cupiditati nõ obediatur. Aliquãdo enim etiam si noceat: prodesse creditur quod
delectat. Deniq; si latens est dolor in corpore famulæ dei: dicenti quid sibi doleat:sine dubita-
tione credatur:sed tamen vtrum sanãdo illi dolori qđ delectat expediat: si nõ est certum/me-
dicus cõsulatur. Nec eant ad balneas siue quocũq; ire necesse fuerit minus q̃ tres. Nec illa quę
habet aliquo eundi necessitatẽ cum quibus ipsa voluerit:sed cum quib⁹ præposita iusserit ire
debebit. Aegrotãtium cura siue post ęgritudinem reficiendarũ:siue aliqua imbecillitate etiã:
siue febribus laborantium:alicui debet iniungi vt ipsa de cellario petat qđ cuiq; opus esse per-
spexerit:Siue autem quę cellario:siue quę vestibus: siue quæ codicibus præponũtur:sine mur
mure seruiant sororib⁹ suis. Codices certa hora singulis diebus petãtur:extra horam quę pe-
tiuerint nõ accipiant. Vestimẽta vero & calceamẽta quãdo fuerint indigenti necessaria:dare
T non differant:sub quarũ custodia sunt quæ poscuntur. Lites aut nullas habeatis:aut q̃ celerri
me finiatis:ne ira crescat in odium:& trabem faciat de festuca:& animã faciat homicidã. Neq;
enim ad solos viros pertinet qđ scriptũ est:Qui odit fratrem suũ:homicida est:sed sexu mascu 1.Ioan.3.
lino quem primũ deus fecit:etiam fœmineus pręceptum sexus accepit. Quęcũq; conuitio vel
maledicto:vel etiam criminis obiectu alteram læserit: meminerit satisfactiõe quãtocyus cura
re qđ fecit:& illa quæ læsa est sine disceptatione dimittere. Si autẽ inuicem se læserũt:inuicem
sibi debita relaxare debebunt propter orationes vestras:quas vtiq; quanto crebriores habetis:
tanto sanctiores habere debetis. Melior est autem quæ q̃uis ira sæpe tentatur:tamẽ impetrare
festinat vt sibi dimittat cui se fecisse agnoscit iniuriam:q̃ quæ tardius irascitur: & ad veniam
petendam difficilius inclinatur. Quę nõ vult dimittere sorori:nõ speret accipere orationis ef-
fectum. Quę autẽ nunq̃ vult petere veniam:aut non ex animo petit:sine causa est in monaste-
rio:etiam si nõ inde proiiciatur. Proinde vobis a verbis durioribus parcite: quæ si emissa fue-
rint ex ore vestro:non pigeat ex ipso ore ꝓferre medicamenta ex quo facta sunt vulnera. Quã- 86.dis.qñ.
do autem necessitas disciplinæ minoribus coercendis dicere vos verba dura compellit: si etiã
in ipsis modũ vos excessisse sentitis: non a vobis exigitur vt ab eis veniam postuletis:ne apud
eas quas oportet esse subiectas:dũ nimia seruatur humilitas:regendi frãgatur authoritas:sed
tamẽ petẽda est venia ab omniũ dño: qui nouit etiam eas quas plus iusto forte corripitis quã-
ta beniuolentia diligatis. Non autem carnalis sed spiritalis inter vos debet esse dilectio. Nam

quæ faciunt pudoris immemores:etiã fœminis fœminæ iocando turpiter & ludendo:nõ ſolũ
a viduis & intactis ancillis Chriſti in ſancto propoſito conſtitutis:ſed omnino nec a mulierib⁹
nuptis:nec a virginibus ſunt facienda nupturis.Præpoſitæ tanq̃ matri obediatur:honore ſer V
uato:ne illo offendaṫ deus:multomagis preſbytero qui omniũ veſtrũ curã gerit.Vt ergo cũ
cta iſta ſeruẽtur:et ſi quid ſeruatũ nõ fuerit:non negligẽter prætereatur:ſed emẽdandũ corri
gendũq; curetur:ad præpoſitã pręcipue pertinet: ita vt ad preſbyterũ qui vobis intẽdit refe
rat:qđ modũ vel vires eius excedit.Ipſa vero non ſe exiſtimet poteſtate dominãte: ſed charita
te ſeruiẽte felicem.Honore corã hominibus prælata ſit vobis:coram deo ſubſtrata ſit pedibus
veſtris.Circa oẽs ſeipſam bonorũ operum præbeat exemplũ:Corripiat inquietas:conſoleṫ pu
ſillanimes:ſuſcipiat infirmas:patiẽs ſit ad omnes: diſciplinã libens habeat: metuens imponat.
Et q̃uis vtrũq; ſit neceſſarium:tamen plus a vobis amari appetat q̃ timeri:ſemp cogitans deo
ſe pro vobis reddituram eſſe rationẽ. Vnde magis obediẽdo non ſolũ veſtri: verũetiam ipſius
miſeremini:quę inter vos quãto in loco ſuperiore:tãto in periculo maiori verſaṫ.Donet domi
nus vt obſeruetis hęc oĩa cũ dilectione:tanq̃ ſpiritalis pulchritudinis amatrices:& bono Chri
ſti odore de bona cõuerſatione fragrãtes:non ſicut ancillæ ſub lege:ſed ſicut liberæ ſub gratia
cõſtitutę.Vt autẽ in hoc libello tanq̃ in ſpeculo vos poſſitis inſpicere:ne p obliuionẽ aliqd ne
gligatis:ſemel in ſeptimana vobis legaṫ:Et vbi vos inueneritis ea quę ſcripta ſunt faciẽtes:agi
te gratias dño bonorũ omniũ largitori:Vbi autẽ ſibi quęcũq; veſtrũ videt deeſſe aliqd: doleat
de pręterito:caueat de futuro:orans vt & debitũ dimittaṫ:& in tentationẽ non inducatur.

Narratio eorum quę geſta ſunt:cum beatus Auguſtinus epiſcopus:Eradium
preſbyterum deſignauit ac pronũtiauit ſucceſſorem ſibi. CX.



Loriosiſſimo Theodoſio/duodecimo:& Valentiniano auguſto iterũ/conſu X
libus.vi.kaľ.octobris: cũ Auguſtinus vna cũ Religiano & Martiniano coe
piſcopis ſuis cõſediſſet in eccleſia pacis Hipponẽſium regionũ:præſentibus
Saturnino:Leporio:Barnabba:Fortunatiano:Ruſtico:Lazaro & Eradio pſ
byteris:Auguſtin⁹ epiſcopus dixit.Qđ heſterno die pmiſi charitati veſtrę:
propter qđ vos volui frequentius conueniſſe:mora poſtpoſita hoc agẽdum
eſt.Si enim aliud velim loqui in illud ſuſpenſi minus auditis.Oẽs in hac vi
ta mortales ſumus:& dies huius vitę vltimus omni homini eſt ſemp incertus:Verũtamen in
infantia ſperatur pueritia:& in pueritia ſperatur adoleſcẽtia:& in adoleſcẽtia ſperatur iuuen
tus:& in iuuẽtute ſperaṫ grauitas: & in grauitate ſperatur ſenectus: vtrum cõtingat incertũ
eſt:eſt tamẽ quod ſperetur.Senectus autẽ aliam ætatem quã ſperet nõ habet:incertum eſt ipſa
ſenectus q̃diu ſit homini: illud tamẽ certum eſt nullam remanere ætatẽ quæ poſſit ſuccedere
ſenectuti:quia noluit deus.Ad iſtam ciuitatẽ cum vigore ætatis adueni: ſed tamẽ iuuenis fui
& ſenui.Scio poſt obitus epiſcoporũ:per ambitioſos aut contẽtioſos ſolere eccleſias perturba
ri:& quod ſępe expertus ſum & dolui:debeo quãtum ad me attinet:ne contingat/huic proſpi
cere ciuitati.Sicuti nouit charitas veſtra in Mileuitana eccleſia modo fui: Petierũt eñ me fra
tres (maxime ſerui dei qui ibi ſunt) vt venirem:quia poſt obitum beatæ memoriæ fratris &
coepiſcopi mei Seueri:nõnulla ibi perturbatio timebatur.Veni & quomodo voluit dominus
adiuuit nos pro ſua miſericordia:vt cum pace epiſcopum acciperent: quem viuus deſignaue
rat epiſcopus eorum. Hoc enim eis cum innotuiſſet:voluntatẽ præcedẽtis & decedentis epi
ſcopi ſui libẽter amplexi ſunt.Minus tamen aliquid factum erat:vnde nonnulli contriſtaban
tur: quia frater Seuerus putauerat ſufficere vt ſucceſſorem ſuum apud clericos deſignaret:
apud populũ inde non locutus eſt:Erat inde aliquorũ nonnulla triſtitia.Quid plura!Deo pla
cuit:triſtitia fugata eſt:gaudium ſucceſſit.Ordinatus eſt epiſcopus quem præcedens epiſco
pus deſignauit.Ego ne aliqui de me querantur:volũtatem meam quã credo dei eſſe:in omniũ Y
veſtrum notitiam profero:preſbyterũ Eradium mihi ſucceſſorem volo.A populo acclamatũ
eſt:Deo gratias:deo laudes: dictũ eſt vicies: Ter Exaudi Chriſte: Auguſtino vita dictũ eſt ſe
decies.Te patre:te epiſcopo:dictum eſt octies. Cũq; reticerent: Auguſtinus epiſcopus dixit:
Non opus eſt me de laudibus eius aliquid dicere:faueo ſapientiæ:& parco verecundiæ.Suffi
cit quia noſtis eum etiam:hoc me velle dico:qđ vos velle ſcio:et ſi ante neſcirem:hodie proba
rem.Hoc ergo volo: hoc a domino deo nunc etiam in ætate frigida votis feruentibus poſco:
hoc vt mecum oretis exhortor: admoneo: rogo: vt omni in pace Chriſti collatis & conflatis
mentibus confirmet deus quod operatus eſt in nobis.Qui miſit mihi eum:ſeruet eum:ſeruet

incolumē:seruet sine crimine:vt qui facit gaudium viuentis:locum suppleat morietis.A no-tariis ecclesiæ sicut cernitis excipiunt̄ quæ dicimus:excipiuntur quę dicitis:& meus sermo & vestrę acclamationes in terrā nō cadūt. Apertius vt dicā/ecclesiastica nūc gesta cōficimus.Sic enim hoc esse/quantū ad homines attinet/confirmatū volo.A populo acclamatū est: Deo gratias:Christo laudes:dictum tricies:Sexies Exaudi Christe:Augustino vita dictū est quaterdecies:Te patre:te episcopo:dictū est octies:Dignus & iustus est:dictū est vicies:Bene merit⁹:bene dignus:dictū est quinquies.Cumq; reticerēt:Augustin⁹ episcopus dixit: Ego vt dicebā voluntatē meā & volūtatem vestrā:e gestis ecclesiasticis quantū ad homines attinet:confirmatā volo:quātum vero ad latētem omnipotētis volūtatem:omnes vt simul oremus: vt confirmet deus qđ operatus est in nobis.A populo acclamatū est:Iudicio tuo gratias agimus:dictum est sedecies fiat fiat:Dictū est duodecies/Te patre:Eradium episcopū/dictum sexies.Cūq; reticerent:Augustin⁹ episcopus dixit: Scio q; scitis & vos: sed nolo de illo fieri qđ de me factum est. Quid autē factū sit multi scitis.Illi soli nesciunt qui tunc aut nondū nati erant: aut nondū habebant ætatem sciendi.Adhuc in corpore posito beatæ memoriæ patre & coepiscopo meo sene Valerio:episcopus ordinatus sum:& sedi cum illo:qđ cōcilio niceno prohibitū fuisse nesciebam:nec ipse sciebat.Qđ ergo reprehēsum est in me:nolo reprehēdi in filio meo.A populo acclamatū est:Deo gratias: Christo laudes:dictū est quaterdecies.Cūq; reticerent:Augustinus episcopus dixit:Erit presbyter vt est:quādo deus voluerit futur⁹ episcopus. Sed plane modo facturus sum adiuuāte misericordia Christi qđ adhucusq; nō feci. Nostis ante aliquot annos quid facere voluerim:& nō permisistis:& placuit mihi & vobis ꝓpter curam scripturarū:quā mihi fratres & patres mei coepiscopi duob⁹ cōciliis Numidiæ & Carthaginis īponere dignati sunt:vt per quinq; dies nemo mihi molestus esset. Gesta confecta sunt:placuit: acclamastis. Recitat̄ placitū vestrū:& acclamatio vna est:paruo tēpore seruatū est circa me:& postea violēter irruptū est: & nō permittor ad qđ volo vacare ante meridiē: post meridiē occupationibus hominū teneor.Obsecro vos & obstringo per Christū:vt huic iuueni:hoc presbytero Eradio quē hodie in nomine Christi designo episcopū successorē mihi:patiamini me refundere onera occupationū mearū.A populo acclamatū est:Iudicio tuo gratias agimus: dictum est viciesseptics.Cūq; reticerēt:Augustin⁹ episcopus dixit: Ego charitati & beniuolētiæ vestrę apud dominū deū nostrū gratias ago: immo de illa/deo gratias. Ergo fratres quicqd est qđ ad me pferebat̄:ad illum perferat̄: vbi necessariū habuerit consiliū meū/nō negabo:auxiliū absit vt subtraham.Tamē quicqd illud est qđ ad me perferebat̄:ad illū perferat̄.Ipse me autē cōsulat si forte non inuenit quid facere debeat:aut poscat adiutorē quē nouit patrē: vt & vobis nihil desit: & ego tandē aliquādo si quātulūcūq; spaciū mihi huius vitę donauerit deus: ipsam quātulācūq; vitā nō dem segniciei nec donē inertię:sed ī sanctis scripturis quātū ipse pmittit & largit̄ exerceam:hoc & ipsi ꝓderit & ꝑ ipsum etiā nobis. Nemo ergo inuideat otio meo:quia meum otium magnū habet negotiū.Video me de hac re propter quā vos inuitaui oīa vobiscū egisse quę debui:Hoc ad vltimū rogo vt gestis istis dignemini subscribere qui potestis.Hic mihi responsione vestra opus est:teneam responsionē vestrā:de hac assensione aliqđ acclamate.A populo acclamatū est:fiat fiat.Dictū viciesquinquies:dignus est:iustus est:Dictum viciesocties:fiat fiat:Dictum quaterdecies:olim dign⁹:olim meritus: Dictū viciesquinquies: iudicio tuo gratias agimus:Dictū tredecies Exaudi Christe:Eradium cōserua/dictum viciesnouies.Cūq; reticerēt:Augustinus episcopus dixit:Bene habet:vt ea quę dei sunt circa sacrificium eius agere valeam⁹:in qua hora supplicationis vestræ:vt omnes vestras causas & negotia intermittatis & pro ista ecclesia & pro me & pro presbytero Eradio domino precem fundatis.

Beati Augustini ad Iulianū comitē:de perfectissima atq; plenissima iustitia tractātis: Et quomodo viuere debeat quo ad deū & proximos edocētis.Epistola.CXI. Ad. Bonifacium.



Mi frater charissime:si cupias scire:q̄uis ego nesciā:q̄ pfectissima atq; plenissima sit iustitia:Iustitia est deū toto corde amare:illiq; tota adhęrere volūtate q est summū bonū. Sūmū vero amare bonū:sūma est beatitudo.Qui deū amat bon⁹ est.Si bon⁹:ergo & beat⁹.Quē quāto qs ardētius amat:tāto melior efficiet̄:q̄ten⁹ hoc brīssimo bono abūdare te faciat charissime frater ipse q est hoc bonū:quotidianis pcib⁹ integro cordis desyderio eū etsi idign⁹ p- Ca.a.

dicare studeam. Tu vero frater charissime intellige:quia consilio sanctę trinitatis & opere ma
iestatis diuinæ creatꝰ es. Ex primo quoq; cõditionis honore intellige quãtum debeas cõdito-
ri tuo:dñi tantũ in cõditione mox dignitatis priuilegiũ præstitit creditor tibi æternꝰ: vt eum
tanto ardẽtius amares:quãto mirabiliorẽ te ab eo esse creditum intelligeres. Nec hoc solũ ꝙ
consilio sanctæ trinitatis sic excellenter a creditore conditus es: sed etiam ꝙ ad imaginem &
similitudinẽ suam ipse creator omniũ te creauit: qđ nulli alii ex creaturis nisi soli homini con
cessit:Et hæc est imago vnitatis & trinitatis omnipotẽtis dei:quã anima tua habet ĩ se. Primũ
quia secundũ donũ dei viuis ac sapis:Secũdum quia ad imaginẽ tui conditoris creatꝰ es: Ter
tium licet vnus appelleris homo:tamen tres habes a patre & filio & spiritusancto cõcessas di-
gnitates:id est intellectum:volũtatem & memoriã:qđ idem licet aliis verbis in euangelio defi
Matth.22. gnatur:cum dicitur: Diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo & ex tota anima tua & mẽ
te & omnibus visceribus tuis. Ex his enim tribus imaginẽ conditoris nostri mirabiliter gerit
nostra natura:noster interior homo:ex quibus quasi excellẽtioribus animæ dignitatibus iube
mur diligere cõditorem:vt quãtum a nobis intelligitur:diligatur:semper in memoria qua re
cipitur habeatur. Nec solũ sufficit nobis deum intelligere:nisi fiat in amore eius voluntas no
Ca.2. stra:immo nec hoc sufficit nisi cum memoria & voluntate opus addatur. Tuo vero capiti fra 9
ter charissime gratia spiritalis sit sapientiæ:quæ mẽtem tuã illuminet: & ad vitam æternã si-
cut desydero & opto perducat. Toto etenim cordis mei affectu opto:deũq; deprecor:vt semp
ad interiora te extendas donec peruẽnias ad sublimẽ perpetuę beatitudinis coronam: & animi
tui nobilitatem:quã in te optime scio:nullis amicorũ consiliis:nulla sęculariũ ambitione desy
deriorũ ab amore Christi immutari permittas. Noli tuã bonitatem aliorum malignitate ob-
scurare:sed vbiq; quantũ vales amabilis coram deo & omni populo appareas. Non deerit tibi
gratia adiuuantis dei:si tibi adhæserit voluntas admonitionis sanctæ:quã sæpius in scriptu-
ris diuinis mens bonitatis tuæ attendit. Esto quęso te:q̃uis laicus ad omne dei opus prõptus:
pius ad pauperes: & ad infirmos cõsolator mœrentiũ:cõpatiens miseriis omniũ: largus ĩ elee
Luc.21. mosynis:memorãs euãgelicæ viduæ duo minuta in gazophylaciũ mittẽtis: & prophetam di-
Esa.58. centem: Frange esurienti panẽ tuũ: & caue præuidẽs discretionẽ eleemosynæ:ita vt vtrisq; dã
ti scilicet & accipienti solatiũ sit:itaq; non solum de salute tua:verũ & de multorũ profectu &
prosperitate meditare. Elige tibi consiliarios optimos deum timẽtes: & vel veritatem vel cha
ritatẽ amantes. Sępe enim adulatores blanda facie decipiunt animas audientiũ se: & perpetua
Psal.52. morte interimunt. De talibus dicit psalmista: Quoniã deus dissipauit ossa eorũ qui homini-
Gal.1. bus placent:Confusi sunt:quoniã deus spreuit eos. Et apostolus ait: *Si hominibus placerem:*
Christi seruus non essem. Vnusquisq; amicus ad ædificationẽ & nõ ad destructionem placeat
Ca.3. ꝓximo suo:quia non omnis amicus cõsiliarius esse poterit:dicente scriptura: Amici sunt mul
Ecci.6. ti:cõsiliarius autẽ vnus. Licet me mutatione habitus longe tulisset a vobis in corpore:sed nul A
latenus charitate:quia charitas quæ describi potest nunq̃ vera fuit. Ideo intima amicitiarum
Ioan.15. charitate quãtum possumus domino Christo cõiungamur: quia ipse ait: Vos amici mei estis
si feceritis quæ ego præcipio vobis. Et iterum ad discipulos suos: Iam nõ dicam vos seruos sed
amicos meos. Et si præmia vitæ æternæ volumꝰ promereri:illius pręcepta totis viribꝰ sataga
Matth.11. mus custodire. Præcepta nãq; eius nolẽtibus grauia sunt:volentibus leuia:sicut ipse ait: Iugũ
Esa.66. enim meũ suaue est: & onus meũ leue. Et iterũ: Sup quẽ requiescã nisi sup humilẽ & quietũ &
trementẽ sermones meos? Sæculi enim amicitia:aut lucro:aut beneficiis: aut diuersis honori
bus constat: Saluatoris autẽ amicitia in se & proximos diligẽdo cõsistit. Igitur quotiẽscũq; bo
nis actibꝰ mandatũ Christi facimꝰ:totiẽs amici Christi vocamur. Ille nos semp inuitat ad ami
citiã suã: & diabolus inuidẽs quęrit nos mergere in infernũ. Saluator nos amat: & ꝑditor nos
odit: Ideo nõ pretermittamꝰ redemptorẽ:ne sequamur prædonem. Charior nobis sit qui liber
tati restituit: q̃ qui nos captiuauit & seruituti subdidit. Semp autẽ ante oculos cordis pone:
ꝙ amicorũ turba: nec familiæ multitudo:nec auri argẽtiq; cõgestio:non gemmarũ lapilla ful
gentia:nõ vindemiarũ vbertas:nõ densitas segetum:nõ iucũditas extensa pratorum:possunt
animæ eunti de corpore vllum auferre præsidium: sed plus vrgent qui ea diligũt. Ideo diligẽ
dus est verus amicus noster dominus Iesus Christus: qui presentem felicitatẽ & æternæ vitæ
tribuet beatitudinẽ. Nam redemptor noster ideo dicit: quia redemit nos a diaboli captiuita-
te: & saluator saluãdo nos a peccatis nostris:adiutor adiuuãdo nos in opportunitatibꝰ in tri-
bulatione:protector protegẽdo nos: vt inter inimicos illæsi maneamus:susceptor deus:susci-

piendo nos in æterna tabernacula. Ideo charitatem & præcepta & amorem tanti amici totis viribus adimpleamus: & nobilitatē imaginis illius in nobis seruemus. Rememoremus semper q̄ inclytus & valde gloriosus est imperator & amicus noster. Ille a nobis non aliud quærit mu nus: nisi spiritale. Caueamus quātum possumus: ne aliquid inueniat qd oculos eius offendat. Et si forsitan/vt solet humanę fragilitatis conditio/aliquā negligentię maculam spiritus ma lignus in nobis infigit: citius per confessionem & pœnitētiam lachrymarū abluere eam omni studio festinemus: ne diu sine amici nostri manean⁹ amplexu: quia paratior est nos recipere q̄ perdere: tantū si non tardamus de die in diem reuerti ad illū. Hæc enim duo mala omnipotes deus odit in omnib⁹ hominibus: id est negligentiā reuertendi: & desperationē salutis. Tātum hæc absint a cogitationib⁹ procul nostris: & ille rūc animis prope erit nostris. Ne quęso de ter rena felicitate gloriātes cōfidamus: sed gratias agamus ei: qui dū hoīes esse voluit rationales:

B nō superbia sed humilitate prosequi se rogauit. Quæ ergo maior poterit esse nobis gloria vel sublimior honor: q̄ eius imperatoris esse amicos qui super omnes imperator est! Et quāto ille sublimior est omnipotētia in virtute: tanto nos debemus esse diligentiores in iustitia & sancti tate & humilitate & obseruatione mādatorū eius. Sanctitas vero in iustitię operibus constat: Iustitia vero duob⁹ modis implet: vt quæ phibita sunt ab eo/nō faciamus: & quę iussa sunt ab eo/faciamus: iuxta pphetā qui ait: Diuerte a malo & fac bonū. Oīs enim sanctoꝝ libroꝝ series ad nostrā salutē scripta est: & hoc maxime aurib⁹ nostris intonat: & iterum atq; iterū replicat: quid sit omni homini cauendum: vel quid sequendū. In quibus libris tua dignitas optime ex crescere solet: quia per illos nobis loquit ipse deus & dñs noster: & piæ volūtatis nobis demon strat effectum. Recognoscamus & recogitemus quali honore nobis illius legio sit accipienda. Quid si a rege legatio: aut in diluculo ad nos veniret: nunquid non mox aliis curis postpositis prōpta volūtate & cum omni deuotione literas acciperemus & legentes implere satagerem⁹! Et ecce de cælo cælorum: rex regum: & dominus dominantiū: immo & redemptor noster: per prophetas & apostolos dignatus est nobis dirigere literas suas: non vt aliqd seruitium sibi ne Ca.4. Psal.33.

C cessarium nobis demandet: sed quę ad salutē & gloriā nobis prodesse possint/innotescat. Pro inde si aliquid in hoc sęculo possidere delectamur: deū qui possedit oīa: qui creauit oīa: expedi ta mente possideam⁹: & in eo habeamus quęcūq; feliciter ac sancte desyderamus. Sed quia ne mo possidet deum: nisi qui possidetur ab eo: sum⁹ nos ipsi facti dei possessio: & efficietur nobis deus possessor. Et quid potest esse felicius in mūdo q̄ cui efficitur suus imperator & redēptor census: & hereditas dignatur esse ipsa diuinitas! Omnes enim ex illo fructus percipim⁹: in illo & de illo semper viuimus. Quid rogo homini sufficit cui ipse cōditor nō sufficit! Quid vltra quærit cui omne gaudiū & omnia suus redemptor esse debet! Heu q̄ subtiliter nos ille anti quus hostis decipiendo fallit: eam cæcitatē ante oculos nostræ mētis obducit: ne discernere va leamus gaudia huius sæculi & gaudia regis æterni. Nam gaudere quidē bonum est: sed qui gaudet: si nō vnde debet: non potest bonū esse qd gaudet. Gaudet miles terrenus propter ho nores huius sæculi perituros: vestes pulchras: & speciosas armillas brachio circūdatas: coro nam capiti impositā: & tale gaudiū non est æternū sed periturū. Gaudet & raptor cū desyde rata rapuerit. Gaudet ebriosus cum occasionē potationis inuenerit. Gaudet adulter cum ad delectationē corporis fruendæ meretricis peruenerit. Gaudet periurus si facultates huius sæ culi iurando acquisierit. Gaudet iracūdus si furiam suam perfecerit: Et multa alia quæ mens charitatis tuæ frater charissime cōprehendere poterit. Et cum sit gaudere bonum: de his atq; huiusmodi gaudere grande malū est: & perducēs ad mortem peccatū. Nec qđlibet scelus co ram deo tā abominabile sit: q̄ præterita peccata vnūquēq; nostrū gaudere reminiscendo: inde & exultare atq; in eis semper iacere. Hæc sunt quæ superius diximus: vnde nos gaudere vult mūdus: vt pereamus cū amatoribus mundi huius. Hæc enim gaudia velut venena diaboli re Ca.5.

D pudiare debemus: quia nō solum corpora: sed & animā perpetualiter necare festinant. Quæso frater mi: quæso has diaboli sagittas ad peteam quę Christus est allidēs: sume scutum fidei: in quo possis oīa tela diaboli/sagittas igneas extinguere: & gaudeamus de bonis domini: de con scientia pura: & de confessione vera: & digna pœnitentia: de luctu & vera tristitia: quæ nō se cūdum mortē: sed secūdum deū salutē operatur æternā. Eam vero quæ secūdū hoc sęculū est tristitiā: firmiter apostol⁹ cōmendat dicēs: Nolite contristare spiritūsanctū dei in quo signati estis in die redēptionis: sed oīs amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia tollat a vobis: cum omni malitia: & estote inuicem benigni: misericordes: donantes inuicem sicut & Ca.6. Ephe.6. Ephe.4.

deus in Christo donauit vobis. Et quãtum possum⁹ solerti studio mores nostros corrigamus: & virtutes omniũ bonorũ acquirere festinem⁹: ꝙ pietatẽ dei & misericordiã in tẽpore opportuno consequi valeamus: & de promissione futuri illius regni ineffabiliter gaudeam⁹. Hæc sunt quæ nos contra impetum diaboli armant & deo cõmendant. Hæc sunt arma quæ animos nostros confortant: muniunt: atq; nobilitant. Hæc arma nobiscum frater & intra nos deo donante. Hęc sunt diuitiæ vitę nostræ: Nam pudicitia pudicos facit: & iustitia iustos: & pietas pios: & humilitas humiles: & mãsuetudo mãsuetos: & innocentia innocẽtes: & simplicitas simplices: & puritas puros: & prudentia prudentes: & temperãtia temperatos: & charitas deo & hominib⁹ nos facit charos. Hæc omnia bona a deo & a bono creata sunt. Et ideo si in illo esse volumus: qđ esse debem⁹: sicut sanct⁹ Ioannes apostolus dixit: Quomodo ille ambulauit ita nos

1.Ioan.2. spiritaliter ambulemus. Quid est ambulare sicut Christus ambulauit: nisi cõtemnere vanitatem & felicitatẽ huius sæculi: & aduersa non timere pro nomine illius pati? Speremꝰ quę pro-

Ca.7. misit: & sequamur quo ipse præcessit. Non nos vllo modo ab amore Christi separet huius sæculi miserabilis dulcedo: neq; excusatio vxoris aut filiorũ gratia scilicet: nec multa auri argẽtiq; & possessionũ dilectio: dum terribiliter cõtestatur nobis sanctus Ioannes apostolus dicẽs: E

Vbi supra. Nolite diligere mũdum neq; ea quæ in mũdo sunt: quia omne qđ in mundo est: concupiscentia carnis est: & concupiscẽtia oculorum: & ambitio sæculi. Hæc sunt quæ a paradiso delitiarum in hoc miserabile exilium Adam & Euam proiecerũt: quia nisi dilectio dei ab eis defecisset: nunq̃ diligere cœpissent male suadẽtis serpentis cõsilium: immo nec credidissent. Et cõcupiscentia carnis ab eis impleta est ꝙ de ligno vetito gustauerũt: & concupiscẽtia oculorum ꝙ sibi aperire oculos cupierũt: & ambitio sæculi ꝙ se fieri posse qđ deus est crediderunt. Et ideo volens nos omnes apostol⁹ ab his tribus generibus mortis cauere: dixit ꝙ omne qđ in mundo est: concupiscentia carnis est: & concupiscentia oculorũ: & ambitio sęculi. Et vt facilius frater mi bonitas tua intelligat: si placet: qualiter illi primi homines scilicet Adam & Eua cõmiserũt tam graue peccatũ: pandam quoq;. Gratia domini nostri Iesu Christi te ad hoc semper cauere concedat: quia illis duobus originaliter totum damnatũ est genus humanũ. Illi enim non ederent de ligno prohibito: nisi concupiscerẽt: nec cõcupiscerent nisi tentati: nec tentarentur nisi desertí: nec desererentur a deo nisi prius ipsi deseruissent deum: nec illi deũ desererẽt nisi superbirent: & similitudinẽ dei ad quam facti erant dãnabiliter neglexissent. Pro quo morbida eorum corpora contraxerunt mortem: & iuxta sententiã domini eo die creduntur mortui: quo in eis pœnaliter facta est necessitas moriendi. Hæc pauloante diximus de primis hominib⁹: vt lapsum & dãnationis eorum possim⁹ euadere exitium siue supplicium: Quia quis ex Adam sumus carnaliter nati: nõ ipsum tamen debemus imitari: sed Christũ dominũ nostrum: in quo renati sumus per baptismũ & viuimus. Quid est imitari Adã: nisi carnalibus concupiscentiis ac desideriis morte nos perpetua occidi? Et quid est imitari Christũ: nisi carnalib⁹ desideriis & cõcupiscentiis in nobis mortificari: & cum ipso qui nos proprio precio sui sanguinis redemit feliciter regnare? Et si quando in Adam fuimus omnes in ipso cecidimus: itaq; in Christo iam esse cœpimus: omnes cum illo spiritaliter resurgamus. Et vt totum dicam: Adam abstulit nobis paradisum: & Christus donauit regna cælorum: & corpus suum pro nobis peccatoribus tradidit. Christus enim mortuus est pro peccato: non suo sed nostro: vnusquisq; au-

Ca.8. tem nostrum non omnium moritur peccato sed suo. Quid est peccato mori: nisi opera maligna in nobis dãnare: & hoc miserabile sæculũ fugere: vt sicut homo carne mortuus in sepulchro nulli detrahit: nemini violentus existit: neminẽ calũniatur: neminẽ opprimit: nõ inuidet bonis: non insultat malis: non luxuriæ carnis seruit: non bibẽdo magis ac magis in se sitim accendit: non odiorũ flãma ardescit: non potẽtes aut diuites huius sæculi adulatur: non inquieta curiositate raptatur: non de turba maxima sibi astante curã gerit: non auro argentoq; siue pallio circũdatus distẽditur: non salutationibus potẽtium delectatur vel parẽtum: nõ se iniuriis fatigat: nõ cum superbia inflat: nõ ambitio huius sęculi necat: nec vana gloria turpiter iactat: non aurũ siue armillæ atq; oẽs huius sæculi diuitię inflãmant: non rabies insana furoris exagitat: nõ equorũ crassitudo amorq; inuitat: nõ pulcherrima species fœminarũ auidũ reddit: nõ histrionũ miserabilũ verba in risum excitãt: nõ contẽtiones huius sæculi pturbãt: nõ audacia extollit: nõ gaudia huius sæculi delectãt: nõ iracundũ animositas: nõ suspitiosum peruersitas: nõ verbosum vanitas: nõ rixatorẽ malignitas: nõ mobilem: instabilẽ huius versatilis amor? Hæc & alia huiusmodi enumerãdo ptelaui: vt intelligat dulcissima fraternitas tua: ꝙ F

homo carne mortuus:nec facere potest ista q̄ dixi nec pati:& his talib9 nō torpeamus: sed stu
deamus quantū possumus cū dei adiutorio corpora nostra cum vitiis & cōcupiscentiis mor- Gal.5.
tificare:& induamus nouum hominem:qui secūdū deū creatus est:in iustitia & sanctitate ve Eph.4.
ritatis:nec humanis laudibus delectemur:nec detractoribus libenter aurem præbeamus:nec
adulatoribus nostris credamus ne discordes simus:sed magis eos quosvalemus ad concordi
G am prouocemus:quia scd̄m euangeliū:Beati pedes qui ad pacē currūt. Nec simus carnales: Ca.9.
id est carnaliter in hoc sæculo viuētes:quia apl's dicit:Si scd̄m carnē vixeritis moriemini.Igit Ro.8.
ille scd̄m carnē viuit: q scd̄m seipm̄ viuit:id est pergit quo vult:dormit qn̄ vult & q̄idu vult
loquitur quæ vult: & quicquid vult: & vbi vult:manducat & bibit quando vult & q̄iū vult
ridet & iocat̄ turpiter inter quos vult & quando vult. Postremo quicquid naribus suaue sit
quęrit:quicq̄d tactu blandū:quicq̄d oculis delectabile:quicq̄d corpori suo iucundū exercet ac
sequit̄:qualiter vult & quando vult:quia licita & illicita carnaliter vult. Delectatur in vesti-
mentis pulcherrimis & equitibus & armis sicut vult & quando vult:& sic non scd̄m deū:sed
carnaliter viuit & delectat̄:& omnia desyderia carnis suę perficit sicut vult & qn̄ vult. Qua-
propter charissime frater in Christo deprecāda est nobis diuina clemētia:vt desyderia carna-
lia delectatio spiritalis imminuat:& pietas in nobis crudelitati resistat:& malignitatē patien
tia coerceat & libidinē vincat:& animositatē tranquillitas tollat:scurrilitatē & verbositatem
taciturnitas moderata compescat:curiositatē/studiū spiritale in vigiliis & orationib9 & elee
mosynis succidat:ebrietatē sobrietas domet:iræ & furori mansuetudo dominet̄:leuitatē ma-
turitas regat:luxuriā vera castitas excludat:mūdi cupiditatem dei & proximi charitas refrę
net:iactantiā & superbiam conculcet profunda humilitas:quia humilitas homines sanctis an
I gelis similes facit:& superbia ex angelis dęmones facit. Et vt euidēter ostendam9:ipa est pec- Ca.10.
catorum omniū initium & finis & causa:qm̄ nō solū est pctm̄ ipa supbia:sed etiā nullū pecca-
tū potuit aut potest aut poterit esse sine supbia.Siquidē nihil aliud omne pctm̄ est nisi dei cō-
temptus:qn̄ eius pręcepta cōtemnim9:& hoc nulla res alia persuadet homini nisi supbia.Por-
ro supbia & cupiditas intantū est vnū malū:vt nec superbus sine cupiditate:nec sine superbia
possit cupidus inueniri.De supbia nāq; nascunt̄ hæreses:schismata:detractiōes:inuidiæ: iræ:
rixæ:dissensiones:cōtentiones:animositates:ambitiones:elationes:pręsumptiones: iactantia:
verbositas:vanitas:inquietudo:mendaciū:periuriū:& cætera huiusmodi: q̄ dinumerare lon-
gū est per singula.Cupiditas quoq; facit hoies gulosos:intēperantes:ebriosos:auidos:rapaces
fornicarios:adulteros:stupratores:incestos:flagitiosos:& alia innumerabilia:p q̄ diabolus ge
nus humanū pręcipitare solet per superbiam & cupiditatē.Diabolus nāq; per supbiam & cu-
piditatē dicit:In cælo conscendam.Christus cum humilitate dicit:Humiliata est in terra ani Esa.14.
ma mea.Diabolus per superbiā & cupiditatem dicit:Ero similis altissimo. Christus per humi Psal.43.
litatē:cū esset in forma dei:exinaniuit semetipm̄:formā serui accipiens humiliauit se:patri fu Esa.14.
it obediens vsq; ad mortem.Diabolus per superbiam & cupiditatem dicit:Super astra cęli ex Phil.2.
altabo soliū meū.Christus cū humilitate dicit:Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Esa.14.
Diabolus cupidus & superbus per pphetā loquit̄ dicēs:Nescio dominū deū & israel nō dimit Matth.11.
tam.Christus cum humilitate dicit:Si dixero quia non noui eum:ero similis vobis mendax: Exo.5.
sed noui eum & mandata eius seruo.Diabolus cupidus & superbus dicit : Mea sunt flumina Ioan.7.
& ego feci ea.Christus cum humilitate dicit:Non possum ego a meipso quicq̄ facere : sed pa- Ioā.5.&.14.
ter meus in me manens ipse facit opera.Diabolus cupidus & superbus dicit.Mea sunt omnia Lucę.4.
regna mundi & gloria eorum:& cui volo do ea.Christus cum diues esset pro nobis pauper fa 2.Cor.8.
ctus est:vt eius inopia nos diuites redderemur.Diabolus superb9 et cupidus dicit:Sicut col- Esa.10.
liguntur oua quæ derelicta sunt:sic vniuersam terram ego congregaui:et non fuit qui moue
ret pennam et aperiret os &c.Christus cū humilitate dicit:Similis pellicano solitario vigila- Psal.101.
ui:& factus sum sicut passer solitarius in tecto.Diabolus per superbiam & cupiditatem dicit
Exiccaui vestigio pedum meorum omnes riuos aggerum. Christus cum humilitate dicit. Esa.37.
Nunquid non possum rogare patrem meum:& exhibebit mihi plus q̄ duodecim legiones an Matth.26.
gelorum?Et vt ad vltimum concludam:diabolus cum ruina magna per superbiam & cupidi
tem ad infernum pręcipitatur:Christus ad cælos leuatur. Ideo frater charissime paucos tibi
diabolicæ fraudis & laqueos & sanctę humilitatis gradus descripsi: vt facilius tibi subiectos
valeas docere: quomodo vel qualiter hos euadant : atq; per humilitatem regna cęlorum
possideant. Et si nos volumus perficere nostri certaminis cursum:& ad æternam beatitudi

nē prruenire:caueamus in primis cupiditatē malā & superbiā diabolicam:& cum humilitate
Ca.11. Christi conemur sequi vestigia. Et si quis militās imperatori terreno omnib⁹ iussis eius obe I
dire certat:quātomagis militaturus imperatori cælesti debet custodire præcepta cęlestia. Fra
ter mi aīam tuā ad euigilandū excita:vt nullus eā prægrauet somnus. Miles terrenus quocū-
q̧ loco mittit̄:paratus & prōptus est:neq̧ se vxoris aut filiorū gratia excusare poterit:multo
magis miles Christi sine impedimento huius sęculi:imperatori suo dn̄o Iesu Christo debet obe
dire:q ipm̄ pretioso suo sanguine redemit. Tu miles terrenus cōtra hostē visibilē pgis ad pu-
gnā:cū illo vero hostis inuisibilis quotidie dimicare nō cessat. Tu contra corpora inimici tui
pugnare decertas:armis vteris carnalib⁹:illius vero aduersus diabolū est colluctatio cum ar-
mis spiritalib⁹. Tu in prælio galeā ferreā gestas in capite: sed illius galea Christus est. Tu ne
vulneteris lorica indutus es:sed ille pro lorica Christi charitate est vestit⁹. Tu cōtra inimicū
tuū lāceas & sagittas emittis:ille cōtra inimicū suū humilitatē & salubria verba dirigere stu
det. Tu donec pugnā perficias arma a temetipso non deseris: ne ab aduersario vulneteris: ille
nunq̄ debet esse inermis:qa illius hostis tuo est callidior. Et tuus hostis ad tēpus dimicat:illi⁹
vero hostis q̄diu ī corpore cōsistit cū illo pugnare nō cessat. Tua arma laboriosa & grauia sūt
ad portandū:illius vero arma suauia ac leuia sunt. Tu pro labore terreno terrenū accipis do-
natiuū:ille vero pro spiritali labore cæleste accipiet præmiū. Tu ornamento armillaꝝ brachia
decoras:ille virtutū ornamēto aīæ suę a Christo decorē accipit. Semp eīn cæleste donū a Chri
sto expectat:q terrenā huius sæculi pompā pijcit. Væ nobis si iugū Christi suaue a nobis te-
pellimus:& quicqd graue & onerosum est aīæ nr̄æ supportamus nos ad portādū: & dū diligi
Ca.12. mus periculū incidamus in mortē. Ideo frater charissime cōsyderem⁹ qs sit q nos ptioso san K
guine redemit:& qd ei debeamus qui cū tāta penuria nos redemit. Si terrenos patētes cū tan
to affectu diligimus q paruo tpe sustinuerūt pro nobis labores:nonne magis nobis cęlestis pa
ter amādus est q pro nobis crucifixus est:qa quicqd parentū nostroꝝ circa nos obsequiū/ eius
est beneficiū: & qui anteq̄ nasceret̄ in hoc sæculo sua prouidentia parētes nobis præparauit:
quorū obsequio nutriremur: & vbera matris lacte repleuit vt̄ nutrimur. Ergo magis omnib⁹
diligamus redemptorē nostrū:q & nos & parentes nr̄os proprijs manib⁹ finxit:& cuncta bona
q̄ erga nos gerunt:quotidie eius miæ:non nostris viribus ascribamus. Iubet eīn scriptura pa-
rentes nr̄os vt ppria viscera diligere:si tamē accedere nos ad seruitiū Christi non phibeāt. Si
aūt prohibuerint:nec sepultura illis a nobis debet̄. Christus diligēdus est sup parētes nostros:
Matth.10. quia nō nobis tribuunt parentes ea q̄ Christus. Ipē eīn dicit in euāgelio: Qui aūt amat patrē:
aut matrē:aut filios:aut agros plus q̄ me:nō est me dignus. Quanto quis eū plus amat:tanto
felicior & beatior efficietur. Intantū eīn nos amauit:vt etiam pro nobis mori dignatus sit:Et
manus eius q̄ virtutes plurimas faciebant:clauis pro nr̄a redēptione affixæ sunt: & ori melli-
fluo quo salutaris doctrina profluit:fel pro cibo impij porrexerūt. Et qui neminē læsit: cæsus
est:& qui nullū maledixit:opprobria & maledicta pro nobis pertulit. Hæc oīa perpessus est vt
nobis vitā æternā donaret. Et cū nobis tanta beneficia præstet:nihil quętit a nobis nisi vt dili
gamus eū:& aīas nr̄as & corpora custodiamus & seruem⁹:vt ille semp in nobis habitet & nos
in illo permaneamus. Non eīn postulat a nobis aurū atq̧ argentū:neq̧ pallia:neq̧ vestes ptio
sas:neq̧ armillas:neq̧ agros:neq̧ cætera huiusmodi:nos ipōs quærit:in nobis requiescere cu
Ca.13. pit. Accedamus ergo ad eū vt vitā æternā habeamus:habeam⁹ in nobis dilectionē dei & pxi L
Roma.13. mi. Qui diligit proximū legē impleuit:qui aūt ecōtrario odit: homicida ē. Qui diligit fratrē
suū in tranqllitate est cor eius:fratrē vero odiēs tēpestate circundatus est. Vir mitis:benign⁹
etiā si patit̄ mala pro nihilo ducit:Iniquus etiā paruū verbū audiēs a proximo contumeliam
arbitrat̄. Qui charitate plenus est:tranquillo aīo & sereno vultu pcedit: vir odio plenus am-
bulat iracundus. Tu aūt frater charissime ne moueas cuiq̄ scandalū in via tua: & non qd tibi
vtile sed qd illi placitū sit facias: Et quod tibi non vis fieri ne proximo tuo cupias euenire. Si
Tobiæ.4. eū videris bonis actib⁹ cōuersantē cōgratulare ei: & illius gaudiū tuū ducito:& si aliquid ad
uersum patit̄:illius tristitiam tuā deputa. Ne simulato corde vnq̄ diligas proximū tuū: qa in
his deus ad iracūdiā puocat̄. Qui eīn amplectit̄ pacem in mentis suæ hospitio: mansionē præ
parat Christo: Virū autē inuidū:iracūdū:detractorē:mendacē:supbū:omnib⁹ modis execrat̄
deus. Inuidus aūt vir similis est naui q̄ iactatur in fluctibus maris: In perturbatione est semp
vt lupus rapax:insanit inaniter:in miseria detinetur:& tabescens ad nihilum redigit̄. Semp

furore plenus:particeps dęmoniorũ efficiť:homo pacificus securã possidet mentẽ:totus ẽ angelorũ agmine munit⁹ & fructu iucũditatis replet⁹:gaudẽs & delectãs in dño. Oia eius in pace versanť:discordiã fugit:secreta mẽtis suę illuminat:cõsortiũ angelorũ merebiť:& regnum

M æternę beatitudinis perpetualiter obtinebit. Ne quęso frater mi fabulosa arbitreris dei præcepta aut quasi a me edita:dum ex fonte saluatoris nostri sint emanata. Ne frangat animam tuam vlla aduersitas vel prosperitas mundi a præceptis ac mandatis dei:& a charitate quæ est in Christo Iesu domino nostro. Nã virtus est aiæ tuæ patientiã sectari & ab omni impatiẽtia declinare:deum diligere:& odire illa quæ non diligit deus. Virtus est animæ tuæ:castitatem tam corporis q̃ animæ custodire. Virtus est animę tuæ:vanam huius sęculi gloriam contẽnere:& oĩa caduca calcare:& pro illius amore qui te redemit/dũ viuis in corpore laborare Virtus est aiæ tuæ:humilitati studere & superbiã abominari. Virtus est aiæ tuæ:iram & furorẽ cohibere & reprimere. Virtus est aiæ tuæ:ab omni stultitia declinare & sapientiam diuinã amplecti. Virtus est aiæ tuæ:omnẽ delectationẽ subiicere & mentẽ tuã ad Christũ erigere Has ergo virtutes facile & perfacile potuisses obtinere:si sęculariũ curam & caducas ac terrenas res deuitare voluisses:& nihil amori Christi pręposuisses. O mi frater ex tota mẽte dilige deũ:vt in omnib⁹ actibus tuis placeas illi. Qui em̃ cõiugio copulať:festinat placere vxori suę: multomagis aĩa Christi sanguine redẽpta debet placere sponso dño. Deus em̃ nõ se vult verbis tm̃ diligi:sed corde puro & operibus iustis:qa nõ verborum sed cordis est auditor & inspẽctor. Nunq̃ quęso frater mi carnalis amor/amorẽ cælestẽ a corde excludat. Nunq̃ quęso te huius fluctiuaga ac miserabilis sæculi dulcedo decipiat. Nulla te seducat corporis pulchritudo nec intret mors in animã tuã p fenestras oculorũ tuorũ. Dic mihi quęso frater mi:qualis profectus est in pulchritudine carnis? Nõne sicut fœnũ æstatis ardore percussum arescit:& paulatim decorẽ cohibere pristinũ amittit? Et q̃n mors venerit:dic mihi quęso quãta remanebit in corpore pulchritudo? Tũc recognosces quia vanũ qđ antea inaniter diligebas. Cũ videris totũ corpus intumescere:& in fœtorẽ esse cõuersum:nõne claudis nares tuas ne sustineas fœtorẽ fœtidissimũ? Vbi quęso tũc erit suauitas luxurię:& cõuiuiorũ opulentiæ: vbi blãda verba q̃ corda audientiũ molliebãt:vbi sermones dulces q amaritudinẽ amãtib⁹ infundebãt:vbi immoderat⁹ risus & iocus turpis:vbi ineffrẹnata & inutilis lætitia? Iste est finis pulchritudinis & oblectationis. Mũdus em̃ peribit & cõcupiscentia eius. O q̃ fœlicissimũ bonũ est:& q̃ valde felicissimũ:pulchritudinẽ splẽdidã Christi amare:& radiãtib⁹ fulgoribus pectora nr̃a illustra- 1.Ioan.2.

N re:& oẽm obscuritatẽ expellere a nobis. Nõ cõmodes aures tuas ad pcipiẽda verba detrahẽtiũ:non cõcipias mortẽ in aĩa tua:Detrahenti em̃ & audienti vtriusq̧ esca mors aię decorať. Ca.15.

Et vt breuius concludã:detractor & libens auditor:diabolũ portant in lingua. Euita quęso a tuis auribus laqueos detractionũ per quos captos plurimos audis. Postula tibi a dño cor prudens & peruigilẽ sensum vt discernere valeas verba detrahentiũ. Non ignores fraudes & insidias eorũ:& in retia eorũ nõ veniat pes tuus. Aliena debẽt esse a nobis oĩa vitia mala:dũ hæreditas nostra Christus vult esse. Ideo quia incerti sumus de talib⁹:prosternam⁹ nos humiliter in conspectu pii patris nostri:& pctã nostra cito producamus in mediũ:vt deleat ea ipe pater noster cælestis:& cũ cõfessi fuerimus:nõ nos iustificantes orem⁹: ne sicut pharisęus ille discedamus condẽnati:memoremus publicanũ illũ & ita oremus:vt veniam consequi mereamur. Clamor cordis nostri pulset ad aures omnipotẽtis dei:quia in pura mẽte placabiť:in tpe orationis omnem malitiã cordis proiiciamus a nobis:& remittamus in nos peccãtib⁹. Est deniq̧ genus serpentis qđ cũ cœperit ire ad bibendum aquã:anteq̃ veniat ad fontem euomit/omne venenũ:Imitare & tu hunc serpentem in hoc: secundũ euangelii dñi nostri Iesu Christi pręceptum vbi ait:Estote prudentes sicut serpentes:& omne venenũ iræ amarũ euome: & remitte Matth.10. cõseruis tuis:vt tibi remittantur a domino peccata tua:sicut euãgeliũ pręcipit: Dimittite & Lucæ.6. dimitteť vobis:date & dabitur vobis. Et qualem cupis erga te esse dominum:talis esto ipe cõseruo tuo:& omne qđ tu met inchoaueris facere:primũ inuoca dñm:& grãs ei age: & cũ consummaueris illud similiter fac.

O Inuoca deũ ex toto corde tuo & inuenies eũ:& cũ inueneris ne dimittas eũ:vt coniungať mens tua in amore eius. Hæc mi frater stude in vita tua:& orationẽ tuã puram offer Christo dño:nec cogitationes huius sęculi superflue conturbẽt cor tuum:neq̧ in diuersa rapiať mens tua. Memẽto em̃ te sub dei stare cõspectibus q occulta cordis perspicit & secreta mentis tuæ nouit. Vigilanter igitur & assidue assiste in conspectu dei in tẽpore orationis:vt imminentẽ diaboli tentationẽ facilius possis effugere. Si em̃ cogitationes Ca.16.

huius seculi malę & sordidę turbant cor tuũ:& cogũt illicitũ aliquid perpetrare: p orationes puras & vigilias sanctas depellantur ab aĩa tua. Oĩo nãq; grãdis immutatione aĩæ: p orationes purissimas oĩa nobis vtilia tribuunť a dño & cũcta noxia effugant. Et vt ne diuti⁹ de hoc disputem vel immoter: sicut ex carnalibus escis alitur caro: ita ex diuinis eloquiis & orationib⁹ interior homo nutrit & pascit. Pasce quęso animã tuã spiritalibus cibis: id est fide: spe: & charitate: & reliquis virtutib⁹: per quas intelligas amare & eius præcepta seruare: & cũ extrema dies tibi venerit: angeli te pacis suscipiant: & de potestate diaboli eripiãt: & merearis consortio sanctorũ in beata requie perfrui: & vitam æternam cum omnibus sanctis possidere. Nam certissime scis: quia possessio regni cælorũ promissa est tibi. Sed vide ne ab ea extraneus efficiaris.
Cap.17. Quæso mi frater: quęso omnib⁹ tibi subiectis & bonæ volũtatis in domo tua a maiore vsq; ad minimũ: amorẽ & dulcedinem regni cælestis: amaritudinem & timorem gehẽnę annuncies: & de eorum salute sollicitus ac vigil existas: quia pro omnibus subiectis qui in domo tua sunt: rationem reddes. Annuncia: præcipe: impera: suade eis vt caueant se a superbia: ac detractione: ab ebrietate: a fornicatione: a luxuria: ab ira: a periurio: a cupiditate: quæ est radix om- P
1. Timot. 6. nium malorum. Cupidus enim vir: animam suam vęnalẽ habet: si inuenerit tempus vt cõcupiscat alicuius aurum: aut argentum: seu vestes pulchras: vel etiam cuiuslibet mulierem pulchra facie: pro nihilo perpetrat homicidium. Et vt quis effundit aquã in terrã: ita ei sic effundere sanguinem proximi sui. Plurimæ animæ in mortis periculum inciderunt propter cupiditatem: & multi domino iubente ob hoc lapidati sunt. Saul enim a deo alienus effectus est propter auaritiam: & ad extremum de culmine regali expulsus/ ab inimicis suis perẽptus est. Et tibi de multis multa dicere potuissem: sed sapienti pauca sufficiunt. Dominus vero noster & saluator voluit de cordibus philosophorum pecuniarum amorem excludere: sed quia erãt
Lucæ.18. cupidissimi: salutaria domini verba deridebant. Nam & illum diuitem quem dominus ad re
Matth.26. gna cælorum prouocauit: amor pecuniarum eum intrare non permisit. Sed & Iudæ pectus auaritiæ flamma exarsit: vt dominum cunctorum bonorum largitorem in manus traderet impiorum. Auarus enim vir inferno est similis. Infernus enim quantos coruos deuorauerit: nũq̃ dicit satis est: Sic & si omnes thesauri circunfluxerint in auarum: nunq̃ satiabitur. Ideo frater mi omnibus qui in domo tua sunt præcipe ab hoc vitio cauere. Melius est enim vt ex paupertate pusillum tribuat indigentibus: q̃ multum ex iniusta acquisitione. Vnusquisq; iuxta quod habet porrigat. Tantum enim expetitur ab vno quoq;: quantũ ei dedit deus. Neq; enim plus ab eo exigit q̃ quod ipe dedit. Elemosyna cum iniquitate acquisita abominabilis est coram deo: & acceptum ei est quod fuerit fideliter acquisitum. Sunt nonnulli qui diripiẽtes aliena/facere se simulant eleemosynam: & cum alios premant aliis misereri fingunt. Si autẽ ex p
Ca.18. prio labore dederint: gratũ & acceptum erit deo. Et roga eos vt in omnib⁹ operibus suis humiliter corã deo agãt quicq̃d eis agendũ sit: quia nõ erit gratũ dño quicq̃d homo facit cũ superbia: quod aũt humiliter fit: hoc est ei acceptum. In omnibus operib⁹ sint humiles: quia humilitas virtutũ sublimitas est: nec ad regnũ cælorũ quilibet veniet nisi per humilitatem. Multorum aũt temporũ labores: & orationes: & eleemosynæ: & ieiunia: & vigiliæ si cũ superbia finẽ habuerint: pro nihilo apud dominum computantur. Acceptus est deo vir humilis: & in se deum gestat. Iam paulatim superius disseruimus de superbiæ malo: sed propter tibi subiectos: hunc locum necessarium inueni: & contra sagittas diaboli discãt clypeum humilitatis erigere. Superbus autem etsi decorus & clarus videatur aspectu: tamen apud deũ operibus & verbis & gestis & vultu & incessu semper eius dinoscitur supbia & leuitas. Cupit se semp laudari ab hoibus: & bonis quib⁹ alienus est prędicari se vult: Non se patit cuiq; esse subiectum: sed semper inter suos pares primatum cupit tenere: & in maiorem gradum ascendere: & q̃d meritis obtinere non potest: adulando & detrahendo vult inuadere. Et sicut nauis sine gubernatore cum iactatur fluctibus: ita & superbus leuis circũfertur: instabilis per oẽs actus suos. Humilis autem vltimum se iudicat: & blando vultu intuens: & coram deo eminẽs apparet: & cũ omnia fecerit dicit: seruus inutilis sum & nihil se fecisse testatur: & deus diuulgat opera ipsius: & profert in mediũ: mirificatq; facta illius: & exaltat: & clarũ facit eũ: & in tempore precũ suarũ quod postulat apud deũ impetrare põt. Hæc & his similia sola humilitas obtinet apud Q
Esa.66. deum: quia ipa cõfessio est delectabile cubile dñi nostri Iesu Christi: qui ait: Super quem requi
Matth.11. escam nisi super humilẽ & quietũ: & pauentẽ sermones meos! Et iterũ: Discite a me qa mitis
Ca.19. sum & humilis corde. Annũtia quæso tuis & dicito eis: quia supbis de⁹ resistit: Et ira viri iu
1. Petri.5. R

stitiã dei nõ operaẽ:Fornicatores & adulteros ipe diiudicabit in die iudicii.De periuriis scri- Jacobi.1.
ptura dicit:Vir multũ iurãs nõ effugiet peccatũ:nec recedet plagã de domo eius. Detractio Heb.13.
fornicatio est aiæ.Et Psalmista:Detrahentẽ proximo secrete hũc persequebar.Discordiã vt Salo Eccle.23.
mon dicit:detestaẽ dñs dicẽs:Septimũ est qđ detestaẽ aĩa mea:id est:qui seminat inter fratres Psal.100.
discordiã.Hi sunt cibi & pocula mortis aiæ nostræ.Ab his pietas dñi nostri Iesu Christi nos Prouer.6.
liberet:& seipm edendũ tribuat:q dixit:Ego sum panis viuus qui de cælo descẽdi:qui mãdu- Ioan.6.
cat carnẽ meã & bibit meũ sanguinẽ:habet vitã æternã in seipso. Sed vnusquisq anteq̃ corpus
& sanguinẽ dñi nostri Iesu Christi accipiat:seipm pbet:& scđm apostoli præceptũ sic de pane 1.Cor.11.
illo edat:& de calice bibat.Quia qui indigne manducat corpus & sanguinem dñi: iudicium
sibi manducat & bibit:nõ diiudicãs corpus dñi.Quãdo eñ eũ accipere debemus: antea ad cõ
fessionẽ & pœnitentiã recurrere debemus:& oẽs actus nostros curiosius discutere:& pctã ob-
noxia si in nobis senserimus:cito festinemus per cõfessionẽ & verã pœnitentiã abluere:ne cum
Iuda proditore diabolũ intra nos celantes pereamus:protrahentes & celantes peccatũ nostrũ
de die in diem:Et si quid mali aut neq̃ cogitauimus:de eo pœnitentiam agamus:& velociter
illud de corde nostro eradere festinemus.Nec velimus dicere:non est hoc grande peccatũ: qđ
cogitaui:heu insipiens.Quare nõ cogitamus vel intelligimus q in cõspectu dñi cogitationes
nostræ anteq̃ in opus procedant:manifestę & apertę sunt.Dicit eñ psalmista:Scrutans corda Psal.7.
& renes deus:Dñs scit cogitationes hominũ:quoniam vanæ sunt:Et alibi idem psalmista.In- Psal.93.
tellexisti cogitationes meas de longe:semitam meam & funiculum meũ inuestigasti. Ne quæ Psal.138.
so permittamus in nobis cogitationes prauas:neq tanq̃ minima negligamus:Quia qui sper- Eccl.19.
nit minima paulatim defluit.Non spernamus morsum serpentis:ne venenum eius cõsperga-
S tur in corda nostra:quia q̃uis venenũ vita sit serpentis:tamẽ mors est hominis. Abscindam[9] Ca.20.
virgulta spinarum de agro cordis nostri:ne defigant in nobis altas radices. Scimus eñ q cor
nostrum ager est domini nostri Iesu Christi:excolamus eum cælestibus disciplinis: & nõ sina
mus in agro tanti imperatoris cizaniam:sed cunctis virtutũ floribus decoremus: quia in his
delectaẽ deus omnipotẽs:sicut in canticis canticorũ legiẽ:Ego flos campi & liliũ conuallium: Canti.2.
id est ego decus mundi & virginitas humilium.Et semper atq semper caro nostra subiecta sit
aiæ:& sicut ancilla famuleẽ dñæ suæ.Non præbeamus vires illicitas corpori nostro: ne comit
tat bellũ aduersus spiritũ nostrũ:sed semp subiecta sit caro:& obtemperet iussis sancti spirit[9].
Neq incrassari permittamus ancillã:ne contemnat dominã suã:sed omnib[9] iussis eius & obse
quiis mancipeẽ.Sicut eñ equo fręna imponenda:ita corpora nostra ieiuniis & orationib[9] sũt
infrænãda.Nam quemadmodũ aurigæ si equis fręna laxauerint per pręcipitia ducunẽ: ita &
anima cũ ipo corpe si ei frenum nõ imposuerimus ad inferni pręcipitia dilabitur.Sim[9] igitur
boni & edocti aurigæ corpori nro:vt per viã rectã possim[9] incedere.Escæ eñ nimiæ non solũ
aias:sed etiã corpora nostra plurimũ lædunt:& ad infirmitatẽ perducũt. Solet eñ per nimiã
ciborũ auiditatẽ & poculi intẽperantiã:frangi stomachi fortitudo:necnõ & ex abũdantia san
guinis cholera & plurimę ægritudines escarũ largitate cõtingũt.Sicut eñ aiæ & corpori sũt
ista cõtraria:ita medela est vtrisq tẽperãtia ieiunii:& si nõ p omne tẽpus: saltẽ sacratissimos
dies ieiuniorũ:quantũ possumus cũ dei adiutorio delitias mundi & ciborũ opulentiã fugia-
mus:ne qñ (qđ auertat deus) in cruciatu flãmę quæramus guttã aquæ:& nullũ refrigerium
consequamur.Fugiamus ebrietatẽ ne in crimen luxurię incurramus:quia apls pręcipit dicẽs
Nolite inebriari vino in quo est luxuria: Vinum eñ deus ad lætitiã cordis nõ ad ebrietatem Ephe.5.
donauit.Bibamus igitur non quantũ gula exigit: sed quantum naturæ imbecillitas postulat
Ne igitur quod ad medelam corporis nostri tributum est:ad perniciẽ deputemus.Annuntia
quęso tuis in domo tua subiectis:q plærique per vinum homicidia & fornicationes perpetraue
runt:nec ipam mortẽ recusauerũt.Alii per vinũ a dęmonib[9] capti sunt: Nec est aliquid ebrie
tas q̃ manifestus dęmõ.Ebriosus putat se aliquid optimũ gerere cũ fuerit ad pręcipitia deuo
lutus:p vinolentiã armaẽ ad maledicta & conuitia proximorũ:& immutaẽ mens eius: & lin-
gua balbutit.Huiusmodi eñ vir cũ se putat bibere vinũ:bibiẽ a vino.Plurimi nanq homines
per vinũ maximã debilitatẽ contraxerũt:nec potuerũt cõsequi pristinã firmitatẽ:quia nõ tẽ-
perauerunt gulæ ardorem.Sicut enim piscis cum auidas fauces profert vt glutiat escam:re-
pẽte hamum intra fauces reperit:Ita & ebriosus intraneum in se suscepit inimicum:qui cum
intrauerit:mox impellitur ad omne opus nefandissimum: & sic homo rationalis vt irrationa
T le capiẽ.Tu autẽ frater mi omnibus tuis domesticis & tibi subiectis pracipe vt se sobrios ex- Ca.21.

hibeant:& iterũ propter abstinentiã in sup̃biã se nõ erigãt:sed oĩa temperate:iuste:pie & reli-
giose scd̃m dei adiutoriũ faciãt:quia nõ solum pro nobis clericis:sed pro omni genere huma-
no:q prædestinati sunt ad vitã æternã:Christus sanguinem suũ fudit. Nec solũ nobis sed etiã
laicis omnib⁹ ei⁹ ex toto corde pręcepta seruãtibus regnũ cælorũ promissum est. Grãdis nãq
cõfusio animab⁹ laicorũ qui dicũt. Quid pertinet ad me legendo libros scripturarũ audire vl'
discere:& etiã frequẽter ad sacerdotes & ecclesias sctõrum recurrere! dũ clericus fiam:ea quę
oportet clericos facere faciã. Quare non intelligit:quia panẽ & vinũ & oĩa huius terræ bona
& regni felicitatẽ æqualiter vult participari:& æquali labore Christi pręcepta ferre nõ vult!
Quid prodest talibus vna parte in hoc sæculo esse sublimes:alia p̃stratos:in vna parte fulge-
re auro & pretiosis vestibus:& in alia miseriis & vitiorũ caligine occupari! Nõ tibi aliqua sol-
Roma.2. licitudo vel laici habit⁹ p̃sona:quia nõ est personarũ acceptio apud deũ. Similiter eñ mãdata
dei seruantibus laicis cæleste palatium patet:veluti clericis & sanctimoniali habitu pręditis:
Gal'.3. dũ nõ est iudæus neq̃ gręcus:nõ est seruus neq̃ liber:sed oĩa in oĩbus Christus. Quicũq̃ in
corpore illius ẽ:magn⁹ est. Ergo inserere teipm̃ suo sancto corpori vt sis mẽbrũ sanctissimi ca-
pitis ac nobilissimi. Ama ex toto corde caput tuũ:& membra capitis illius dilige. Quõ potest
manus manui esse inimica:& pes pedẽ odisse:vel cætera membra suæ iũcturæ nõ cõgaudere!
Crescere debẽt invirũ perfectũ in augmentum corporis Christi. Oĩs eñ clericus & laicus qui
pretioso sanguine redẽptus est:q baptismo Christi tinctus est:debet humiliter ambulare & p
seuerare in spiritusancto:qa nihil p̃dest christianũ se respõdere verbis & factis negare: dũ cor
Matth.7. pus est mẽte & spũ. De talibus in euangelio ipsa veritas dicit:Non oĩs q dicit mihi dñe dñe:in
Esa.29. trabit in regnum cælorũ. Et alio loco propheta increpãdo dicit:Populus hic labiis me hono-
rat:cor autẽ eorũ longe est a me. Nã ciuitas si fuerit in vna parte munita:& ex alia destructa:
aditũ ad se hostib⁹ p̃bet:Et nauis si fuerit fortiter cõpaginibus solidata:& paruã habuerit ta-
bulã perforatã:aquę fluctibus mergitur in p̃fundũ. Omnib⁹ eñ laicis:clericis:& monachis ęq
liter cõuenit:fidẽ spem & charitatẽ humilitatẽq̃ habere:& deo ex toto corde seruire:verã cõ
fessionẽ facere:& dignam pœnitentiã agere:quia clemẽtissimus dñs cõfugiẽtibus ad pœnitẽ-
Ca.22. tiã ignoscit. Sed ne de mĩa dñi tm̃ securi existamus:vt pc̃tã pc̃tis augeamus:neq̃ dicamus:do V.
nec vigeat ætas carnis nostræ cõcupiscẽtias nostras exerceamus:& postremo in senectute ma
lorũ nostrorũ pœnitentiã agamus:Pius est eñ dñs & misericors:nec vltra facinorũ nostrorũ
recordabitur. Ne quæso taliter cogitemus:quia stultitia est summa talia cogitare:& cũ impi
um sit talem licentiã a deo postulare quẽpiam velle:cuius initiũ est nos separare a deo:ideo in
quã talia nõ cogitemus cum nesciamus qua die morituri sumus. Nemo eñ hominum nouit
diem exitus sui:non omnes in senectute moriuntur:sed in diuersis ætatib⁹ de hoc mundo mi-
grant:& in quibus actibus vnusquisq̃ homo inuentus fuerit:in eisdem iudicabitur quando
Psal.6. anima exierit de corpore. Dicit enim psalmista:Nemo in inferno cõfitebitur tibi. Ideo festine-
mus ad pœnitentiam conuerti:semper ante oculos nostros versetur vltimus dies:& cum di-
luculo surrexerimus:ne ad vesperam confidamus nos peruenire:& cum in lecticulo membra
deposuerimus:de lucis non confidamus aduentu. Ita facillime poterimus corpus nostrum a
vitiis & concupiscentiis refrenare. Semper cor nostrum promissa cælestia meditetur. Omnia
terrena quæ possidemus in futuras cælestes mansiones transferamus:vt cum ibi profecti fue-
rimus fruamur bonis cælestibus. Nam credimus quia cum a carnis vinculo anima nostra fue
rit absoluta:si bñ & recte corã deo viximus:mox in occursum nostrũ angelorũ chorus occur-
ret:omniumq̃ sanctorum agmina in nostros miscentur amplexus:& adorãdum verum iudi-
cem perducent:si dum in corpore viuimus sicut dixi(q̃ dei sunt placita faciamus). Tunc erit
nobis pax in circuitu & summa securitas:nec timebimus vltra diaboli ignita iacula:nec vllũ
quemlibet inimicum:qui cupiat animas nostras iaculari. Non ferrum:non ignem:non faciem
truculentam tortoris:non famem:nõ sitim:non vllam carnis ægritudinem:non vltra aduer
sabitur caro spiritui:nec vllum timebimus periculum:Sed cum carnis abiecerimus sarcinã:
tunc spiritussanctus tribuet nobis in cælestibus mansionem:cui nos paulante intra corporis
nostri hospitium feceramus mansionem:& læti gaudentesq̃ futuri iudicii diem expectabim⁹
in quo singulorum animæ pro suis actibus recipient merita:& econtra peccatores & impii pe
ribunt. Tunc frustra rapaces:auari:superbi:adulteri:iracundi:cupidi:maledici:& periuri:a-
marissime flebunt:quia malorum suorum veniam non cõsequentur:in luctu maximo detine
buntur omnes qui carnis suæ voluptates secuti sunt:in mœrore & gemitu sempiterno erunt

qui vitiis & passionibus seruierunt. Et cum hi omnes pro criminibus & scelerib⁹ gehēnę igni
bus deputandi erunt: nos si deo dū in hoc tpe sum⁹ placuerimus: cū sctis sempiterna præmia
accepturi sumus. Ideo condēnemus q̄ vana & caduca sunt: vt tantā gloriā Christo miserante
X adipisci mereamur. Declinemus semp a vitiis: & ad virtutes tēdamus: nec supflui sermones p
cedant ex ore nostro: q̄a pro otiosis sermonib⁹ reddituri sumus ratione in die iudicii. Nec ad
maledicendum queq̄ cōsuescamus linguam nostram: q̄ ad benedicēdū & laudandū deū crea
ta est: quia cōsuetudo quæ lōgius fuerit peracta & cōfirmata: nō cū paruo labore vitaē vel ex
pellit. Simus in malitia paruuli & viri perfecti in sensu. In quibusdā nos exhibeam⁹ senes: in q
busdā iuuenes: qm̄ paruis est ridere: & perfectis viris lugere. Nam pręsens luctus: lætitiā gene
rat sempiternā. Omne aūt quicquid immoderatū est: dissolutionē efficit aīæ: & negligentē er
ga pręcepta dñi: nec delicta sua facile pōt ad memoriā reuocare: & obliuiscēs ea nō se instigat
ad poenitētiā: & ita paulatim ab oib⁹ tot⁹ cadit: nullū habebit accessum cordis cōpunctio: vbi
fuerint immoderata vitia & cōcupiscentię malæ. Vbi autem fuerint lachrymæ: ibi spiritalis
ignis accenditᵃ: q secreta mentis illuminat. Nullus nos sęculi amor ab amore Christi segreget
& totæ nostræ cogitationes ad præmia futuræ patriæ tendant & de cælestibus meditentur.
Hęc est gloria tua: hęc est perfectio cursus certaminis tui. Perfectus eni dicit: nō q in ętate: sed
qui in sensu perfectus est: nec vllo modo cuilibet obest puerilis ætas si fuerit mente perfectus:
nec senilis proderit ætas si fuerit paruulus sensu. Nam & Dauid cū puer esset & perfectus: &
cor et mentem in domino habebat infixum: & ob hoc in regē eleuatus est: Et Saul cū in ætate
senili esset: quia in se malignā nequitiam habuit: de culmine regali expulsus est. Dñs vero &
saluator noster a senioribus crucifigitur: & ingressus Hierosolymā a paruulis collaudaē. Nā
& arbor si multoꝝ annoꝝ fuerit infructuosa excidit: si aūt nouella & fertilis fuerit colitur: vt
magis ampliorem proferat fructum. Ideo has similitudines pono: vt nec iuuenis: nec senex in
domo tua de salute sua: vel etiam de operibus bonis confidat. Sed qui gloriatur in dño glorie 1.Cori.1.
Y tur. Perfectorū aūt virorū cōsortio fruere: & a verbis eorū non auertas aurē tuā: & in eorū cō Ca.24.
silio delectetur anima tua. Verba aūt vitæ sunt verba hoim̄ deū timentiū: & incolumitas aīæ
his qui ea libenter audiunt & arridēt. Sicut sol oriens effugat caliginem: ita sanctorū doctri
na a sensibus nostris expellit tenebras. Euita quæso viros superbos: inuidos: detractores: men
daces: periuros: & salutem suam negligentes: qui mortui sunt virtutibus: & lætanē in pp̄riis
voluptatibus: & gaudiis careant diuinis. Nō dico vel vnū talē in domo tua habeas: sed etiam
vbicunq; esse tales audieris: hos deuita. Cum eiusmodi hominibus nulla tibi commixtio vel
familiaritas fit: neq; velis cum eis sermocinari si nō valeas dño miserante eos ab errore suo re
uocare. Nam sæpe per ouem vnam morbidam grex polluitur: & modica pars fellis magnum
dulcorē vertit in amaritudinē. Nā talis si in habitu videaē tibi clarus ac nobilis: & dulcia ver
ba tibi pferat: operibus si tecū agat cōtrariis: magis nocet illius talis factura q̄ ex verbis place
at figura. Non ex verbis sed virtutibus homo probaē. Sic & tu sis apud deū pbatus: & omnia
pro Christi amore libēter sufferas: & pro carnalibus qñ tibi euenerint nō frāgaē animus tu
us: nec vigorē patientię tuę res huius sęculi caducæ molliant: Sed time potius deum si a pro
posito tuo tardaueris: & qñ te peccato obnoxiū senseris: ad poenitētiā cōuerti nō cōfundaris:
quia q hic poenitebit: illic in nouissimo non poenitebit. In omnib⁹ actib⁹ & cogitationibus tu
is placeas deo: nec studeas alteri placere nisi ad ædificationē. Et in omni opere: qđ cogitas: dili
gēter examina: & si est rectum coram deo: perfice illud: si vero aduersum fuerit repertum: am
puta illud ab anima tua. Et omnia per cōsilium sapientū facito: vt opera tua & gressus tui se
cundū dei voluntatē in te: nō tuā deprecare fieri. Et scdm apostoli pręceptū: Orare sine inter 1.Thessal.5.
missione oportet: Et sanctas manus sine ira & disceptatione ad deū leuare. Misericors est dñs 1.Timot.2.
Z his: et miam i se sperantibus pręstat. Non illi mia opus erat: qui angelos fecit: et archāgelos p Ca.25.
posuit: sed vt nos misericordiā ab illo cōsequamur eleemosynas dedit. Nō illi necessaria elee
mosyna: cuius sunt oīa regna cælorū: q cōstituit dominationes: pricipatus: virtutes: ptātes:
sed vt eleemosynis nřis participes regni cęlestis efficeret. Patiēs et pacificus est dñs: vt patien
tia et pace sua mūdū totū: q i maligno posit⁹ erat: recōciliaret deo: et nos patiētes et pacifici si 1.Ioan.5.
ne ira et disceptatione simus si ad deum volumus peruenire: et ad omnes homines faciamus
bonum. Ad oēs dico: nō per partes: nō ad vnū: vel ad duos: aut ad tres: sed ad oēs hoies. Chri
stus enim non pro bonis passus est: sed pro peccatoribus et impiis et sceleratis ascendit in cru
cem: et passione sua omnes nos reuocauit ad vitam. Non tantum sanctis dedit deus solem et Matth.5.

lunam & pluuiam & omnia nascentia terrae:& oēs fructus qui oriuntur in terris:sed in commune omnibus hominibus dedit illa:qui solē suū facit oriri sup bonos & malos:& pluit super iustos & iniustos.Ideo oib9 hoib9 dedit illā cōmune: vt & bonū & eleemosyna nr̄a & charitas
Gal.6. nostra & patientia nostra & humilitas nostra:in cōmune omnibus homibus distribuant.Qādiu fuerimus in hoc mūdo:faciamus bonū ad omnes:maxime ad domesticos fidei: & oremus
Ca.26. pro inimicis nostris:& bonum pro malo restituamus.Pauperes honoremus: & Christū suscipiamus in ipsis:qui dixit:Qādiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis:mihi fecistis: & filii dei erimus:cohaeredes aūt Christi:& participes regni eius erimus:vbi nunq̄ morimur: & non senescimus:vbi est humana natura:nec vllus dolor:nec tristitia post gaudium:nec lux solis:nec lunae & stellarū splēdor:sed dn̄s noster Iesus Christus lux erit:& sanitas:& vita: & charitas:& pax:& gaudiū:& omne bonū omnibus credentibus in se.Ibi terra viuētiū:quā ppheta decantauerat dicens:Credo videre bona dn̄i in terra viuentiū:Id est pręmiū cæleste visurū se significat sperare:& cum Christo in aeternū viuere & regnare:vbi nec nox vlla aspirat:nec dies terminabitur:neq̧ inopia videbit:neq̧ cupiditas apparebit:sed perenne gaudiū & sempiterna laetitia.Hęc sunt promissa iustorū:& hae sunt pmissiones eorū propter q̄ laborauerunt & festinauerūt: & nō cessauerunt currere in bonis operibus q̄diu fuerunt in hoc mūdo:in ieiuniis & eleemosynis:in castitate:in continentia:in longanimitate:in patiētia:in suauitate:in beniuolentia:iu labore multo:in orationib9:in persecutionib9:in fame & siti:in frigore & nuditate:in vigiliis multis pro Christi amore:Et per omnia inutiles sunt cū quis vigilauerit circa cogitationes multas & turpes:vel ad gerendū contrariū aliquid:vel facinus perpetrandum tales vigilias deuitauerunt:& sanctas vigilias arripuerūt.Hi tales calcauerunt prǽsentē mūdū:vt futurū regnū lucrarent:nō acceperunt hi promissiones vel diuitias huius saeculi miserabiles:q̄ hoies male eis vtentes ad inferna perducunt:& hanc praesentē patriā relinquētes ad ciuitatē caelestē cuius artifex & conditor est deus:intuitū animi sui praemiserunt: vitauerūt peccatū in verbo:in facto:in cogitatione:in visu:in risu:in motu:in annuendo oculis:in manibus:in pedibus:in ira:rixa:in furore:in dissensione:in vana gloria:in supbia:in elatione:in cupiditate: custodiētes corp9 suū & animas suas.Pariter eñ duo ieiunia ieiunauerūt:id est ieiunium corporis & animae: hoc est ab ira:& furore:& detractione:& blasphemia:& rixa abstinētes se:quia sicut iam superius intimauimus: isti sunt mortiferi cibi aiae qui pascunt eā in malum:& occidūt eam morte sempiterna.Iterū cibi corporis simul & animae isti sunt:voracitas: somnolentia:fornicatio:vinolentia:securitas:suauitas:homicidiū.Isti sunt mortiferi cibi corporis & animae:qui pascūt & occidūt illud:animā aūt aggrauant.Cibaria ista deuitem9:escas aūt caelestes appetamus:quae ad caelum nos trahāt & ducāt:sapientiā scilicet diuinā: fidē robustā in Christo:benignitatē:beniuolentiā:patientiā:humanitatē:virtutē:diuinā laetitiā: sermones boni & optimi procedāt ex ore nostro sale diuino conditi ad aedificationē audientium:
Ca.27. dilectionē dei & proximi:in qua tota lex pēdet & prophetae:semp mente meditemur & opere
Matth.22. perficiamus.Haec sunt mandata Christi q̄ nos iubet facere:si fecerimus ea:erimus participes regni eius:& regnabimus cū eo.Si autem non fecerimus: & ipse non dabit regnum suum: si denegamus & ipse denegabit nos:si non credamus ipe fidelis permanebit: quia omnis incredulus infideliter agit:dum & initium est hominis omnia credere:& vitium est nihil credere. Summo studio summaq̧ vigilantia est nobis curandum:vt non audiamus in Christo iudice omnium in die iudicii:quod peccatores audient:Ite in ignem ęternū qui paratus est diabolo
Matth.25. & angelis eius.Vere eñ diabolo praeparata est gehenna:& omnib9 operib9 hominū:si faciam9 opera diaboli.Vae his quibus praeparatur dolor vermium:ardor flammae: sitis sine extinctu: fletus & stridor dentiū:oculorū lachrymae:tenebrae exteriores sine luce:poena inexterminabilis:vbi non est vllus honor siue agnitio proximi:sed cōtinuus dolor & gemit9: vbi mors optatur:& nō dabitur:vbi non est honor senioris & regis:nec dn̄s super seruū:nec mater diligit filium aut filiam:nec filius honorat patrem:vbi omne malum & omnis indignatio & foetor & amaritudo abundat.Haec timuerunt iusti:& haec fugierunt.Rogo & supplico iterum:iterūq̧ deprecor frater charissime:vt & nos deum amemus:& timeamus: & haec fugiamus: quia mors perpetua est animae nostrae si in his perseueramus.Tria enim sunt in hoc mūdo deteriora omni malo:Anima pctōris cū peccato perseuerans:q̄ nigrior est coruo:& mali angeli q̄ eam rapiunt:& infernus in quem ducitur.Non sunt eñ deteriora his trib9. Eadem eñ anima metum futuri iudicii expauescens:& putredinē suam inspiciens: dicit: Putruerunt & corruptę
Psal.37.

ſunt cicatrices meæ:a facie inſipientiæ meæ.Iterum tria ſunt:quibus in hoc mundo non ſunt
meliora:quãdo anima ſancti in bonis operibus perſeuerans:quæ ſpecioſior eſt ſole:& ſancti an
geli qui eam ſuſcipiũt:& paradiſus in quẽ ducitur:expectatioq; regni cæleſtis.His tribus nõ
ſunt meliora in hoc mundo.Angeli eñ ſancti delectantur ſpiritali cantico:ſicut pſalmiſta ait
Beatus quẽ elegiſti & aſſumpſiſti domine:habitabit in tabernaculis tuis. Replebimur in bo- Pſal.64.
nis domus tuæ:ſanctum eſt templum tuum:mirabile in æquitate. Hæc frater chariſſime me
ditemur:hæc in animo firmiter teneamus:& caueamus nos ab omni peccato & iniquitate:in
verbo:in facto:in cogitatione:in manibus:in pedib9:in viſu:in auditu: cuſtodiamuſq; corpus
B noſtrum & animã.Chriſtus enim dominus noſter:qui eſt deus & dei filius:deſcendit de cælo Ca.28.
in terram:vt nos de terra ad cælum ſecum portaret.Pro nobis peccatoribus crucem aſcẽdit:
vt nos de cruciatu diaboli liberaret. Et ab inimicis pœnã ſuſcepit: vt nos de pœna ſempiter-
na liberaret.Mortem ſuſcepit:vt nos de morte eriperet.A mortuis reſurrexit:vt nos reſurga
mus anima & corpore in die magno iudicii.Ideo dum tẽpus habem9:laboremus:& bona ope-
ra deoq; placita vna cũ dei adiutorio ſemper facere ſtudeam9: ne ſubito præoccupati die mor
tis/quæramus ſpatium pœnitentiæ: & inuenire non poſſimus. Dum ſumus in hoc tempore:
ſeminare nos oportet.Tempore enim ſuo:id eſt poſt mortem ſiue in die iudicii:metemus quæ
in vita æterna habere debemus.Hic enim laboremus:& inuicẽ onera noſtra portemus. Quo
enim præceſſit caput:& cætera membra ſecutura erunt. Teneamus:ſicut iam ſuperius inſer-
tum eſt:fidem rectam:ſpem certam:charitatem perfectam:quia fides tanq̃ noſtra ſanitas:fide
ſe credit:charitas operatur: ſpes roborat.Et q̃uis diuerſa membra/ habeant diuerſa officia:ſi
charitas vnitate tamen teneatur/omnia membra merebuntur ire per caput.Caput enim no-
ſtrum in cælo eſt: & ipſa veritas dominus noſter Ieſus Chriſtus de ſuis fidelibus ait: Si quis Ioã.12.
mihi miniſtrat:me ſequatur:& vbi ego ſum:illic & miniſter meus erit.Caueamus:& per om-
nia caueam9: ne per inuidiam:odium:detractionem:iram: rixam a capite noſtro Ieſu Chriſto
præcidamur:& quicquid mali pro amore Chriſti nos noſtriq; proximi pertulerunt: charita-
tis affectu compatiamur. Et quicquid boni alius quilibet acceperit: quaſi nos accepérim9 ita
gaudeamus: & pro illo qui accepit: gratias referamus. Ecce iam(vt diximus)patitur aliquis
tribulationẽ:aut damnum huius ſæculi:aut pro culpis ſuis in carcere iubente imperiali ſub-
limitate retruditur: triſtatur parentum ſiue amicorum morte: ſi dolemus pro illo in corpo-
re eccleſiæ conſtituti ſumus.Charitas quæ colligit & viuificat omnia membra: ſi nos videat
de ruina alterius congaudere: ſtatim nos præcidit a corpore.Forte igitur nõ dolemus de rui
na proximorum noſtrorũ:quia præciſi ſumus a corpore. Si eñ eſſemus: ſine dubio doluiſſe-
mus. Cõſyderemus frater chariſſime:& attendamus diligẽter: quia tamdiu dolet membrũ:
q̃diu in corpore cõtinetur:ſi autẽ abſciſum fuerit: nec dolere poterit:nec ſentire. Cũ eñ ma-
nus aut aliquod membrũ abſciſum fuerit a corpore:ſi totũ corpus tunc in multis partibus di
uidatur:manus illa nõ ſentit:quæ iam reliquoꝝ membroꝝ ſocietate diuiſa eſt. Talis eſt om-
nis chriſtianus:qui de alterius damno: afflictione:aut etiã morte nõ dolet: ſed quod peius eſt Roma.12.
forte etiã gaudet:ideo affectũ charitatis nõ tenet in corde:quia iam vero eſt alienus a corpo-
re:dum apoſtolus præcipiat gaudere cũ gaudentibus:& flere cum flentibus: idipſum ſentien
tes.Et Salomon ne de ruina fratrum noſtroꝝ gaudeamus:manifeſtiſſime admonet. Nos ve-
ro mi frater:ſi verã & perfectã charitatẽ volumus cuſtodire:omnes homines ſicut noſmetip-
ſos ſtudeamus diligere:vt quia caput noſtrũ Chriſtus eſt:membra illius nos eſſe mereamur:
vt cũ Chriſtus apparuerit gloria noſtra: & nos per concordiã charitatis & per dilectionẽ ſci-
licet dei & ꝓximi quaſi vera & perfecta membra illius abſq; vllo dolo malitiæ & inuidiæ:om-
nes homines ſicut noſmetipſos amãtes:cũ ipſo mereamur apparere in gloria. Etenim ipſe ait
in euãgelio:In hoc cognoſcent oẽs ꝙ mei eſtis diſcipuli:ſi dilectionẽ habueritis ad inuicẽ. Di Ioan.13.
lectio eñ proximi malũ non operať.O mi frater chariſſime:ſi dñs & ſaluator noſter qui nullũ
peccatũ habuit:tanto affectu & tanta dilectione nos peccatores amare dignať: vt qđ nos pa-
timur:ſeipſum pati teſtetur:quare nos qui ſine peccato nõ ſumus: & qui per charitatẽ pecca
ta noſtra redimere poſſumus:nõ tam perfecto amore eum diligimus:dum tanto nos dilexit:
vt etiam ꝓprium filium ſuum pro nobis peccatoribus morti traderet: etiã dum tantam beni
C gnitatem & miſericordiã erga nos exhibuit! Vigilemus nec perdamus bonũ qđ nobis dedit: Ca.29.
& ſacramentũ baptiſmi noſtri:in quo iurauimus abrenuntiare diabolo & põpis eius & omni
bus peccatis:& ſi tranſgredimur in aliquo peccato poſt baptiſmũ: id eſt fontem lachrymarũ

t v

& ordinauit nobis pœnitentiã ꝑpter fragilitatẽ nostrã. Ideo debemus nostras confessiones ve
raciter cõfiteri: & fructus dignos facere: id est ꝑterita ne iteremus: ſcđm iuſſionẽ deũ timẽtis
3.q.7.facer-dos. sacerdotis. Qui sacerdos vt sapiẽs & medicus primũ sciat curare peccata sua: & postea aliena
vulnera detergere & sanare & nõ publicare. Nos sequamur: perquiramus & cũ talib⁹ cõsiliũ sa
lutis nostræ ineamus: vt nõ perdam⁹ hæreditatẽ cœlestẽ quã nobis dñs ab initio mũdi ꝑpara
uit: si seruiam⁹ ei in iustitia & sanctitate: & puritate cordis: & charitate nõ ficta: clamantes cũ
apostolo: Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio: an angustia: an ꝑsecutio: an fames:
Ro.8. an gladi⁹: &c. quæ sequunt. Dictũ est: Neq; mors: neq; vita: neq; angeli: neq; principatus: neq;
instãtia: neq; futura: neq; aliqua creatura poterit nos separare a charitate dei: q̃ est i Christo Iesu
dño nostro. Dictũ est enĩ de ecclia primitiua: Quia erat illis cor vnũ & aĩa vna in dño: & erat
Act.4. illis vnũ velle ac nolle: q̃a invnũ eos xpi charitas copulauerat. Ecõtrario vero carnales & ama
tores huius mũdi cõtra seinuicẽ separanẽ & disiungunt: mouẽtes ad alterutrũ scãdala: cõten
tiones: rixas: iras: dissensiones: homicidia: piuria: furta: rapinas: & oĩa q̃ mũdus iste amat & de
lectat: dicẽs vnusquisq; in corde suo: faciã qđ volo: vt impleã cogitationes meas: & delectatio
nes corporis: suffraganẽ mihi consilia mea: siue amicorũ meorũ: vel parentũ potentium: adest
mihi aurũ: superabundat argentum: assunt mihi serui & ancillæ: agri & multæ possessiones
huius mundi: pallia: vestes pretiosæ: vnde me redimere possum: adimpleã volũtatẽ meã: deus
dabit mihi spatiũ vitæ & pœnitentiæ. Heu quare nõ timemus qđ euangeliũ terribiliter inso
Luc.12. nat dicẽs: Stulte hac nocte exposcent a te aĩam tuã: quæ præparasti cui⁹ erunt? Homines nos D
Ca.30. esse cognoscamus: & ne sic superbiamus cõtra deũ vt volũtates nostras malas perficiamus &
deũ postponam⁹: ac deinceps dñi bonã voluntatẽ ad nostra mala reflectere cũ muneribus posse
nitamur. Nos nostrãq; prauam voluntatẽ ad deum semper rectum dirigere negligimus: sed
vbicunq; nos delectat/iniurias nostras volumus vindicare dicentes: Faciam homicidium: per
iurium: adulterium: fornicationẽ: & postea dabo dño redemptionẽ nostram. Quare non intel
ligimus dum sic audacter peccamus: ęstimantes muneribus deum placare: q; tũc multo plus
eum ad iram q̃ ad misericordiam prouocamus? quia deus nõ delectatur in auro vel argento:
nec aliud a nobis quærit q̃ animas nostras mundas in cõspectu suo præsentari. Nec enim con
filiis peccatorum se immiscet: sed ex salute nostra nos semper admonet: & salubre dat consiliũ
Esa.9. quia ipse consiliarius salutis nostræ: sicut propheta ait: Et vocabitur nomen eius admirabilis
Psal.2. consiliarius. Et iterum dictum est de eo in psalmo: Beatus vir qui non abiit in consilio impio-
rum. Et iterum: Quia non est iniquitas in eo. Et forte ipsam quẽ putamus ꝑ nobis facere elee
mosynam de prædiis mortuorũ: siue de rapinis pauperum: nõ videtur esse eleemosyna. Qua
lis enim eleemosyna est vt vnus iniuste vestiatur: & alius iniuste expoliet: vt vnus iniuste pa-
scatur: & alius iniuste fame torqueatur? Non sane quærit ista a nobis deus: audeo dicere: odit
1. Retrac.9. ista omnipotens deus. Ipsum audi prophetam quid dicat: Qui offert sacrificiũ ex rapina: siue
Eccli.34. ex substantia pauperum: quasi qui victimat filium in cõspectu patris sui. Non accipiã inquit
Esa.1. ista de manibus vestris: quia manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Et alius propheta: Pa-
Eccli.34. nis egentium vita pauperum est: qui defraudat illum vir sanguinũ est. Contemnamus facere
iniustas eleemosynas qui volum⁹ facere iustas: studeamus iustas & spiritales eleemosynas: vt
de iustis laboribus faciamus: nõ de rapinis: siue de multiplicatione frugum: aut de ineptis ne
gotiis: ne forte in hoc multa sacramenta incurranẽ: vel etiam qđ peius est pro cupiditate vel
ebrietate sanguis fundatur. Clament voces eorũ ad deũ cõtra nos multi labore afflicti. Vnde
Psal.14. Psalmista: Qui pecuniã suam nõ dedit ad vsuram: & munera super innocentes nõ accepit: &
cætera: quæ superius in eodẽ psalmo audiuimus: audientẽ & pauentẽ beatũ efficere possunt:
Ca.31. sicut idem psalmus cõcludit: Qui facit hæc nõ cõmouebiẽ in æternum. Sic quia talia & his si E
milia creator omniũ creaturæ suæ rationali annũtiando insinuat: credimus quia qui diligit
qđ creauit creator: neminẽ persequitur: subsequitur homo nõ sequatur. A nullo quoq; homi
ne recedit deus: nisi prius ipse homo ab eo recedat. Nec naturã in nobis sed vitiũ qđ cõtraxi-
mus odit: & non prodest nobis: immo non prodest Christi sanguine redemptos esse. Ideo cogi
temus & recogitemus q; non propter felicitatem terrenam christiani effecti sumus: non pro-
pter diuitias hui⁹ sæculi vel propter istam vitã Christũ colimus: sicut apostolus ait: Si in hac
1.Cor.15. vita tm̃ speramus in domino: miserabiliores sumus omnibus hominibus. Christus enĩ ne au-
rum diligeremus: oblata munera contemnere docuit. Ne famẽ timeremus: quadraginta die-
bus ieiunauit. Ne nuditatẽ pertimesceremus: præter vnam tunicã aliam discipulis suis ha-

bere vetuit. Ne tribulationes expauesceremus: omnia ipse sustinuit. Ne mortem formidaremus: hanc ipse suscepit: Et cum ista omnia nos docuerit: non tantũ verbo: verũetiam exemplo ipse praecessit. Hoc suauiter flagret in cordibus nostris: hoc ignis spiritussancti in nobis feruere faciat: vt sequamur vestigia eius: ne desyderemus remanere in hoc mundo: & pereamus cum hoc mundo. Heu q̃ miseri sumus si hoc credere nolumus: & ab amore huius saeculi mentem nostrã non reuocemus: dum perpetualiter ista tenere non possumus: & illa per securitatẽ amittimus. Lugendũ nobis: si regnũ p̃missum perdamus & subito dicatur nobis: O vos amatores mũdi: exite obuiam sponso & ad illum venite quẽ videre vultis: quia praecepta eius post posuistis: videbitis enim plagas ipsas quas in corpore suo p̃ vobis pertulit. Quid tunc gementes & dolentes dicemus: & quid meritis nostris in eum exigentibus responsuri erimus: dum frequenter audimus & negligimus q̃d Psalmista cecinit: Quid retribuã domino pro omnibus quae retribuit mihi? Calicẽ salutaris accipiã & nomen domini inuocabo. Firmiter teneamus quia spes bonorũ in isto mundo nõ est posita: quis videat spes humana esse: quae in amaritudinem vertitur: & amarã potionẽ ipse mundus amatoribus suis p̃pinat: & ipsa veritas eos alloquitur dicens: Vbi est q̃d amabatis: vbi est q̃d pro magno tenebatis? O mi frater: nunquid ferreae sunt carnes nostrae: ne te cõtremiscãt: vel etiã sensus noster adamãtinus: vt nõ mollescat: aut etiã euigilet ad talia dei verba? Quare nõ dicimus cum p̃pheta: Quis dabit capiti nostro aquã: & oculis nostris fontẽ lachrymarũ: & nõ ploremus die ac nocte vulneratos filios plebis nostrae? Deficiũt flendo oculi eorũ: qui consyderant nõ solum mortes corporũ: verũetiam animarum christianorũ. Quis luctus idoneor? quis planctus certior inueniri potest? quãdo vnusquisq̃ nostrũ de anima perdita luget & dolet cũ apostolo: qui dixit: Quis infirmatur: & ego non infirmor? Quis scandalizatur: & ego nõ vror? Atq̃ iterum in alio loco dilectioni primorum compassus dicit: Optabam esse anathema pro fratribus meis. Discamus in tanto Christi apostolo: tantum flagrare Christi charitatẽ: dum sciebat q̃ vnico filio nõ pepercisset: sed pro nobis omnibus eum tradidisset. Pro omnibus nobis dicit. Ideo nulli laici: nulli clerici: nullae sacratae virgines: nullae viduae: debent negligere salutem animarũ suarũ: dum tanti sanguinis pretium pro nobis fusum esse manifestum est. Ideo omnes nos qui reliqui sumus super terrã peccata nostra agnoscamus: ne cũ impiis pereamus: dum cito iudicem digna satisfactione nõ placamus. Q̃ velociter placauit iram eius ille qui dixit: Peccatum meũ cognoui: & iniustitiã meã non operui: Dixi pronũtiabo aduersum me iniustitiã meã domino? Et quid secutum est? Et tu dimisisti impietatẽ cordis mei. Paratus est semper deus peccata nostra indulgere: si non tardauerimus ad eum reuerti. Si enim tardauerimus: timeamus ne inferat nobis iram suam: quia quibusdam quoddam magnũ praestitit beneficium: nec tantũ hoc iniuste: sed in alto suo iudicio. Nam Cain perfecit homicidiũ: & Iob vulneratus dei amicus est effectus: & Abel innocens a fratre suo occisus est: tñ nec Iob diutius passus est cruciatũ: nec Annaniae locum donauit ad ignoscendum: nec Paulum deseruit colaphizatũ: quẽ sua gratia fecit robustum: Nec Iudam suscepit poenitentẽ: nec Petrũ deseruit flentẽ. Et si sic pius & misericors dominus alto iudicio suo separat vasa irae a vasis misericordiae: O si attendamus miserum Iudam: vas olim perfectum: in perditionẽ perductum: multum sanctispiritus portare nõ potuit: quoniã acceptum continuo crepuit: totusq̃ factus ad nihilum est. Haec pertimescentes cõuertamur: dum tempus est. Ait enim Psalmista: Inquirite deum dum tẽpus est: & cõfirmamini: quaerite faciẽ eius semper. Tempus est enim vt reparemur. Et si in aliquod peccatũ fracti sumus: omnipotẽtem deum figulum & artificem habemus. Credamus quia potens est reparare perdita: quia creauit haec omnia integra. Ipse enim ait: Sicut lutum figuli: ita vos estis in manu mea. Ideo humiliemus nos sub manu omnipotentis dei: vt nos exaltet in tẽpore visitationis. Cogitemus nos in conspectu dei stare. Agnoscamus quid sumus: agnoscamus q̃ terra & cinis sumus: dum propheta contra nos dicat: Quid superbis terra & cinis? Quid si nõ agnoscimus frustra exaltate ceruices nostras: dum deus resistit superbis: & humilibus dat gratiã? Cõsolamini qui estis pusillanimes: cõfortamini & iam nolite timere. Ecce deus noster retribuet iudicium: ipse veniet & saluos faciet. Dominus in proximo est: nihil solliciti sitis: nihil vos conterat mundi infelicitas: quia si istam infelicitatem mundanã sancti dei omnes timuissent: perpetuã felicitatem non haberent. Si felicitas huius mundi transitoria diligitur: haec perpetua non inuenit. Si vero perpetua felicitas quaeritur quae hic non inuenitur: ad perpetuã felicitatẽ tendamus: vbi patriã & patres nostros habemus: patientissime omnia huius mũdi pro Christi nomine

Marginalia: Psal.115. — F — Ca.32. — Hiere.9. — 2.Cor.11. — Ro.9. — Ro.8. — Psal.31. — Psal.104. — Hiere.18. — 1.Petri.5. — Eccle.10. — Esa.35. — Ca.33. — G — Phil.4.

Roma.8. toleremus.Quid rogo eſt qđ tolereꝰ cõtra illud qđ nobis ꝑmittiꝰ? Apoſtolus inquit:Nõ ſunt
condignę paſſiones huius temporis ad futurã gloriã quæ reuelabiꝰ in nobis . Nulla ergo nos
preſſura terreat:nulla calamitas frãgat:dñs in ꝓximo eſt:paſtor noſter circa nos eſt. Quid me
tuemus? et ſi metuimus:clamemus ad paſtorẽ noſtrũ vt nos audiat. Clamemus in compũctio
Pſal.118. ne cordis dicentes:Erraui ſicut ouis quæ periit:require ſeruũ tuũ dñe.Clamemꝰ & dicamus:
Pſal.141. Periit fuga a me:& non eſt qui requirat aĩam meã.Conſyderabo ad ſiniſtrã:ecce diabolus vt lu-
pus:rugiens leo frendet:ecce lupus eſt:contra latrat canis.Clamaui ad te dñe : dixi tu es ſpes
mea:portio mea in terra viuẽtiũ.Libera me de manibus inimicorũ meorũ : & eorũ qui me per
Ioã.10. ſequunꝰ.Nunquid paſtor noſter bonus:q aĩam ſuam poſuit ꝓ ouibus ſuis : ad quem ſi clame-
mus dimittet nos diutius errare:aut a feris/vel a beſtiis dilaniari atq; conſumi? Abſit. Quin-
immo relictis nonagintanouẽ prexit quærere vnã ouẽ ꝑditã.Nec qa clamantem audiuit ideo
Lucę.15. prexit:ſed anteq̃ clamaret. Ait eñ euãgeliſta:Relictis nonagintanouẽ:abiit quærere vnã ouẽ
quæ perierat:quã inuentã & laſſatã atq; fatigatã:impoſitã humeris ſuis reportauit ad gregẽ.
Paſtor eam ad gregem reportare dignatus eſt:& miſericordia ſua ab errore vocare . Q; vero
ouem iſtam humeris ꝓpriis impoſitam reportauit ad gregem:quantę miſericordiæ eius gra
tiæ agendæ ſunt:qui tantũ ſe ad nos humiliauit:& inclinauit:portat & reficit:regit & cuſto-
dit.Deprecamur domine bone ſumme & optime paſtor:ne ouis pereat : Imple officium ſum-
mi paſtoris:perſequere leonem qui rapuit ouem de grege tuo.Leo interficiaꝰ:& ouis de fauci-
bus eiꝰ eruatur. Tu eñ es paſtor ouium:rex noſter:potẽs ponere ſathanã ſub pedibus noſtris.
Et nũc dñe paſtor nr̃:rex noſter:tot de grege tuo rapiunꝰ oues:& quare tãtũ taces? O dñe dñe
deus:quare tam diu taces? Ad hoc dominus ꝑ prophetã dicit & clamat: Tacui:tacui:ſed non
1.Petri.5. ſemper tacebo:aget iudicium manꝰ mea.Ergo domine Ieſu:paſtor noſter:rex noſter: accipe ar
Pſal.60. ma tua & progredere vt pugnes contra leonem aduerſarium noſtrũ:qui circũit quærens nos
Ca.34. deuorare.Eſto nobis turris fortitudinis a facie inimici.Petimus & inſtãtiſſime petimus vt li- H
1.Ioan.5. beres nos:Mũdus enim in maligno poſitus eſt.Ecce ſæuiũt mala:& pereunt mundi dilectores
blaſphemant:inſaniunt:& aduerſus te murmurant:nõ ſolum tuam miſericordiam non pre-
canꝰ:verũetiam tuũ iudiciũ reprehẽdũt.Quis in eis talia operatur:niſi author mali: angelus
ſuperbus & perditus & omnes perdere cupiens ! Libera nos dñe ab omni malo: & pars noſtra
non ſit cum omni malo. Ab omni malo libera nos:qa tunc ab omni malo liberamur:quando a
diabolo & angelis eius ſeparamur. Angeli eius ſunt qui faciunt voluntatẽ eius. Non ſit nobis
Matth.12. pars cum talibus qui faciunt voluntatẽ diaboli:ſed cum illo qui dixit:Si quis fecerit volunta
tem patris mei:ipſe meus frater:ſoror:& mater eſt. Nos eñ illo pretio redempti ſumus:ſocie-
tatẽ malorũ fugiẽtes bona quærimus:ſummo bono inhæreamus:illi ſeruiamus:eius volunta
Pſal.102. tem faciamus:vt ſimus & nos angeli dei:de quibus dicit ꝓpheta : Benedicite dño oẽs angeli
eius:miniſtri eius faciẽtes voluntatẽ eius.quia volũtas patris mei eſt:ſicut euãgelium ait: vt
Roma.13. nõ pereat vnum ex puſillis ſuis:& non pereamus & euellamur de via iuſta.Deponamus ope-
ra tenebrarũ:& induamur arma lucis:& expulſa noctis caligine:effugatiſq; radicibꝰ tenebra
rũ:radius veri luminis fulgeat in cordibus noſtris.In nocte nõ opera noctis: ſed diei opa paga
mus:qa filii dei appellati ſumus.Neq; eñ dilectione omniũ ſenſus noſter torpeſcat:nec variis
vanis phantaſmatibus aĩas noſtras illudat:nec ipſa corpora ſtramẽtorũ calore depreſſa in al-
to torpore quies inclinet:ſed vigilando/orando/ieiunando/pſallendo: cõtra diabolum aduer
ſarium dimicemus:& magnã lucẽ in cordibus noſtris ſentiamus:& in nocte opa dei pagamꝰ.
Quid eñ agendum eſt nobis in nocte huius ſęculi caliginoſa:niſi diabolum effugare:& Chri
ſtum introducere? Quid agendũ eſt nobis in huius noctis cęcitate:niſi captiuatorem captiua
re:& liberatorem ſequi? Quid agendum nobis eſt in nocte:niſi tenebras diabolicas de cordi-
bus noſtris excutere:& lumen verum haurire? Quid agẽdum eſt in nocte: niſi principẽ omni
um vitiorũ a nobis expellere:& fontẽ omniũ bonorũ ſuſcipere? Suſcipiamus eum frater chariſ
ſime:ſuſcipiamus eum:vt ſuſcipiamur ab eo:& videamus quæ bona præparata ab eo habemꝰ
Matth.11. q nos quotidie vocat:& ſuſcipiamus iugũ eius leue:& ſarcinã eius ſuauẽ:qui ſarcinam pecca-
torum releuat.Deponamus opera tenebrarũ:& induamur arma lucis.Quid eñ eſt deponere
opera tenebrarum:niſi renũtiare diaboli pompis & angelis eius? Et quid eſt nos arma lucis in
Ioan.1. dui:niſi credere in deum patrem omnipotentem:qui illuminat omnẽ hominẽ venientem in
Ioan.12. hunc mundum:qui hæc dixit:Dum lucem habetis credite in lucẽ:vt filii lucis ſitis? Prius ta- I
Ca.35. men dilectiſſime:ſi vis:immo quia vis:diſcutiamus & inueſtigemus qui ſit:vel qđ ſit diabolꝰ.

Diabolus eſt em̄ angelus per ſuperbiam ſeparatus a deo:qui in veritate nō ſtetit: & doctor mē
dacii:& pater mēdacii:quia ab ipſo primū inuentū eſt mēdaciū: & ipſe eſt mēdaciū:ſicut vera
ciſſima veritas dn̄s noſter Ieſus Chriſtus in euangelio Ioannis loquit̄:quia ipſe eſt caput & fi- Ioan.8.
nis mendacii:& a ſemetipſo deceptus:nos decipere feſtinat.Ipſe eſt aduerſarius effectus gene
ris humani:inuentor mortis:ſuperbiæ inſtitor:radix malitiæ:ſcelerum caput: princeps omni
um vitiorum:pſuaſor etiam turpium voluptatum.Hic ergo cum illū primū hominē a deo fa
ctum:Adam ſcilicet patrē omniū noſtrū intuereť:ſicut ſupius crebro intelligere potes: vide-
retq; eum hominē ex limo terræ ad imaginē dei factū:pudicitia ornatum:temperantia cōpo-
ſitum:charitate circūdatū:immortalitate veſtitū:æmulus atq; inuidus tātam beatitudinem
hominē terrenū accepiſſe:qđ ipſe dum eſſet angelus p ſuperbiā cognoſciť amiſiſſe:inuidit ſta-
tim inſanabilis homicida:primū parentē noſtrū nos noſtroſq; parentes & tantis ac talibus bo
nis expoliauit:nos inſuper & peremit.Nam & multis bonis in prima fronte diabolus nos expo
liauit:id eſt pudicitia/continētia/patientia/manſuetudine/charitate/imortalitate : ſicut nos
nudos ac miſeros reddidit:ſuiſq; pānis deriſit eſſe inuolutos:& ſuo dominio eſſe aſtrictos:at-
q; in ipſo peccato omnē prolē noſtrā ſibimet obligauit:ſic expoliauit nos pudicitia & accinxit
impudicitia:expoliauit nos temperantia & fecit nos intemperatos:expoliauit nos charitate &
veſtiuit nos malitia:expoliauit nos immortalitate & propinauit mortē . His etiā turpiſſimis
& fœdiſſimis pannis nos parenteſq; noſtros inuoluit:& ſemiuiuos reliquit.Et quia ſic miſera
biliter atrociſſimus hoſtis circa nos egit:immo qa ſic egit:Eia frater chariſſime:eia renuntie-
mus huic damnoſæ hęreditati:pupilli effecti ſumus:anteq̄ exactor veniat tam peſſimæ hære
ditatis:oīa quæ eius ſunt renuntiemus.Si quis itaq; huic hæreditati in qua ſunt panni diabo
li:pompę ſcilicet & angelis eius renuntiare neglexerit:cum iudex venerit:ſicut euāgelium lo
quit̄:tradeť debitor exactori:exactor aūt debitorē trudet in carcerem:Amen dico vobis:dicit Matth.5.
dn̄s:nō exiet inde donec reddat nouiſſimū quadrantem. Om̄e itaq; genus humanū tanq̄ pau
perē & pupillū diuina ſcriptura cōmēdat deo dicēs:Tibi derelictus eſt pauper:pupillo tu eris Pſal.9.
adiutor:eiuſq; aduerſariū diabolum demonſtrans:ſecutus adiunxit.Contere brachium pec-
catoris & maligni.Aſſit dominus noſter Ieſus Chriſtus pius & miſericors: qui aliquam miſe
ricordiam huic pupillo & pauperi exhibeat:quia callidum atq; ferociſſimum patiať: & iā pu-
pillus in cauſa ſua deficit:quapropter ſuus aduerſarius prauis artibus decipere feſtinat.Aſſis
domine Ieſu Chriſte huic pupillo idoneus defenſor:ſta in cauſa illius q iuſſiſti recta iudicare
filiis hominū:Eleua brachium tuū & contere brachium peccatoris & maligni. Optime noſti
huius pauperis & pupilli:generis ſcilicet humani cauſam:qua ex paterno chirographo debeť
inuentus eſt reus:& obſtrictus aduerſario detineť.Nō eſt aliud quēadmodū nobis ſubueniať:
niſi ex tuo cōſilio per neceſſariū adiutorium:Iudica cauſam noſtrā:defende quia potens es.O
K mi frater chariſſime q̄ felix aīa quę tā potentē habet defenſorē. Ideo nūc quęſo: vigilet vnuſ
quiſq; veſtrum:nec apud eum diabolus in die iudicii ſuos pannos agnoſcat:& incipiat re[9] de Ca.36.
tineri ſemp quē Chriſtus ſua gratia voluit liberari.Nec ſibi male blandianť qui poſt acceptā
gratiā corrigi noluīt:atq; rurſus ad illas ſuas priſtinas redeūt volūtates.Expectať em̄ dies iu-
dicii:aderit ille æquiſſimus iudex q nullius potētis pſonā accipit:cuius palatiū auro argento
q; nullus ep̄s:nec abbas:nec comes corrūpere poterit.Aſtabunt oēs aīæ vt referat vnaquęq; ſe
cūdū illud qđ geſſit in corpore ſiue bonū ſiue malū.Præſto em̄ erit & aduerſarius diabolus &
recitabuntur verba pfeſſionis noſtræ:& obiiciet nobis in faciē quid fecimus:& in quo loco:&
qđ boni operis tūc tēporis facere deberemus.Et ſi tales inuenti fuerimus:exultabit ille aduer
ſarius in cōſpectu piiſſimi iudicis:ſuperiorē ſe nobis declamās:agēs talē cauſam apud talē iu-
dicē.Habet em̄ dicere tūc ipſe diabolus:O æquiſſime iudex:iudica iſtū meū eſſe ob culpam q
tuus eſſe noluit p gratiā.Tuus eſt p naturā:meus eſt p miſeriam.Tuus eſt ob paſſionē : meus
eſt ob ſuaſionem.Tibi inobediēs:mihi obediens.A te accepit immortalitatis ſtolā : a me hanc
pannoſam qua indutus eſt tunicam.Tuā veſtē amiſit:cum mea veſte huc aduenit.Quid apđ
eum impudicitia faciebat:quid intemperantia:quid auaritia:quid ira:quid ſuperbia:quid cę
tera membra mea?Dimiſit te:confugiū fecit ad me:meas ſorores video comitari cū illo.Quid
enim?Idcirco omnia faciebat:qui cū ſupbia diſputabat:qui cum ira furebat:theſaurizauit irā
in die iræ.O æquiſſime iudex:iudica iniquo:quia iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ:
Iudica illum meum eſſe & mecum dānandum eſſe.Omnia quę huc attulit:mea eſſe cognoſco
meus eſſe voluit:& mea concupiuit:mecum puniri debet:quoniam quem tu dignatus es tan

to pretio liberare:ipse se mihi postmodum voluit libenter obligare.Heu frater charissime:po
terit ne talis aperire os qui talis ibi inuenietur:vt iuste cum diabolo deputetur? Videam⁹ &
caueamus ne inuanum dei gratiam susceperimus:sed integro corde:perfectaq; fide renuntie
mus:atq; spernamus tam damnosam diabolicam haereditatem:ne pupilli & pauperes rema
Ca.37. neamus. Reciterur in medio nostrũ sententia beati Pauli apostoli terribilis terribiliterq; p L
Heb.10. lata:quae corda simul & corpora nostra contremiscere faciat.Ait eñ: Voluntarie peccantibus
nobis post acceptam notitiam veritatis:iam non relinquitur p peccatis hostia:terribilis autẽ
Deut.17. quaedam expectatio iudicii & ignis ęmulatio:quę cõsumptura est aduersarios.Irritam qs faci
ens legem Moysi:sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur:quanto magis pu
tatis deteriora mereri supplicia qui filium dei conculcauerit:& sanguinem testamenti pollu
tum dixerit:in quo sanctificati estis:& spiritui gratiae contumeliam fecerit?Scimus eñ qui di
Deut.32. xit:Mihi vindictã & ego retribuã.Et iterũ:Quia iudicabit dñs populũ suũ:Horrendũ est eñ
incidere in manus dei viuẽtis.Et paulo post:Nolite itaq; amittere confidentiam vestrã : quae
habet magnã remunerationẽ.Patiẽtia enim vobis necessaria est vt voluntatem dei facientes
reportetis pmissionem.Adhuc enim modicum aliquãtulum q vẽturus est veniet & nõ tarda
2.Cor.13. bit:reddens vnicuiq; secũdũ opus suum.Haec eñ verba nõ ex me sed ex ipso qui dixit: An ex
perimentũ eius quęritis qui in me loquitur Christus: pfluxerũt.Extẽdamus aciẽ oculi cordis
& videamus:& aurẽ cordis accõmodemus ad terribilẽ apli sentẽtiã pspiciendã & inuestigan
dã:mũdemus oculũ cordis:imo ipsa lux quã desyderam⁹ videre mũdet cor nostrũ:& fit a pec
Matth.5. catorũ tenebris ipõ miserãte mũdatũ.Beati eñ(ait)mũdo corde qm ipsi deũ videbũt.Nõ sic
hic nobis labor inutilis ad perniciẽ:sed vtilis ad salutẽ. Curramus dũ lucẽ habemus ne tene
Heb.12. brae nos cõprehẽdãt.Et iterũ apl's hortat nos intẽtissime dicẽs:Remissas manus & soluta ge
nua erigite:& gressus rectos facite pedib⁹ vestris:vt nõ claudicãs qs erret:magis aũt sanetur.
Pacẽ seq̃mini cũ omnibus & sanctimoniã:sine qua nemo videbit deũ:contẽplantes ne qs desit
gratiae dei:nequa radix amaritudinis sursum germinans impediat: & p illã inquinent multi.
Et paulopost: Videte ne recusetis loquẽtem.Si enim illi qui creduli fuerũt verbo dei:nõ refu
gerunt recusantes eũ qui sup terrã loquebat:multo magis nos qui de caelis loquentem nobis
Aggei.2. auertimus:cui⁹ vox mouit terrã:modo autem repromittit dicens:Adhuc semel & ego moue
bo:non solum terram:sed & caelum.Qd aũt adhuc semel dicit:declarat mobiliũ declarationẽ
tanq̃ factorum vt maneant ea quae sunt immobilia.Itaq; regnum immobile suscipiẽtes:habea
Deut.4. mus gratiã per quã seruiamus placẽtes deo cum metu & reuerentia. Eteñ deus noster ignis
comburens est aduersarios.Accedamus ad dominũ anteq̃ cõsumamur: ab illo postulãtes vre
Psal.25. re cor nostrum & renes nostros.Et iterum:Quoniã pbasti nos deus:igne nos examinasti sicut
Psal.65. examinat argẽtum.Apertissime enim patet q hic ab illo vrimur:illic velut aduersarii consu
Gal.6. memur.Ait eñ apostolus: Nemo se circũueniat:nemo se seducat inanibus verbis:quia quęcũ
q; seminauerit homo:haec & metet.Nõ aliud loquamur lingua:& aliud corde: ne simus Iuda
& herodiani:alii in pditionem:alii in confusionem:alii in dissimulationẽ : sed alii in veritatis
humilitatem.Ideo cum vero corde in plenitudinẽ fidei properemus:aspersi corda a conscien
tia mala: teneamus spei nostrae confessionẽ indeclinabilem:& bonorum operum inchoationẽ
non deseramus:sicut est consuetudinis quibusdam:sed consolantes:& tãto magis quanto vi
Ca.38. derimus appropinquãtẽ iudicii diem. Teramus carnis nostrae superbiam: quia caro est q̃ ani M
Vbi supra. mam pdit & totam supbiam aufert.Et qui in carne seminat:sicut ait apl'us:de carne & metet
corruptionẽ.Caro est quae recipit diabolum.Diabolus eñ seminat in carne nostra semina sua
id est homicidium/fornicationem/concupiscentiam/libidinem/iram/rixam/ebrietatem/ sup
Eph.6. biam/furtum/& omnẽ suggestionem malam:dicente apostolo:Nõ est nobis colluctatio aduer
sus carnẽ & sanguinẽ:sed aduersus spũs aeris huius aduersus spiritalia in cęlestibus. Diabo
lum dicit:q spũs malus est:& non videt:& ipse spũs nequissimus piectus est de caelo cum an
Apoc.12. gelis suis:de quibus dicitur in Apocalypsi:Ecce piectus est accusator fratrũ nostrorũ:qui ac
2.Cor.12. cusabat die ac nocte:& ipsi vicerunt eum pp ter sanguinem agni:de quo apostolus ait:Datus
est mihi stimulus carnis meae angelus sathanae qui me colaphizet:propter qd ter dominũ ro
gaui vt discederet a me:& dixit mihi:Sufficit tibi gratia mea.Nam & virtus in infirmitate p
Roma.7. ficitur.Item ipse repetens dicit: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi men
tis meae:& captiuantem me in lege peccati quae est in membris meis.Iterum ipse : Ego enim
Roma.8. mente seruio lege dei:carne aũt lege peccati.Et iterũ : Nũc nihil damnationis est his qui sunt

in Christo.Caro est quæ recipit diabolum:& carnẽ diabolus habet in potestate: nõ aīam. Ideo
dicit apostolus.Datus est mihi stimulus carnis meæ. Deniq; Iob in carne tentatus a diabolo: 2.Cor.12.
dicente dño:Et data est potestas in facultate eius.Et iterum:Dabo tibi illum in potestatẽ illi- Iob.2.
us.Caro eñ cõcupiscit aduersus spiritũ:spiritus aũt aduersus carnẽ.Hæc oĩa inuicẽ sibi ad- Gal.5.
uersantur:vt non quæcũq; vultis illa faciatis.Caro eñ misera bestia:quæ grauat animã: dicẽ
te apostolo:Qui in carne sunt:deo placere non possunt.Iterũ ipsa veritas dominus Iesus Chri Ro.8.
stus de se ipso dicit:Spũs quidem promptus est:caro aũt infirma.Caro aũt nostra in malitia Matth.26.
semper vult potens esse:In abstinentia:id est in vigiliis & ieiuniis & oratione ac bonis operibꝰ
infirmã se esse fingit.Caro nostra est quæ nos demergit in foueam:dicẽte apostolo:Mortifica- Col.3.
te mẽbra quæ sunt super terram:id est fornicationẽ/immunditiã/irã/rixam:& cętera quæ se-
quunt.Et iterum:Curam carnis ne feceritis in cõcupiscẽtiis vestris. Itaq; mortificemꝰ carnẽ Ro.13.
nostram:per abstinentiam in ieiunio:& vigiliis & orationibus:ne nobis adducat diabolum cũ
concupiscẽtiis malis.Caro aũt data est nobis quasi animæ bellum:si mortificet adducit vitã:
si nutriatur:pręparat se contra ad bellum.Laudo aũt illum:qui carnis suæ habere potest pote
N statem:dum infirmitatem carnis nostræ timemus:salutem animæ nostrę negligimꝰ. Anima Ca.39.
misera quid dicis:quã caro sic fortiter grauat:dicẽte Salomone:Caro quæ corrumpitur agra Sap.9.
uat animam.Et iterum repetit:Os qd mentitur occidit animã! Vę vę miserę animæ quã caro Sap.1.
persequitur.Caro nostra quotidie contra animã pugnat:& nos cõtra carnem pugnare debe-
mus quotidie:sicut apostolus præcipit:Si secundũ carnẽ vixeritis:moriemini:si autem spiri- Ro.8.
tu facta carnis mortificaueritis/viuetis.Omnẽ suggestionẽ malã caro concupiscit & demon-
strat:Caro concupiscit omne malum:caro hortatur maleficia:caro prouocat irã:caro ꝓuo-
cat homicidium:caro ꝓuocat adulterium & rixam:caro inserit ebrietatem : caro portat om-
nem concupiscentiam huius sæculi:& omnia mala caro desyderat. O caro bestia crudelis:qd
habes:quid grauas animã quæ nihil desyderasset:nisi deo seruire tibi inimicæ iniũxisset! Tu
autem caro misera:nõ solum te ipsam occidis:non sufficit tibi perditio tua:sed adhuc vis ani-
mã in infernum demergere. Væ tibi anima quæ carnem cepisti contrariam: quæ nec ipsa in-
trat:nec te permittit intrare in regnum cælorum.O caro mala:quid quęris!qd desyderas!Nõ
vis laborẽ sustinere:non vis inquieta conquiescere:suffocas animã vt versa vice tu sis domi-
na & illa ancilla.Rogo quare grauas animã quę molesta non est tibi! Nec tu effugies poenam
dum ipsa patitur gehennã.Nec eñ sine te poterit in die iudicii iudicari.Quare non cõsentis
spiritui & aīæ nostræ:sicut euangelium te hortať dicẽs:Esto cõsentiens aduersario tuo!Es in Matth.5.
via nũc cũ ipso:hoc est in sęculo:caue ne forte tradat te iudici:hoc est Christo:iudex tradat te
ministris:hoc est angelis malis:& ministri mittant te in carcerem:hoc est in gehennã:nõ exies
O inde donec reddas nouissimũ quadrãtẽ:id est minimũ peccatũ. Quid es tu:& quid nobis prę Ca.40.
stas nisi detrimentũ aīæ nræ!Qui te nutrit:ad malefaciẽdũ te nutrit:qa non peccat aīa nisi per
carnẽ:sicut scriptũ est:Anima quę peccauerit ipsa morietur. Verbi gratia / dicit aliqs:anima Ezech.18.
quomodo potest peccare cum nõ videať!Quid potest tenere cum ipsa nõ teneať!Ipsa caro pec
cat quæ animã aggrauat:& aīa a carne superata consentit carni in peccatis.Caro eñ præceps
est ad libidinẽ:crimini quotidie crimina supponẽs:peccatũ peccatis. Nõ cessat pessimis dete-
riora coniũgere:volũtate crudelis:vana & insipiẽs:semp ad malũ prona : ad bonũ excusabilis
& pigerrima:velox ad mortẽ:ad vitã difficilis:cui exosa sunt opa lucis:& tenebrarũ amantis-
sima:quæ cadere diligit:surgere negligit.Amara est illi salus & dulcis ꝑditio:de malo semper
corruens in deterius:& de peiori in peiora defluens:inquieta & impatiẽs:flãmis gehẽnæ aīas
circũdãs:iniiciẽs se inter germina cupiditatis:& auaritię:vanitatis & arrogãtię:irę & impa-
tiẽtiæ:cæterarũq; negtiarũ supflua & inhonesta se deprimit:abstrahẽs se a cælestibus & dele-
ctans in terrenis:relinquit veritatem:festinat haurire vanitatẽ & verba mendacii. Et qd plu-
ra!Sicut tinea lanã deuorat:& sicut ignis ligna foenum & stipulã consumit : ita caro rebellis
P & delicatã animã cõsumit & cremat.Quid tu ad hoc anima:quid tu ad hoc respondes!Dicã Ca.41.
(inquit)redẽptori meo anteq̃ carne exuar:quid ad hoc respondeam:& quod ad bonum cor-
pus cum quo inhabito incitare voluissem.Non sit in me obsecro domine concupiscentia libi-
dinis:sed amor inhabitet pulcherrimę castitatis.Sim ad malum audiendum tarda: ad verbũ
tuum festina ad perficiendum accedens.Sim in tuo timore sollicita:in amore perfecta: in fide
constans:in spe nullatenus dubitans:dilectionem feram:odii ardore non vrat:nec inuidiæ ar-
dore tabescam:semper sanctum opus in me spira:aut cogitem:compelle vt faciam:suade mi-

hi vt te diligã:cõfirma me vt teneã te:custodi me ne pdã te.Non ingrediaẽ nec regescat in do
micilio meo vbi tua debet esse mãsio:pes superbiæ:gulæ:nec concupiscẽtia fornicationis & nec
auaritia:nec inuidia:non ira:non tristitia:nõ vana gloria:sed pfundã humilitatẽ posco a te q
Esa.66. dixisti:Super quem requiescã nisi sup humilẽ & quietũ!Da mihi pfundã humilitatẽ: qua cur
ueẽ altitudo carnis superbię quę me suffocat.Da mensuratã abstinẽtiã:in qua supflua ventris
refrẽnetur edacitas quæ me perimit.Da castitatem cordis quæ me impollutã reddit.Da mũ-
ditiam spũs:qa immũda carnis gloria me demergit.Da manus largifluas ad erogandas elee-
mosynas:qua tenax auaritia respuatur.Da dilectionis ardorem:quo zelus extinguaẽ inuidię.
Cõcede tolerãtię patientiam:p quã ira crudelis bestię superata deficiat. Tribue ęterni gaudii
spem:qua tristitię amaritudo demulceatur.Fac intrinsecus mẽtẽ de bono opere gloriari in te:
vt vanę glorię foras ex me nõ pcedat iactantia.Dona etiam in oĩbus tenere iustitiã/magna
nimitatẽ/temperantiam:& fac mecum simplicitatem esse prudentem:vt beatam vitã synceri
ter agam:& malũ prudenter refugiam:atq; fraudulentã & deceptoriã astutiã diaboli intelli-
gere valeam:ne per speciem boni fallat:& discernere rationabiliter valeã:& pręuidere qd boni
agam vel quid mali refugiã.Fac me post mitẽ/beniuolã/pacificã/mãsuetã/modestam/sine si-
mulatione esse:oĩbus bonis cõcordẽ:in vigiliis/in ieiuniis/in orationibus constanter strenu
am.Da etiã in mãsuetudine moderatũ sermonem adipisci:silentium vt loquar qđ cõdecet:ta
ceã qđ loq non oportet:vel quicqd ex virtutum fructibus conferre dignaberis.Da sine aliquo
errore immaculatã tibi seruare fidem:digna esse opera nostra:& fidẽ rectã ope prauo nõ pollu
am:& te quem bene credendo cõfiteor:male viuẽdo non denegẽ:& te quẽ strenua fide sequor
Ca.42. actu negligentiæ operibus nõ offendã. Fac me in sancto cõuersantẽ pposito seq iustitiã:dili- Q
gere misericordiã;amare veritatem:refutare mẽdaciũ:falsum nihil meditari vel loqui: te in-
desinenter timere:te amare:te diligere:tua pręcepta seruare:pacem cum omnibus sine dolo re
tinere:discordes sine simulatione ad concordiam prouocare:charitatem cunctis insimulatam
offerre:nullum scãdalizare:nulli me præferre:sed omnibus inferiorem iudicare: Reuerẽtiam
& honorem non propter timorem potentum:sed ob altissimum exhibere senioribus: obedien
tiam & charitatem æqualib9 deferre:gratiam opportunę dilectionis iunioribus ostẽdere:fra-
terna onera siue pericula æquanimiter sustinere:cunctis simul pdesse nõ obesse : nulli nocere:
nulli aduersari:nulli calumniari:nulli offendiculum ponere:nullũ iudicare:nulli detrahere:
nulli iniuriosam esse:nullius corporeã vitã : nullius explorare semitã: sed de me ipsa tantum
esse sollicitam.Malum pro malo nequaq̃ repẽdere: iniuriarum mearum nec memorẽ esse vlla
tenus nec vindicem:sed omni bonitate superare malitiam.Maledicenti benedictionem para-
re:inimicum vt amicum diligere.Conuitia & contumelias irascentium sustinere:non repre-
hendere:iniurias cito obliuisci:offenso meo ignoscere:ad veniam cõcedendã semp præparatã
esse: Aliena non concupiscere:nec occasione qualibet auferre:mea vero misericorditer non ha
bentibus erogare ppter te qui pretioso sanguine tuo redemisti me.Esurientem debite refice-
re:sitientem potare:hospitem colligere:nudum operire:visitare languidum:requirere carce-
ratum:consolari tristem:afflictis & languentibus compati:nõ habẽti prębere necessaria:victũ
& vestitũ diuidere cũ egeno: amplecti indigenã:fouere domesticum:amare peregrinum:redi
mere captiuũ:sustẽtare aduenã:tueri orphanum:& orphano suffragari:viduæ subuenire:op
presso præstare auxilium : desolato dirumpere colligationes impietatis:Et quæcunq; præce-
ptorum tuorum documenta declarant : diligenter credere & audire : ardenter inuestigare:
prudenter scire:festinãter exercere:desyderanter implere:& coram te humilem semp existere
vt surgam non deiiciar: erigar non subruar:ascendam non descendam: quia caro cum qua in
Ca.43. habito semp me ducere vult ad peccatũ:Mecũ vult coronari:sed nõ mecũ decertare. Nullũ R
peiorẽ patior hostẽ q̃ corp9 in quo inhabito:subuertor in domo mea:Est enim quasi leo:vndiq;
me pestifero morsu dilacerãdo consumens.Ideo longa trahẽs suspiria clamitãdo dicam:Infelix
ego homo:qs me liberabit de corpore mortis huius!Gratia dei p quẽ id:p Iesum Christũ do-
minũ nostrũ.Nec velim qđ vsq; nunc supplicãdo deprecata sum:hæc & hæc deprecor:qa pre
tiosissimo sanguine tuo redempta sum:vt ppter carnis corruptionẽ non pereã in æternũ.Nõ
veniam in mortem secũdam:neq; in terram obliuionis.Hæc vox in auribus misericordię tuę
sonet:vt tuam:non carnis faciam volũtatẽ.Et oĩs mens mea te meditetur:te delectetur:te se-
quatur:te confiteaẽ:q redemisti me.In ęternũ misericordia tua est:& in tua misericordia reui
xi pdita peccatis:& surrexi a mortuis:qm̃ segregasti me a peccatis adolescẽtiæ meæ:& egi pœ

nitentiam coram deo:quia reseruasti mihi tẽpus conuersionis:quæ consyderans peccata mea compuncta sum:& te inspirante egi pœnitentiam coram te:lætitiam mihi:tibi nunc & semper innumeras gratias refero:quia vt inuenirem te tu prius quæsisti me:vt redirem ad te tu cõpulisti:vt verberater tu es operator:&vt me recognoscens plangerem tu dedisti mihi.Pone domine lachrymas meas in conspectu tuo vt perueniat ad te in cælum deprecatio mea.Adesto ꝑcor & subueni:atq; in manibus tuis commendatam tibi meipsam suscipe:liberans me de ore draconis sæuissimi:& de manu atrocissimi inferni:cum acceperis me:& auferes de medio vmbræ mortis:immo deduces me in semitam lucis:in clarissimam regionem viuentium.Colloca me in caulis tutissimis gregum tuorum:quia tu es pastor bonus:qui requiris & reducis:perdita metis:& saluas in fonte:foues & sanas languidos:& tu es misericors dominus qui sperantes in te nõ confundis:requirentes te non derelinquis:reuertentes ad te non respuis:sed exultando & laudando suscipis:atq; in æterna beatitudine vna cum sanctis & electis tuis æternaliter regnare concedis:quia est tibi cum æterno patre & spiritusancto vna deitas:gratia:virtꝰ imperium:& potestas in sæcula sæculorum amen.

Beati Augustini ad Paulinam:de videndo deo:subtiliter diligenterq; inquirentis:vtrum per oculos corporeos deus videri possit:In primis causam dilationis promissi assignantis:& plus valere in hac inquisitione/viuendi:q̃ loquendi modum astruentis.

Epistola.CXII.

S Vgustinus.Memor debiti qd ex tua petitione & mea promissiõe factum est religiosa famula dei Paulina:persolutionis quoq; eius negligens esse non debui.Cum enim petiuisses vt de inuisibili deo:vtrum per oculos corporeos possit videri:prolixe aliquid copioseq; ad te scriberem:negare non potuimus sanctum tuum studium offenderem:sed promissum distuli:siue propter alias occupationes meas:siue q; a me id flagitaretur:vnde aliquanto diutius cogitari oportebat.Sed cum tanta res esset:quæ cogitando non tam quid de ea sentiendum dicendumve esset:q̃ quodammodo persuadendum his qui aduersa sentirẽt fieret difficilior:finem aliquando dilationi adhibendum putaui:sperans diuinum adiutoriũ magis mihi scribenti affuturũ.Quãobrẽ primũ mihi videtur:plus valere in hac inquisitione viuendi q̃ loquendi modũ.Nam qui didicerunt a domino Iesu Christo mites eẽ et humiles corde:plus cogitando & orando proficiunt q̃ in legendo & audiendo.Nec ideo tñ agere partes suas sermo cessauerit:sed cum plantator & rigator officium sui gesserit muneris:cætera illi qui dat incrementum relinquit.Ille quippe etiam ipsum plantatorem rigatorẽ q; firmauit.Secundum interiorem ergo hominem percipe verba intellectus.Ipse enim renouatur de die in diem:etiam cum exterior iste corrumpitur:siue castigatione abstinentiæ:siue aliqua morbida valitudĩe:siue quolibet casu:vel certe/quod necesse est etiam his qui sano corpore diu viuunt/ipso ætatis accessu.Erige itaq; spiritum mentis tuæ qui renouatur in agnitione dei secundum imaginem eius qui creauit eum:vbi per fidem in te habitat Christus:vbi nõ est Iudæus & Græcꝰ:seruus & liber:masculus & fœmina:vbi nõ morieris cũ solui corpore cœperis:q̃a nec ibi marcuisti cum sis annis grauis.Hoc interiore tuo erecta intende:& vide q̃ loquor.Nolo auctoritatẽ meã sequaris:vt ideo putes tibi aliquid necesse esse credere quoniam a me dicitur:sed aut scripturis canonicis credas:si quid nondum q; verum sit vides:aut interius demonstrãti veritati vt hoc plane videas.Exempli gratia/dicam aliquid quo ad hęc certius ꝯstruaris.& vide potissimũ vñ nobis in hoc ipso ope præpositus est disputandi labor. Credimus videri deũ:nõ quia videmus:vel quia per oculos corporis sicut videmus hunc solem:vel mentis obtuitu sicut se quisq; interius videt viuentẽ:videt volentem:videt q̃rentem:videt scientem:videt nescientem.Tu itaq; lectis ipsa his literis:solem quidem te vidisse recolis per oculos corporis:potes etiam statim videre si est id tẽporis:& eo loci es vbi ex ea parte cęlũ oculis tuis vsq; ad solem contuendũ patet.Ad illa vero videnda quæ mente cõspici dixi:id est q; viuas:q; videre deum velis:q; id requiras:q; te viuere & velle & quærere scias:quomodo aũt deus videatur nescias:Ad hæc inquã omnia videnda non oculos corporis adhibes:nec interuallum loci per quod intendatur obtutus:vt ad ea cernenda perueniat:sentis aut quæris:sic vides vitam tuam:voluntatem:inquisitionem:scientiam:ignorantiam:quia nec ipsa est contemnẽda visio:videre quod nescias.Sic inquã vides hęc omnia vt in te videas:apud te habeas ac sine vllis figuraꝝ liniamentis colorũq; nitoribꝰ:tanto clarius & certius quãto simplicíꝰ in

Procemiũ.
2.Retra.41.
Matthæi.11.
2.Corin.4.
Col.3.
T Ca.2.

teriuſq; cōſpicias.Cū igiť nec corporis oculis ſicut corpora ſiue cęleſtia ſiue terreſtria:nec mē
tis affectu ſicut ea ſunt quorum nōnulla cōmemoraui:quæ apud temetipſam certiſſime intu
eris:nec videamus deum: cur credimus eum videri:niſi quia ſcripturæ accommodamus fi-
Matthæi.5. dem vbi legiť:Beati mundo corde quoniam ipſi deum videbunt! Et ſiqua alia in hac ſenten-
tia mea de diuina authoritate conſcripta ſunt:cui non credere nefas dicimus:credere autem
pietatis eſſe minime dubitamus.Hanc itaq; diſtinctionem tene:vt ſi quid te admonuero:diſ-
ſerendo quo ita videas oculis carnis:vel vllo alio ſenſu cuius ſentias:ſeu te ſenſiſſe recolas:ſi-
cut ſentiuntur colores:fragores:odores:ſapores:feruores:& ſi quid aliud per corpus cernen
do:audiendo:olfaciendo:guſtando:tangendo ſentiamus: Aut ita videas mentis intuitu:vt vi
des vitam:voluntatem:cogitationem:memoriam:cognitionem:intelligentiam:ſcientiam:fi
dem tuam:& quicquid aliud mente conſpicis:atq; ita eſſe non tantum credendo ſed plane vi
uendo non dubitas hoc me iudices oſtendiſſe.Quod ſiť non ſic oſtēdero vt aut corporis aut
animi ſenſu viſum perceptumq; teneatur:& tamen dixero aliquid quod aut verum quidem
aut falſum eſſe neceſſe ſit:ſed nullo illorum duum genere videatur:reſtat vt tantummodo cre
datur vel non credatur. Sed ſi diuinarum ſcripturarum : earum ſcilicet quæ canonicæ
in eccleſia nominantur: perſpicua firmatur authoritate: ſine vlla dubitatione credendum
eſt:Aliis vero teſtibus vel teſtimoniis quibus aliquid credendum eſſe ſuadeť:tibi credere vel
non credere liceat: quantum meriti ea admonentem ad faciendam fidem vel habere vel non
habere perpenderis.Si enim ea quæ non vidimus hoc:hoc eſt in præſenti apparentia non ſenſi
mus vel mente vel corpore:neq; de ſcripturis ſanctis vel legendo vel audiēdo didicimus:nul-
la omnino credidiſſemus:vnde ſciremus eſſe ciuitates vbi nunq̄ fuimus:vel a Romulo condi-
tam Romam:vel vt de propinquioribus loquar:Conſtantinopolim a Conſtantino! Vnde po
ſtremo ſciremus quinam parentes nos procreauiſſent:quibus patribus:auis:maioribus geni
ti eſſemus! Talium quippe cum plurima ſciamus:non tamē ea vel vllo ſenſu præſentia: ſicut
ſolem:ſicut noſtri animi voluntatem:vel canonicorum eloquiorum authoritate:ſicut Adam
fuiſſe primum hominem:aut Chriſtum in carne natum paſſumq; reſurrexiſſe didicimus:ſed
aliis referentibus:de quorum teſtimonio in hoc duntaxat rerum genere minime dubitādum
eſſe putauimus.In quibus ſi alicubi fallimur credendo:vel ita eſſe quod ita non eſt: vel non ita
eſſe quod ita eſt: nihil periculi eſſe iudicamus : ſi non ſit contra illam fidem qua pietas infor-
matur.Hæc prælocutio mea nondum propoſitam diſcutit quæſtionem:ſed te atq; alios qui
iſta lecturi ſunt præſtruit quales ſeu meorum ſeu quorumlibet ſcriptorum iudices eſſe debea
tis:ne vel ſcire vos opinemini qđ neſcitis:vel temere credatis quod neq; corporis ſenſibus aut
animi contuitu in eiuſdem rei quæ cognoſcenda eſt euidentia percepiſtis: neq; canonicarum
ſcripturarum authoritate etiam ſi non affuit ſenſibus:vel animi vel corporis veſtri: tamē cre
Cap.2. dendū eſſe didiciſtis. Iam ne ergo venimus ad cauſam:an adhuc lectur us inſtruēdus eſt! Nō V.
nulli enim putant ipſum quod dicimus credere cum res vera creditur:hoc ſolum eſſe mente
contueri.Qđ ſi ita eſt:fallitur iſta noſtra ſuperior prælocutio:in qua diſtinximus aliud eſſe
aliqd ſentire p corpus:ſicut in cælo ſolem:& in terra montem:arborē corpuſue qđlibet:& ali-
ud:mētis intuitu rem nihilominus euidentē:ſicut noſtra voluntas a nobiſmetipſis intus aſpi
ciť cum aliqd volum⁹:vel cogitatio cum cogitam⁹:vel memoria dū recordamur:vel tale ali
qd in animo ſiue in corpore:aliud autē credere qđ in corporis mētiſue cōſpectu nec adeſt nec
affuiſſe recolitur: ſicut ſine parētib⁹ creatum Adā:& natum ex virgine paſſumq; reſurrexiſ-
ſe Chriſtū.Hęc eñ etiam corpaliter facta ſūt & videri p corp⁹ ſi tūc adeſſem⁹ vtiq; potuerſit
Nunc autem non aſſunt ſicut adeſt iſta lux quæ oculis cerniť:aut voluntas qua nunc aliquid
volumus conuenienter conſpiciť.Sed quia hæc diſtinctio falſa non eſt:pfecto illa præſtructio
minus habebat quod inter credere & aliquid præſens mente conſpicere:nec omnino vnum at
q; idem putaretur:parum clara fuerat elocutione diſcretum.Quid ergo dicim⁹! Num ſatis
eſt vt inter videre & credere hæc diſtare dicamus:quia præſentia videnť: crednť abſentia!
Plane forſitan ſatis eſt ſi præſentia illa hoc in loco intelligamus dicta quæ præſto ſunt ſenſi-
bus:ſiue animi:ſiue corporis:vnde etiam ducto vocabulo præſentia nominanť.Sicut eñ hāc
lucem corporis ſenſu:ſic & meam voluntatem plane video:quia præſto eſt animi mei ſenſibus
atq; intus mihi præſens eſt.Si quis vero mihi indicet voluntatem ſuam:cuius os & vox mihi
præſens eſt:tamen quia ipſa voluntas quam mihi indicat latet ſenſum corporis & animi mei
credo:non video:aut ſi eum mentiri exiſtimo:non credo: etſi forte vt dicit ita ſit. Creduntur

ergo illa quę absunt a sensibus nostris: si videtur idoneum quod eis testimonium perhibetur.
Vident enim quæ presto sunt (vnde & præsentia nominantur) vel animi vel corporis sensib⁹.
Nam cum sint quinque corporis sensus: cernendi: audiendi: olfaciendi: gustandi: tangendi: visus
quidem in eis præcipue oculis attributus est: Veruntamen hoc verbo vtimur & in cæteris.
Non enim tantum dicimus: vide quid luceat: sed etiam vide quid sonet: vide quid oleat: vide
qd sapiat: vide quid calleat. Nec quia dixi eis credi quæ absunt a sensibus nris: sic accipiatur vt
inter illa deputentur quæ aliquando vidimus & nos vidisse retinemus: certique sumus: quamuis
tunc non præsto sint cum recoluntur a nobis. Neque enim inter credita sed inter visa deputan
tur: & ideo nota sunt: non qa fidem adhibuimus aliis testibus: sed quia nos vidisse sine dubio
recordamur & scimus. Constat igitur nostra scientia ex visis rebus & creditis: sed in his quæ
vidimus vel videmus: nos ipsi testes sumus: In his autem quæ credim⁹: aliis testib⁹ mouemur
ad fidem: cum earum rerum quas nec vidisse nos recolimus nec videmus: dantur signa vel in
vocibus vel in literis vel in quibusque documentis: quibus visis non visa credantur. Nō autem
immerito scire nos dicimus non solum ea quæ vidimus aut videmus: verum & illa quæ ido
neis ad quamque rem commoti testimoniis vel testibus credimus. Porro si scire non incongruen-
ter dicimur: etiam illud quod certissimum credimus: hinc factū est vt etiam recta credita etsi
non assint sensibus nostris / videre mente dicamur. Scientia quippe menti tribuitur: siue per
corporis sensus: siue per ipsum animum aliquid perceptum cognitumque retineat: & fides ipsa
mente vtique videtur: quamuis hoc fide credatur quod nō videtur. Vnde & apostolus Petrus dicit 1.Petri.1.
In quem modo non videntes creditis: Et ipse dominus: Beati qui non viderunt & crediderūt. Ioan.20.
Cum itaque dicitur homini: Crede Christum resurrexisse a mortuis: si credit: attēde quid vide
at: attende quid credat: & vtrunque discerne. Videt hominem cuius audit vocem: & ipsa vox
in visis corporalibus computatur vel deputatur secundum ea quæ supra diximus. Hæc duo
sunt: testes & testimonium: quorum ad oculos vnum: ad aures alterum pertinet. Sed hunc te
stem fortasse aliorum testimoniorum authoritate confirmat: diuinarum scilicet scripturarū
vel quorūlibet aliorū quibus est motus ad fidem. Scripturæ ad visa pertinent corporis oculo
rum si eas legit: vel aurium si audiuit. Videt aūt animo quicquid figuris literarū sonisue si-
gnificari: intellexit: Videt ipsam fidem suam: quæ se credere sine cunctatione respondet: Vi-
det cogitationem qua quod cogitat ei posset prodesse quod credit. Videt voluntatem qua ac
cessit ad suscipiendam religionē: Videt etiam ipsius resurrectionis quandam imaginē in aio
suo factam: sine qua intelligi non potest quicquid factum corporaliter dicitur: siue credat: si-
X ue nō credatur. Sed vt puto distinguis quomodo videat fidem suam qua credit: & quomo- Cap.3.
do videat illam resurrectiōis imaginem in animo suo factam: quā si hoc audit: videt etiam qui
non credit. Hæc ergo omnia videt: partim corpore: partim mente: voluntatē vero ei⁹ a quo au
dit vt credat: & ipsam Christi resurrectionē: nō videt sed credit: & tñ eā videre dr quodam mē
tis obtutu magis scdm testimonioꝝ fidē q̄ rerū pñtia creditarū. Illa enī q̄ videt assunt sensi-
bus vel animi vel corporis: quæ aūt credit absunt a sensib⁹ & ai & corpis: quamuis volūtas eius a
quo audit vt credat non sit preterita sed maneat in loquente: quamquam in seipso idē ipse q loqr videt
ille vero q audit nō eam videt sed credit. Resurrectio aūt Christi præterita est: quā nec illi vi-
derunt hoies q tūc fuerūt. Nā qui viderūt viuētē Christū quē viderūt morientē: ipsam tñ re-
surrectionē cū fieret non viderūt: sed eam certissime crediderūt: vidēdo & tangendo viuum
quē nouerant mortuum. Nos totum credimus: & quod resurrexit: & quod ab hominibus tunc visus
et cōtrectat⁹ sit: & quod nūc viuat i cælis: nec iam moriat: & mors illi vltra non dominetur. Res Ro.6.
aūt ipsa nec corporis nostri sensibus adest: sicut adest hoc cælum & terra: nec nostræ mētis ob
tutibus: sicut adest fides ipsa qua hoc credimus. Sed iam satis vt puto ista mea prælocutione
cognouisti: quid sit videre vel mēte vel corpore: & quid ab eis distet credere. Qđ quidem fit
mente & videtur mēte: quoniam menti nostræ fides nostra conspicua est. Sed tamen qđ eadē
fide creditur: abest & ab aspectu corporis Christi: sicut abest corpus in quo Christus resurre
xit: & ab aspectu mentis alterius: sicut abest ab aspectu mentis meæ fides tua: quamuis eam esse in
te credam cum eam non videam corpore. qđ nec tu potes: nec mēte: qđ tu potes: sicut ego me
am quam tu non potes: Nemo enī scit: qd agatur in homine nisi spiritus hominis: qui in ipso 1.Corin.2.
est: donec veniat dominus & illuminet abscondita tenebrarum: & manifestet cogitatiōes cor et.4.
dis: vt eas nō solū quis suas videat: sed & aliorum. Secundum hoc enim dixit apostolus: nemi-
nem scire quid agatur in homine nisi spiritum hominis qui in ipso est: secundum quod videmus

q̄uis ea forsitan noueris. Pauca ergo ista attende si placet. Cum euangelium exponēs beatus
Ambrosius Mediolanensis episcopus: venisset ad eum locum vbi angelus apparuit in templo Am brosius
Zachariæ sacerdoti: ex hac occasione: vide quāta & qualia de dei etiam visione disseruit. Nō sup Lucā li.
immerito (inquit) angelus videtur in templo: quia veri sacerdotis iam annuntiabatur aduen ca.1.
tus: & cælestę sacrificium parabatur in quo angeli ministrarent: Et bene apparuisse dicitur ei
qui eum repente conspexit. Hoc specialiter aut de angelis aut de deo scriptura diuina tenere
consueuit: vt quod nō potest videri: apparere dicatur. Sic enim habes: Apparuit deus Abraæ Gen.18.
ad ilicem mambræ. Nam qui ante non præsentitur: sed repentino videtur aspectu: appare
re memoratur. Non enim similiter sensibilia videntur: & is in cuius voluntate situm est vi
deri: & cuius naturæ non est videri: voluntatis videri. Nam si non vult: non videtur: si vult
videtur: Apparuit enim deus Abraæ quia voluit: aliis quia noluit non apparuit. Visus est eti Act.7.
am Stephano cum lapidaretur a populo aperire cælum. Visus est etiam Iesus stans ad dexterā
dei: & non est visus a populo. Vidit Esaias deum Sabaoth: sed & alius videre non potuit: quia
cui placuit apparuit. Et quid de hominibus loquimur: cum etiam de ipsis cælestibus virtuti
bus & potestatibus legerimus. Quia deū nemo vidit vnq̄? Et addidit ꝙ vltra cælestes virtu
tes & potestates: vnigenitus filius qui est in sinu patris ipse narrauit. Aut acquiescatur igitur
necesse est si deum patrem nemo vidit vnq̄: filium visum esse in veteri testamento: & desinant
hæretici ex virgine ei principium dare: qui anteq̄ nasceretur ex virgine videbatur: Aut certe
refelli nō potest: vel patrem: vel filium: vel spiritumsanctum: si tamen est spiritussancti visio ea
specie videri: quam voluntas elegerit: nō natura formauerit: quoniam spiritum quoq; visum
accepimus in columba: Et ideo deum nemo vidit vnq̄: quia eam quæ in deo habitat plenitudi
nem diuinitatis nemo conspexit: nemo mente aut oculis comprehendit: Vidit enim ad vtrun
q; referendum est. Deniq; cum additur: Vnigenitus filius ipse enarrauit: mentium magis q̄
oculorum visio declaratur. Species enim videtur: virtus vero enarratur. Illa oculis: hæc mē
te comprehenditur. Sed quid de trinitate dicam? Seraphin quando voluit apparuit: & vocem
eius Esaias solus audiuit. Apparuit angelus: & nunc præsto est: sed non videtur. Neq; enim i
potestate nostra est videre: sed in potestate illius apparere. Tamen etsi potestas non est
videndi: est gratia promerendi vt videre possimus. Et ideo qui habuit gratiam: meruit
copiam: nos copiam non meremur: quia deum videndi gratiam non habemus. Et quid
mirum si in præsenti sæculo nisi quando vult dominus non videtur? In ipsa quoq; resur
surrectione non facile est deum videre: nisi his qui corde sunt mundo: Et ideo beati mū
do corde: ipsi enim deum videbunt. Quantos beatos numerauerat & tamen videndi his
deum non promiserat facultatem? Si ergo hi qui mundo sunt corde deum videbunt: vti
q; alii non videbunt. Neq; enim indigni deum videbunt: neq; is qui deum videre nolue
rit potest deum videre. Nec deus in loco videtur sed mundo corde: nec corporalibus ocu
lis deus quæritur: nec circumscribitur visu: nec tactu tenetur: nec auditur affatu: nec sen
titur incessu. Et cum absens putatur videtur: & cum præsens est nō videtur. Deniq; nec apo
stoli omnes Christum videbant: Et ideo ait: Tanto tempore vobiscum sum: & adhuc me non Ioan.14.
cognouistis? Qui enim cognouit quæ sit latitudo & longitudo & altitudo & profunditas: &
supereminentē scientię charitatē Christi: vidit & Christū: vidit & patrē. Nos eñ iā scd̄m car
nem nō nouimus christū, sed scd̄m spiritum. Spiritus enim ante faciem nostram Christus do
minus: qui nos in oēm plenitudinē dei misericordia sua implere dignetur: vt videri possit a no
bis. Si hęc verba intelligis: qd restat quod a me amplius requirat: cū iam illa q̄ difficilis vide Ca.9.
& bat soluta sit q̄stio? Discretū ē quippe quomodo dictū sit. Deū nemo vidit vnq̄: & quomodo de Ioan.1.
um iusti antiqui viderit. Sed illud ꝓpterea dictum est: qm̄ deus natura inuisibilis est: illi aūt ideo .1.Ioan.4.
viderūt quicūq; deū viderūt: quia cui voluerit sicut voluerit apparet ea specie quā voluntas
elegerit: etiā latente natura. Nam si patres qñ deū viderint ipsa illis natura eius apparuit: q̄
uis si noluisset: vtiq; non apparuisset: quomodo deum nemo vidit vnq̄: cum eo volente ip
sa eius a tot patribus natura conspecta sit. Q; si dicitur filius a patribus visus: vt de deo pa
tre accipiatur dictum: ꝙ deum nemo vnquam viderit: Non quidem amisit occasionem
Ambrosius: vt hinc quosdam hæreticos redargueret: id est Fotinianos: qui principium fi
lio dei ex vtero virginis tribuunt: nec volunt credere ꝙ & antea fuerit. Sed quia videbat
alios: id est Arrianos perniciosius insidiātes: quorum proculdubio error astruitur: si patris
natura inuisibilis: filii vero visibilis esse creditur: vtriusq; vnam pariterq; inuisibilem asseruit

esse naturam: adiungens etiam spiritussancti. Qđ breuiter quidem sed admirabiliter intima
uit: vbi secutus ait: Aut certe refelli non potest: vel patrem: vel filium: vel certe spiritumsan-
ctum: si tamen est spiritussancti visio: ea specie videri quã voluntas elegerit: non natura for-
mauerit. Potuit dicere: non natura monstrauerit: sed maluit dicere formauerit: ne ipsam speci
em in quo deus elegit apparere: de sua natura formare putaretur: & ex hoc vtiq; conuince-
retur conuertibilis esse mutabilisq; substantiæ: quod ipse deus a fide piorum misericors & be
Ca.7. nignus auerterit. Inuisibilis est igitur natura deus: non tantũ pater: sed & ipsa trinitas: vnꝰ 9
deus. Et quia non tantũ inuisibilis: verumetiam incomutabilis sic apparet quibus voluerit in
quaꝰ voluerit specie: vt apud eum integra maneat eiꝰ inuisibilis incommutabilisq; natura. De-
syderium autem veraciter piorum quo videre deum cupiunt: & inhianter ardescũt: non opi
nor in eam speciem contuendam flagrat: qua vt vult apparet quod ipse non est: sed in eam sub
stantiam qua ipse est quod est. Huius enim desyderii sui flammam sanctꝰ Moyses fidelis famu
Exo.33. lus eius ostendit: vbi ait deo cum quo vt amicus facie ad faciem loquebatur: Si inueni gratiã
ante te ostende mihi temetipsum. Quid ergo? ille non erat ipse? si non est & ipse: non ei diceret
Ostende mihi temetipsum: sed ostende mihi deum: & tñ si eius naturam substantiamq; cõspi
ceret: multominus diceret: Ostende mihi temetipsum. Ipse ergo erat in ea specie q̃ apparere
voluerat: non autẽ ipse apparebat in natura propria quã Moyses videre cupiebat. Ea quippe ꝓ
mittitur sanctis in alia vita. Vnde qđ respõsum est Moysi: verum est: qa nemo potest faciẽ dei
videre & viuere: id est nemo potest eũ in hac vita videre viuens sicuti est: Nam multi viderũt
sed qđ voluntas elegit: nõ qđ natura formauit. Et illud quod sanctus Ioannes ait: si recte intel
1.Ioan.3. ligitur: Dilectissimi: filii dei sumus: & nõ apparuit qđ erimus: Scimus quia cum apparuerit si
miles ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est: nõ sicut homines viderunt quãdo voluit
in specie qua voluit nonꝰ in natura quæ in semetipso etiam cum videretur latuit: sed sicut est
Exo.33. quod ab eo petebatur: cum ei diceretur: Ostende mihi temetipsum ab eo qui cum illo facie ad
Ca.8. faciem loquebatur. Non quia dei plenitudinem quisq̃ non solũ oculis corporis: sed vel ipsa mẽ
te aliquando comprehendit. Aliud est enim videre: aliud est totum vidẽdo comprehendere: A
quandoquidem id videtur quod præsens vtcunq; sentitur: totum autem comprehenditur
videndo quod ita videtur vt nihil eius lateat videntem: aut cuius fines circumspici possunt:
sicut te nihil latet præsentis voluntatis tuæ: circumspicere autem potes fines annuli tui. Ex-
empli gratia: duo posui: quorum alterum ad mentis obtutum: alterum ad corporales oculos
pertinet. Visus enim (sicut ille ait) ad vtrunq; referendus est: id est & ad oculos & ad mentẽ.
Porro si propterea deum nemo vidit vnq̃: quia sicut ait disputator: cuius verba consyderamꝰ
Plenitudinem diuinitatis eius nemo conspexit: nemo mente aut oculis comprehendit: Vidit
enim ad vtrunq; referendum est: Restat inquirere quomodo angeli deum videant propter il-
Matthei.18. lud quod ex euangelio commemoraui: Angeli eorum semper vident faciem patris mei. Si em̃
& ipsis non sicuti est sed latente sua natura in specie qua voluerit apparet: magis magisq; re-
quirendum est: quomodo eum nos videbimus sicuti est: & sicut Moyses desyderauit cum pete
ret: vt deus qui in conspectu eius erat: ostenderet illi semetipsum. Hoc enim nobis summum ꝓ
mium in resurrectione promittitur: q erimus æquales angelis dei: ac per hoc si nec ipsi eum
vident sicuti est: quomodo nos ita visuri sumus cum eis æquales in resurrectione facti fueri-
mus? Sed vide quid consequenter dicat noster Ambrosius. Deniq; (inquit) cum additur: Vni
genitus filius ipse narrauit: mentium magis q̃ oculorum visio declaratur. Species enim vide-
tur: virtus vero narratur. Illa oculis: hæc mente comprehẽditur. Qui pauloante dixerat visi
onem ad vtrunq; referendam: nunc eam non menti: sed oculis dedit: non vt opinor negligen
ter sua verba respiciens: sed quia vsitatiꝰ in loquẽdo solemꝰ oculis attribuere visionẽ sicut spe
ciem corpori. Nam & hic mos loquendi crebrius vsurpauit in rebus quæ locis continen-
tur: varianturq; coloribus. Sed si nulla species esset mente contuenda: non diceretur ille
Psal.44. speciosus forma præ filiis hominum. Neq; enim hoc secundum carnem dictum est: sed se-
cundum speciem spiritalem. Dicitur ergo & species pertinens ad mentis obtutum: Sed
quia vsitatius in corporibus dicitur vel in similitudinibus corporum: ideo dixit: Species vide
tur: virtus vero narratur: Illa oculis: hæc mente comprehenditur. Proinde narrãte vnigeni
to q est in sinu patris narratiõe ineffabili: creatura rõnalis: mũda & sancta: implet visione dei
ineffabili: quã tũc cõseq̃mur cũ eq̃les angelis facti fuerimꝰ. Quia sicut vidẽt ista visibilia corpis

sensibꝰ nota: deum nemo vidit vnq̃: qm̃ si aliq̃n eo modo visus est: nõ sicut ista natura videtur
sed voluntate visus est specie q̃ voluit apparens latẽte natura atq; in se incõmutabiliter pma-
B nente. Eo autem modo quo videt̃ sicuti est: nũc fortasse videt̃ a q̃busdam angelis: a nobis autẽ
tũc ita videbitur: cum eis facti fuerimꝰ æquales. Deinde cum addidisset: quia nec potestates Ca.9.
cælorum: sicut seraphin nisi cum volũt & quemadmodũ volunt videntur: vt hinc etiam con
sicretur quanta sit inuisibilitas trinitatis: Tamen (inquit) etsi potestas nõ est vidẽdi: est gra
tia promerendi vt videre possimus. Et ideo q habuit gratiam: meruit copiam: nos copiam nõ
meremur: quia deum videndi gratiam non habemus. His itaq; verbis quia non sua docet: sed
euangelium exponit: non hoc voluit intelligi: q̄ q̃dam eorum videbunt deum: quidam vero
non videbunt: quibus credentibus dedit potestatem filios dei fieri: cum ad eos omnes pertine
at quod dictum est: Videbimus eum sicuti est: Sed dicendo: nos copiam nõ meremur: quia de
um videndi gratiam non habemus: de hoc sæculo se loqui significauit: vbi quibusdam deus li
cet non in sua natura: sed in qua voluit specie dignatus est apparere: sicut Abraæ: sicut Isaac:
aliisq; filibus: cæteris vero innumerabilibꝰ: q̃uis ad suum populum & hæreditatem æternam
pertinentibus nulla vel tali specie se demonstrat: In futuro autem sęculo qui regnum acceptu
ri sunt quod eis ab initio præparatum est: omnes eum corde mundo videbunt: nec in illo re-
C gno nisi tales erũt. Attende itaq; quid adiungat iam de illo sæculo dicere incipiens: Et quid Cap.10.
mirum (inquit) si in præsenti sæculo nisi quãdo vult dominus non videtur: in ipsa quoq; re-
surrectione non facile est deum videre: nisi eis q mundo sunt corde! Et ideo beati mundo cor-
de: ipsi enĩ deum videbunt. Quantos beatos iam numerauerat: & tñ videndi his deũ non pro
miserat facultatem. Si ergo hi q mundo sunt corde deum videbunt: vtiq; alii non videbunt.
Neq; enim indigni deum videbunt: neq; is qui deum videre noluerit: potest deũ videre. Cer
nis q̃ circumspecte loquat̃ iam de his qui in futuro sæculo videbunt deum: Neq; enim omnes
sed qui digni sunt. Resurgent enim digni & indigni regno illo vbi videbitur deus: quoniam
omnes qui in monumentis sunt: audient vocem eius & procedent: sed cum magna differen-
tia. Nam qui bene fecerunt in resurrectionem vitę: qui vero male egerunt in resurrectionem Ioan.5.
iudicii. Hoc iudicium pœnam æternam significat: sicut etiam illud dictum est: Qui non cre- Ioannis.3.
dit: iam iudicatus est. Q̃d ergo ait sanctus Ambrosius: Neq; is qui deum videre noluerit: po- Ambrosius
test deum videre: quid aliud intelligi voluit: nisi quia is qui mundando cordi curam tanta re sup Lucam.
dignam non vult impendere: non vult deum videre! Vide proinde quid adiungat. Nec in lo
co (inquit) deus videtur: sed mundo corde. quid euidẽtiꝰ: quid expressius dici potuit! Ab hac
igitur visione diabolus & omnes angeli eius: & omnes cum eis impii sine vlla nebula dubita-
tionis exclusi sunt: quoniam mundo corde non sunt. Ac per hoc quod scriptũ est in libro Iob:
venisse angelos in conspectu dei: & venisse cum eis diabolum: non ideo diabolus deum vidis-
se credendus est. Ipsi enim dicti sunt venisse in conspectu dei: non deus in conspectum eorum.
Veniunt autem in conspectum nostrum quæ videmus: non a quibus videmur. Venerunt er-
go sicut in multis codicibus legitur: vt assisterent coram deo: non vt coram ipsis deus. Nec
est opus hoc loco immorari: vt pro viribus nostris conemur ostendere quomodo & hoc tem-
poraliter fiat: cum in dei conspectu sint omnia semper. Nunc enim quæritur quomodo videa
tur deus: non ea specie qua & in isto sæculo quibusdam voluit apparere: quando non solum
cum Abraam aliisq; iustis: verumetiam cum Cain fratricida locutus est. Sed quomodo vide-
atur in illo regno vbi eum videbunt filii eius sicuti est. Tunc quippe satiabitur in bonis desy-
derium eorum: quo desyderio flagrabat Moyses: cui loqui ad deum facie ad faciem non suffi-
ciebat: & dicebat: Ostende mihi temetipsum manifeste: vt videam te: tanq̃ diceret: quod in Exod.33.
psalmis ex eodem desyderio cantur: Satiabor cum manifestabitur gloria tua. Quo desyde- Psal.16.
rio ardebat & Philippus: & sic satiari cupiebat dicens: Ostende nobis patrem & sufficit no- Ioan.14.
bis. De hac visione loquens/eius etiam ipse amator & desyderator Ambrosius non in loco
(inquit) deus videtur: sicut ad ilicem mambræ: sicut in monte Sina: sed mundo corde.
Et sequitur: Sciens quid desyderet: & quid æstuet: & quid speret. Nec corporalibus (in-
quit) oculis deus quæritur quibus se ostendit Abraam: Isaac: Iacob: & aliis in hoc sæculo:
Nec circumscribitur visu: propter illud quod dictum est: Posteriora mea videbis: Nec ta-
ctu tenet̃: sicut luctatus etiam est cũ Iacob: Nec auditur affatu: sicut nõ solũ a tot sanctis: verũ
etiam a diabolo auditus est: Nec sentitur incessu: sicut aliquando cũ in paradiso deambularet
ad vesperam. Vides quemadmodum vir sanctus enitat̃ nostras mentes ab oĩbus carnis sensi-

bus euocare: vt aptas faciat ad videndum deum. Et tamen quid agit talis extrinsecus plantator & rigator: nisi intrinsecus operetur qui dat incrementum deus? Quis enim sine adiutorio spiritus dei cogitare valeat esse aliquid magisq; esse q̄ omnia quæ per corpus sentiuntur: quod nec in loco videatur: nec quærendum sit oculis: nec audiatur affatu: nec tactu teneatur: nec sentiatur incessu: & videatur tamen sed mundo corde? Neq; enim de hac vita ille loquebatur cum hoc diceret: quandoquidem ab hoc sæculo in quo deus apparuit: non sicuti est: sed in specie qua voluit: quibus voluit: satis discreuit sæculi futuri vitam: discretione apertissima: vbi ait: Et quid mirum si in præsenti sæculo nisi quando vult dominus non videtur? In ipsa quoq; resurrectione non facile est deum videre: nisi his
Matthæi.5. q corde sunt mūdo. Et ideo beati mūdo corde: quoniā ipsi deū videbūt. Hinc iā de illo sæculo dicere exorsus est: vbi deum videbunt: non omnes qui resurgent: sed qui resurgent ad vitam æternam: non indigni de quibus dictum est: Tollatur impius ne videat claritatem dei: sed di-
Ioan.14. gni de qualibus dixit ipse dominus cum præsens non videretur: Qui diligit me mādata mea custodit: Et qui diligit me: diligetur a patre meo: & ego diligam eum: & ostendam meipsum illi. Nec hi quibus dicetur: Ite in ignem æternum: qui paratus est diabolo & angelis eius: Sed
Matthę.25. hi quibus dicetur: Venite benedicti patris mei percipite regnum qd̄ vobis præparatum est ab initio mundi. Illi quippe ibunt in combustionem æternam: Iusti autem in vitam æternam. Et
Ioan.17. quæ est vita æterna: nisi qd̄ ipse vita: alibi dicit: Hæc est autē vita æterna: vt cognoscār te vnū deum verum & quem misisti Iesum Christum. Sed sic quomodo promisit ostensurū seipsum dilectoribus suis cum patre vnum deum: non quomodo in hoc sæculo in corpore visus est a bonis & a malis. Et in iudicio enim futuro quomodo sic venturus est: quo visus est iens in cæ
Matthę.25. lum: hoc est in eadem forma filii hominis: eandem formam videbunt: quibus dicturus est: Esu
Zachari.12. riui & non dedistis mihi manducare: quia & Iudæi videbunt: in quem pupugerunt: non il-
Philip.2. lam dei formam: in qua non rapinam arbitratus est esse æqualis deo: in illa dei forma tunc videbunt eum sicuti est. Nec ideo videbunt: quia pauperes spiritu in hac vita fuerunt: quia mites: quia lugentes: quia esurientes & sitientes iustitiam: quia misericordes: qa pacifici: qa persecutionē passi ꝓpter iustitiam: q̄uis & hęc omnia iidem ipsi passi sunt: sed qa mundo sunt corde. Ideo quippe inter illas beatitudines cum omnia faciant qui cor mundum
Matthęi.5. habent: non est tamen alicubi positum: deum videbunt: nisi vbi dictum est: Beati mundo corde: quoniam mundo corde videbitur: qui nec in loco videť: nec oculis corporalibus quæritur: nec circumscribitur visu: nec tactu tenetur: nec auditur affatu: nec sentitur incessu. Deū eñ nemo vidit vnq̄: vel in hac vita sicuti ipse est: vel etiam in angelorum vita: sicut visibilia ista
Ioan.1. quæ corporali visione cernuntur. Quia vnigenitus filius qui est in sinu patris ipse narrauit. Vnde non ad oculorum corporalium: sed ad mentium visionem dictum est pertinere qd̄ nar-
Ca.11. rat. Sed rursus ne desyderium nostrum a corporis sensu ad alium corporis sensum migraret: hoc est ad aures ab oculis: ideo cum dixisset: nec corporalibus deus oculis quæritur: nec circū scribitur visu: nec tactu tenetur: addidit etiam: Nec audiť affatu: vt si possumus vnigenitum filium quiest in sinu patris: sic intelligamus narrantem: quoniam & verbum est: non sonus auribus strepens: sed imago mentibus innotescens: vt illic interna & ineffabili luce clarescat qd̄ dictum est: Qui me videt: videt & patrem: quod hic Philippo dicebatur quādo videbat & nō D
Ambrosius super Lucā. videbat. Sequitur enim huius visionis eximius concupitor Ambrosius dicens: Et cum absens putatur videtur: & cum præsens est non videtur. Nō dixit cum absens est: sed cum absens putatur. Nusq̄ enim absens est qui cœlum & terram implet: nec spatiis includitur paruis magnisq; diffunditur: sed vbiq; totus est & nullo continetur loco. Hoc qui excedente mente intelligit: videt deum: & cum absens putatur. Qui autem hoc non potest: oret & agat vt posse mereatur: nec ad hominem disputatorem pulset vt quod non legit legat: sed ad deum saluatorem: vt quod non valet valeat. Vnde autem dixerit: Et cum præsens est non videtur consequenter aperuit dicens: Deniq; nec apostoli omnes Christum videbant. Et ideo ait:
Ioannis.14. Tanto tempore vobiscum sum: & adhuc me non cognouistis? Ecce quomodo deus pręsens erat & non videbatur. Sed quare non ausus es dicere: deniq; nec apostoli Christum videbant: sed ait: Nec apostoli omnes: tanq̄ aliqui tunc viderent ea visione in qua ipse & pa-
Matthęi.16. ter vnum sunt? An forte illud attendit: q̄ cum Petrus dixisset: Tu es Christus filius dei viui: Responsum accepit: Beatus es Simon Bariona: quia nō tibi reuelauit caro & sanguis: sed pater meus qui in cælis est? Quis illa reuelatio vtrum per fidē tantę rei credite; an ꝑ visionē cō

spectæ facta in eius mente fuerit:nō mihi videatur elucere:cū & ipse Petrus tam paruulum
se adhuc illi ostenderet:vt timeret ne amitteret morientē:quē filiū dei viui: hoc est vitæ fontē
E fuerat pauloante confessus. Deinde potest mouere: quomodo iam ipsa dei substantia videri Ca.12.
potuerit a quibusdā in hac vita positis: propter illud quod dictū est ad Moysen:Nemo potest Exo.33.
faciem meā videre & viuere: nisi quia potest humana mens diuinitus rapi ex hac vita ad an- 2.Corin.12.
gelicā vitam:anteq̄ per istam cōmunē mortem carne soluatur? Sic enim raptus est qui audi-
uit illic ineffabilia verba:quæ non licet homini loqui:vbi vsq̄ adeo facta est ab huius vitæ sen
sib⁹ q̄dā intentiōis auersio: vt siue in corpore:siue extra corpus fuerit:id est verū sicut solet in
vehemētiori extasi mens ab hac vita in illam vitam fuerit alienata manēte corporis vinculo:
an omnino resolutio facta fuerit qualis in plena morte contingit nescire se diceret. Ita fit vt &
illud verū sit qđ dictū est: Nemo potest faciem meam videre & viuere:quia necesse est abstra-
hi ab hac vita mentē:quando in illius ineffabilitatē visionis assumitur. Et non sit incredibile
quibusdā sanctis nondū ita defunctis:vt sepelienda cadauera remanerent:etiā istā excellentiā
reuelationis eius concessam fuisse. Quod existimo cogitasse illū qui noluit dicere: Nec aposto
li Christū videbant:sed ait:nec apostoli oēs Christū videbāt:credens quibusdam eorū diuini-
tatis quorum ipsius visionē de qua loquebatur etiam tunc potuisse donari: Certe propter bea
tum Paulum: quia & ipse q̄uis nouissimus vtriq̄ apostolus erat:qui de sua ineffabili reuelatio
ne non tacuit. Quāq̄ & illi fidelissimo antiquo famulo dei Moysi mirū:vbi in hac terra labora
turo populoq̄ illū adhuc recturo:cōcessum est quod petiuit vt claritatē domini videret. Cui
dixerat. Si inueni gratiā ante te ostende mihi temetipsum manifeste. Accepit em̄ in præsentia Exo.33.
congruum responsum:q̄ faciē dei videre nō posset:quā nemo videret & viueret: Hoc modo
significante alterius potioris vitæ illam esse visionem. Deniq̄ in verbis dei futuræ Christi ec
clesiæ mysteriū figuratū est. Gestauit quippe Moyses typum populi Iudæorū in Christū pas-
sum postea credituri. Ideo dictum est illi:Cū transiero posteriora mea videbis: Et cætera quæ
ibi dicuntur:mirabili sacramento prenunciant ecclesiam post futurā: vnde modo longum est Vbi supra.
disputare. Quod aūt dicere instituerā: desyderio eius etiam illud quod petierat fuisse conces-
sum:in libro numerorum postea monstratum est: vbi dominus arguit contumaciam sororis
ipsius: & dicit aliis prophetis in visione se apparere & in somno:Moysi autem per speciem:nō Numeri.12.
per ænigmata:vbi etiā addidit dicens:Et gloriam domini vidit. Quid ergo est q̄ eum sic fecit
exceptum:nisi forte quia illa contemplatione dignū etiā tunc habuit populi sui talem recto-
rem & ministrū in tota domo sua fidelem: vt queadmodum cōcupiuerat videret deum sicu-
ti est:quæ contemplatio cunctis filiis in fine promittitur? Ista credo consyderans vir ille san-
ctus cuius verba tractamus: Nec apostoli (inquit) oēs Christū videbant:qm̄ forte aliqui eorū Ca.13.
etiam ipso tēpore viderant scd̄m ista quæ dixi. Vt aūt probaret qđ dixit:quia nō omnes vide
bant:continue subiecit. Et ideo ait: Tanto tempore vobiscum sum & adhuc me non cognoui- Ioan.14.
stis? Deinde subiungēs a qualibus deus videatur illa cōtēplatione sicuti est:Qui enim cogno-
uit (inquit) quæ sit latitudo: & longitudo: & altitudo: & profundū: supereminentem scientiæ
charitatē Christi: vidit & Christum: vidit & patrē. Ego hæc verba apostoli Pauli sic intellige Ephe.3.
re soleo:in latitudine bona opera charitatis:In longitudine perseuerantiam in bonis vsq̄ in fi
nem:In altitudine spem cęlestiū premiorū:In profundo inscrutabilia iudicia dei: vnde ista gra
tia in homines venit. Et hunc intellectū coaptare etiā sacramento crucis: vt in latitudine acci
piatur trāsuersum lignū: quo extenduntur manus propter operū significationē. In longitudi
ne ab ipso vsq̄ in terrā vbi totum corpus crucifixū stare videtur: quod significat persistere:
hoc est longanimiter permanere. In altitudine ab ipso transuerso ligno sursumversus quod ad
caput eminet:propter expectationē supernorū:ne illa bona opera atq̄ in eis perseuerantia p-
pter beneficia dei terrena atq̄ tēporalia facienda credant: sed potius propter illud qđ desup Gala.5.
sempiternū sperat fides quæ per dilectionē operat. In profundo aūt pars illa ligni quę in terrę
abdito defixa latet:sed inde consurgit omne illud quod eminet: sicut ex occulta dei volunta-
te vocatur homo ad participationē tantæ gratiæ:alius sic:alius aūt sic. Supereminentē vero
scientiæ charitatem Christi: eā profecto vbi illa est pax quæ pręcellit omnē intellectū. Sed siue
hoc in apostolicis verbis etiā ille senserit euangelicus disputator: siue aliud aliqd fortasse con
gruentius: vides tamē etiā hoc ni fallor a regula fidei nō aberrare. Vnde autē nūc agimus pro
pter contuitū spiritalē: cū dixisset: Qui cognouit quæ sit latitudo: & longitudo: & altitudo:
& profundū: & supereminentē sciētiæ charitatem Christi: videt & Christum: videt & patrē:

ne alicui tardissimo de corporali visione dicere videretur: Nos eñ (inquit) iam scdm carnẽ
non nouimus Christum: sed scdm spiritũ. Spiritus enim ante faciem nostrã Christus domi-
nus. Quod ait hoc loco: nouimus: scdm fidẽ dixit: quæ nunc est non scdm contẽplationẽ quæ
tunc erit: quia & illud nouimus quicquid fide non ficta etiam si nondum per speciem contuẽ
2.Corin.5. do: iam tamen inconcusse credendo retinemus. Denique cum dixisset: Iam nõ se scdm carnem
Thren.4. Christum nosse: sicut apostolus ait: & addidisset testimoniũ de propheta: Spiritus enim ante
faciem nostrã Christus dominus continuo subiecit: Qui nos in omnem plenitudinem dei mi
sericordia sua implere dignetur: vt videri possit a nobis: Certe manifestũ est quod illam noticiã:
vbi dixerat: nouimus ex fide: posuit: ex qua modo iustus viuit: non ex contemplatione qua de
um videbimus sicuti est. Hanc enim sibi & nobis consequenter optauit futuramque significa-
uit dicendo: Qui nos in omnem plenitudinem dei misericordia sua implere dignetur: vt vi-
Ca.14. deri possit a nobis. Hanc plenitudinẽ dei quidam in sermone apostoli sic intellexerũt: vt pu
tarent nos hoc futuros omnino quod deus est. Hæc enim verba sicut recognoscis: apostolus G
Ephe.3. posuit ita loquens: Cognoscere etiam supereminentem scientię charitatem Christi: vt imple
amini in omnem plenitudinem dei: Quapropter (inquiunt) si aliquid minus q̃ deus habebi-
mus: & in aliquo minores erimus: quomodo implebimur in omnem plenitudinẽ dei? Sed quo
niam implebimur, profecto erimus æquales: auersaris istum vtique & detestaris humanę mẽ-
tis errorem: Scio: recte facis. Sed quomodo intelligenda sit ista plenitudo qua dictum est: Im-
plendos nos esse in omnem plenitudinem dei: postea si deus voluerit pro viribus quas dede-
rit differemus. Nunc autem quod mihi proposueras: & ad explicandum difficile videbatur:
vtrum explicatum sit: diligenter attende recolendo quæ dicta sunt. Si enim quæris: vtrum
possit deus videri? Respondeo: potest. Si quæris vnde sciam? Respondeo: quia in veracissima
Matth.5. scriptura legitur: Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt: & cętera talia. Si quęris
quomodo dictus sit inuisibilis si videri potest? Respondeo: inuisibilem esse natura: videri au-
tem cum vult sicut vult: plurimis enim visus est: non sicuti est: sed quali specie illi placuit ap-
Gen.4. parere. Si quæris quomodo eum vidit: vel Cain sceleratus quando de suo scelere ab illo inter
Iob.1.&.2. rogatus & iudicatus est: vel etiam ipse diabolus: quando venit cum angelis vt cum illo assi-
steret: Si beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt? Respondeo: non quidem esse con-
sequens: vt etiam videant deum qui voces ab eo factas aliquando audiunt. Neque enim viderũt
Ioan.12. eum qui audierunt quando dixit ad filium: Et clarificaui & clarificabo iterum: Verũtamen
non esse mirandum: si aliqui etiam non mundo corde viderunt deum in specie: quia volũtas
eius fecerit latente inuisibili & apud se incommutabili manente natura. Si quæris vtrũ etiã
sicuti est possit aliquando videri? Respondeo: filiis hoc esse promissum: de quibus dictum est:
1.Ioan.3. Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. Si quæris
vnde eum videbimus? Respondeo: vnde angeli vident: quibus tunc erimus æquales. Sicut eñ
Ioan.1. videntur ista quæ visibilia nominantur: deum nemo vidit vnquã: nec videri potest: quoniã
1.Timot.6. lucem habitat inaccessibilem: & est natura inuisibilis sicut incorruptibilis: quæ contextim
1.Timo.1. posuit apostolus dicens: Regi autem sæculorum inuisibili: incorruptibili: quia sicut nunc in-
corruptibilis nec postea corruptibilis: ita non solum nunc sed etiam semper inuisibilis. Nec
in loco enim videtur: sed mundo corde: nec corporalibus oculis quæritur: nec circunscribi-
Ioan.1. tur visu: nec tactu tenetur: nec auditur affatu: nec sentitur incessu. Vnigenitus autem filius
qui est in sinu patris diuinitatis naturam atque substantiã insonabiliter narrat. Et ideo dignis
idoneisque tanto conspectu oculis etiam inuisibiliter monstrat. Ipsi autem sunt: oculi: de qui-
Ephe.1. bus apostolus dicit: Illuminatos oculos cordis vestri: Et de quibus dicit: Illumina oculos me-
Psal.12. os ne vnquã obdormiã in morte: nequãdo dicat inimicus &c. Dominus enim spiritus est. Vn
2.Corin.3. de qui adhęret domino vnus spũs est. Proinde qui potest deũ inuisibiliter videre: ipse deo põt
1.Corin.6. incorporabiliter adhęrere. Puto iam nõ esse in quæstione quã proposuisti amplius quod requi-
Ca.15. ras. Sed in hac tota nostra disputatione: cõsydera quid videris: quid credideris: quid adhuc H
nescias: siue quia non dixi: siue quia non intellexi: siue quia non iudicasti esse credendum: &
ea quæ vera esse vidisti: adhuc discerne vnde videris: vtrũ recolendo illa te vidisse per corpus:
sicut corpora cælestia & terrestria: an vero nunq̃ oculis corporalibus ea attigeris visibus: sed so
la mente intuens vera & certa esse perspexeris: sicut voluntatẽ tuã: de qua ego tibi credere lo
quenti possum: eã vero vt abs te videt videre ipse possum. Et cũ hęc ita discreueris: etiã id at
tende vnde discernas: quãuis enim alia corpore alia mente videamus, horum tamẽ duorum generum

ipsa discretio videt mēte nō corpore: & ea quæ mēte cōspiciuntur nō indigent vllo corporis
sensu: vt ea vera esse nouerim⁹. Quæ aūt p corpus vident: nisi mens assit quæ talia nuntiata
suscipiat: nulla possunt scientia cōtineri: & quæ nuntiata quasi suscipere perhibetur: foris ea
relinquit. Sed eoꝝ imagines: id est corporales similitudines corporū incorporabiliter cōmē-
dat memoriæ: vnde cū voluerit & potuerit: velut de custodia productas atq; in conspectu co
gitationis exhibitas iudicet. Et cū volet etiā ista duo discernit: quid in specie corporali foris
reliq̄rit: quid eis simile intus aspiciat: & illud absens hoc præsens esse dinoscit. Sicut me absen
te faciem mei corporis cogitas: & illa tibi est imago p̄sens: Absens autē facies cuius imago est
hoc corpus: Illa vero incorporea corporis similitudo est. His ergo quæ vides diligēter fidēter
q; perspectis atq; distinctis: attēde quæ credis in hoc ipso sermone toto: ex quo ad te loqui his
literis coepi: & in eis ipsis quib⁹ non visis accōmodas fidē: ipsa testium pondera discernendo
perpende. Neq; eñ mihi sic credis: quēadmodū Ambrosio: de cuius libris tanta illa testimo Ambrosius
nia posui. Aut si ambobus nobis æqua lance putas esse credendū: nunquid vllo modo euange
lio nos cōparabis: aut scripta nostra scripturis canonicis coęquabis? Profecto si recte in diiu-
dicando sapis: longe nos infra vides ab illa authoritate distare: & me quidē longius: sed vtri-
q; nostrum quātumlibet credas: vtrūq; illi excellentiæ nequaq̄ comparas. Quocirca id quod
scriptum est: Deum nemo vidit vnq̄: Et lucē inhabitat inaccessibilē: quē nemo hominū vidit
nec videre potest: Et beati mundo corde quia ipsi deum videbūt: Et quicquid ex illis libris sā Ioan.1.
ctis cōmemoraui: firmius credis q̄ id qđ dicit Ambrosius: Nec in loco deus videt: nec corpo 1. Timot. 6.
ralibus oculis quęrit: nec circūscribitur visu: nec tactu tenet: nec auditur affatu: nec sentitur Matth.5.
incessu. Talem quippe esse intellexit vel credidit deū: qui mundo corde conspicitur. Hanc au
tem etiā meā sententiā esse confiteor. Aliter ergo ista: aliter illa diuina verba in fide recipis.
De nobis eñ tibi subest fortasse aliquis scrupulus: ne in his diuinis eloquiis aliquid minus di
lucide intelligam⁹: & nō sicut dicta sunt: sed sicut suspicamur exponant a nobis. Fortasse eñ
dicis apud teipsam: Quid & si mundo corde videtur deus: & in loco tamen videtur: aut quid
si oculis etiā corporalibus deū videbūt qui mundo sunt corde: cum corruptibile hoc induerit 1.Corin.15.
incorruptionem: quando erimus æquales angelis dei? Quantū ergo nobis credere debeas vl Luce.20.
non debeas: fortassis ignoras: & vel plus vel minus q̄ debes nobis credendo: ne fallaris atten-
dis: diuinis autē scripturis: etiam nondum perspicue intellectis credendum esse non dubitas.
Sed hanc consyderationem credendi vel non credendi: & difficultatem scientiæ & dubitatio
nem æstus & piam fidem quæ diuinis debetur affatibus: in tua mente ita vt sunt attendis &
vides: nec de his omnino q; apud te ita sint: siue vt ego dixi: siue vt ipsa potius nosti: aliquid
ambigis. Vides itaq; fidē tuam: vides dubitationem tuam: vides studium tuum voluntatem
q; discendi: & cum authoritate diuina mouearis ad credenda quæ non vides: hęc te tamē cre
H dere incunctāter vides: distribuis & discernis hęc omnia. Num ergo his oculis cordis tuis q Ca.16.
bus hæc omnia vera & certa esse cōtueris: vbiq; præsentia inuisibiliter cernis atq; discernis:
vllo modo corporeos oculos comparabis? Cum etiam de ipsis rebus visibilibus: quæ corpora
lium oculorum acie quodammodo radiantur: & de ipsis corporeis oculis eorumq; acie: qualis
cunq; & quantacunq; sit: quantū distet ab inuisibilibus: non excellentioribus quibus etiā no-
bis non visis fidem debes: sed ab his quæ commemoraui: quæ non credis absentia sed præsen-
tia mente contueris: non eisdem ipsis carnis oculis sed illis interioribus iudices. Cum ergo in
teriores oculi iudices sint oculorum exteriorum: Isti autem illis quodam officio nuntiandi &
in ministerio famulentur: multaq; illi videant quæ isti non vident: nihil isti videant: vnde illi
non tanq̄ præsides iudicent: quis non illos istis incomparabili ęstimatione præponat? Quæ
cum ita sint: obsecro te cum agitur in te ipsa hoc tam grande negotium: cum ab exteriorib⁹
interiora distinguis: atq; illa istis ineffabiliter anteponis: cūq; istis foris relictis in illis intrin-
secus demoraris: & ea suis quibusdam incorporalibus finibus metiēdo iudicas: in nulla te pu-
tas: an in aliqua luce versari? Ego enim existimo q; tanta ibi & talia: tam vera: tam clara: tam
certa videri sine luce non possunt. Ipsam ergo lucem in qua cuncta illa perspicis intuere: & vi
de vtrum ad eam possit accedere vllus corporeorum radius oculorum? Profecto non potest
Attende etiam: & vtrum in ea videas vlla locorū spatia vel interualla: responde: nihil ibi tale
vt arbitror inuenis: sed vigilanter abigis ab aspectu intimo quicquid imaginum corporaliū
exterioris hominis sensus inuexit. Sed forte difficile est. Irruit enim de consuetudine corpo-
ralis vitæ: in eos quoq; interioris oculos turba phantasmatum in similitudinibus corporū:

cui resistere conaturi saltē authoritate diuina exclamaui dolēs ī illa breui epl'a & dixi: Audiat
Ioan.4. caro carnalib⁹ cogitationib⁹ ebria. Spūs est deus. Neq; eñ cuiusq̄ magis q̄ etiam ipsi meā
mentem ab huiusmodi vanitate illa increpatione compescui. Facilius quippe inclinamur ad
solita: & amicū est infirmitati humanæ corporalem conuersationē introrsus vel mittere vel
admittere: nō nisi sana cōsistat: sed nisi languida quodam modo: aut incumbat aut iaceat. Pro
inde si non potes aciem mentis tuæ a corporearū similitudinū quasi nubilo per spicue serena
re: eas ipsas apud teipsam vigilanter attende. Intuere cęlum & terram constando: sicut oculis
corporis cernendo consuesti: easq; imagines cæli & terræ quæ ante oculos cogitationis pro
ductæ sunt: vide similitudines corporum esse non corpora. Sic ergo iudica contra teipsam p
teipsa: Si nō potes omnifariam corporalium qualitatum imaginarias formas ab acie tuæ mē
tis abigere: & vnde vinceris inde conuince. Neq; enim est vt opinor quisquam etiam talibus
imaginationibus ita deditus: vt credat sic esse in memoria sua: vel in ipso conspectu cogitati
onis suæ solem: lunam: stellas: amnes: maria: montes: colles: vrbes: parietes: deniq; domus suę
vel etiā cubiculi sui: & quicquid per oculos corporis tale cognouit & tenet: vt locoꝝ spacijs
atq; interuallis siue stent siue moueantur. Porro si ea quæ in animo nostro sunt corporalia
locisq; simillima: non tamen locorum spacijs atq; finibus continentur: nec interuallis locali
bus in nostra memoria reponuntur: quantomagis illa quæ nullam gerunt similitudinem cor
Gal.5. porum: Charitas: gaudium: longanimitas: pax: benignitas: bonitas: fides: mansuetudo: conti
nentia: nulla locorum spacia tenent: nulla intercapedine separantur: aut aliqua oculi cordis
quo radios suos mittant: & ea videant: interualla conquirunt! Nōne omnia in vno sunt sine
angustia & sine terminis: nota sunt sine circuitu regionū! Aut dic in quo loco videas charita
tem: quæ tamen intantum tibi cognita est: inquantū eā potes mentis acie contueri: quam nō
ideo magnā nosti: quia ingentem aliquam molem conspiciendo lustrasti: nec cū tibi intus co
quitur: vt secundū eam viuas vllis perstrepit sonis: nec vt eam cernis: corporalium lumē eri
gis oculorum: nec vt eam fortiter tenes corporalium vires præparas lacertorum: nec cū tibi
venit in mentem: sentis eius incessum. Ecce etiam charitas quantulacunq; in nostra volun
tate consistit nobisq; conspicua est: nec in loco videtur: nec corporalibus oculis quæritur: nec
circumscribitur visu: nec tactu tenetur: nec auditur affatu: nec sentitur incessu: quātomagis
2.Corin.4. deus ipse cuius hoc ipse in nobis est! Nam si interior homo noster quantulacunq; imago eius:
non de illo genitus: sed ab illa creata q̄uis adhuc renouetur de die in diem: vel tamen in tali
10.de Gen. luce habitat: quā nullus oculorum corporalium sensus accedit: Si ea quæ in illa luce cordis
ad literā.ca. oculis intuemur: & discernuntur inter se: & nullis locoꝝ spacijs separantur: quantomagis de
24.25.&.32. us qui lucem habitat inaccessibilem: corporis sensibus: quibus nec ipsius nisi mūdi potest esse
cordis accessus: nō solū iudicio rationis: sed amoris quoq; appetitu præposuerimus: quāto id
Psal.102. magis valebimus: donec sanentur omnes languores animæ nostræ ab illo qui propitius fit oi
bus iniquitatibus nostris! In hac eñ viuaciore vita facti spiritales poterimus oia diiudicare:
1.Corin.2. ibi vero a nemine diiudicari. Aïalis autē homo nō percipit quæ sunt spūs dei: Stultitia enim
Ca.17. est illi: & non potest scire quoniam spiritaliter diiudicatur. Q̄ si nondū possimus præfer- K
re lucē iudicantē: & luci de qua iudicatur præferre vitam intelligentē: vitæ tm̄modo sentien
ti præferre naturam: non alibi hoc est: alibi illud: sed omnia quæ habet in vno simul habentē
sicuti est nostra intelligentia et natura: quę ita partibus constat: vt minus sit dimidia q̄ tota:
sicuti est omne corpus: superfluo de rebus quantis ac talib⁹ disputamus. Si aūt hoc iam possu
mus: aliquid melius q̄ intellectū nostrū deū esse credam⁹: vt pax ei⁹ q̄ excellit oēm intellectū:
Phil.4. custodiat corda nostra & intelligētias nostras in Christo Iesu. Ipsa eñ pax q̄ pcellit oēm intel
lectū: non est vtiq; minor nostro intellectu. Et cū iste sit oculis corporalibus visibilis: illa pu
tetur esse visibilis: an aliud pax dei: aliud splendor dei: cum ipse sit vnigenitus filius: cuius &
illa charitas quæ supereminet scientiæ: cui⁹ cognitione implebimur in omnē plenitudinem
dei: vnde est nostrę mētis luce inferior: quæ illa illuminante tribuitur. Porro si ista inaccessibi
lis est oculis carnis: quātomagis illa quæ huic incomparabiliter est supereminens! at per hoc
cū sit aliqd nostrū visibile: sicut hoc corpus: aliud vero inuisibile: sicut hō interior: & cū opti
mū nřm: hoc est mēs atq; intelligentia inuisibile sit oculis corporis: qūo id qđ est melius opti L
Ca.6. mo nostro: visibile erit īferiori nostro! Arbitror te iā cōcedere his oīb⁹ cōsyderatis: recte di
cū esse: q; deus nec in loco videt sed mūdo corde: nec corporalib⁹ oculis quęrit: nec circūscri
bitur visu: nec tactu tenet: nec auditur affatu: nec sentitur incessu. Et si quid in his nimis in

telligimus:vel aliter sapimus: id quoq; nobis reuelauit: si in qd puenimus: in eo ambulemus.
Peruenimus autem vt credamus q deum nemo vidit vnq̃: Et q deus lux est: & tenebrę in eo Ioan.1.
sunt nullæ: Et q apud eũ non est cõmutatio: nec momenti obumbratio: Et q lucem habitat in 1.Ioan.1.
accessibilẽ: quem nemo hoĩm vidit: nec videre põt: Et q pater & filius & spiritussanctus vnus Iacobi.1.
deus est sine vlla diuersitate & separatione naturæ: Et q similes ei erimus: qm̃ videbimus eũ 1. Timot. 6.
sicuti est: Et q deus charitas est: & qui manet in charitate in deo manet & deus in illo manet: 1.Ioan.5.
Et q pacẽ & sanctificationẽ sectari debemus: sine qua nemo poterit videre deum: Et q corru 1.Ioan.3.
ptibile hoc & mortale corpus nostrũ in resurrectione cõmutabitur & induet in corruptionẽ 1.Ioan.4.
atq; immortalitatem: Et quia seminatur corpus animale: resurget corpus spiritale: trãsfigu- Hebrę.12.
rante dño corpus humilitatis nostræ: vt conforme faciat corpori gloriæ suæ: Et q deus fecit 1.Corin.15.
hoĩem ad imaginẽ & similitudinẽ suã: Et q spũ mẽtis nostræ renouamur in agnitione dei se-
cundũ imaginẽ eius q creauit nos. In his aũt & huiusmodi scripturarũ sanctarũ auctoritatib⁹ Phil.3.
pfidẽ ãbulãtes: q dato vel diuinitus adiuto intellectu spiritaliter profecerunt: & spiritalia spi- Gen.1.
ritalib⁹ cõparare potuerũt: viderũt melius videri mẽte q̃ corpore: & ea videri mẽte: q̃ nõ cõ Ephe.4.
tinent locis: nec q̃ locorũ interuallis separent: nec minora essent in pte q̃ in toto. Hinc est q fi-
ducialiter ille dicit: q nec in loco de⁹ videt: sed mũdo corde: nec corpalib⁹ oculis q̃rit: nec cir-
cũscribit visu: nec tactu tenet: nec audit affatu: nec sentit incessu. Vnde qa & indiuisibilis in
scripturis sanctis ei⁹ substãtia cõmendat: & visus esse a plurib⁹ p corp⁹ & corpalibus locis in
eisdẽ authoritatib⁹ inuenit: aut spũ quo corporales cernunt imagines: p aliquã licet incorpo
ream: tamẽ similitudinẽ corporis: sicut in somniis vel in extasi: secernit ille vir sanctus dei na-
turã ab huiusmodi visionibus: easq; dicit esse quas dei voluntas elegisset: nõ quas natura for-
masset. Facit eñ deus istas ex quibus vult: vt cui vult quãdo vult appareat: sua latente atq; in
se incõmutabiliter manente substantia. Si eñ voluntas nostra apud se manẽs & latens sine vl
la incõmutatiõe per quas se vtcũq; ostendat exprimit voces: quanto facilius de⁹ omnipotens
sua latente atq; incõmutabiliter manẽte natura: in qua voluerit specie potest cui voluerit ap-
M parere: qui ex nihilo creauit oĩa atq; in se manẽs innouat oĩa. Ad eã vero visionẽ qua videbi Ca.19.
mus deũ sicuti est: mũdanda corda cõmonuit. Quia eñ corpora cõsuetudine loquẽdi visibi-
lia nominant: propterea deus inuisibilis dicit ne corpus esse credatur: nõ quia corda munda
da suæ substantiæ contemplatiõe fraudant: cũ hic summa & magna merces deũ colentib⁹ &
diligentib⁹ promittatur: dicente ipso domino: qñ corporalibus oculis visibiliter apparebat:
& inuisibilẽ se contuendũ mundis cordibus promittebat: Qui diligit me diliget a patre meo: Ioan.14.
& ego diligã eũ: & ostendã meipsum illi. Hæc quippe natura eius æqualiter cũ patre inuisibi-
lis: sicut æqualiter incorruptibilis est: quæ sicut supra dictũ est: cõtinuatim aplus posuit: di-
uinã substantiã qua potuit hominibus pdicatione cõmendãs: quã si oculi corporales in resur
rectione mutata corporũ qualitate cõspiciũt: viderint qui hoc possint astruere: me plus mo-
uet illius sentẽtia: q nec in ipsa resurrectiõe hoc corporalibus oculis sed mundis cordib⁹ tri-
buit: & de spiritalis quidẽ corporis qualitate qd resurrecturis pmittit: vel discere aliquid ad
N huc vel quęrere nõ recuso. Si tamẽ de hac re disputãres illis vitiis carere possumus: quę plæ
rũq; studiis humanis & cõcertationib⁹ excitant: dũ supra q̃ scriptũ est vnus pro altero infle- Ca.20.
tur aduersus alterum: ne dum altercando quęrimus vestigare quomodo possit videri deus
ipsam pacem sanctificationemq; perdamus: sine qua nemo poterit videri deum: qd ipse auer
tat a cordibus nostris: vt ea suæ contemplationi munda reddat atq; custodiat. Illud tamen
quia non dubito: non requiro q dei natura nunq̃ videatur in loco. Iam vtrum possit huius
corporis oculis videri aliquid quod in loco nõ videtur ab eis qui valẽt differendo mõstrare:
cũ pace dilectionis audire paratus sum: & qd me mouet in cõmune conferre. Sunt enim qui-
dam qui deum ipsum omnino corpus esse præsumunt: putantes quicquid corpus nõ est: pror
sus nullam esse substantiam. Istos omnimodo auersandos censeo. Sunt aũt alii deũ quidem ip
sum corpus non esse minime dubitantes: sed ideo eos qui ad vitam æternam resurgent: etiam
per corpus deum visuros putant: quoniam talem sperant spiritalis corporis qualitatem: vt
etiam ipsa quæ caro fuerat spiritus fiat. Quod si ita est: quantum distet a superiori opinione:
& q̃ hoc sit tolerabilius, etiam si verum non sit: puto facillime iudicari. Primo quia multũ in-
terest: vtrũ de creatore an de creatura aliter aliquid sentiatur q̃ veritas habet. Deinde qa co-
natus mentis vtcũq; ferendus est: volentis corpus couertere in spm̃: non in corpus deum. Po-

stremo quia id quod ego in illa epistola mea dixi de istis nostræ carnis oculis: quia neq; nunc
possunt neq; tunc poterunt deū videre: etiā sic verū est. Nō eī dictū est nisi de oculis corpo-
ralibus qđ tūc nō erunt si corpus ipsum spūs erit: ac per hoc corporei oculi nunq̃ deum vide-
bunt: qa cū videbiť: spūs eū non corpus videbit. Tota igitur quęstio iam remansit de corpore
spiritali: quatenus induat incorruptionē & immortalitatem hoc corruptibile atq; mortale:
& quatenus ex animali in spiritale muteť. Quæ diligētius sollicitiusq; tractanda est: maxime
propter corpus ipsius dñi: q transfigurat corpus humilitatis nostræ: cōforme corpori glorię
suæ: vt possit sibi subiicere oīa. Cū eī & deus pater videat filiū & fili⁹ patrē: proculdubio nō
sunt audiendi q visionē nolūt tribuere nisi corporib⁹. Neq; eī dici fas est q filiū pater nō vi-
deat: aut & vt ipse videat corpore indut⁹ est: si non nisi ad corpus pertinet visus. Quid q in
Gen.1. ipso mundi exordio anteq̃ filio esset vlla forma serui suscepta: vidit deus lucem quia bona est:
& firmamentum & mare & aridam & omne foenum atq; omne lignum: solem: lunā: stellas: re
ptilia animarū viuarū: volatilia cæli: animā viuā: Postremo vidit deus omnia quæ fecit: & ec
ce bona valde! Quod cum per quasq; scilicet creaturas scriptura toties repetisset: miror vn-
de nata fuerit illa opinio: qua putatū est tantū ad corpora pertinere visionē. Quæ opinio: de
quocūq; loquendi more orta sit: scripturæ tamen sanctę non sic loqui solent: quæ nō nisi tan-
tū corpori: verūetiā spiritui: magisq; spiritui q̃ corpori tribuerent visionē: non prophetas p
1.Regū.9. prie videntes appellauissent: qui nō corpore sed etiam spiritu futura viderunt. Sed cogi- O
Ca.21. tandū est ne quid insolenter audiamus: si dixerimus corpus nō solum mortalitatē & corrupti
bilitatem: verumetiam hoc ipsum quod corpus est per gloriā resurrectionis amittere & spiri
tum fieri. Eo mō quippe aut cōduplicabitur substātia spūs si & corpus spūs erit: aut si verus
erit spūs hoīs ita vt commutato & conuerso in spiritū corpore: neq; geminatione neq; incre-
mento cōdupliceť: nec omnino vllius accessu quantitatis augeatur: metuendū est ne nihil ali-
ud dici videať q̃ corpora nō illa mutatione immortalia mansura: sed nulla potius futura &
omnino peritura. Quapropter donec diligēti inquisitiōe (si dominus adiuuerit) reperiatur
quid secūdū scripturas de spiritali corpore qđ in resurrectione promittitur: probabilius sen-
tiendū sit: interim nobis sufficiat q vnigenitus filius idemq; mediator dei & hominū homo
Christus Iesus: ita videt patrem sicut videtur a patre: Nos autem ad illam visionem dei quæ
nobis in resurrectione promittitur: nō ex hoc mundo istam cōcupiscentiā oculoꝝ transferre
conemur: sed mundandis cordibus pio studeamus affectu: nec corporalem faciem cogitem⁹:
1.Corin.13. cū dicit apostolus: Videmus nunc per speculum in ænigmate: tūc autem facie ad faciem: præ
sertim quia apostolus expressius dixit: Nunc scio ex parte: tunc autem cognoscam sicut & co
gnitus sum. Si ergo tunc corporali deum facie cognoscemus: corporali eius nunc facie cogni
ti sumus. Tunc enim cognoscam inquit sicut & cognitus sum. Vnde quis eum non intelligat
2.Corin.3. eo loco etiam nostram faciem illam significare voluisse: de qua dicit alio loco: Nos autem reue
lata facie gloriam domini speculantes: in eandem imaginem transformamur de gloria in glo
riam: tanq̃ a dñi spiritu: de gloria scilicet fidei: in gloriā contemplatiōis æternæ! Hoc quippe
agit hæc transformatio: qua interior homo renouatur de die in diem. De quo & apostolus
1.Petri.3. Petrus cum eum moneret ornari: non quæ a foris inquit ornantur capillorum incrispationi
bus: aut auro: aut margaritis: vel veste pretiosa: sed ille absconditus cordis homo: qui est ante
deum diues. In qua enim facie velamen habent Iudæi non transeundo ad Christum: quoniā
cum transierit quisq; ad Christum auferetur velamen: & nos facie reuelata in eandem imagi
nem transformamur. Apertissime autem dicit: velamen super corda eorum positum est. Ibi
est igitur facies: qua reuelata nunc in fide: q̃uis per speculum & in ænigmate contuemur:
Ca.22. tunc autem facie ad faciem. Quæ si approbas: tene mecum sancti viri Ambrosii sen- P
tentiam: iam non eius authoritate: sed ipsa veritate firmatam. Neq; enim & mihi propterea
placet quia per illius os potissimum me dominus ab errore liberauit: & per illius ministeriū
gratiam mihi baptismi salutaris indulsit: tanq̃ plantatori & rigatori meo nimium faueam:
sed quia de hac re & ipse hoc dixit: quod pie cogitanti & recte intelligenti loquitur etiam ille
qui incrementum dat deus. In ipsa ergo resurrectione non facile est deum videre: nisi his qui
Matth.5. corde sunt mundo. Et ideo beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Quantos bea-
tos iam numerauerat: & tamen videndi his deum non promiserat facultatem! Si ergo
hi qui mundo sunt corde deum videbunt: vtiq; alii non videbunt. Neq; indigni deum
videbunt: neq; is qui deum videre noluerit potest eum videre. Nec in loco deus videtur:

ſed mundo corde:nec corporalibus oculis deus quæritur: nec circūſcribitur viſu:nec tactu
tenetur:nec auditur affatu:nec ſentitur inceſſu:Et cū abſens putatur videtur:& cum pręſēs
eſt non videtur.Deniq; nec apoſtoli omnes Chriſtum videbant:& ideo ait: Tanto tempore Ioan.14.
vobiſcum ſum & adhuc me nō cognouiſtis?Qui enim cognouit quæ ſit latitudo:& longitu-
do:& altitudo:& profundū:& ſupereminentē ſcientiæ charitatem Chriſti: vidit & Chriſtū:
vidit & patrem.Nos enim iam ſcđm carnē nō nouimus Chriſtū: ſed ſcđm ſpiritū.Spiritus 2.Corin.5.
enim ante faciem noſtram Chriſtus dominus:qui nos in omnem plenitudinē dei mīa ſua im Threñ.4.
plere dignetur:vt videri poſſit a nobis.Hæc verba ſancti viri:quæ non carnalia ſed ſpiritalia
ſunt:inquantū intelligis & vera eſſe:nō quia ipſe dixit:ſed quia veritas ſine ſtrepitu clamat:
agnoſcis:intantū intelligis vnde adhęreas domino:teq; ipſam intrinſecus præparas in corpo
ralem locū manſionis eius ad audiendū ſilentiū narrationis eius: & videndā inuiſibilem for-
mā eius.Beati enim mundo corde:quia ipſi deū videbūt.Non tamē eis ſicut corpus ex aliquo
loci interuallo apparebit:ſed cū venerit ad eos & manſionē fecerit apud eos:quoniā ſic imple
buntur in omnē plenitudinē dei.non tamen fuerint & ipſi plenus deus:ſed cū perfecti fuerint
pleno deo.Si autē non niſi corpora cogitamus:& nec illud ſaltē digne cogitare poſſumus:vñ
vel ipſa corpora cogitem⁹:non quæramus quid aduerſum nos ipſos loquamur:ſed ab hac po
tius carnali conſuetudine orando:& in anteriora nos extendendo corda mundemus. Vt em̄
non tantū qđ beatus Ambroſius:verūetiam qđ beatus Hieronymus dicam:nō ſolum patris
diuinitatē:ſed nec filii quidē:nec ſpūſſancti:quia vna in trinitate natura eſt:poſſūt oculi car-
nis aſpicere ſed oculi mentis.De quibus ipſe ſaluator ait:Beati mundo corde quia ipſi deum
videbunt.Nāq; ſicut alibi idem Hieronymus breuiter ac veraciter definiuit: res incorpora-
lis corporalibus oculis non videtur.Has ſententias de re tanta viroꝝ tantorū non ob hoc in-
terponere volui:vt cuiuſq; hominis ſenſum tanq̄ ſcripturæ canonicæ authoritatem ſequen
dā arbitreris:ſed vt illi qui aliter ſapiunt conentur mente videre quod verum eſt:& in ſimpli
citate cordis quærere deū:ne tam doctos diuinoꝝ eloquiorū tractatores temere reprehēdāt.
Nec te moueat qđ a quibuſdam min⁹ cōſyderate dicit: Quid tūc videbunt oculi corporales
ſi deum nō videbunt?an forte cæci erunt vel ſine cauſa erunt? Neq; enim attendunt qui hæc
loquuntur: quia ſi nō erunt corpora:profecto non erūt illi oculi corporales. Si autem erunt
corpora:erit qđ videre poſſint oculi corporales.Sed hęc iam ſatis dicta ſint:quæ ab initio hu
ius opuſculi mei diligenter lecta & relecta cōſyderans:ſine vlla fortaſſe dubitatione perſpici 22. de Ciui.
es:ad videndū deū per eius auxiliū cor mundū te debere præparare.De corpore vero ſpirita dei.ca.29.
li ſi dominus iuuerit: opere alio experiemur quid diſputare valeamus.

Beati Auguſtini ad Romanianū:rationem cur in pellicula ad eū ſcripſerit reddentis: gra
tumq; habētis q̄ ſe gaudii domeſtici participē facere voluerit. Epiſtola.CXIII.

NOn hæc epiſtola ſic inopiam chartę indicat:vt membranas ſaltem abunda-
re teſtetur. Tabulas eburneas quas habeo auunculo tuo cū literis miſi. Tu
enim huic pelliculæ facilius ignoſcis:quia differri non potuit qđ ei ſcripſi:
& tibi non reſcribere etiam ineptiſſimum exiſtimaui.Sed tabellas ſi quę ibi
noſtræ ſunt:propter huiuſmodi neceſſitates: mittas peto. Scripſi quidē de
catholica religione quantum dominus dare dignatus eſt:qđ tibi volo ante 1.Retrac.12.
aduentū meum mittere:ſi charta interim non deſit. Tolerabis enim qualē
cunq; ſcripturā.Et officina maioꝝ de codicib⁹ pręter libros de oratore:totum mihi excidit.
Sed nihil ampli⁹ reſcribere potui q̄ vt ipſe ſumeres quos liberet: & nunc in eadē maneo ſentē
tia:Abſens enim quid plus faciam:non inuenio.Gratiſſimū mihi eſt:q̄ in vltima epiſtola me
participem domeſtici tui gaudii facere voluiſti.Sed me ne ſalis placiti vultū fluctuſq; quietos
ignorare iubes?q̄q̄ nec me iubeas:nec ipſe ignoras.Quare ſi ad melius cogitandum quies ali- Vir.5.ęnei.
qua data eſt:vtere diuino beneficio.Nec enim debemus nobis cū iſta proueniunt: ſed illis per
quos iſta proueniunt gratulari:quoniam iuſta & officioſa:& pro ſuo genere pacatior atq; trā
quillior rerum temporalium adminiſtratio recipiendorum æternorū meritū gignit: ſi non
teneat cum tenetur:non multiplicet cum multiplicatur:ſi non cum pacatur inuoluat.Ipſius
enim veritatis oredictum eſt:Si in alieno fideles non fuiſtis: quod veſtrum eſt quis dabit vo-
bis? Laxatis ergo curis mutabilium rerum:bona ſtabilia & certa quæramus: ſi peruolemus Lucę.16.
terrenis operibus noſtris.Nam in mellis copia:non fruſtra pennas habet apicula:necat enim
hærentem.

Nebridii ad Beatum Augustinum:illum se amare:illi seruire atq̃ inhærere obtestantis.
Epistola.CXIIII.



Tra ne est mi Augustine:fortitudinem ac tolerantiã negotiis ciuiũ præ- R
stas?needum tibi redditur illa exoptata cessatio?Quæso qui te tam bonum
homines interpellant?credo qui nesciunt quid ames:quid cõcupiscas. Nul
lus ne tibi est amicorum qui eis amores referat tuos?Nec Romanianus nec
Lucianus me certe audiant.Ego clamabo ego testabor te dominum amare:
illi seruire atq̃ inhærere cupere. Vellem ergo te in ius meum vocare : ibi-
q̃ acquiescere. Non enim timebo me seductorem tuum dici ciuibus tuis:
quos nimium amas:& in quibus nimium amaris.

Beati Augustini ad Nebridium:epistolis suis respõdendo eũ consolantis: & quæstioni
qua pcõtatur: quomodo fiat vt nobis a superioribus potestatibus vel a dæmonibus:&
cogitatiões quædam inserantur & somnia: Illi quoq̃ qua quærit vtrum summa illa ve
ritas & summa sapientia &c.generaliter hominis: an etiam vniuscuiusq̃ nostrum rati
onem cõtineat:satisfacientis. Epistola.CXV.



Vanq̃ mei animi cognitor sis:fortasse tamẽ ignoras quantũ velim præsen-
tia tui frui. Verũ ob tam magnũ beneficiũ deus qñq̃ pstabit. Legi tectis S
simã epistolam tuã: in qua de solutione questus es: & quadã desertione a fa
miliarib⁹ tuis:cũ quibus vita dulcissima est. Sed quid aliud hic tibi dicã:
nisi qđ te nõ dubito facere?Cõfer te ad tuũ animũ: & illum in deũ leua quã
cũ potes.Ibi eñ certius habes: & nos nõ per corporeas imagines:quib⁹ nũc
in recordatione vti necesse est:sed per illã cogitationẽ qua intelligis nõ lo-
co esse nos simul. Epistolas tuas cũ cõsyderarẽ:quibus nõ dubiũ tibi quęrenti magna respõ
di:vehementer me illa terruit qua percontatis quo fiat: vt nobis a superioribus potestatib⁹
vel a dæmonib⁹ & cogitatiões quędã inserant & somnia. Magna eñ res est:cui tu quoq̃ p
tua prouidẽtia prospicis:non epistola:sed siue præsenti locutione:aut aliquo libello respondẽ
dũ esse. Tentabo tñ callens ingeniũ tuũ quidẽ quęstiõis vsus lumina præseminare: vt aut cer
ta tecũ ipse cõtexas:aut posse ad rei tantę probabilẽ inuestigationẽ puenire minime desperes
Arbitror enim omnẽ motũ animi aliquid facere in corpore.Id aũt vsq̃ ad nostros extre sen T
3. de Gen. sus:tam hebetes tamq̃ tardos:cũ sint maiores animi motus:velut cum irascimur: aut tristes
ad literã ca. aut gaudentes sumus.Ex quo licet cõuincere:cũ etiã cogitamus aliqd:neq̃ id nobis in nostro
9.&.10.&.11. corpore apparere:tñ posse aereis æthereisve animantibus:quorũ & sensus acerrimus & in cu
ius cõparatione noster nec sensus quidẽ putandus est.Igiť ea q̃ vt ita dicã vestigia sui motus
animus fingit in corpore:põt & manere & quendã quasi habitũ facere: q̃ latenter cũ agitata
fuerint & cõtrectata:scđm agitãtis & cõtrectantis voluntatem: ingerũt nobis cogitationem
& somnia:atq̃ id fit mira facilitate.Si enim nostrorũ corporũ terrenorũ & tardissimorũ exer-
citationes agendi organis musicis seu influminabulo cæterisq̃ huiusmodi spectaculis innu-
merabilibus ad q̃dã incredibilia peruenisse manifestũ: nequaq̃ est absurdũ: eos qui aereo vel
2. de Gene. æthereo corpore aliquid in corporibus agunt: quæ naturali ordine penetrant:longe maiore
ad literã.ca. vti facilitate ad mouendũ quicquid volunt:nõ sentientibus nobis: & tñ inde aliquid perpeti
12.&.14. & entibus.Neq̃ eñ etiam quomodo fellis abũdantia nos ad irã crebriores sentim⁹:& tamen co V
17. gat cũ hæc ipsa quã dixi abundantia facta sit irascentibus nobis.Sed hoc aut si non vis simile
nobis prætereunt accipere versa id cogitatione quantũ potes. Nam si animo existat assidue
aliqua difficultas agendi atq̃ implendi quod cupit:assidue irascimur.Ita est aũt quantũ mea
fert opinio:turbulent⁹ appetit⁹ auferendi ea q̃ facilitatẽ actiõis impediunt. Itaq̃ plerũq̃ nõ
hoib⁹ tantũ:sed calamo irascimur in scribẽdo eumq̃ collidimus atq̃ frãgimus: Et aleatores
tesseris:& pictores e nihilo:& cuiq̃ instrumẽto quilibet ex quo difficultatẽ se pati arbitratur
Hac autem assiduitate irascendi fel crescere medici affirmant.Cremẽto aurẽ fellis rursus &
facile ac prope nullis causis existentibus irascimur:Ita quod suo motu animus fecit in corpo-
re ad eũ rursus cõmouendũ valebit.Possunt latissime ista tractari:& multis rerũ testimoniis X
ad certiorẽ pleniorẽq̃ perduci notitiam. Sed huic epistolæ adiunge illam quã tibi nuper de
imaginibus & de memoria misi: & eam diligẽtius pertracta. Nã minus plene a te intellecta:
rescripto tuo mihi apparuit.Huic ergo quã nunc legis:cum adiunxeris de illa qđ dictum tibi
est de naturali quadã facultate animi minuentis & augentis cogitationẽ: quod libet fortasse

r

etiam formæ corporũ quas nunq̃ vidimus vel cogitãdo apud nos vel somniando figurantur:
tametsi actus animi nullo modo est his quas videmus comparãdus. Si autem animum ita vt
æquum est:animo conferas:magis idem vel cogitare vel contẽplari:aut si aliquid aliud cõmo
dius dicitur:si vllus ei inest animus:sydera q̃ homines cõsyderãda sunt. Cęterum in corporũ
motibus:si vt soles diligenter attẽdas:nihil omnino a duob9 idem fieri potest. An tu cũ deam-
bulamus simul satis idem nos agere existimas? absit a prudentia tua. Septẽtrioni nãq; vicinior
nostrum qui deambulat: aut alterũ pari motu antecedat:aut tardius ingrediatur necesse est:
neutrum tamen sentiri potest. Sed tu ni fallor quid intelligamus nõ quid sentiamus expectas.
Q; si ab axe in meridiem tendamus:coniuncti nobis atq; inhærẽtes quãtum valemus:innita-
murq; marmori lęui & æquali vel etiam ebori: tamẽ non potest esse amborum idem motus:q̃
venæ pulsus:q̃ forma:q̃ facies. Remoue nos & pone aliã prolem:nihil egeris. Quippe his etiã
si in illis geminis tanta est necessitas:vt prope moueantur:quanta fuit vt singuli nascerentur?
At enim hoc inquies rationem tantum. Q; autẽ sol ab astris differt:sensibus etiam clarũ atq;
manifestũ:si magnitudinẽ me cogis despicere. Nosti de interuallis q̃ multa dicãtur:& ad quã-
tum incertum perspicuitas ista reuocetur. Sed vt cõcedam illa esse vt apparet:sic enim & cre-
do: cuius tandem & sensum fefellit illa proceritas ne septem pedes longiores q̃q̃ sex lõgissima
cui te credo nimiũ hominem æqualem : & cum minime reperisses vsq; in eius formã nostram
epistolam tendere voluisse? Quare cum in terris quoq; tale aliquid existat:nihil de cælo puto
esse mirandũ. Si autem te mouet:q; pręter solem nullius syderis lumen implet diem: Quis
quæso de hominibus tantus apparuit q̃ homo ille quem deus suscepit longe aliter q̃ cæteros
sanctos atq; sapientes? Quem si cum aliis hominibus esse conferas:maiore distantia cõtinetur
q̃ collatione solis cætera sydera. Quã sane similitudinem diligenter intuere. Fieri enim potest
mente qua extolleris: vt quandã quæstionẽ de homine Christo ad id propositam transeuntes
Y dissolueremus. Item quæris:vtrũ summa illa veritas & summa sapiẽtia:forma verbum:per
quã facta sunt omnia:quẽ filium dei vnicum sacra nostra prophetantur:generaliter hominis:
an etiam vniuscuiusq; nostrum rationem contineat. Magna quęstio: Sed mihi videtur q̃d ad
hominem faciendum attinet:hominis quidẽ tantum:nõ meam vel tuam ibi esse rationẽ. Q̃d
autem ad orbem tẽporis:varias hominũ rationes in illa syncęritate viuere:verum hoc cũ ob-
scurissimũ sit qua similitudine illustrari possit ignoro:nisi forte ad artes illas quæ sunt in ani-
mo nostro cõfugiendum. Nam in disciplina metiendi vna est anguli ratio:alia quadrati. Itaq;
quotiẽs demonstrare angulum volo:non nisi vna ratio anguli mihi occurrit: Sed quadratum
nequaq̃ scriberem:nisi quatuor simul angulorum rationẽ intuerer. Ita quilibet homo vna ra-
tione qua homo intelligitur/factus est: at vt populus fiat:q̃uis & ipsa vna ratio:non tamen ho
minis ratio sed hominum. Si ergo pars huius vniuersi est Nebridius sicut est:& omne vniuer
sum partibus cum sit:non potuit vniuersi conditor deus partium rationem nõ habere. Quã-
obrem q; primũ hominum ibi ratio est:nõ ad ipsum hominem pertinet:q̃q̃ miris rursum mo-
dis ad vnum omnia redigantur. Sed tu id commodius cogitabis. His contentus sis interim
peto:q̃q̃ non excesserim veniam.

Beati Augustini ad Nebridium:literis eius vbi ipsum arguit q; consulere negligat
vt vna secum viuere liceat:respondentis: Simul etiam ostendentis quo pacto ad hoc
perueniri possit vt syncęrum illud bonum gustetur atq; ametur. Epistola.CXVI.

Z Vnq̃ æque quicq̃ tuarum inquisitionũ me in cogitãdo tenuit æstuantem:
atq; illud q̃d recentissimis literis tuis legi:vbi nos arguis:q; consulere negli
gamus:vt vna nobis viuere liceat. Magnum crimẽ:& nisi falsum esset:peri-
culosissimũ. Sed cum probabilis ratio demonstrare videatur:hic nos potius
q̃ Carthagini vel etiam in rure ex sentẽtia posse degere: quid tecum agam
mi Nebridi:prorsus incertus sum. Mittatur ne ad te accommodissimũ tibi
vehiculum? non bastarna innoxie te vehi posse noster Lucinianus auctor est. Ad matrem co-
gito:vt quę absentiam sani nõ ferebat:imbecilli multominus esse laturam. Veniam ne ipse ad
vos? At hic sunt qui neq; venire mecum queant:& quos deserere nefas putem. Tu enim potes
& apud tuam mentẽ suauiter habitare: hi vero vt idem possint satagitur. Vis eam ne crebro
& redeam:& nunc tecum: nunc cum ipsis sim? at hoc neq; simul ex sententia viuere est. Non


enim breuis est via:sed tanta omnino cuius peragendæ negotiũ sępe suscipere non fit ad optatum otium peruenisse. Huc accedit infirmitas corporis: qua ego quoq;(vt nosti)nõ valeo qđ volo:nisi omnino desinam quicq̃ plus velle q̃ non valeo. Profectiones ergo quas quietas & felices habere nequeas:per totam cogitare vitam: non est hominis de illa vna vltima quæ mors vocatur cogitantis:de qua vel sola intelligis vere esse cogitãdum. Dedit quidem deus paucis quibusdam:quos gubernatores ecclesiarum esse voluit: vt & illam non solum expectarent fortiter:sed alacriter etiam desyderarent:& earum obeũdarum labores sine vllo angore susciperent. Sed neq; his qui ad huiusmodi administrationes tẽporalis honoris amore raptantur: neq; rursum his qui cum sint priuati:negotiosam vitam appetunt:ob tantũ bonũ concedi arbitror : vt inter strepitus inquietosq; conuentus atq; discursus cum morte familiaritatẽ quã quærimus faciãt. Deificari enim vtrisq; in otio licebat. Aut si hoc falsum est: ego sum omniũ ne dicam stultissimus:certe ignauissimus:cui nisi proueniat quędam secura cessatio: syncęrũ illud bonum gustare atq; amare non possum. Magna successione a tumultu rerum labẽrium (mihi crede)opus est:vt non duritia:non audacia:non cupiditate inanis glorię:non superstitiosa credulitate fiat in homine nihil timere. Hinc enim fit illud etiam solitum gaudium: nullis omnino lætitiis vlla ex particula conferendum. Q; si in natura humana talis vita non cadit:cui aliquando euenit ista securitas:cur tanto euenit crebrius:quanto quis in mentis penetralibus adorat deum! cur in actu etiam humano plærunq; ista tranquillitas manet:si ex illo abdito ad agendum quisq; procedat! cur interdũ & cum loquimur mortem non formidamus:cum autẽ non loquimur etiam cupimus! Tibi dico:non enim hoc cuilibet diceretur: tibi inquam dico : cuius itinera in superna bene noui:tu ne cum expertus sæpe sis q̃ dulce viuat cum amori corporeo animus moritur: negabis tandem totam hominis vitam posse intrepidam fieri:vt rite sapiens nominetur : aut hanc affectionem qua ratio nititur tibi accidisse vnq̃ nisi cum intimis ageris asserere audebis! Quæ cum ita sint ; restare vnum vides : vt tu quoq; in commune consulas quo viuas simul. Quid enim cum matre agendum sit: quam certe frater Victor non deserit:tu multo melius calles q̃ ego. Alia scribere ne te ab ista cogitatione verterem nolui.

Beati Augustini ad Nebridium:epistolæ qua petit vt tãto otio suo indicet quid insensibilis atq; intelligibilis naturæ discernentia profecerit:respondentis. Epistola.CXVII.



Mirum admodum est q̃ mihi præter spem euenerit:ĩq; cum requiro quibus 9
epistolis tuis mihi respondendum remanserit: vnam tantum inueni: quæ me adhuc debitorem teneret.quacunq; petis: vt tanto nostro otio quãtum esse arbitraris tecum aut nobiscũ cupis: indicem⁹ tibi quid insensibilis atq; intelligibilis naturæ discernentia profecerimus. Sed non arbitror occultum tibi esse si falsis opinionib⁹ tanto quisq; inseritur:quãto magis in eis familiariusq; volutatur : multo id facilius in rebus veris animo accidere. ita tamen paulatim non per hominem proficimus. Quippe cum plurimum inter puerum & iuuenem distet:nemo a pueritia quotidie interrogatus se aliquando iuuenem dicet. Qđ nolo in eam partem accipias:vt nos in his rebus quasi ad quandam mentis iuuentutem firmioris intelligentiæ robore peruenisse existimes:Pueri enim:sed(vt dici assolet)forsitan belli:& non male. Nã plærsq; perturbatos & sensibilium plagarum curis refertos: illa notissima ratiuncula in respiratione leuet mentem atq; intelligentiam oculus: & hoc vulgari aspectu esse meliorem:qđ non ita esset: nisi magis essent illa quæ intelligimus q̃ ista quę cernimus. Cui ratiocinationi vtrum nihil valide inimicum sit:peto mecum consideres. Hæc ego interim recreatus cum deo in auxilium deprecationem & in ipsum & in ea quæ verissime vera sunt attolli coepero. Tanta nonnunq̃ rerum manentium præsumptione compleor: vt mirer interdum illa mihi opus esse ratiocinatione vt hic esse credam:quæ tanto insunt præsentia quanto sibi quisq; sit præsens. Recole tu quoq; : nam te fateor huius rei esse diligentiorem : ne quid forte nesciens rescriptis adhuc debeam. Nam mihi conficit fidem tam multorum onerum quæ aliquando numeraueram : tam repentina depositio : q̃uis te accepisse literas meas non dubitem:quorum rescripta non habeo.

Beati Augustini ad Ianuariũ: inquisitionibus eius de quibusdam ecclesiasticis obseruatio-
nibus respondentis: certaq; ratione diffinientis circa singula quid faciendũ sit: Et q; generali-
ter id quod neq; contra fidem neq; contra bonos mores iniungitur: indifferenter sit haben-
dum: ac pro eorum inter quos viuitur / societate: seruandum. Epistola.CXVIII.



A Dilectissimo filio Ianuario: Augustin⁹ in domino salutem. Ad ea quæ me in- 2.Retra.20.
terrogasti: mallem prius nosse quid interrogatus ipse responderes. Ita enim Ca.1.
vel approbando vel emẽdando responsiones tuas / multo breuius possem re
spondere: & te facillime aut confirmare aut corrigere. Hoc quidem vt dixi
mallem. Sed tamen vt nunc responderem: malui longiorem facere sermonẽ
q̃ dilationem. Primo itaq; tenere te volo quod est huius disputationis ca
put: dominũ nostrũ Iesum Christũ: sicut ipse in euangelio loquitur: leni iu- Matth.xi.
go suo nos subdidisse & sarcinæ leui. Vnde sacramentis numero paucissimis: obseruatione fa
cillimis: significatione prestantissimis: societatẽ noui populi colligauit: sicuti est baptism⁹ tri-
nitatis nomine consecratus: cõmunicatio corporis & sanguinis ipsius: et si quid aliud in scri-
pturis canonicis cõmendatur: exceptis his quæ seruitutẽ veteris pro cõgruentia cordis illo-
rum & pphetici tẽporis onerabãt: quæ & in quinq; libris Moysi legũtur. Illa autẽ quę nõ scri- Dist.12.illa.
pta sed tradita custodimus: quę quidẽ toto terrarũ orbe obseruãtur: datur intelligi: vel ab ip-
sis apostolis: vel plenariis cõciliis: quorũ est in ecclesia saluberrima authoritas: cõmẽdata atq;
statuta retineri: sicuti q; domini passio: & resurrectio: & ascensio in cælũ: & aduentus de cælo
spiritussancti: anniuersaria solẽnitate celebrãtur: Et si quid aliud tale occurrerit qđ seruat̃ ab
B vniuersis quacunq; se diffundat ecclesia. Alia vero quæ per loca terrarum regionesq; va- Ca.2.
riantur: sicuti est q; alii ieiunant sabbato: Alii vero non: Alii quotidie cõmunicant corpori & De eccl'iasti
sanguini dominico: Alii certis diebus accipiũt: Alibi nullus dies intermittitur quo non offe- cis dogma-
ratur: Alibi sabbato tantũ & dominico: Alibi tantũ dominico: Et si quid aliud huiusmodi ani tibus.ca.22.
maduerti potest: totũ hoc genus rerum liberas habet obseruationes: Nec disciplina vlla est in
his melior graui prudẽtiq; christiano: q̃ vt eo modo agat quo agere viderit ecclesiam ad quã-
cũq; forte deuenerit. Quod enim neq; contra fidem: neq; cõtra bonos mores iniungitur: indif
ferenter est habendũ: & pro eorũ inter quos viuitur societate seruandum est. Credo te ali-
quãdo ex me audisse: sed tamẽ etiam nunc cõmemoro. Mater mea Mediolanum me cõsecuta:
inuenit ecclesiam sabbato non ieiunantem: cœperat perturbari & fluctuare quid ageret: Tũc
ego talia non curabam: sed propter ipsam cõsului de hac re beatissimæ memoriæ virũ Ambro
sium: Respondit se nihil docere me posse: nisi qđ ipse faceret: quia si melius nosset id potius ob
seruaret. Cũq; ego putassem nulla reddita ratione authoritate sola sua nos voluisse admonere
ne sabbato ieiunarem⁹: subsecutus est: & ait mihi: Cum Romã venio ieiuno sabbato: cum hic
sum non ieiuno: Sic etiam tu: ad quam forte ecclesiam veneris eius morem serua si cuiq̃ non
vis esse scandalo nec quenq̃ tibi. Hoc cum matri renuntiassem: libenter amplexa est. Ego vero
de hac sententia etiam atq; etiã cogitans: ita semper habui: tanq̃ eam cælesti oraculo suscepe-
rim. Sensi enim sæpe dolens & gemens multas infirmorum perturbationes fieri: per quorũ-
dam fratrum contentiosam obstinationẽ & superstitiosam timiditatẽ: qui in rebus huiusmo-
di quæ neq; scripturæ sanctæ authoritate: neq; vniuersalis ecclesiæ traditione: neq; vitæ corri
gendæ vtilitate ad certum possunt terminũ peruenire: tantum quia subest qualiscũq; ratioci-
natio cogitantis: aut quia in sua patria sic ipse consueuit: aut quia ibi vidit vbi peregrinatio-
nem suam quo remotiorem a suis: eo doctiorem factam putat: tam litigiosas excitant quęstio-
C nes: vt nisi qđ ipsi faciunt nihil rectum existimẽt. Dixerit aliquis non quotidie accipiendam Ca.3.
eucharistiam. Quęsieris quare? Quoniam inquit eligendi sunt dies quibus purius homo con De cõse.di-
tinentiusq; viuit: quo ad tantum sacramentum dignus accedat. Qui enim manducauerit in- sti.2.ca.quo
digne: iudicium sibi manducat & bibit. Alius contra: Immo inquit: si tanta est plaga pecca- tidie.
ti atq; impet⁹ morbi vt medicamẽta talia differẽda sint: authoritate antistitis debet quisq; ab 4. senten.
altario remoueri ad agendam pœnitentiam: & eadem authoritate reconciliari. Hoc est enim distinc.12.
indigne accipere si eo tempore accipiat quo debet agere pœnitentiam: nõ vt arbitrio suo cum ca.vltimo.
libet vel auferat se cõmunioni vel reddat. Cæterum si peccata tanta non sunt vt excõmunicã- 1.Corin.11.
dus quisq; homo iudicetur: non se debet a quotidiana medicina dominici corporis separare.
Rectius inter eos fortasse quisq̃ dirimit litem: qui monet vt præcipue in Christi pace per-

De cõse.di- maneant. Faciat autem vnusquisq; qd secundũ fidem suam pie credit esse faciendum. Neuter
stinc.2. enim eorum exhonorat corpus & sanguinem domini: si saluberrimũ sacramentum certatim
ca.quotidie honorare contendunt. Neq; enim litigauerunt inter se: aut quisq̃ eorum se alteri præposuit:
Luce.19. Zacheus & ille Centurio: cum alter eorum gaudẽs in domũ suam susceperit dominum: alter
Matth.8. dixit: Non sum dignus vt intres sub tectum meum: Ambo saluatorem honorificantes diuer-
2.Retra.20. so & quasi contrario modo: ambo peccatis miseri: ambo misericordiã consecuti. Valet etiã
ad hanc similitudinem: q; in primo populo vnicuiq; manna secundum propriam voluntatem
in ore sapiebat: sic in ore cuiusq; christiani sacramentũ illud quo subiugatus est mundus. Nã
& ille honorando non audet quotidie sumere: & ille honorando non audet vllo die prætermit-
tere. Contemptum solum non vult cibus ille sicut manna fastidium. Inde enim & apostolus
indigne dicit acceptum ab eis qui non discernebant a cæteris cibis veneratione singulariter
1.Corin.11. debita. Continuo quippe cũ dixisset: Iudicium sibi manducat & bibit: addidit vt diceret: Non
diiudicans corpus. qd satis toto ipso loco in epistola ad Corinthios prima: si diligenter atten-
Ca.4. datur: apparet. Sit aliquis peregrinus in eo forte loco vbi perseuerãtes in obseruatiõe qua- D
dragesimæ: nec quinta sabbati lauant: relaxantq; ieiuniũ: Non (inquit) hodie ieiunabo: Quæ-
ritur causa: Quia non fit (inquit) in patria mea: Quid aliud ille nisi consuetudinẽ suam con-
suetudini alterius præponere conatur? Non enim mihi de libro dei hæc recitaturus est: aut
vniuersæ quacunq; dilatatur ecclesiæ plena voce certabit: aut ostendet istum contra fidem fa-
cere: se autem secundum fidem: moresq; hunc optimos aut illum violare: aut se custodire con-
uincet. Violant sane quietem & pacem suam de superflua quæstione rixando. Mallem tamen
in rebus huiusmodi vt & ille in huius & hic in illius patria ab eo qd cæteri faciunt non abhor-
reret. Si vero etiam in aliena patria cũ peregrinetur vbi maior & frequentior est populus dei:
vidit (verbi gratia) bis offerre quinta sabbati hebdomadæ vltimæ quadragesimæ & mane &
ad vesperam: veniensq; in patriã suam vbi fine diei mos est offerri: male illiciteq; fieri conten-
dat: quoniã alibi aliter ipse viderit: puerilis est sensus ille: cauendus in nobis: tollendus & cor-
Ca.5. rigẽdus in nostris. Prima ergo inquisitio tua quã in cõmonitorio posuisti: ex quo triũ isto- E
rum genere sit attende. Quæris enim his verbis quid per quintã feriam vltimæ hebdomadis
paschæ fieri debeat: An offerendũ sit mane: & rursus post cœnã: propter illud qd dictum est:
Similiter postq̃ cœnatũ est: An ieiunandũ: & post cœnam tantũmodo offerendũ: An etiam ie-
iunandum & post oblationem sicut facere solemus cœnãdum. Ad hæc itaq; ita respondeo: vt
quid horum sit faciendũ si diuinæ scripturæ præscribit authoritas: non sit dubitãdum quin
ita facere debeamus vt legimus: vt iam non quomodo faciendũ: sed quomodo sacramentũ in-
telligendũ sit disputemus. Similiter etiã si quid horum tota die per orbem frequẽtat ecclesia.
Nam hoc quin ita faciendũ sit disputare: insolentissimæ insaniæ est. Sed neq; hoc neq; illud est
in eo qd tu quæris. Restat igitur vt de illo tertio genere sit qd per loca regionesq; variatur.
Faciat ergo quisq; qd in ea ecclesia in quam venit inuenerit. Non enim quicq̃ eorum contra fi-
dem est: aut contra mores: si hinc vel inde meliores. His enim causis: id est aut propter fidem:
aut propter mores: vel emendari oportet qd perperam fiebat: vel institui quod nõ fiebat. Ipsa
quippe mutatio consuetudinis: etiã quæ adiuuat vtilitate: nouitate perturbat. Quapropter
quæ vtilis non est perturbatione infructuosa: consequẽter noxia est. Nec ideo putari debet in-
stitutum esse multis locis vt illo die post refectionem offeratur: quia scriptũ est identidem: Et
calicem accipiens post cœnam dicẽs: & cætera. Ipsam enim potuit appellare cœnam: quia iam
1.Corin.11. corpus acceperant: vt deinde calicem acciperent. Apostolus nãq; alibi dicit: Conuenientibus er-
go vobis in vnum: non est dominicam cœnam manducare: hanc ipsam acceptionẽ eucharistiæ
Ca.6. dominicã cœnam vocans. Illud magis mouere potuit homines: vtrum iam refecti die illa F
Matth.26. vel offerrent vel sumerent eucharistiã: qd in euangelio dicitur: Cum autem illi manducarẽt:
accepit Iesus panem & benedixit: cum etiam superius dixisset: Cum sero factum esset: recumbe-
bat cum duodecim: & manducãtibus eis dixit: Quoniam vnus ex vobis me tradet. Post enim
De cõse.di- tradidit sacramentum: Et liquido apparet: quando primũ acceperunt discipuli corpus & san-
st.2.liqdo. guinem domini: non eos accepisse ieiunos. Nunquid tamen propterea calumniandũ est vni-
4.sentẽ.dis. uersæ ecclesiæ q; a ieiunis semper accipitur? Ex hoc enĩ placuit spirituisancto: vt in honorẽ tan-
8.ca.hic aũt ti sacramenti in os christiani prius dominicum corpus intraret q̃ cæteri cibi. Nam ideo per
vniuersum orbem mos iste seruatur. Neq; enim quia post cibos dedit dominus: propterea
pransi aut cœnati fratres ad illud sacramentum accipiendum conuenire debent: aut sicut fa-

ciebant quos apostolus arguit & emendat:mensis suis ista miscere. Nanq; saluator quo vehementius commendaret mysterii illius altitudinem:vltimum hoc voluit infigere cordibus & memoriæ discipulorum:a quibus ad passionem digressurus erat. Et ideo non præcepit quo deinceps ordine sumeretur: vt apostolis/per quos ecclesias dispositurus erat/seruaret hunc locum. Nam si hoc ille monuisset:vt post cibos alios semper acciperetur:credo q; eum morem nemo variasset. Cum vero ait apostolus de hoc sacramento loquens: Propter quod fratres cum conuenitis ad manducandum inuicem expectate: Si quis esurit domi manducet: vt non ad iudicium conueniatis: statim subtexuit: Cætera autem cum venero ordinabo. Vnde intelligi datur:quia multum erat vt in epistola totum illum agendi ordinem insinuaret:quem vniuersa per orbem seruat ecclesia: ab ipso ordinatum esse: qđ nulla morum diuersitate variatur. 1.Cori.11.

G Sed nonnullos probabilis quędam ratio delectauit:vt vno certo die per annum quo ipsam cœnam dominus dedit:tanq̃ ad insigniorem commemorationem/post cibos offerri & accipi liceat corpus & sanguis domini. Honestius autem arbitror ea hora fieri: vt qui etiam ieiunauerit: post refectionẽ quæ hora nona fit/ad oblationem possit occurrere. Quapropter neminem cogimus dominica illa cœna prandere:sed nulli etiam contradicere audemus. Hoc tamen non arbitror institutum:nisi quia plures & prope omnes in plærisq; locis eo die cœnare consueuerunt. Et quia nonnulli etiam ieiunium custodiunt: mane offertur Christo propter prandentes: quia ieiunia simul & lauacra tolerare non possunt: ad vesperam vero semper ieiunantes. Si autem quæris:cur etiam lauandi mos ortus sit: nihil mihi de hac re cogitanti probabilius occurrit: nisi quia baptizandorum corpora per obseruationem quadragesimæ sordidata cum offensione sensus ad fontem tractarentur nisi aliqua die lauarentur. Istum autem diem potius ad hoc electum quo cœna dominica anniuersarie celebratur. Et quia concessum est hoc baptismum accepturis: multi cum his lauare voluerunt:ieiuniumq; relaxare. His vt potui disputatis: moneo vt ea quæ prælocutus sum serues quantum potes:vt decet ecclesiæ prudentem ac pacificum filium. Alia quæ interrogasti: si deus voluerit alio tempore expediam. Ca.7.

Sancti Augustini ad Ianuarium:residuis quęstionibus eius respõdendo:causam reddentis cur anniuersarius dies celebrandæ dominicæ passionis non ad eundem redeat anni diem: sicut dies qua traditur natus: Et de ratione ac mysterio paschæ: syderum: sabbati: præceptorum decalogi: diei dominici: tridui crucifixi: sepulturæ: resurrectionis: quadragesimæ ieiuniorum: numeri quadragenarii ac quinquagenarii: diffuse & subtiliter differentis: Saluberrima quoq; regula iterum diffinientis quid de his quæ varie per diuersa loca obseruantur/sectandum sit:quid etiam resecandum.

Epistola.CXIX.

H Ectis literis tuis: vbi me commonuisti vt debitũ redderem de residuis enodandis quæstionibus: quas iam longe ante quęsiueras:gratissimum mihiq; charissimum desyderium studii tui amplius tolerare non potui. Et quis in mediis aceruis occupationum mearum/hanc feci pręcipuam:vt ad ea quæ me interrogasti responderem tibi. Diutius autem de tua epistola disputare nolo:ne hoc ipsum me impediat iam tandẽ redhibere quod debeo. Quæris quæ causa sit: cur anniuersarius dies celebrandæ dominicæ passionis: non ad eundem redeat anni diem: sicut dies qua traditur natus: Et deinde subiungis: si hoc fit propter sabbatum & lunam: quid sibi velit in hac re obseruatio sabbati & lunæ? Hic primum oportet: vt noueris diem natalem domini: non in sacramento celebrari: sed tantum in memoriam reuocari q; natus sit:ac per hoc nihil opus erit:nisi reuolutum anni diem quo ipsa res acta est:festa deuotione significari. Sacramentum est autem in alia celebratione: cum rei gestæ ita rememoratio fit:vt aliquid etiam significari intelligatur:quod sancte accipiendũ est. Eo itaq; modo agimus pascha:vt non solum in memoriam quod gestum est reuocemus:id est q; mortuus est Christus & resurrexit: sed etiam cætera quæ circa ea attestantur ad sacramenti significationem non omittamus. Quia enim sicut dicit apostolus: Mortuus est propter delicta nostra: & resurrexit propter iustificationem nostram: transitus quidem de morte ad vi- Ca.1. Roma.4.

tam in illa paſſione domini & reſurrectione ſacratus eſt. Nam etiã vocabulũ ipſum qđ paſcha
dicitur: non græcum: ſicut vulgo videri ſolet: ſed hebræũ eſſe dicunt: qui linguam vtrãq; no-
uerunt. Neq; enim a paſſione quoniã græce πάθειν dicitur pati: ſed ab eo ꝙ tranſitur vt dixi
de morte ad vitam: hebræo verbo res appellata eſt. In quo eloquio paſcha tranſitus dicitur: ſi-
cut perhibent qui hoc ſciunt. Quod voluit & ipſe dominus tangere cũ dicit: Qui credit in me
Ioan.5. tranſiet de morte ad vitam. Et maxime idem euangeliſta hoc exprimere voluiſſe intelligitur:
Ioan.13. cum celebraturo domino paſcha cum diſcipulis ſuis: vbi cœnam eis myſticam dedit: Cum vi
diſſet (inquit) Ieſus quia venit eius hora vt tranſiret de mũdo ad patrem. Tranſitus ergo de
hac vita mortali in aliam vitam immortalem: hic eſt enim de morte ad vitam: in paſſiõe & in
Ca.2. reſurrectione domini cõmendatur. Hic tranſitus a nobis modo agitur per fidẽ quę nobis eſt I
Gal.5. in remiſſionem peccatorum: in ſpem vitæ æternę: diligẽtibus deum & proximũ: quia fides per
dilectionem operatur: & iuſtus ex fide viuit. Spes autẽ quæ videt non eſt ſpes. Qđ enim videt
Abachuc.2 quis: quid ſperat? Si autẽ qđ non videmus ſperamus: per patientiam expectamus. Secundũ hãc
Roma.8. fidem: & ſpem: & dilectionem qua cœpimꝰ eſſe ſub gratia: iam cõmortui ſumus cum Chriſto:
Roma.6. & conſepulti illi per baptiſmũ: ſicut dicit apoſtolus: Quia & vetus homo noſter ſimul cõfixus
eſt cruci cũ illo: & reſurreximus cum illo: quia ſimul nos excitauit: & ſimul ſedere fecit in cæ-
Col.3. leſtibus. Vnde eſt & illa exhortatio: Si autem reſurrexiſtis cũ Chriſto: quæ ſurſum ſunt quæ-
rite: vbi Chriſtus eſt ad dextram dei ſedens: quæ ſurſum ſunt ſapite: non quæ ſuper terrã. Sed
quia ſequitur & dicit: Mortui enim eſtis & vita veſtra abſcõdita eſt cum Chriſto in deo: cum
Chriſtus apparuerit vita veſtra: tunc & vos apparebitis cum illo in gloria: ſatis indicat quid
velit intelligi: quia tunc tranſitus noſter de morte ad vitam / qui fit per fidem / ſpe peragitur fu
turæ in fine reſurrectionis & gloriæ: cũ corruptibile hoc: id eſt caro iſta in qua gemimus mo
1.Corin.15. do: induet incorruptionẽ: & mortale hoc induet immortalitatẽ. Nunc enim quidem iam ha-
bemus primitias ſpiritus per fidem: ſed adhuc in nobis ipſis ingemiſcimus adoptionem expe-
ctantes redẽptionem corporis noſtri. Spe enim ſalui facti ſumus. In hac ſpe cum ſumus: cor-
pus quidem mortuũ eſt propter peccatum: ſpiritus autem vita eſt propter iuſtitiam. Sed vi-
Roma.8. de qđ ſequitur: Si autem ſpiritus eius (inquit) qui ſuſcitauit Chriſtũ a mortuis habitat in vo
bis: qui ſuſcitauit Chriſtum a mortuis viuificabit & mortalia corpora veſtra per inhabitantẽ
ſpiritum eius in vobis. Hic igitur vniuerſa eccleſia quæ in peregrinatione mortalitatis inuen
ta eſt: expectat in fine ſæculi qđ in domini noſtri Ieſu Chriſti corpore præmõſtratũ eſt: qui eſt
Ca.3. ex mortuis primogenitus: quia & corpus eius cuiꝰ caput eſt ipſe: nõ niſi eccleſia eſt. Nõnul K
li enim attendentes verba quę aſſidue dicit apoſtolus: Quia & mortui ſumus cum Chriſto &
reſurreximus cum eo: nec intelligentes quatenus dicatur: arbitrati ſunt iam factam eſſe reſur
2.Timot.2. rectionem: nec vllam vlterius in fine temporũ eſſe ſperandã. Ex quibꝰ eſt (inquit) Hymenęus
& Philetus: qui circa veritatẽ aberrauerunt: dicẽtes reſurrectionem iam factam eſſe: & fidem
quorũdam ſubuerterunt. Idem apoſtolus eos arguens deteſtatur: qui tamẽ dicit nos reſurre-
xiſſe cũ Chriſto. Vnde? niſi quia hoc per fidem & ſpem & dilectionẽ factum eſſe dicit ĩ nobis ſe-
Roma.8. cundum primitias ſpiritus? Sed quia ſpes quę videtur nõ eſt ſpes: & ideo ſi qđ non videmꝰ ſpe
ramus: per patientiã expectamus: reſtat vtiq; redemptio corporis noſtri: quã expectãtes in no-
Roma.12. biſmetipſis ingemiſcimus. Vnde eſt illud: Spe gaudẽtes: in tribulatione patientes. Hęc igitur
innouatio vitæ noſtrę eſt quidã tranſitus de morte ad vitam: qui primo fit per fidem: vt in ſpe
gaudeamus: & in tribulatione patientes ſimus: dum adhuc exterior noſter homo corrũpitur:
2.Corin.4. ſed interior renouatur de die in diem propter initium nouæ vitæ: propter nouum hominem
1.Corin.5. quem iubemur induere & exuere veterẽ: Expurgantes vetus fermentũ vt ſimus noua cõſper
ſio: quoniã paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus. Propter hanc ergo vitę nouitatem: primus
menſis in anni menſibus celebrationi huic attributus eſt. Nam & ipſe dicitur menſis nouorũ.
Quia vero in toto tẽpore ſæculi nunc tertiũ tẽpus apparuit: ideo reſurrectio domini tridua-
na eſt. Primũ enim tẽpus eſt ante legem: ſecundũ ſub lege: tertiũ ſub gratia: vbi iam manifeſta
tio eſt ſacramẽti prius occulti in prophetico ęnigmate. Hoc ergo & in lunari numero ſignifi-
catur: quia enim ſeptenarius numerus ſolet in ſcripturis ad quãdam perfectionem myſticus
apparere: tertia hebdomada lunæ paſcha celebratur. id eſt qui dies occurrerit a quartadeci-
Ca.4. ma in viceſimãprimã. Eſt illic & aliud ſacramentũ: qđ ſi tibi obſcurũ fuerit: quia in talibus L
inquiſitionibus minus eruditus es: non contriſteris. Nec ideo me putes meliorem: quia hæc
Hiere.9. in ſtudiis puerilibus didici. Qui enim gloriatur: in eo glorietur (inquit) ſcire & intelligere:

quoniam ego sum dominus. Nonnulli ergo studiosi taliũ rerum quæsiuerũt multa de numeris & motibus syderũ: Et qui subtilius ista scrutati sunt: incrementa & decremẽta lunaria ex conuersione globi eius coniecerũt: non φ aliquid substantię vel accedat ei cũ augetur: vel decedat cũ minuitur. qđ delyramentũ imperiti manichęi opinãtes: repleri eã dixerũt: sicut repletur nauis ex fugitiua diei parte: quã cõmixtam principibus tenebrarũ & eorũ sordibus inquinatam corde ac ore sacrilego & credere & loqui nõ dubitant. Hinc ergo impleri lunam dicũt cũ magna pars diei magnis laboribus ab inquinamento purgata de toto mũdo atq; omnibus cloacis fugiens redditur deo lugenti dũ redeat: Repleri vero per mẽsem dimidiũ: & alio dimidio in solem refundi velut in aliã nauem. Nec tamẽ inter istas anathematizantes blasphemias aliquid vnq̃ fingere potuerunt: cur vel incipiens lucere vel desinens corniculato lumine fulgeat: aut cur a dimidio mense incipiat minui & non ad refundẽdũ plena pueniat. Illi autẽ qui hoc certis numeris indagarũt: ita vt & defectus solis & lunæ non solum cur fierent: sed etiam quãdo futuri erãt longe ante prædicerent: & eos determinatis interuallis temporũ canonica supputatione præfigerent: literisq; mandarent: quas modo qui legũt atq; intelligũt nihilominus eos prædicunt: nec aliter aut alias accidũt q̃ prædicunt. Tales ergo quib[9] non est ignoscẽdum: sicut sancta scriptura dicit: quia cum tantum valerent vt possent extimare secundũ deũ dominũ eius quem supplici pietate possent: facilius inuenerunt ex ipsis cornibus lunæ quæ a sole auersa sunt: siue crescentis: siue decrescentis: coniecerunt eam vel a sole illustrari: & quantomagis ab eo recederet: tantomagis ab ea parte quæ terris apparet radios eius excipere: quãto autem ad eum magis post dimidiũ mensem ex alio semicirculo propinquaret: tantomagis a superiori parte illustrata ab ea parte quam terris auerteret: non posse excipere radios: & propterea videri decrescere: vel si haberet suum lumẽ: illud haberet ex vna parte in hemisphęrio: quã partẽ cũ recedens a sole paulatim terris ostẽderet: donec coram ostẽderet: quasi augmẽta mõstrare dũ nõ addatur qđ deerat: sed pdatur: qđ inerat: ac rursus paulatim abscõdere quod patebat: & ideo videri decrescere. Sed qđlibet horũ sit duorũ: illud certũ atq; manifestũ est: & cuiuis aduertenti facile cognitu: φ luna nõ augeatur ad oculos nostros nisi a sole recedendo: neq; minuat nisi ad solẽ ex parte alia propinquãdo.

M Attende nũc qđ in Prouerbiis legit: Sapiens sicut sol permanet: stultus autẽ sicut luna mutatur. Et quis est sapiens qui permanet: nisi sol ille iustitiæ: de quo dicitur: Ortus est mihi sol iustitiæ: & quem sibi non fuisse ortũ in die nouissima plangentes impii dicturi sunt: Et iustitiæ lumẽ non luxit nobis: & sol non ortus est nobis! Nam istum carnis oculis visibilem solem / oriri facit super bonos & malos deus: qui etiã pluit super iustos & iniustos. Ducũtur autẽ semper ex rebus visibilibus inuisibiliũ congruę similitudines. Quis est ergo ille stultus qui tanq̃ luna mutatur: nisi Adam in quo omnes peccauerunt ? Anima quippe humana recedens a sole iustitiæ: ab illa scilicet interna contẽplatione incõmutabilis veritatis: omnes vires suas in terrena conuertit: & eo magis magisq; obscuratur in interioribus ac superioribus suis: sed cũ redire cœperit ad illam incõmutabilem sapientiam: quantomagis ei appropinquat affectu pietatis: tantomagis exterior homo corrũpitur: sed interior renouatur de die in diem: omnisq; lux illa ingenii quę ad inferiora vergebat: ad superiora conuertitur: & a terrenis quodãmodo aufertur: vt magis magisq; huic sæculo moriatur: & vita eius abscõdatur cũ Christo in deo. Mutatur ergo in deterius ad exteriora progrediens: & in vita sua proiiciẽs intima sua: & hoc terræ: id est eis qui terrena sapiũt: melius videtur: cũ laudat peccator in desyderiis animę suę: & qui inique gerit benedicit. Mutatur autẽ in melius cũ intentionẽ suam & gloriã a terrenis quæ in hoc sæculo apparent paulatim auertit: & ad superiora interiora cõuertit: & hoc terræ: id est eis qui terrena sapiũt: deterius videtur. Vnde illi impii postremam infructuosam agentes pœnitẽtiam: etiam hoc inter multa dicturi sunt: Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum & in similitudinẽ improperii: Nos insensati vitã illorũ ęstimabamus insaniam. Ac per hoc spirituſsanctus de visibilibus ad inuisibilia: & de corporalib[9] in spiritalia sacramẽta similitudinẽ ducẽs: transitũ illũ de alia vita in aliã vitam qđ pascha nominat: a quartadecima luna voluit obseruari: vt nõ solũ ppter tẽpus tertium qđ supra cõmemoraui: quia inde incipit hebdomada tertia: sed etiã propter ipsam tertiam conuersionẽ ab exterioribus ad interiora / de luna similitudo assumeret: vsq; ad vicesimã vero & primã: propter ipsum numerũ septenariũ quo vniuersitatis significatio sæpe figurat: qui

N etiã ipsi ecclesię tribuit ppter istar vniuersitatis. Ideo Ioãnes apostol[9] in Apocalypsi ad septẽ scribit eccl'ias. Ecclesia vero adhuc ĩ ista mortalitate carnis cõstituta: ppter ipsã mutabilitatẽ

Ca.5.
Eccl.27.
Sap.5.
Matth.5.
2.Corin.4.
Col.3.
Psal.9.
Sap.5.
Ca.6.

Pſal.10. lunæ nomine in ſcripturis ſignatur. Vnde eſt illud: Parauerũt ſagittas ſuas in pharetra: vt ſa
Colˀ.3. gittent in obſcura luna rectos corde. Prius enim q̃ fiat illud qđ dicit apoſtolus: Cum Chriſtus
apparuerit vita veſtra: tunc & vos apparebitis cũ ipſo in gloria: obſcura videtur eccleſia in tẽ
pore peregrinationis ſuæ: inter multas iniquitates gemẽs: & tunc ſunt timẽdę inſidię fallaciũ
ſeductorũ: quas nomine ſagittarũ intelligi voluit. Vnde alio loco ꝓpter nuntios fideliſſimos
Pſal.88. veritatis quos vbiq; parit eccleſia / dicitur: Luna teſtis in cælo fidelis. Et cum de regno domini
Pſal.71. pſalmus cantaret: Orietur (inquit) in diebus eius iuſtitia & abũdantia pacis: donec interficia
1.Corin.15. tur luna: id eſt abundantia pacis intãtum creſcet: donec omnem mutabilitatem mortalitatis
Vbi ſupra. abſumat. Tunc nouiſſima inimica deſtrueť mors: & quicquid nobis reſiſtit ex infirmitate car
nis: vnde nobis perfecta pax nondum eſt: cõſumetur omnino: cum corruptibile hoc induerit
incorruptionẽ: & mortale hoc induerit immortalitatẽ. Vnde & illius ciuitatis muri quæ hie
rico appellatur: qđ in hebræo eloquio luna interpretari dicitur: ſeptimo circuitu teſtamenti
arcæ corruerũt. Quid enim nũc aliud agit annũtiatio regni cælorũ: quã circuitio arcæ ſigni-
ficauit: niſi vt omnia munimẽta mortalis vitæ: id eſt omnis ſpes huius ſæculi quæ reſiſtit ſpei
futuri ſæculi: in dono ſeptenario ſpiritusſancti per liberum arbitriũ deſtruatur? Ob hoc enim
circũeunte arca non impulſu violento illi muri ceciderunt: ſed ſponte. Sunt & alia teſtimonia
ſcripturarũ: quæ nobis ingerunt per cõmemorationẽ lunæ eccleſiæ ſignificationẽ: quæ in iſta
mortalitate ab illa hieruſalem cuius ciues angeli ſunt: in ęrumnis & laboribus peregrinatur.
Non ideo tamen putare debent ſtulti: qui nolunt in melius cõmutari: adoranda eſſe illa lumi-
naria: quia duciť ex eis aliquãdo ſimilitudo ad diuina myſteria figurãda: Ex omni enim crea-
tura duciť. Nec ideo debemꝰ in ſententiã dãnationis irruere: quæ ore apoſtolico de quibuſdã
Roma.1. profertur: qui coluerunt & ſeruierunt creaturæ potius q̃ creatori: qui eſt benedictus in ſæcu
la. Sicut eñ nõ adoramꝰ pecora: q̃uis dictus ſit Chriſtus & agnꝰ & vitulus: nec feram: quia di
ctus eſt leo de tribu iuda: nec lapidẽ: quia petra erat Chriſtus: nec mõtẽ ſion: quia in ipſo figu-
ratur eccleſia: Sic nec ſolem: nec lunã: q̃uis ex ea cęleſti creatura ſicut ex multis terreſtribꝰ ſa-
Ca.7. cramẽtorũ figurę ad informatiões myſticas aſſumanť. Quapropter manichęorũ vel mathe
maticorũ delyramẽta cum deteſtatione irridẽda ſunt: Quibus cũ obiecerimꝰ vana cõmenta:
vnde homines in errorẽ præcipitant: quo prius pręcipitati ſunt: garruli ſibi vidẽtur: cũ dicũt
nobis: Cur & vos ad ſolis & lunę computationẽ paſcha celebratis: quaſi nos ordines ſyderũ ac
viciſſitudines temporũ a ſummo atq; optimo deo conditas arguamus: & non eorũ peruerſita
tem: quę rebus ſapiẽtiſſime cõditis ad ſtultiſſimas opiniones abutitur? Nam et ſi mathema
ticus nobis cõtradicturus eſt de ſyderibꝰ & luminaribꝰ cęli ad ſacramẽta myſtice figurãda ſi-
Matth.10. militudines ducere: cõtradicãt & augures: ne dicať nobis: Eſtote ſimplices vt colũbæ: Cõtra-
dicant & Marſi: ne dicať nobis: Aſtuti ſicut ſerpẽtes: Contradicãt hiſtriones: ne in pſalmis ci-
tharam nominemꝰ. At quid ex his rebꝰ ad myſteria verborũ dei ſimilitudinũ ſigna ſumũtur?
Dicã ſi placet: vel auſpicia vos captare: vel venena cõficere: vel theatricas affectare luxurias:
qđ dementiſſimũ eſt dicere. Non igitur nos de ſole & luna annuis mẽſtruiſue tẽporibus actio
num noſtrarũ euenta coniicimus: ne in vitæ humanæ periculoſiſſimis tẽpeſtatibꝰ tanq̃ in ſco
pulos miſeræ ſeruitutis illiſi / a libero arbitrio naufragemꝰ: ſed ad rem ſacratæ ſignificandã ſi-
militudines aptas / religioſiſſima deuotione ſuſcipimus: ſicut de cætera creatura: de vẽtis: de
mari: de terra: de volatilibꝰ: de piſcibus: de pecoribus: de arboribus: de hominibꝰ. Ad ſermonẽ
quidẽ multipliciter: ad celebrationẽ vero ſacramentorũ iam chriſtiana libertate parciſſime: ſi
cut de aqua: de frumento: de vino: de oleo. In ſeruitute autẽ veteris populi etiã multa celebra-
ri imperata ſunt: quę nobis tantũmodo intelligẽda tradũtur. Nõ itaq; dies obſeruemꝰ & an
Galˀ.4. nos & menſes & tempora: ne audiamus ab apoſtolo: Timeo ne forte ſine cauſa laborauerim in
vobis. Eos enim inculpat qui dicũt: non proficiſcar quia poſterꝰ dies eſt: aut quia luna ſic fer-
tur: vel proficiſcar vt ꝓſpera cedant: quia ita ſe habet poſitio ſyderũ. Non agam hoc menſe cõ
merciũ: quia illa ſtella mihi agit mẽſem: vel agam quia ſuſcepit menſem. Non plantem hoc an
no vineam: quia biſſextus eſt. Nõ autem quiſq̃ ſapiẽs arbitretur obſeruatores temporũ repre
hendẽdos: qui dicunt: non proficiſcar hodie: quia tẽpeſtas exorta eſt: aut non nauigẽ: quia ad-
huc ſunt hibernæ reliquiæ: aut tẽpus ſeminandi eſt quia imbribus autumnalibus terra ſatia-
ta eſt: vel ſi qui forte alii naturales effectus circa motum aeris & humoris ad variandas tẽpo-
rum qualitates in ſyderum ordinatiſſima conuerſione notati ſunt: de quibus dictũ eſt cũ con
Geñ.1. derẽtur: Et ſint in ſignis: & tẽporibus: & diebꝰ: & in annis. Si quæ autem figuræ ſimilitudinũ

non tantum de coelo & de syderibus:sed etiam de inferiori creatura ducuntur ad dispensatio
nem sacramentorũ:eloquẽtia quędã est doctrinę salutaris mouendi affectui discentium accõ
modata a visibilibus ad inuisibilia:a corporalibus ad spiritalia:a tẽporalibus ad aeterna. Nec Ca.8.
quisq̃ nostrum attendat: ꝙ eo tempore:quo pascha celebramus: sol in ariete est: sicut illi ap-
pellant quendam syderum locum:vbi reuera mense nouorum sol inuenitur:sed siue illi arietẽ
siue aliqd aliud eandem partẽ coeli vocare voluerint:nos de scripturis sanctis hoc didicimus:
ꝙ omnia sydera deus condidit:& locis cęlestibus quibus voluit:ordinauit:q̃ stellis distincta &
ordinata in quaslibet partes diuidant:qbuslibet vocalibus vocent:vbicunq; sol esset mẽse no-
uorum:illic eum reperiret hęc celebratio:ꝓpter similitudinem sacramenti renouandę vitę:de
qua satis supra disseruimꝰ.Q;si etiam locus ille syderũ aries vocari posset ꝓpter aliquã figurę
congruentiã:neq; huiusmodi timeret sermo diuinus aliquã sacramẽti similitudinem ducere
sicut de aliis non solum cęlestibus:sed etiã terrestribus creaturis:sicut de Orione vel peliadibꝰ
sicut de monte Sina:& de monte sion:sicut de fluminibus quę vocant̃ Geon:Physon:tigris: eu
phrates:sicut de ipso totiens in sanctis mysteriis nobilitato fluuio Iordane rerum figurate insi
nuandarum mysticas similitudines adduxit.Sed quantum intersit inter syderum obseruatio
nes ad aereas qualitates accommodatas sicut agricolae vel nautae obseruãt: aut ad notandas p
tes mundi cursumq; aliquo & aliunde dirigendum:qđ gubernatores nauium faciunt: & hi q
per solitudines arenosas interiora austri nulla semita certa vel recta gradiunt̃:aut cum ad al
qd in doctrina vtili figura significandum fit nonnullorũ syderum aliqua cõmemoratio. Quã
tum ergo intersit inter has vtilitates & vanitates hoĩm ob hoc obseruantiũ sydera:vt nec ae-
ris qualitates:nec regionum vias: nec solis temporum numeros: nec spiritaliũ similitudines:
Q sed quasi fatalium rerum euenta perquirant:quis nõ intelligat? Sed iam deinceps videamus: Ca.9.
cur etiam id obseruet̃ cum pascha celebratur:vt sabbatum occurrat.Hoc enim ꝓprium chri-
stianae religionis est. Nam iudaei mẽsem nouorũ tãmodo & lunam obseruãt a quartadecima
vsq; ad vicesimam primã.Et quia illud eorum pascha quo passus est dñs ita occurrit: vt inter
mortem eius & resurrectionẽ medius esset sabbati dies:addendum patres nostri cẽsuerunt:vt
& nr̃a festiuitas a iudęorum festiuitate distingueretur:Et ꝙ non frustra factum esse credendũ
est ab illo qui est ante tempora:& per quem facta sunt tempora:& q venit in plenitudine tem-
porum:& qui potestatem habebat ponendi aĩam suam:& iterum recipiendi eã:& ideo nõ fata
lẽ sed opportunã sacramẽto:qđ cõmẽdare istituerat:horã expectabat cũ diceret:Nondũ venit Ioan.2.
hora mea. Vt igit̃ anniuersaria passionis eius celebratiõe a posteris seruarent̃.Q đ ei nũc vt
supius dixi fide ac spe gerimus:atq; vt ad id perueniamus dilectione satagimꝰ:reqes est q̃dam
ab omĩ labore omnium molestiarum sancta atq; ꝑpetua:in eadem nobis ex hac vita fit transitꝰ
quem dominus nr̃ Iesus Christus sua passione demõstrare ac consecrare dignatꝰ est. Inest aũt
in illa reqe nõ desidiosa segnitia:sed q̃dam ineffabilis trãqllitas actionis otiosae. Sic eñ ab huiꝰ
vitae operibus in fine reqescit̃:vt in alteriꝰ vitae actione gaudeat̃.Sed qa talis actio in dei laude
agit̃:sine labore mẽbrorũ: sine angore curarũ:nõ ad eã sic transit̃ per quietẽ vt ipse labor succe
dat:id est nõ sic esse incipiat actio vt esse desinat qes.Neq; eñ redit̃ ad labores & curas:sed per
manet in actione qđ ad quietẽ ptinet.neq; enim in ope laborare:neq; in cogitatione fluctuare.
Quia ergo p reqem ad primã vitam redit̃:vnde aĩa lapsa est in peccatũ:ꝓpterea sabbato req
es significatur.Illa aũt vita prima quae de peregrinatione redeũtibus & primã stolã accipiẽti-
bus reddit̃:per vnã sabbati:quẽ diẽ dñicum dicimus:figurat̃.Quaere septẽ dies genesim legẽs
inuenies septimũ sine vespera:quia requiẽ sine fine significat. Prima ergo vita nõ fuit sempi-
terna reqes peccãti: reqes aũt vltia sempiterna ẽ: ac p hoc & octauꝰ sempiternã btĩtudinẽ ha-
bebit qa reqes illa q̃ sempiterna est excipit̃ ab octaua nõ extiguit̃:Neq; ei aliter sẽpiterna esset.
R Ita ergo erit octauꝰ q primꝰ:vt prima vita nõ tollatur:sed reddat̃ ęterna. Sabbatũ tñ cõmen Ca.10.
datũ ẽ priori pp̃lo in otio corpali tẽpaliter:& vt figura esset sctĩficationis in requiẽ spũssancti.
Nusq̃ ei legimꝰ in genesi sctĩficationẽ p oẽs priores dies:sed de solo sabbato dictũ est:Et sctĩfica Gen.2.
uit deus diem septimũ.Amãt ei requiẽ siue piae aĩę:siue iniquę:sed an ꝑueniãt ad illud qđ plu
rimum amant nesciunt:nec appetunt etiam ipsa corpora ponderibus suis nisi quiescere a mo
tibus suis. Nam sicut corpus tamdiu nititur pondere:siue deorsum versus: siue sursum ver
sus:donec ad locum quo nititur veniens cõquiescat:Pondus quippe olei si dimittatur in aere:
V deorsum:si autem sub aquis:sursum nititur: Sic animę ad ea quae amant propterea nituntur
vt perueniendo requiescant.Et multa quidem per corpus delectantur:sed nõ inest eis aeterna

requies:nec saltem diuturna:& propterea magis sordidant animã & aggrauant potius vt syn
cęrũ eius põdus quo in supna ferť impediãt.Cũ ergo anima in seipsa delectať:nondũ re incom
mutabili delectatur:& ideo adhuc superba est:quia se ꝑ summõ habet: cum superior sit deus
Iacobi.4. Nec in tali pctõ impunita relinquitur:quia deus superbis resistit:humilibus aũt dat gratiam.
Psal.36. Cum aũt deo delectať:ibi veram:certam: aeternam inuenit reqem : quã in aliis quaerebat nec
inueniebat.Proinde admoneť in psalmo:Delectare in domio & dabit tibi petitiões cordis tui.
Ro.5. Quia ergo charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctum qui datus est no
bis:ideo sanctificatio in septimo die commemorata est:vbi reqes cõmendať. Quia vero nec be
Phil.2. ne operari possumus nisi dono eius adiuti:sicut dicit aplſus:Deus eñ est q operať in nobis &
velle & opari ꝓ bona volũtate.Nec agere nec reqescere poterimꝰ post oĩa bona opa nſa q̃ ĩ hac
vita gerimꝰ:nisi eius dono ad aeternitatem sanctificati atq; pfecti.Propterea de ipso deo diciť:
Geñ.1.& 2. Cum fecisset omnia opa valde bona:septimo die requieuit ab opibus oĩbꝰ suis quę fecit. Futu
rã eñ requiem significabat quã post bona opa daturus erat nobis hoĩbus. Sicut enim cũ bene
Ca.11. opamur ip̃e diciť opari in nobis cuiꝰ munere opamur:ita cũ requiescimꝰ ip̃e reqescere dicitur
Matth.22. quo donante reqescimus. Hinc est ꝙ etiã in tribus primis praeceptis decalogi quae ad deum S
pertinẽt(Caetera eñ septẽ ad proximum pertinent:id est ad hominem)quia in duobꝰ p̃ceptis
tota lex pendet:tertium ibi de obseruatione sabbati positum est: Vt in primo p̃cepto patrẽ in
telligamus:vbi ꝓhibetur coli aliqua in figmẽtis hoĩm dei similitudo:non quia non habet ima
Ro.8. ginem deꝰ: sed quia nulla imago eius coli debet nisi illa quae hoc est qđ ip̃e:nec ipsa pro illo sed
Exo.20. cũ illo:Et qa creatura mutabilis est:ac ꝓpterea diciť:Oĩs creatura vanitati subiecta est: qñ na
Deut.5. tura etiã vniuersa in parte demonstrať:ne qsq̃ filiũ dei verbum ꝑ quod facta sunt oĩa putaret
Ro.5. esse creaturam : sequiť aliud praeceptũ:Non accipies inuanũ nomẽ dei tui.Spiritus aũt sctũs ĩ
quõ nobis illa reqes tribuiť quã vbiq; amamꝰ:sed nisi deũ amando nõ inuenimus : cũ charitas
eiꝰ diffunditur in cordibus nostris per spũmsanctũ q datus est nobis. Quia ergo sanctificauit
deus diem septimum in quo reqeuit:tertio p̃cepto legis insinuať qđ scriptũ est de obseruatio
ne sabbati:non vt iã in ista vita nos quiescere existimemꝰ:sed vt omnia q̃ bene opamur:non ha
Ro.8. beant intentionem:nisi in futuram requiem sempiternam.Memento enim maxime qđ iam su
pra commemoraui:qua spe salui facti sumus:spes enim quae videtur:non est spes:ad ipsum au
tem ignem amoris nutriendum & flãmandum quodammodo:quo tanq̃ pondere sursum vel
introrsum referamur:ad requiem hęc omnia pertinent:quae insinuantur nobis figurate.Plus
enim mouent:& accendunt amorem:q̃ si nuda & sine vllis sacramẽtorum similitudinibus po
nerentur.Cuius rei causam difficile est dicere:Sed tamẽ ita se habet:vt aliquid per allegoricã
significationem intimatum plus moueat:plus delectet:plus honoretur:q̃ si verbis ꝓpriis dice
retur apertissime.Credo ꝙ ipse animi motus q̃diu rebus adhuc terrenis implicatus/pigriꝰ in
flammatur:si vero feratur ad similitudines corporales : & inde feratur ad spiritalia : quae illis
Ca.12. similitudinibus figurãtur:ipso quasi transitu vegetatur:& tanq̃ in facula ignis agitatus accẽ
ditur:& ardentiore dilectione rapitur ad requiem & quietem. Ideoq; inter omnia illa decem T
praecepta solum ibi qđ de sabbato positum est:figurate obseruandum praecipitur:quam figu
Psal.45. ram nos intelligendam:non etiam per otium corporale celebrandam suscepimus . Cum enim
Matth.11. sabbato significetur spiritalis requies;de qua dictum est in psalmo:Vacate & videte quoniam
ego sum deus:& qua vocantur homines ab ipso domino dicente:Venite ad me omnes qui la
Exo.20. boratis & onerati estis:& ego vos reficiam.Tollite iugum meum super vos: & discite a me qa
Deut.5. mitis sum & humilis corde:& inuenietis requiem animabus vestris.Caetera tamen ibi praece
pta proprie sicut praecepta sunt sine vlla figurata significatione obseruamus.Nam & idola nõ
colere manifeste didicimus: & non accipere in vanũ nomẽ dñi dei nñi:& honorare patrẽ & ma
trem:& non moechari:non occidere:non furari:nõ falsum testimonium dicere: nõ concupisce
re vllam rem proximi:non figurate aliud praetendunt:& mystice aliud significant : sed sic ob
seruantur vt sonant.Obseruare tamen diem sabbati non ad literam iubemur secundum otiũ
ab opere corporali sicut obseruant iudaei:Et ipsa eorum obseruatio quia ita praecepta est: nisi
aliam quandam spiritalem requiem significet:ridenda iudicatur . Vnde non inconuenienter
intelligimus ad amorem excitandum: quo ad requiem tendimus: valere omnia quae figurate
in scripturis dicuntur:quandoquidem non solum in decalogo figurate pręcipitur vbi requi
es commendatur:quae vbiq; amatur:sed in solo deo certa & sancta inuenitur. Dies tamen do V
Cap.13. minicus non iudaeis sed christianis resurrectione domini declaratus est : & ex illo habere coe

pit festiuitatē suam. Aiæ quippe oīm sanctorum ante resurrectionem corporis sunt qdem in
in requie:sed in ea non sunt actione qua corpora recepta vegetanť. Talem qppe actionē signifi
cat dies octauus:q & primus:quia non aufert illā reqem:sed glorificat. Non eñ redit cū cor-
pore difficultas ex corpore:quia nec corruptio. Oportet eñ corruptibile hoc indui incorrupti
onem:& mortale hoc indui immortalitatē. Quapropter ante resurrectionē dñi: q̄uis sanctos 1.Cor.51.
patres plenos spū pphetico octaui sacramētū neq̄q̄ lateret:quo significať resurrectio: Nā & p
octaua psalmus inscribiť:& octauo die circuncidebanť infantes:Et in ecclesiaste:ad duo⁊ testa
mētorū significationē diciť:Illis septē & illis octo reseruatum est. Tñ illis ē occultatum:& solū Eccl's.11.
celebrandū sabbatum traditū est:qa erat antea requies mortuorū:resurrectio aūt nullius erat
donec veniret Christus:qui resurgens ex mortuis iā non moreref:& mors illi vltra nō dñareť Ro.6.
Sed posteaq̄ facta est talis resurrectio in corpore dñico:vt præiret in capite ecclesię qđ corpus
ecclesiæ speraret in fine:Iam etiā dies dñicus id est octauus q & prim⁹ inciperet celebrari. Ipsa
etiam causa intelligitur cur obseruandū pascha vbi agnum occidere & comedere iubentur:
qđ manifestissime passionem dñi præfigurat: non eis ita pceptū est vt attenderent occurrere
sabbatum:& cum mense nouorum & tertiam lunæ hebdomadam concurrere: vt eūdem quo
q diem dñs potius sua passione signaret:q etiā dñicum: id est octauū qui & primus est:decla- Ca.14.
X raturus aduenerat. Attende igitur sacratissimum triduū crucifixi: sepulti:suscitati. Horū
Y trium qđ significat crux:in præsenti agimus vita:qđ aūt significat sepultura & resurrectio:fi
de ac spe gerimus. Nunc enim diciť homini: Tolle crucem tuā & sequere me. Cruciať aūt ca- Col.3.
ro:cum mortificantur mēbra nr̄a q̄ sunt sup terrā:fornicatio:immunditia: luxuria: auaritia:
& cętera huiusmodi:de quibus idē dicit:Si scđm carnē vixeritis moriemini:si autem spū facta Ro.8.
carnis mortificaueritis viuetis. Hinc etiā de seipso dicit: Mundus mihi crucifixus est et ego Eph.6.
mundo. Et in alio loco:Scientes inquit quia vetus homo noster simul confixus est cruci cum Ro.6.
illo:vt euacuetur corpus peccati:vt vltra non seruiamus peccato. Q̄diu ergo id agunt ope
ra nostra:vt euacueť corpus peccati:q̄diu exterior homo corrūpiť: vt interior renouetur de
die in diē:tempus est crucis. Hæc sunt etiam bona opa quidē:tñ adhuc laboriosa: quorū mer-
ces est reqes. Sed ideo diciť:Spe gaudentes:vt cogitantes reqem futurā cū hilaritate in labori-
bus operemur. Hanc hilaritatē significat crucis latitudo in trāsuerso ligno vbi figuntur ma
nus. Per manus eñ opa intelligim⁹:Per latitudinem hilaritatem operātis: quia tristitia facit
angustias:Per altitudinē vero cui caput adiungitur:expectationem retributionis de sublimi
iustitia dei:q reddet vnicuiq; scđm opa sua:In his quidē q scđm tolerantiā boni opis gloriam
& honorem & incorruptionem q̄rentibus vitā ęternam. Itaq; etiā longitudo qua totū corpus
extendiť:ipam tolerantiā significat:vnde longanimes dicunť qui tolerāt. Profundū aūt quod
terræ infixum est:secretum sacramēti pręfigurat. Recordaris enim nisi fallor q̄ verba aposto
lica ī ista designatione crucis expediā:vbi ait:In charitate radicati atq; fundati:vt possitis cōp Eph.3.
hendere cum omnibus sanctis q̄ sit longitudo:latitudo:sublimitas:& profundū. Ea vero quæ
nondū videm⁹ & nōdū tenem⁹:sed fide & spe gerimus:in alio biduo figurata sunt. Hæc enim
quæ nunc agimus:tanq̄ clauis pręceptorum in dei timore confixi: sicut scriptum est: Cōfige Psal.118.
clauis a timore tuo carnes meas:in necessariis deputanť:nō in eis q̄ per se ipsa appetēda & cō-
cupiscenda sunt. Vnde illud qđ est optimū se dicit concupiscere:Dissolui & eē cū Christo. Ma Phil.1.
nere aūt in carne:necessarium inqt ppter vos. Qđ ergo inqt:Dissolui & esse cū Christo: inde
incipit reqes q̄ non interrumpiť resurrectione sed clarificať:q̄ tñ nunc fide retineť:Quia iust⁹ Abachuc.2
ex fide viuit. An ignoratis (inqt) qm̄ quicunq; baptizati sum⁹ in Christo Iesu:in morte ipsius Ro.6.
baptizati sumus? Consepulti ergo illi sumus per baptismum in mortē. Vnde nisi fide? Neq; eñ
iam in nobis perfectū est:adhuc in nobismetipsis ingemiscentib⁹ & adoptionē expectātibus re
demptionem corporis nostri. Spe enim salui facti sumus:Spes autem quæ videtur nō est spes Ro.8.
Quod enim videt quis:quid sperat? Si autem quod non videmus speramus:per patientiam ex
pectamus. Quod memento q̄ sæpe commemorem:nec iam nunc in ista vita nos beatos fieri de
bere arbitremur:& ab omnibus difficultatib⁹ liberos:ac sic in angustiis rerum temporalium
aduersus deum ore sacrilego murmuremus:quasi non exhibeat quod promisit. Promisit qui- Psal.93.
dem huic vitæ necessaria:Sed alia sunt solatia miserorum:alia gaudia beatorum. Domine (in
quit) secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: exhortationes tuæ iucunda
uerūt animam meam. Non ergo murmuremus in difficultatibus: ne perdamus latitudinem

Ro.12. hilaritatis:de qua dicitur:Spe gaudentes:quia sequitur:In tribulatione patientes. Noua er-
go vita in fide nunc inchoatur & spe geritur:Nam tunc perfecta erit:cũ absorbebitur morta-
1.Cor.15. le vita:cum absorbebitur in victoriam:cum illa nouissima inimica destruetur mors: cũ immu
tati fuerimus & ęquales angelis facti.Omnes enim inquit resurgemus: sed nõ oẽs immutabi
Lucæ.20. mur:Et dominus:Erunt(inquit)ęquales angelis dei. Apprehẽsi eñ sumus modo in timore ꝑ
2.Cor.5. fidem:tunc autem apprehendemus in charitate per spem. Q̃diu enim sumus in corpore per
egrinamur a domino.per fidem enim ambulamus non per speciem.Ipse itaq; apostolus qui di-
Phil.3. cit:Tunc apprehendam sicut apprehensus sum:aperte se non apprehendisse confitetur. Fra-
tres(inquit)ego me non arbitror apprehendisse.Sed tamẽ quia ipsa spes ex promissione veri-
Ro.6. tatis certa nobis est:cum diceret:Consepulti igitur sumus illi per baptismum in mortẽ: sub-
iunxit & ait: Vt quemadmodum surrexit Christus ex mortuis per gloriam patris: ita & nos
in nouitate vitę ãbulemus.Ambulamus ergo in re laboris:sed in spe q̃etis:in carne vetustatis
Ro.8. sed in fide nouitatis. Dicit enim: Corpus quidem mortuum est propter peccatũ: spiritus aũt
viuit propter iustitiam.Si autem spiritus eius qui suscitauit Iesum Christum a mortuis ha-
bitat in vobis:qui suscitauit Christũ a mortuis:viuificabit & mortalia corpora vestra per in-
habitantem spiritum eius in vobis. Hoc ex authoritate diuinarum scripturarum in vniuer-
sæ ecclesiæ quæ toto orbe diffunditur consensione: per anniuersarium pascha celebratur: in
Ca.15. magno vtiq; sicut iam intelligis sacramento. Et in scripturis quidem veteribus ad agendum Y
pascha non est præceptum tempus: nisi ex mense nouorum: a luna quartadecima vsq; ad vi-
cesimam primam.Ex euangelio tamen: quia iam manifestum est: quo etiam die dominus cru
cifixus sit:& in sepultura fuerit & resurrexit: adiuncta est etiam ipsorum dierum obserua-
tio per patrum concilia:& orbi vniuerso christiano persuasum est: eo modo pascha celebrari
oportere. Quadragesima sane ieiuniorum habet authoritatem: & in veteribus libris ex ieiu-
nio Moysi & Heliæ:& ex euangelio:quia totidem diebus dominus ieiunauit:demonstrãs euã
gelium non dissentire a lege & prophetis.In persona quippe Moysi lex: in persona Heliæ pro-
phetæ accipiuntur.Inter quos & in monte gloriosus apparuit: vt euidentius emineret quod
de illo dicit apostolus:testimonium habens a lege & a prophetis. In qua ergo parte anni con-
gruentius obseruatio quadragesimæ constitueretur: nisi confinis atq; contigua dominicæ
passioni?Quia in ea significatur hęc vita laboriosa:cui opus est cõtinentia: vt ab ipsius mundi
amicitia ieiunetur: quæ vtiq; fallaciter blandiri: & illecebrarum fucos circumspergere atq;
iactare non cessat. Numero autem quadragenario vitam istam propterea figurari arbi-
tror: quia denarius in quo est perfectio beatitudinis nostræ: sicut in octonario: quia redit ad
primum:ita in hoc mihi videt̃ exprimi:q̃a creatura q̃ septenario figurat̃:adhęret creatori: In
declarat̃ vnitas trinitatis per vniuersum mundũ tẽporaliter annũtianda: quia mundus & a
q̃tuor vẽtis delimat̃: & q̃tuor elementis erigit̃: & q̃tuor anni temporũ vicibus variat̃. Decẽ aũt
quater in q̃dragita cõsumunt̃:q̃dragenarius aũt ptibus suis cõputatus:addit ipsũ denariũ:&
fiũt quinquaginta:tanq̃ merces laboris & cõtinẽtiæ. Neq; eñ frustra ipse dominus & quadra
ginta post resurrectionẽ in hac vita & terra cũ discipulis cõuersatus est:& posteaq̃ ascendit in
cælum:decem diebus interpositis misit spiritumsanctum: completo die pentecostes:qui dies
quinquagenarius habet alterum sacramentum: q; septies septem quadraginta nouem fi-
unt:& cum reditur ad initium quod est octauus: qui & primus dies: quinquaginta complen
tur:qui celebrantur post domini resurrectionem:iam in figura non laboris: sed quietis & læ-
titię.Propter hoc & ieiunia relaxantur:& stantes oramus:quod est signum resurrectionis.
Vnde etiam omnibus diebus dominicis id ad altare obseruatur: & Alleluia canitur: quod
Psal.83. significat actionem nostram futuram non esse nisi laudare deum: sicut scriptum est: Beati
qui habitant in domo tua domine:in sæcula sæculorum laudabunt te. Sed dies quinquagesi
mus & in scripturis commendatur: non tantum in euangelio: quia tunc spiritussanctus ad-
uenit:sed etiam in veteribus libris. Nam & ibi posteaq̃ pascha occiso agno celebrauerunt: di-
es quinquaginta numerantur vsq; ad diem quo lex data est in monte Sina famulo dei Moysi
digito dei scripta: in libris autem euangelii apertissime declaratur digitum dei significa-
Lucę.11. re spiritumsanctum.Cum enim vnus euangelista dixisset:In digito dei eiicio dæmonia: alius
Matth.12. hoc idẽ ita dixit:In spũ dei eiicio dęmonia. Quis hãc lętitiã diuinorũ sacramẽtorum cũ sanæ Z
Ca.16. doctrinæ luce clarescũt:nõ præferat vniuersi mundi huius imperiis etiã in insitata felicitate
Esa.6. placatis?Nõne tanq̃ duo Seraphin clamant adinuicem concinentiã laudis altissimo:Sanctus

sanctus:sanctus:dominus deus sabaoth:Ita duo testamenta fideliter cõcordãtia sacratam con
cinunt veritatem deo?Occidit ouis:celebratur pascha:& interpositis quinq̃ginta diebus dat
lex ad timorẽ scripta digito dei.Occidit Christus:q tanq̃ ouis ad immolandũ ductus est:sicut Esa.53.
Esaias testat:celebratur verum pascha:& interpositis quinquaginta diebꝰ datur ad charitatẽ
spiritussanctus q est digitur dei:cõtrarius hominibus sua q̃rentibus:& ideo iugum asperum
& sarcinam grauem portantibus:nec inuenientibus requiem animabꝰ suis:quia charitas non 1.Cor.13.
quærit q̃ sua sunt.Ideo animositas hæreticorum semper inquieta est:quos magorum Pharao-
nis habere conatum:declarat apostolus dicens:Sicut eñ Iamnes & mambres restiterũt Moysi 2.Timo.3.
sic & isti resistunt veritati:homines mẽte corrupti:reprobi circa fidem:sed vltra non profici-
ent.Dementia vero eorum erit manifesta omnibus sicut & illorum fuit. Quia eñ per ipsam
corruptionem mentis inq̃etissimi fuerunt:in signo tertio defecerunt:fatentes sibi aduersum
esse spũmsanctum q erat in Moyse.Nam deficientes dixerunt:Digitus dei est hic. Sicut autẽ
conciliatus & placatus spũssanctus reqem pręstat mitibus & humilibus corde:ita contrarius
& aduersus immites ac superbos inquietudine exagitat.Quam inquietudĩem muscę illæ gra Exo.8.
uissimæ significauerunt:sub quibus magi Pharaonis defecerunt dicentes:Digitus dei est hic Ca.17.
& Exodum lege:& vide vbi pascha celebrauerunt:post quot dies data sit lex. Loquit deus ad
Moysen in monte Sina de tertii mensis die.Nota ergo vnum diem egressus ipsius tertii mẽsis
& vide qd dicat inter cętera.Descẽde(inqt)testare pplõ:& purifica illos hodie:& cras & lauẽt Exo.19.
vestimenta sua & sint parati in diem tertium.Tertia enim die descendit dominus in mõte Si
na coram omni populo.Tunc data est lex:tertio scilicet die tertii mẽsis.Numera itaq̃ a quar
todecimo primi mensis die/quo factum est pascha/vsq̃ ad diem tertium tertii mensis:& inue-
nies decem & septem dies primi mensis:triginta secundi:tres tertii:qui fiunt quinquaginta.
Lex in arca est:sanctificatio in corpore domini:per cuius resurrectionem nobis requies futura
promittitur:ad quam percipiendam spiritusancto charitas inspiratur. Spiritus autem non- Ioan.7.
dum erat datus:cum Iesus nondum erat clarificatus.Vnde prophetia illa cantata est:Exurge Psal.131.
domine in requiem tuam:tu & arca sanctificationis tuæ. Vbi requies:ibi sanctificatio. Vnde
nunc vt amemus & desyderemus:pignus accepimus. Vocantur autem ad requiem alterius
vitę quo ab ista transitur:quod pascha significat:omnes in nomine patris & filii & spiritussan
cti.Propterea quinquagenarius numerus ter multiplicatus:addito ad eminentiam sacramen
ti ipso ternario:in illis magnis piscibus inuenitur:quos iam dominus post resurrectionem no-
uam vitam demonstrans a dextera parte leuari imperauit:nec retia dirupta sunt:quia tunc
hæreticorũ inquietudo non erit.Tunc homo perfectus & quietus/purificatus in anima & in
corpore per eloquia domini casta:argẽtum igne examinatum terræ purgatum septuplum:ac Psal.11.
cipiet mercedem denarium vt sint decem & septem.Nam & in hoc numero sicut in aliis mul
tiplices figuras exhibentibus:sacramentum mirabile reperitur.Nec immerito etiam psalmus
septimusdecimus in regnorum libris solus integer legitur:quia regnum illud significat vbi 2.Regũ.22.
aduersarium non habebimus.Titulus eñ eiꝰ est:In die qua eruit eum dominus de manu om
nium inimicorum eius & de manu Saul. Quis enim figuratur in Dauid nisi ille qui venit se
cundum carnẽ ex semine Dauid?Qui vtiq̃ in corpore suo/quod est ecclesia/adhuc patitur in
imicos.Vnde illi persecutori quem voce mactauit:& in suum corpus traiiciens quodammo-
do manducauit:sonuit de coelo:Saule Saule quid me persequeris?Quando autẽ eruetur hoc Actu.9.
corpus de manu omnium inimicorũ eius:nisi cum & illa nouissima inimica destruetur mors?
Ad hoc tempus pertinet numerꝰ ille centũ quinquaginta trium piscium. Nã & ipse numerꝰ
septimusdecimus surgens in trigonũ:centum quinquaginta trium summam cõplent.Ab vno
quoq̃ vsq̃ ad decem & septem surgens oẽs medios adde:& inuenies ad vnum scilicet:& adde
duo fiunt vtiq̃ tria:adde tria fiunt sex adde quatuor fiũt decem:adde quinq̃ fiũt quidecim:
adde sex fiunt vigintiunum:adde ita cæteros & ipsum decimumseptimũ/fiũt centũ quinqua
gita tria. Hæc de scripturis firmissime tenentur:id est pascha & pẽtecoste.Nam vt quadragĩ
ta illi dies ante pascha obseruentur:ecclesię consensio roborauit:Sic etiam vt octo dies neophi
torum distinguantur a cæteris:id est vt octauus primo concinat.Vt autem Alleluia per il-
los solos dies quinquaginta in ecclesia cantetur:non vsquequaq̃ obseruatur.Nã & in aliis die
bus varie cantatur alibi atq̃ alibi:ipsis tamen diebus vbiq̃. Vt autem stantes in illis diebus
& omnibus dominicis oremus:vtrũ vbiq̃ seruet ignoto:tamen quid in eo sequat ecclesia dixi
9 vt potui:& arbitror esse manifestũ. De lauãdis vero pedibus:cũ dominꝰ hoc propter formã Ca.18.

humilitatis: propter quam docendam venerat:commendauit: sicut ipse consequenter expo-
suit:quæsitum est:quonam tpe potissimum res tãta etiã facto doceret: & illud tps occurreret:
quo ipsa cõmẽdatio religiosius inhęreret. Sed ne ad ipm sacramẽtũ baptismi videret ptinere:
multi hoc in consuetudinem recipe noluerunt. Nonulli etiã de cõsuetudine auferre dubita-
uerunt. Aliqui aũt vt hoc sacratiore tẽpore cõmendaretur: & a baptismi sacramẽto mutaret:
vel diem tertium octauarum:quia ternarius numerus in multis sacramẽtis maxime excellit:
vel etiam ipsum octauum vt hoc facerent elegerunt. Miror sane quid ita volueris: vt de his
quæ varie per diuersa loca obseruantur:tibi aliqua conscriberem:cum & nõ sit necessariũ: &
vna in his saluberrima regula retinenda sit: vt quę nõ sunt cõtra fidẽ:neq; cõtra bonos mores:
& habent aliqd ad exhortationem vitæ melioris:vbicunq; institui videm⁹:vel instituta cogno
scimus:nõ solũ nõ improbemus:sed etiam laudãdo & imitando sectemur:si aliquorũ infirmi-
tas non ita impedit vt amplius detrimentum sit. Si eñ eo modo impediat vt maiora studiosq;
lucra speranda sint:q̃ calumniatorũ detrimenta metuẽda:sine dubitatione faciendum est: ma
xime illud quod etiam de scripturis defendi potest:sicut de hymnis & psalmis canendis: cũ &
ipsius dñi & apostolorum habeamus documenta & exempla & præcepta de hac re tam vtilia
1.Retra.19. Ad mouendum pie animũ & accendendum diuinæ lectionis affectum:varia cõsuetudo est: &
pleraq; in Africa ecclesiæ membra pigriora sunt:ita vt Donatistæ nos reprehendant q; sobrie
psallimus in ecclesia diuina cantica pphetarũ:cum ipsi ebrietates suas ad canticum psalmorũ
humano ingenio compositorum quasi tubas exhortationis inflãment. Quando aũt non est tẽ-
pus cũ in ecclesia fratres congregantur sancta cantandi:nisi cum legitur aut disputatur: aut
Ca.19. antistites clara voce depcantur:aut cõmunis oro diaconi indicit: Aliis vero pticulis tẽporũ A
qd melius a cõgregatis christianis fiat:quid vtilius:qd sanctius:oĩno non video. Q d aũt insti
tuit pter consuetudinẽ: vt q̃si obseruatio sacramẽti fit /approbare nõ possũ: Etiã si multa hu
iusmodi propter nonnullarum vel sanctarũ vel turbulentarum personarũ scandala deuitan-
da liberius improbare non audeo. Sed hoc nimis doleo:quia multa quæ in diuinis libris salu
berrima præcepta sunt:minus curant: & tam multis præsumptionibus sic plena sunt omnia:
vt grauı⁹ corripiatur q per octauas suas terram nudo pede tetigerit:q̃ qui mentẽ vinolẽtia se
12.dis.Co[n]sa. pelierit. Omnia itaq; talia quæ neq; sanctarũ scripturarũ authoritatibus continent:nec in con
ciliis episcoporũ statuta inueniunt:nec consuetudine vniuersę ecclesiæ roborata sunt: sed di-
uersorum locorum diuersis moribus innumerabiliter variant:ita vt vix aut omnino nunq̃ in
ueniri possint causę quas in eis instituendis homines secuti sunt:vbi facultas tribuit: sine vlla
dubitatione resecanda existimo. Quis enim neq; hoc inueniri possit: quomodo contra fidem
sint:ipsam tamen religionem quam paucissimis & manifestissimis celebrationum sacramẽtis
misericordia dei esse liberam voluit:seruilibus oneribus premunt: vt tolerabilior sit conditio
iudæorum: qui etiam si tempus libertatis non agnouerint:legalibus tamen sarcinis non hu-
manis psumptionibus subiiciuntur. Sed ecclesia dei inter multam paleam multaq; zizania cõ
Ca.20. stituta multa tolerat: & tamen quæ sunt contra fidem vel bonam vitam:non approbat: nec ta
cet:nec facit. Itaq; illud quod scripsisti:quosdam fratres ita temperare a carnibus edendis:vt
immundos qui comederint arbitrentur:apertissime contra fidem sanamq; doctrinam est. Sed B
hic ego si diutius disputare voluero:poteris putare ante in illis obscuri aliquid hinc apostolũ
præcepisse: qui etiam post multa quæ de hac re dixit:sic detestatus est hæreticorum impiam
1.Timot.4. opinionem:vt diceret:Spiritus autem manifeste dicit: Quia in nouissimis temporibus rece-
dent quidam a fide intendentes spiritib⁹ seductoribus: & doctrinæ dæmoniorum in hypo-
crisi mendaciloquiorum: & cauteriatam habentes conscientiam suam: prohibentes nubere:
abstinentes a cibis quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus: &
his qui cognouerunt veritatem: quia omnis creatura dei bona est: & nihil abiiciendum est
Titum.1. quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur eñ per verbum dei & orationẽ. Et alio
loco de his rebus loquitur: Omnia inquit munda mundis: immundis autem & infidelibus
nihil est mundum:sed polluta sunt eorum & mens & conscientia. Tu ipse lege cætera: & re-
cita quibus potes: ne in se irritam faciant gratiam dei: quia in libertate vocati sunt: tantum
ne libertatem in occasionem carnis assumant. Et ideo iam voluit refrænandæ carnalis con-
cupiscentiæ causa a quibuslibet cibis temperari:quia non eis hoc permittitur superstitiose at
.26.q.2.hi q. q; infideliter facere. Hi vero qui de paginis euangelicis sortes legunt: et si optãdum est vt hoc
potius faciant:q̃ vt ad dæmonia consulẽda cõcurrant:tamẽ etiã ista mihi displicet cõsuetudo:

ad negotia ſaecularia & ad vitae huius vanitatem propter aliam vitam loquentia: oracula di-
C uina velle conuertere: Haec tibi ſi ſatis eſſe ad ea q̃ requiſiſti non putaueris: nimis ignoras & Ca.21.
vires & occupationes meas. Tantum enim abſum ab eo q̄d putaſti nihil me latere: vt nihil in
epiſtola tua legerim triſtius: quia & apertiſſime falſum eſt: Et miror quia hoc te latet: ꝙ non
ſolum in aliis innumerabilibus rebus multa me latent: ſed etiã in ipſis ſanctis ſcripturis mul-
to neſciam plura q̃ ſciam. Et ideo ſpem in nomine Chriſti non infructuoſam gero: quia non ſo
lum credidi deo meo: in illis duobus praeceptis totam legem prophetaſq; pendere: ſed etiã ex- Matth.22.
pertus ſum experiorq; quotidie: quandoquidem nullum mihi ſacramentum: aut aliquis ſer-
mo admodum obſcurior de ſacris literis aperitur: vbi non eadem praecepta reperiam. Finis eñ
praecepti eſt charitas de corde puro & conſcientia bona: & fide nõ ficta: Et plenitudo legis cha 1.Timoth.1.
ritas. Itaq; & tu chariſſime: ſiue iſta ſiue alia: ſic lege: ſic diſce: vt memineris veriſſime dictum Ro.13.
Scientia inflat: charitas aedificat. Charitas autem nõ ęmulatur: nõ inflat. Sic itaq; adhibeatur 1.Cor.13.
ſcientia tanq̃ machina quaedam: per quam ſtructura charitatis aſſurgat quae maneat in aeter-
num: etiam cum ſcientia deſtruet: quę ad finem charitatis adhibita multum eſt vtilis: per ſe
aũt ipſam ſine tali fine: non modo ſuperflua: ſed etiam pernitioſa ꝓbata eſt. Scio aũt q̃ te cogi
tatio ſancta cuſtodiat ſub vmbraculo alarũ dñi dei noſtri. Sed ideo haec etſi breuiter monui:
qm̃ noui eandẽ ipam charitatẽ tuam: q̃ non aemulatur: hanc epiſtolam multis daturam atq;
lecturam.

Sancti Auguſtini ad Honoratum: quaeſtionem de gratia noui teſtamẽti: cum quinq; aliis per eum propoſitis: accurate: ampliſſime: ac diſerte pertractantis atq; diſſoluentis.

Epiſtola.CXX.

D QVinq; mihi propoſuiſti pertractandas quaeſtiones atq; ſoluendas dilectiſſi- 2.Retra.36.
me mi frater Honorate: hinc inde raptas: ſicut te vel legẽtem mouere vel co Praefatio.
gitanti in mentem venire potuerunt: & in conſpectum meum fuſas quodã
modo. Quarum ſolutionem ſi velim diſſerendo ordinare: vt non carptim ſi
cut propoſitae ſunt de ſingulis diſſeram: ſed vno quodã tenore ſermonis eas
inter ſe coniectem atq; contexam: difficile opus videtur: Et tamen puto fa-
cilius eas ſolui: ſi hoc fecero. Inuicem quippe adiuuabunt: ſi altera pendebit
ex altera: donec omnẽ veniant ĩ ſeriem diſputationis: nõ ſingillatim ſeparatis locis: quaſi vna
quaeq; in ſua priuata intentione habitet: ſcilicet vnum aliquid intuentes: & vnum collaborã-
tes ſociali ratione: & indiuidua veritate. Voluiſti ergo & ſcripto commonuiſti: exponi atq; ape
riri tibi: quid ſibi velit vox illa domini: Deus deus meꝰ vt quid me dereliquiſti. Et quid ſit: q̄d Pſal.21.
Apoſtolus ait: Vt in charitate radicati & fundati: praeualeatis comprehendere cum omnibꝰ Ephe.3.
ſanctis: quae ſit latitudo: longitudo: altitudo & profundum. Et quae ſint virgines quinq; ſtul- Matth.25.
tae: quaeue ſapientes: Et quę ſint tenebrae exteriores: Et quomodo intelligendum eſt: Verbum Matth.22.
dei caro factum eſt. Hae ſunt quinq; tam breuiter a me commemoratae: q̃ abs te propoſitę quę Ioan.1.
ſtiones. Proinde ſi placet addamus & ſextam: & illud paratiſſimum requiramus: quae ſit gra-
tia noui teſtamenti. Hanc omnes illae intueantur: & in hanc vt opportune quaeq; potuerit:
opus ſuum conferat nobis. Non eo ſcilicet ordine quo eas & tu propoſuiſti & ego recolui: ſed
vnaquaeq; cum fuerit neceſſaria: velut vocata reſpondeat: & officium ſui operis impleat. Er-
E go ita naſcatur exordium. Eſt quaedam vita hominis carnalibus ſenſibus implicata: gaudiis Ca.1.
carnalibus dedita: carnalem fugitans offenſionem: voluptatemq; ſectans. Huius vitę felicitas
temporalis eſt: Ab hac vita incipere neceſſitatis eſt: in ea perſiſtere voluptatis. In hac q̄ppe ex
vtero matris infans fundit̃: huius offenſiones quantũ poteſt refugit: huiꝰ appetit voluptates:
nihil ampliꝰ valet. Sed poſtea q̃ venerit in aetatem: qua in eo rationis vſus euigilet: poterit ad
iuta diuinitus voluntate eligere alteram vitam: cuius in mente gaudium eſt: cuiꝰ interna at-
q; aeterna felicitas. Ineſt quoq; homini anima rationalis: ſed intereſt eiuſdem rationis vſu: quo
potiꝰ voluntatem conuertat: vtrum ad bona exterioris & inferioris: an ad bona interioris ſupi
oriſq; naturae: id eſt vtrũ fruat̃ corpore & tẽpore: an fruatur diuinitate atq; aeternitate. In qua
dam quippe medietate poſita eſt: infra ſe habẽs corporalẽ creaturam: ſuper ſe animi ſui & cor-
poris creatorem. Põt igit̃ aĩa rationalis etiã temporali & corporali felicitate ſeruire creatori:
qui & ipſam ſuae bonitatis abũdantiſſima largitate donauit. Sicut enim bona ſunt omnia quę
creauit deus ab ipſa rationali creatura vſq; ad infimũ corpus: Ita bene agit in his anima ratio

nalis si ordinem seruet: & distinguendo: eligendo: pendẽdo subdat minora maioribus: corpora
lia spiritualibus: inferiora superiorib⁹: temporalia sempiternis: ne superiorum neglectu: & ap
petitu inferiorum: quoniam hinc fit ipsa deterior: & se & corp⁹ suum mittat in peius: sed po
tius ordinata charitate se & corpus suum conuertat in melius. Cum enim sunt omnes substã
tiæ naturaliter bonæ: ordo in eis laudatus honoratur: peruersitas culpata damnatur. Nec ef-
ficit anima peruerse vtens creaturis: vt ordinationem effugiat creatoris: quia si illa male vtit
bonis: ille bene vtitur etiam malis: ac per hoc illa peruerse bonis vtendo fit mala: ille ordinate
etiam malis vtendo permanet bonus. Qui enim iniuste se ordinat in peccatis: iuste ordinatur
in pœnis. Volens itaq; deus ostendere etiam terrenam temporalemq; felicitatem suum donũ
esse: nec aliunde nisi ab ipso sperari oportere: præ omnibus sæculi temporibus dispensandum
iudicauit testamẽtum vetus qđ pertineret ad hominem veterem: a quo ista vita necesse est in
cipiat. Sed illæ felicitates patrum dei beneficio concessæ prædicantur: q̃uis ad istã vitam trans
itoriam pertinentes. Illa quippe terrena munera in manifesto promittebantur & tribueban-
tur. In occulto autem illis omnibus rebus nouum testamentum figurate prænuntiabatur: &
capiebatur intelligẽtia paucorum: quos eadem gratia prophetico munere dignos fecerat. Dis
pensabant illi sancti pro congruentia temporis testamentum vetus: pertinebant vero ad testa
mentum nouum. Nam & quando temporalem felicitatem agebant: æternam/veram/& profe
rendam intelligebant: & istam ministrabant in ministerio vt illam consequerentur in premio.
Et siquando patiebantur aduersa: ad hoc patiebantur vt euidentissimo diuino adiutorio li-
Ca.2. berati glorificarent deum omnium bonorum largitorem: non solum sempiternorum quæ pie
Gal.4. sperabant: verumetiam temporalium quæ prophetice gubernabãt. Cum autem venit pleni F
tudo temporis: vt gratia quæ occultabatur in veteri testamento iam reuelaretur in nouo: mi
sit deus filiũ suum: factum ex muliere. quo nomine proprietate Hebraicæ linguæ/omnis fœ-
mina nuncupatur: siue viro intacta siue iam mixta. Quem autem filium miserit: fieri ex muli
ere voluerit: quantus ille deus sit qui hanc humilitatem pro salute fidelium suscipere digna-
Ioan.1. tus sit: vt agnoscas: nunc attende euãgelium: In principio erat verbum: & verbum erat apud
deum: & deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt: &
sine ipo factum est nihil. Quod factum est in ipso vita erat: & vita erat lux hominum: & lux in
tenebris lucet: & tenebræ eam non comprehenderunt. Hic ergo deus verbum dei: per quod
facta sunt omnia: filius dei est: non commutabiliter manens: vbiq; præsens: nullo clausus loco
nec partiliter per cuncta diffusus: tanq̃ minorẽ partem habeat in minori loco: & in maiori ma
iorem: sed vbiq; totus: atq; ita non absens etiam mentibus impiorum: q̃uis eum non videant:
sicut nec ista lux videtur oculis præsentata cæcorum. Lucet ergo & in tenebris talibus: qua-
Ephe.5. les apostolus significat vbi dicit: Fuistis aliquando tenebræ: nunc autem lux in domino: sed eã
tales tenebræ non comprehenderunt. Suscepit itaq; hominem quem videre homines poterãt
vt sanati per fidẽ postea viderent qđ tunc videre non poterant. Sed ne homo Christus eo ipso
quo visibiliter apparebat non crederetur & deus: tantũq; illi tribueretur: quãtum homini ex
Ioan.1. cellentissimæ gratiæ atq; sapientiæ: ideo fuit homo missus a deo cui nomen erat Ioannes. Hic
venit in testimonium vt testimonium perhiberet de lumine: vt omnes crederẽt per illum. Nõ
erat ille lumen: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Tantus enim homo debuit perhibe
re testimonium de illo qui non tantum homo verũetiam deus erat: vt in natis mulierũ nemo
exurgeret maior Ioanne baptista. Sic enim ille cui Ioannes testimonium perhibebat: intellige-
retur hoc esse maior: quo non tantum homo sed etiam deus erat. Lumen ergo & Ioannes: sed
tale lumen quale testimonium perhibet ipse dominus dicens: Ille erat lucerna ardens & lucẽs:
Ioan.5. qđ & discipulis suis dicens: Vos estis lumen mundi: vt ostenderet quale lumen: secutus adiũ
Matth.5. xit: Nemo accendit lucernam & ponit sub modio: sed super candelabrũ vt luceat omnib⁹ qui
in domo sunt: Sic luceat lumen vestrum coram hoĩbus. Istę similitudines datę sunt: vt q̃tum
possum⁹ intelligam⁹: vel si hoc nõdum possumus: sine vlla dubitatione credam⁹: animã ratio-
nalẽ non esse naturã dei. Illa quippe incommutabilis est: sed tamen eã posset participando illu
minari. Lucernæ q̃ppe accẽdi indigent & extingui p̃nt. Ideo qđ dicitur de Ioanne: Non erat il-
le lumẽ: ad illud respicit lumẽ qđ non participando illuminat: sed ei⁹ p̃ticipatione illuminat q̃ G
ab illo illuminat. Deniq; sequit: Erat lumen verum. & tanq̃ quærerem⁹: quomodo discerneret
lumen verũ a lumine illuminato: id est Christus a Ioanne: Erat inquit lumen verũ qđ illumi-
nat omnem hoĩem veniẽtẽ ĩ hũc mũdũ. Si oẽm hoĩem: ergo & Ioãnẽ. Atq; vt oñderet hui⁹ diui

nitatem longe præſtātiore diſtantia.In hoc mũdo(inquit)erat: & mũdus p eum factus eſt:&
mũdus eũ nõ cognouit.Neq; eñ habet vim cognoſcẽdi eũ niſi rationalis creatura: q̃uis etiã
mũdus iſte viſibilis per eum factus ſit:hoc eſt cælũ & terra:ſed mundũ nõ cognoſcentẽ incre-
pando:ſignificauit infideles conſtitutos in mũdo.Deinde adiũgit:In ſua propria venit: & ſui
eũ non receperũt:Siue quia & ipſi infideles inquãtũ hoies ſunt:eius ſunt p quẽ creati ſunt: Si
ue ſuos pprie iudęos intelligi voluit:ex quibus naturã carnis aſſumpſit.Nec tamẽ oẽs eũ non
receperũt.Sequit̃ eñ & dicit.Quotquot aũt receperũt eum:dedit eis poteſtatẽ filios dei fieri
credentibus in nomine eius:qui non ex ſanguinibus:neq; ex voluntate carnis:neq; ex volũta-
te viri:ſed ex deo nati ſunt.Hæc eſt gratia noui teſtamenti:qđ in veteri latuit:nec tamen figu
ris obumbrantibus pphetari prænuntiariq; ceſſauit:vt intelligat anima deum ſuum:& gra-
tia eius renaſcitur illi.Hæc quippe natiuitas ſpiritalis:tamen ideo non ex ſanguinibus: nõ ex
G voluntate viri:neq; ex voluntate carnis:ſed ex deo. Hæc etiam adoptio vocatur. Eramus Ca.3.
enim aliquid antea q̃ eſſemus filii dei:& accepimus vt fieremus qđ nõ eramus:ſicut q adopta
tur anteq̃ adoptaretur nondũ erat filius eius a quo adoptatur:iam tamen erat qui adoptare-
tur.Et ab generatione gratię diſcernitur ille filius:qui cum eſſet filius dei venit vt fieret fili-
us hominis:donaretq; nobis qui eramus filii hominũ/filios dei fieri.Fact9 eſt quippe ille qđ nõ
erat:ſed tamẽ aliquid aliud erat. Et hoc ipſum aliquid/verbum dei erat:per qđ facta ſunt oia
& lumẽ verum qđ illuminat omnẽ hominẽ venientem in hunc mũdum: & deus apud deum.
Nos quoq; per eius gratiam facti ſumus qđ non eramus:id eſt filii dei: ſed tamen aliquid era-
mus:& hoc ipſum aliquid multo inferius:hoc eſt filii hominũ.Deſcendit ergo ille vt nos aſcẽ
deremus:& manens in natura ſua factus eſt particeps naturæ noſtræ:vt nos manẽtes in natu
ra noſtra efficeremur participes naturæ ſuæ.Non tamen ſic: Nam illum naturæ noſtræ par-
ticipatio non fecit deteriorem:nos autem facit naturæ illius participatio meliores.Miſit ita- Gal.4.
q; deus filium ſuũ factũ ex muliere:factum ſub lege.Nam legis ſacramẽta pcepit:vt eos q ſub
lege erãt redimeret:id eſt quos lex reos tenebat occidẽte litera dum præceptum non implere-
tur:anteq̃ viuificaret ſpiritus.qa charitas dei quæ præceptum implet:diffundit̃ in cordibus Ro.5.
noſtris per ſpiritũſanctũ q datus eſt nobis.Proinde cũ dixiſſet: Vt eos q ſub lege erãt redime- Gal.4.
ret:continuo ſubiunxit: Vt adoptionem filiorum reciperemus:vt videlicet huius gratiã be-
neficii diſcerneret ab illa filii natura:qui miſſus eſt filius:non per adoptionem factus ſed ſemp
genitus filius participata natura filiorum hominum.Quapropter etiam cum dixiſſet:Dedit Ioan.1.
eis poteſtatem filios dei fieri:modũq; adiunxiſſet:ne carnalis intelligeretur natiuitas:q; ſcili-
cet eis præſtiterit id q; credũt in nomine eius: & per gratiam renaſcuntur ſpiritalem:non ex
ſanguinibus:neq; ex voluntate viri:neq; ex voluntate carnis:ſed ex deo: mox cõmẽdauit qua
ſi huius viciſſitudinis ſacramentũ. Tanq̃ eñ mirari tantũ bonũ non auderem9 optare:ſtatim
ſubiunxit:Et verbũ caro factũ eſt & habitauit in nobis:Qđ vnũ eſt ex qnq; illis:quę tibi expo-
ni voluiſti:tanq̃ diceret:O homines nolite deſperare vos fieri poſſe filios dei:quia & ipſe filius
dei/hoc eſt verbũ dei/caro factũ eſt & habitauit in nobis.Reddite vicem:efficimini ſpiritus
& habitate in illo qui caro factus eſt & habitauit in nobis. Neq; enim iã deſperãdum eſt:par-
ticipatione verbi fieri poſſe hoies filios dei:quando filius dei participatione carnis factus eſt
filius hominis.Nos itaq; mutabiles in melius commutandi participes efficimur verbi:verbũ
autem incommutabile nihil in deterius commutatum particeps carnis effectum eſt rationa-
li anima mediante. Neq; enim homo Chriſt9(vt Apollinariſtę hęretici putauerũt)aut nõ
habuit animã aut non habuit rationalem:ſed more ſuo ſcriptura vt Chriſti humilitatem ma
gis oſtẽderet:ne carnis nomẽ quaſi indignũ aliqd refugiſſe videretur:carnem poſuit.Neq;.n.
quia ſcriptũ eſt: Videbit ois caro ſalutare dei:aię ibi non ſunt intelligẽdę. nihilq; pinde aliud Eſa.40.
dictum eſt: Verbum caro factum eſt:q̃ ſi diceretur: filius dei filius hominis factus eſt: Qui Lucę.3.
cũ in forma dei factus eſſet:ſicut dicit Apoſtolus:nõ rapinam arbitratus eſt eſſe æqualis deo. Phil.2.
Neq; enim vſurpatiõis erat vt rapina diceret̃:ſed naturę inerat vt eſſet ęqualis. Semetipſum
tamen exinaniuit:nõ formam dei amittens:ſed formã ſerui ſuſcipiẽs:humiliauit ſemetipſum
factus obediẽs vſq; ad mortem:mortẽ autem crucis. Vide quemadmodũ eundem hominem 3.ſen.diſ.6.
quẽ deum cõmẽdat: vt perſona vna ſit/etiam filium hominis proteſtetur:ne non trinitas ſed ca.ne autẽ.
quaternitas dicat̃.Sicut enim non augetur numerus perſonarum cum accedit caro animę vt
ſit vnus homo:ſic nõ augetur numerus pſonarũ cũ accedit homo verbo vt ſit vnus Chriſtus
Legitur itaq; Verbum caro factum eſt:vt intelligamus huius pſonæ ſingularitatẽ:non vt ſu

Ca.4. spicemur in carnem mutatam diuinitatem. Itaq; Christꝰ homo vt per eum reuelaretur no H
ui gratia testamenti:quoniam non ad temporalem sed ad æternam vitam pertinet: non vtiq;
terrena felicitate commendandus fuit. Inde subiectio:inde passio:inde flagella/sputa/cōtume
liæ/crux/vulnera:& tanq̃ superato subiectoq; mors ipsa:vt fideles eius discerēt: quale pietatis
præmium ab illo cuius filii facti essent/ petere atq; sperare deberent:ne ad hoc p magno serui
rent deo:vt terrenam felicitatem adipisci quærerent qui seruirent:ipsi abiicientes & concul
cantes fidem suam ęstimando eam mercedem vilissimam. vnde beneficentissima prouidentia
omnipotens deus terrenam felicitatem concessit & impiis:ne pro magno quęreretur a bonis.
Hinc ille psalmus septuagesimus & secundus:inducit hominem pœnitentē:q; aliquando cor
de non recto seruierit pro hac mercede:qua cum pollere atq; excellere impios videret: turba
tus cœperat cogitare q; deus humana non curet. Et cum ab ista cogitatione eum sanctorum
ad deum pertinentium reuocaret authoritas: suscepit & intēdit agnoscere tam grande secre
tum:qđ ei laboranti non patefactum est:donec intraret sanctuarium dei: & intelligeret in no
uissimo:hoc est donec accepto spiritu sancto disceret desyderare potiora: & prospiceret quæ
pœna futura sit impiis etiam:qui tanta quadam temporaliter felicitate floruissent. Hūc psal
mū septuagesimūsecundum nocte qua illucescebat solennitas beatissimi Cypriani/per mini
sterium nostrum expositum/lege & diligenter aduerte. Proinde homo Christꝰ: ideq; Chri
stus cuius misericordissima humanitate: atq; in cuius forma seruili discere deberemus qd in
hac vita contēnendum:& quid in alia sperandum esset:in ipsa passione in qua sibi ab eius ini
Psal.21. micis figebatur vetus homo noster:vt euacuaretur corpus peccati:dixit: Deꝰ meus deus me
us vt quid me dereliquisti. Et hoc vnum de quinq; propositis tuis. Sic incipit psalmus vicesi
musprimus:qui de passione ipsius & reuelatione quā fidelibus faciendam liberandisq; attu
Ca.5. lit in prophetia:tāto ante cantatus est. Proinde eundem psalmū: cuius prophetiam dominꝰ I
ad se pertinere demonstrās:eius primum versum exclamauit:cum penderet in ligno:comme
rando exponendoq; quando in vetere homine velabatur. Dicitur enim ex persona Christi:qđ
Esa.53. ad formā serui attinet:in qua nostra portatur infirmitas. Dixit eñ & de illo Esaias: Ille infir
mitates nostras portat:& pro nobis in doloribus est. Huiꝰ igitur infirmitatis voce:de qua Pau
2.Cor.12. lus in eo qđ petebat non exauditus:& ideo quodāmodo derelictus:audit tamē a domino: Suf
ficit tibi gratia mea: Nam virtus in infirmitate perficitur. Ex voce ergo huiꝰ infirmitatis no
stræ quā in se transfigurauit caput nostrum:dicitur in hoc psalmo: Deus deus meus respice
in me quare me dereliquisti. In eo quippe derelinquitur deprecans:in quo nō exaudit̃. Hāc in
se vocem transfigurauit Iesus: vocem scilicet corporis sui:hoc ecclesiæ suæ:a vetere homine
in nouum reformādę:vocem scilicet infirmitatis suæ humanæ: cui deneganda fuerant bona
veteris testamenti:bonis ad veterem hominem pertinentibus. Pręcipue cōcupiscitur vitę hu
ius productio temporalis:vt aliquanto diutius teneatur: quia semper non potest. Ideo diem
mortis omnes quidem affuturum sciunt:& eum tamen omnes aut pene omnes differre conā
tur:etiam qui post mortem se beatius credūt esse victuros. Tātum habet vis carnis & animæ
Ephe.5. dulce consortium. Nemo enim vnq̃ carnem suam odio habuit: & ꝓpterea nō vult anima vel
ad tempus ab eius etiam infirmitate discedere:q̃uis eam se sine infirmitate in æternum rece
pturam esse confidat. Proinde mente seruiens legi dei:carne autem trahens desyderia pecca
ti:quibus obedire vetat apostolus:mentis quidē ratione cōcupiscit homo dissolui prius:& eē
cum Christo:sed id sensu carnis recusat & refugit:et si fieri possit:non vult expoliari: sed sup
uestiri:vt absorbeatur mortale a vita:id est ab infirmitate ad immortalitatem etiā ipsum cor
pus sine morte media transferatur. Sed hæc verba quibus humanus dies & vitæ huius proli
xitas concupiscitur:verba sunt delictorum:& longe sunt ab ea salute:cuius nondum rem sed
Ro.8. iam spem gerimus:de qua scriptum est: Quia spe salui facti sumus: Spes autem quę videt̃ non
est spes. Ideoq; & in isto psalmo cum dixisset: Deus deus meus respice in me: quare me dereli
quisti:continuo subiungit: Longe a salute mea verba delictorum meorum:id est hęc verba de
lictorum meorum sunt:& longe ab illa salute mea sunt:quā mihi non veteris sed noui testa
Psal.21. menti gratia pollicetur. Q̃q̃ etiam sic distingui posset: Deus deus meus respice in me:quare
me dereliquisti longe a salute mea:tanq̃ diceret:relinquēdo me: hoc est non me exaudiendo/
longe factus es a salute mea:præsenti scilicet salute huius vitæ:vt alius sensus sit:verba deli
ctorum meorum:id est ista quæ dixi verba delictorum meorum: quia verba sunt carnaliū de
syderiorum. Hæc ex persona sui corporis Christus dicit:qđ est ecclesia. Hæc ex persona dicit

infirmitatis carnis peccati quã trãsfigurauit in eã quã sumpsit ex virgine similitudinē carnis peccati. Hęc sponsus ex persona sponsæ loquit: quia vniuit eã sibi quodãmodo: Et apud Esaiã: vbi dicit: Sicut sponso alligauit mihi mitrã: & sicut sponsam ornauit me ornamento. Alligauit mihi & ornauit me: tanq̃ vnius vox est: & tamen sponsum & sponsam Christum intelligimus & ecclesiam. Sed erunt duo in carne vna. Sacramentum magnũ dixit apostolus in Christo & in ecclesia. Igitur non iã duo sed vna caro. Si ergo caro vna: pfecto competenter etiã vox vna. Quid hic quęris humana infirmitas vocem verbi p qđ facta sunt omnia? Audi potius vocem carnis: quæ facta est inter omnia: quoniam verbum caro factum est & habitauit in nobis. Audi potius medicinæ vocem qua sanaris: vt videas deum: quem tibi videndum distulit: hominem ante videndum attulit: mirandum contulit: credendum transtulit: vt ista fide ad videndum deum mentis oculus sanaretur. Quid ergo dedignamur audire vocem corporis ex ore capitis? Ecclesia in illo patiebatur quãdo pro ecclesia patiebatur. Sicut etiam in ecclesia patiebatur ipse: quando pro illo ecclesia patiebatur. Nam sicut audiuimus ecclesię vocē in Christo patientis: Deus deus meus respice &c. Sic etiam audiuimus Christi vocem in ecclesia patientis: Saule Saule quid me persequeris. Cũ itaq; non exaudimur ad temporalia bona retinenda vel adipiscenda: quando pro his deprecamur deum: vt eo quo nos non exaudit derelinquit nos: sed ad potiora quæ vult intelligamus & proferamus & concupiscamus: non nos derelinquit. Vnde sequitur Psalmista & dicit: Clamaui ad te nec exaudies: & nocte: etiam hic nõ auditur nec exaudies: Sed vide quid adiungit: Et non ad insipientiam mihi. Hoc ergo dicit: Non me exaudies clamantem per diem: id est in rebus prosperis vt eas non amittam: & nocte: id est in rebus aduersis vt prospera quæ amissa sunt redeant. Verum hoc mihi non ad insipiētiam facias: sed potius ad sapientiam: qđ iam per noui testamēti gratiam a te expectate: quod desyderare: quod poscere debeam. Clamo quippe ego vt hic bona temporalia nõ auferantur: Tu autem in sancto habitas laus Israel: nolo vt derelinquas concupiscentiam meam qua carnalem felicitatem requiro. Verum hęc est in sordibus vetustatis: tu autem quæris munditiã nouitatis: non exaudiendo istam cupiditatem relinquis: quia charitatem in qua habites quæris. Charitas autem dei diffunditur in cordibus nostris: sed per spiritumsanctum qui datus est nobis. Ideo in sancto habitas laus Israel: laus videntium te: quia non in se laudant: sed in te. Quid enim habent qđ nõ acceperũt: vt qui gloriatur in domino glorietur? Hæc est gratia noui testamenti. Nam in veteri testamento quando commendabas: non nisi a te peti sperariq; debere etiam ipsam terrenam temporalemq; felicitatem: In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt & eruisti eos: ad te clamauerunt & salui facti sunt: in te sperauerunt & non sunt cõfusi. Illos quippe patres inter inimicos suos viuentes: & diuitiis implesti: & ab hostibus eruisti: gloriosasq; victorias reportare fecisti: & de diuersis eos mortibus liberasti. Pro alio: id est p Isaac: subiecisti ne feriretur arietem. Alium: id est Iob de putredine sanum: & ei dupla quæ amiserat reddidisti. Alium: id est Danielem inter leones esuriētes illęsum integrumq; seruasti. Aliorum: id est Ananiæ: Azariæ: Misael: inter flammas deambulantium grata voce laudatus es. Tale aliquid in Christo expectabant fieri iudæi: vnde probarent si vere filius dei esset: ex eorum persona & in libro sapientiæ dicitur: Morte turpissima condemnemus illum. Erit enim respectus in sermonibus ipsius. Si enim vere filius dei est: suscipiet eum & liberabit eum de manibus contrariorum. Hæc (inquit) cogitauerunt & errauerunt. Excæcauit enim eos malitia eorum. Attendentes quippe tempus veteris testamenti: & illam patrum etiam temporalem felicitatem: in qua illis exhibenda demonstrauit deus etiam talia dona sua esse: non viderunt iam esse tempus quo reuelaretur in Christo: bona æterna proprie deum præstare iustis: qui bona temporalia præstat & impiis. Deniq; cum dixisset. In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt & eruisti eos: Ad te clamauerunt & salui facti sunt: in te sperauerunt & non sunt confusi: vide quid adiunxerit: Ego autem sum vermis & non homo. Qđ videtur quidem ad commendandam humilitatem simpliciter dictum: vt se in oculis persequentium abiectissimum quidem & contēptissimum demonstraret. Sed non est contemnenda altitudo secreti profunditasq; mysterii: præsertim in eis verbis quæ tanto saluatori in prædicatione pphetiæ coaptantur. Dictus est hic sensus elegãtissimus a prioribus: ideo se hoc nomine Christum prænuntiari voluisse: quia vermis de carne sine concubitu nascitur: sicut ille natus est de virgine. Sed in libro suo Iob: cum de creaturis cælestibus loqueretur: q; in dei conspectu etiam vix ipsę mundæ sint: quanto magis (inquit) homo putredo: & filius hois vermis? Pu-

Marginal notes (right): Esa.61. — Eph.5. — Ioan.1. — Psal.21. — Act.9. — Ca.6. — Psal.21. — Ro.5. — Gen.22. — Iob.42. — Daniel.14. — Daniel.3. — Sapien.2. — Cap.7. — Iob.25.
Marginal letters (left): K (at "tientis: Saule Saule"), L (at "tres nostri").

tredinem pro mortalitate poſuit:quæ iam velut conceptam gerit moriendi neceſſitatem: in
quã peccando contruſus eſt homo: & filium hominis vermem natum de putredine quaſi pu-
trem:hoc eſt de mortalitate mortalem. Ac per hoc in his verbis pſalmi:alium ſenſum nos quę
Pſal.21. rere admonuit. Illo quidem ſaluo neq̃ reprobato:vt non ſolum ſcrutemur qđ ait: Ego autem
ſum vermis:ſed etiam illud qđ addidit: Et non homo: ſecundum illud quod de libro Iob com
memoraui:tanq̃ diceret: Ego autem filius hominis & non homo:non q̃ homo non ſit Chri-
1.Timot.2. ſtus:de quo dicit apoſtolus: Vnus eſt mediator dei & hominum:homo Chriſtus Ieſus: Om-
nis enim filius hominis homo eſt:ſed ad quendam reſpicit ſenſus iſte: qui ſic homo fuerit: vt
non eſſet filius hominis:id eſt Adam. Forte ergo ſic eſt dictum: Ego autem ſum vermis & non
homo:id eſt: Ego autem ſum filius hominis & non homo: tanq̃ diceretur: Ego autem ſum
Chriſtus:in quo omnes viuificantur:non Adam:in quo omnes moriuntur. Ac per hoc homi
nes diſcite per gratiam noui teſtamenti iam vitam concupiſcere ſempiternam. Quid pro ma
gno vultis a domino de morte liberari:ſicut liberati ſunt patres veſtri: quando commenda-
bat deus etiam terrenę felicitatis pręter ſe non eſſe alium largitorem? Illa felicitas ad veterem
hominem pertinet:quæ vetuſtas ab Adam cœpit: Ego autem ſum vermis & non homo: Chri
ſtus non Adam:a veteri veteres fuiſtis:a nouo noui eſtote. Ab Adam homines: a Chriſto filii
Matth.17. hominum. Non enim ſine cauſa familiariſſime dominus in euangelio ſe filium hominis di
cit magis q̃ hominem:nec ſine cauſa in alio pſalmo: Homines (inquit) & iumẽta ſaluos facies
domine:ſicut multiplicata eſt miſericordia tua deus. Abs te quippe iſta ſalus hominibus iu-
mentiſq̃ communis. Sed habent aliam homines noui propriam quandam & ab animatorum
conſortio ſeparatam:quæ ad nouum pertinet teſtamentum. Habent omnino: Nam de illa ibi
Pſal.35. dem ſequitur & dicit: Filii autem hominum ſub tegmine alarum tuarum ſperabunt: Inebria
buntur ab vbertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos: Quoniam apud te
eſt fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumẽ. Certe & hic cum ſuperius dixiſſet: Homines:
poſterius dixit: Filii autem hominum:tanq̃ diſtinguens ab hominibus filios hominum. In il-
la quippe felicitate eius ſalutis quæ communis eſt hominibus & iumentis:eo nomine illos ap
pellare voluit qui demonſtrarentur ad illum primum hominem pertinere quo vetuſtas cœ-
pit & mors:qui ſic fuit homo vt non eſſet filius hominis. Iſtis autem poſterioribus qui ſperãt
aliam felicitatem: & fontis vitæ ineffabilem voluptatem: & ſempiterni luminis lumẽ: hoc no-
men impoſuit:quo ſe familiarius appellari voluit dominus eorum:in quos talis gratia reuela
ta eſt:eoſq̃ filios hominum potius q̃ homines appellauit. Non autem exiſtimes quaſi locutio-
nis regulam figi perpetua lege ſeruandam:vt vbicunq̃ legeris homines aut filios hominum:
ſecundum hanc diſtinctionem ſemper intelligas:ſed vt ſe habuerit circunſtantia lectionis:vn
de ſenſus ſi patet hauritur:ſi latet eruitur. Sicut in hoc loco pſalmi huius quem non moueat
Pſal.21. diſtinctionis intentio:cum ille qui dixerat: In te ſperauerunt patres noſtri & eruiſti eos: ad te
clamauerunt & ſalui facti ſunt: In te ſperauerunt & non ſunt confuſi:ſubiungit: Ego autem:
non enim ait ſic: & ego:ſed ego aũt. Quid ergo iſte qui ſe ita diſtinguit? Ego autem ſum ver-
mis (inquit) & nõ homo:tanq̃ illis quos exaudiſti & eruiſti eam commẽdares felicitatem:quę
ad vetus pertinet teſtamentum:quæ homini veteri tribuenda eſſet qui cœpit ab Adam: Ego
Ca.8. autẽ ſum vermis:hoc eſt filius hominis:nõ homo ſicut ille homo q non fuit filius hois. Ac p M
hoc & qđ ſequit: Opprobriũ hominũ & abiectio plebis: Oẽs q cõſpiciebãt me:ſubſannabãt me
& locuti ſunt labiis & mouerũt caput: Sperauit in deum:eruat eum:ſaluum faciat eũ quoniã
vult eum: Hoc in labiis non in corde dixerũt:inſultando qđ non fieret:non credendo qđ futu
rum eſſet. Factum eſt autem & hoc:ſed ſicut fieri oportebat in filio hominis:in quo ſpes æter-
næ vitæ fuerat reuelanda ad nouum pertinens teſtamentum:non ſicut illi expectabant: & q̃a
fieri non videbant:tanq̃ ſuperato inſultabant pertinentes ad teſtamẽtum vetus & hominem
in quo omnes moriuntur:non ad filium hominis in quo omnes viuificabunt. Mortem quippe
intulit homo ſibi filioq̃ hominis:vitam vero attulit homo ſibi moriens & reſurgẽs:filius ho-
minis:opprobrium hominum & abiectio plebis. Vſq̃ ad mortem enim hoc voluit pati in cõ-
ſpectu inimicorum:quo eum tanq̃ derelictum putarent:vt gratia commẽdaretur noui teſta-
menti:qua diſceremus aliam quærere felicitatem: quæ nunc eſt in fide:poſtea in ſpe. Q̃diu
2.Cor.5. enim ſumus in corpore (ait Apoſtol9) peregrinamur a domino: Per fidem enim ambulamus:
non per ſpeciem: & ideo nunc in ſpe:tunc in re. Deniq̃ reſurrectionẽ ſuam: quã non ſicut no-
ſtram in longũ differri oportebat:vt in exemplo carnis ei9 diſcerem9:qđ in noſtra ſperare de-

berem⁹:noluit alienis demonstrare:sed suis. Alienis dico:nō natura:sed vitio:qđ semp est cō-
tra naturam. Mortuus est ergo in cōspectu hominū:resurrexit aūt in cōspectu filiorū hominū
quia mors ad hominem pertinebat:resurrectio ad filium hois. Sicut eñ in Adā oēs moriūtur: 1.Cor.15.
sic & in Christo omnes viuificabuntur. Vt igitur exemplo suæ carnis exhortaretur fideles su
os temporalem ꝑ æterna felicitate contemnere:vsq; ad mortem pertulit persequentes atq; sæ
uientes:& quasi victo & oppresso superbe illudentes. Q₂ autem carnem suam resuscitauit: &
discipulorum conspectibus & contactibus reddidit:eisq; videntibus ascendit in cælum: ipsos
ędificauit: & qđ prędicare deberēt:euidentissima veritate demōstrauit. Illos autem a quibus
tanta mala vsq; ad mortem pertulerat:quasi de illo superato & extincto gloriantes: in ea opi-
nione dereliquit:vt quisquis eorum salute æterna saluus fieri vellet:hoc de illius mortui re-
surrectione crederet:qđ hi qui viderunt signis contestantibus prędicauerunt:& pro ea præ-
N dicatione similia perpeti non dubitauerunt. Quapropter etiam Iacobus vnus ex apostolis Ca.9.
eius in epistola sua cum hortaretur fideles:qui post passionem & resurrectionem Christi ad-
huc in ista vita tenebantur:dispensationem veteris testamenti nouiq; distinguens: Sustinen- Iacobi.5.
tiam inquit Iob audistis:& finem domini vidistis. Ne ideo patienter sustinerent tēporalia ma
la:vt sibi hoc restitueretur qđ recepisse legimus Iob. Nam & ab alio vulnere atq; putredine Iob.42.
saluus factus est:& ei cuncta quæ amiserat duplicata sunt restituta:vbi etiam cōmendata est
resurrectionis fides. Nam filii non duplum:sed totidem redditi:etiam illos quos amiserat re-
surrecturos significauerunt. Sic ipsi quoq; illis prioribus iuncti: a restitutionibus dupli non
inuenient alieni. Vt ergo non talē remunerationē speraremus:qñ mala tēporalia pateremur:
nō ait:Sustinētiā & finē Iob audistis:sed finē dñi vidistis:tāq̄ diceret:Mala tēporalia sicut Iob
sustinete:sed ꝑ hac sustinētia nō tēporalia bona sperate quæ illi aucta redierūt:sed æterna po-
tius quæ in dño præcesserūt. Iob ergo de illis patribus erat q exclamauerūt:& salui facti sunt.
Cū eñ dicit:Ego aūt:satis insinuat qua salute illos saluos esse factos velit intelligi:in qua ipse Psal.21.
vtiq; derelictus est:non ꝙ illi a salute ęterna fuerint alieni:sed in occulto tūc erat qđ in eis fue
rat reuelandū. In veteri quoq; testamēto velamē est:qđ tūc auferetᷣ:cū ad Christum quisq; in-
de transierit. Quo crucifixo velū etiam templi scissum est:vt significaretᷣ qđ Apostolus de ve Matth.27.
lamine veteris testamenti dixit:quomodo in Christo euacuatᷣ. Nā & in illis patribus q̄uis ra-
rissima:tamen fuerūt & vsq; ad mortē exēpla patientiæ:a sanguine Abel vsq; ad sanguinē Za Luc.11.
chariæ:quorum sanguinē dicit dominus Iesus & ab eis exigendū: q in patrum suorū a quib⁹
illi occisi sunt iniquitate ꝑsisterent. Et in nouo testamēto nec defuit nec deest bonorum fideli
um multitudo:qui etiam in ista tēporali felicitate præpolleāt:& in ea largitoris dei bonitatē
misericordiāq; experiantᷣ: Tenētes tñ qđ dispēsator noui testamēti diuitib⁹ hui⁹ sæculi Apo-
stolus pcepit:non superbe sapere:neq; sperare in incerto diuitiarū:sed in deo viuo qui præstat 1.Timot.6.
nobis omnia abundanter ad fruendum:vt benefaciāt diuites:sint in operibus bonis:facile tri-
buant:communicent:thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum:vt apprehendant
veram vitam:qualis in Christi non tantum spiritu:verūetiā carne manifestata est:cū resurre-
xit a mortuis:nō qualē iudęi in illo peremerūt:quādo eum de manibus eorū deus nō eruit:eū
q; derelinquere visus est exclamantē:Deus deus meus vt qđ me dereliquisti:vt eo modo in se
transfiguraret martyres suos:q & si mori nollent:quo etiam Petro dixit: Alter te cinget & fe Ioan.21.
ret quo tu nō vis:significans qua morte glorificaturus erat dominum:Et ob hoc a deo suo de
relicti viderentᷣ ad tempus:cum eis præstare nollet qđ vellēt:illam vocem cordis emitterent:
illumq; adhiberent pietatis affectum:quem passione impendēte ore proprio dominus expres
O sit:eos in se identidem transfigurans: Verum non qđ ego volo: sed qđ tu vis pater. In quo Matth.26.
enim primitus nisi in ipso capite nostro apparere debuit propter quā causam christiani su- Ca.10.
mus? Propterea non ait:Deus deus meus quare dereliquisti me: sed causam commonuit re- Psal.21.
quirendam:cum addidit: Vt quid dereliquisti me:id est quare:propter quid:quā ob causam?
Profecto enim erat aliqua causa:eaq; non parua:vt Noe liberaret de diluuio: Loth de cælesti
incendio:Isaac de imminenti gladio:Ioseph de calumnia mulieris & custodia carceris: Moy-
sen ab Aegyptiis:Raab ab excidio ciuitatis: Susannā de testibus falsis: Danielem a leonibus:
tres viros ab ignibus:aliosq; patres qui exclamauerunt & salui facti sunt:& Christum de ma-
nibus iudęorum non liberaret: eumq; in potestate sæuientium: vsq; ad mortis exitum dere-
linqueret. Vt quid hoc:ꝑpter quid hoc:nisi propter illud qđ paulopost in eodē psalmo dicit:
Nō ad insipiētiā mihi:hoc est corpori meo:ecclesię meæ:minimis meis? Nam in euāgelio:qđ

Matth.25. vni ex minimis meis fecistis inquit mihi fecistis. Sic itaq; dictũ est: Et non ad insipientiã mihi
quomodo dictũ est: Mihi fecistis. Et sic dictum est: Quare me dereliquisti: quomodo dictũ est:
Luce.10. Qui vos recipit me recipit: & q vos spernit me spernit. Non ergo ad insipientiam nobis: sed vt
sapiamus: nõ ꝓpter istam vitã in qua nos deus aliquãdo vsq; ad mortẽ ꝑsequẽtiũ manibus de
relinquit: sed ꝓpter illã sempiternã nos debere esse christianos: quia hoc in illo præcessisse in-
tuemur: ex eius noĩe sic vocamur. Ecce ita factũ est: tamen multi nõ ob aliud volũt eẽ christia
ni: nisi vt huius vitę felicitate ꝑfruant: ideoq; illa deficiente deficiunt. Q; si non in ipso nostro
capite tã insigne cõstitueret exẽplũ: quo disceremus ꝓ cęlestibus terrena cõtemnere: nõ respi
2.Cor.4. ciẽtes quę vident: sed quæ nõ vident. Quæ eñ videntur temporalia sunt: q̃ aũt non vidẽtur
ęterna. Quos in se vocibus illis trãsfigurare dignatus est. Nã quãtũ ad ipsum attinet: quomo
do vellet liberari ab illa hora: q ꝓpterea venerat in illam horã! Aut quomodo sic loquebatur
Ioan.10. quasi qđ nollet ei accideret: cũ potestatẽ habuerit ponendi animã suam: & iterũ sumẽdi eam:
nec eam q̃sq̃ tolleret ab illo: sed eam ipse poneret & sumeret: sicut in euangelio dicit! Sed ꝓcul
Ca.11. dubio nos in illis vocibus eramus: & caput pro suo corpore loquebat: nõ disiũcta significatio-
ne vocis: vbi cõnexio nõ disiũgit vnitatis. Deniq; in psalmo sequit: & orãs aduerte qd dicat: P
Et tu inquit extraxisti me de ventre spes mea: ab vberibus matris meæ deus meus es tu: tanq̃
diceret: de alia re & ab alia re in aliã rẽ me traiecisti: vt tu sis mihi bonũ ꝓ terrenis bonis mor-
talitatis huius: quã in matris vẽtre sortitus sum: quia vbera suxi. Hæc eñ vetustas est de qua
me extraxisti: & illa carnalis natiuitatis bona sunt: a quibus tu spes mea es. Inde enim ad te cõ
uersus sum ex vtero: id est ex his quæ in vtero inchoaui: In te iactatus sum: ad te scilicet trans
iens: totũ me tibi cõmittẽs. Ideoq; de vẽtre matris meę: id est de bonis carnis quã sumpsi in vẽ
tre matris meæ: deꝰ meus es tu: vt de his tu sis bonũ meũ: ea locutione dictum est: ac si dicere-
tur (verbi gratia) de terra cęlũ habito: hoc est hinc illo emigraui: & ista nostra in illũ trãsfigu
ratio est: qui ꝑ gratiã testamẽti noui mutamus vitam: transeuntes de vetere ad nouam. Nam
ille hanc rem sacramẽto suæ passionis resurrectionisq; significans: carnem mutauit de morta
litate ad immortalitatem: vitam vero non mutauit de vetustate in nouitatẽ: quæ nunq̃ fuit
in impietate vnde transiret ad pietatẽ. Q̃q̃ non defuerũt q hoc qđ dictũ est: De vẽtre matris
meę deus meus es tu: ideo ad ipsum caput nostrũ ꝑtinere sentirẽt: quoniã pater intãtũ est deꝰ
eius: inquantũ homo est in forma serui: nõ inquãtũ illi æqualis in forma dei est: Ideo de vẽtre
matris meæ deꝰ meus es tu. Siqdẽ: Tu extraxisti me de vẽtre: sic ad ipsum Iesum de virgine ꝓ
creatũ refert: q̃si alios deus nõ extrahat: in cuius ꝓuidẽtia est oĩs ordo nascẽdi. Ac inde signifi
care voluit partũ virginis seruata virginitatis integritate mirabili: cũ ait: Tu extraxisti me
de vẽtre matris meæ: vt qd illic mirabiliter factum est: cũ deus fecisse dicit: nemini incredibi
le videat. Quid ergo est & illud: Spes mea ab vberibꝰ matris meæ! Quomodo & hoc ad ipsum
caput ecclesię referri posset: quasi eius qui in deo est: a matris vberibus ei cœperit: non & ante
in ipso vtero! Neq; enim spes alia intelligenda est: nisi qua futurum erat vt deus eum exalta-
ret a mortuis. Totum hoc quippe secũdũ id qđ homo factus est dicit. An forte qa vbera fœmi
narũ ab ipso conceptu in vbertatem ꝓmoueri perhibent: sic intelligi voluit: ab vberibus: tan-
q̃ diceret: ex quo carnem sumpsi: cui carni fuerat sperãda immortalitas: vt nõ ante spes ei eẽt
cũ in forma dei esset: in qua nihil in melius mutandum esset: sed ab vberibus matris: id ab ipsa
susceptione carnis quę concipiebatur in spe: cuius spei res futura erat: cum ad immortalitatẽ
Psal.21. de morte trãsiret. Sed qđ dictum est: In te iactatus sum ex vtero: quomodo coaptari capiti pos
Act.17. sit: ignoro: quasi in vtero cũ esset non in deo fuit: in quo viuimus: mouemur: & sumus: aut illi
us infantis anima rationalis ex quo caro ꝓcessit ex vtero: deum sperare cœperit. Nisi forte cre
dendum est: iam nato animam rationalem accessisse: quæ intra viscera matris adhuc ei defuis
set. Et quoniam eadem anima quæ carni iam natæ addita est deo inhærebat: ideo secundum
eandem carnem dictum esse existimandum est: In te iactatus sum ex vtero: tanq̃ diceret: eam
sortitus sum animam ex vtero quæ tibi cohæret. Sed quis audeat in hanc se temere præcipi-
tare sententiam: cum ratio de aduentu vel exortu animę in tanto naturæ profundo sic lateat
vt satius sit eam semper quęrere q̃diu in hac vita sumus: q̃ aliquãdo inuenisse præsumeretur.
Ex illa vero in seipsum transfiguratione nostra quemadmodum possent hæc accipi dictum ẽ:
Si quid autem dici potuit conuenientius vel potuerit: nullius prçiudicamus ingenio: doctri
Ca.12. næ nullius inuidemus. Iam illud qđ sequitur: Ne discedas a me: quoniam tribulatio ꝓxima Q
est: inde iã eminet: quemadmodum dictum est: Quare me dereliquisti. Quomodo enim dere-

liquit:cũi dicit:Ne discedas a me:nisi quia dereliquit vitæ veteris tẽporalẽ felicitatem? Roga
tur ne discedat & deserat spem vitæ ęternæ.Sed quid est:quoniã tribulatio proxima est:quasi
ei passio adhuc immineret:cũ ipse media passione ista dicere intelligat:quæ de illo in hoc psal
mo pphetata sunt?Hic eñ dicturus est etiã:q̃ in euãgelio aptissime scripta sunt:Diuiserũt si- Matth.27.
bi vestimẽta mea:& super vestem meam miserunt sortem: qđ factum est cum iã pẽderet in li-
gno.Quid est ergo tribulatio pxima est in qua media loquebat?Sed nimirũ illud vult intelli-
gi:qa cũ caro in doloribus est & in pœnis:pfecto anima tũc habet magnũ agonem patiẽtiæ:in
quo ne deficiat laborãdum & orãdũ est.Nihil est autem animę sua carne ppinquius.Ideo mũ
di huius quilibet magnus perfectusq; contẽptor:cum alibi patit:nihil patit.Potest enim adhi
bere vigilem rationem cum amittit bona quæ extrinsecus sunt:& ab animo sapiẽtis qui ex cu
piditate non habet:sine dubio longe sunt:& non curare qđ patitur:quia nec patit.Cum vero
amittit pręcipua corporis bona:id est corporis vitã ac salutem:iam tribulatio pxima est ani-
mi bonis:quibus ipse intus tanq̃ corporis est dominus:qui facit qualibet ratione: vt non dole
at cum corpus vulnerat aut vrit:cui tanto implicat consortio vt pati possit: dolere non pos-
sit.Ideo & diabolus hunc nocendi ordinẽ tenẽs:illius magni viri quẽ postulauerat tẽtandum:
prius externa bona accepit in potestatẽ:qbus ablatis & pditis:cum illum inconcussum vide-
ret:dixerat enim:Dominus dedit:dominus abstulit:sicut domino placuit:ita factũ est:sit no-
men domini benedictũ:etiã carnẽ cruciãdã vulnere postulauit:tali cũ eo cõfligens certamine Iob.1.
vt bona pximi inuaderet:id est corporis bona:quibus ille pditis si forte succumberet: atq; ad
impietatem cor inclinaret:etiã bona animi deperirent:qbus perdendis iã in corpore sęuiẽs vi
cinius tentator instabat.Deniq; ille vir q in tanta animi tentatione erat:vbi bonis pxima tri-
bulatio:q̃uis multa pphetice loquat:longe tamen loquitur aliter q̃ cum illa externa bona de
perissent in quibus filios non amiserat sed præmiserat.Clamat ergo martyris anima trans-
figurata in Christum:cũ iam in carne tribulari cœperit:& dicit deo a quo derelicta est in ter-
rena felicitate:sed quę cum illo est in spe vitę æternę:Ne discedas a me:quoniã tribulatio pxi
ma est:Non est in agro meo:nõ in auro:nõ in pecore:nõ in tectis atq; parietibus: nõ in meorũ
orbitatibus:sed in carne mea est cui copulor:cui cõnector:cui[9] sensum nõ habere nõ possum:
vnde me de pximo arguet:vt a patiẽtię virtute deficiam:non discedas a me:quoniam nõ est q
adiuuet:neq; amicus:neq; ppinquus:neq; humana laus:neq; pręteritę recordatio voluptatis
neq; aliquid eorum quo terrenæ felicitatis ruina fulcitur:neq; ipsa quæ in animo est meo hu-
R mana virtus:qa si tu deseris quæ hoĩs virtus? Quid est enim homo nisi q; memor es eius? Ca.13.
Circũdederũt me vituli multi:hoc est minores in plebe.Tauri pingues obsederũt me:hoc est
supbi ac diuites principes plebis aperuerunt in me os suũ:clamãtes:Crucifige crucifige.Qua Luc.23.
si leo rapiẽs & rugiens rapuerunt eũ:comprehensum adducentes ad p̃sidem:& rugierunt pe-
tendo eius mortẽ.Sicut aqua effusus sum:tanq̃ in me lapsi caderent psecutores mei.Dispersa
sunt omnia ossa mea.Quid sunt ossa nisi corporis firmamẽta:corpus aũt Christi ecclesia? Fir
mamẽta ergo ecclesię qui nisi apostoli:qui etiã colũnæ alibi nuncupant? Hi vtiq; dispersi sunt
cum ad passionem ipse duceret:vel cum esset passus & mortuus.Factũ est ergo cor meũ tanq̃ Psal.21.
cæra liquescens in medio ventris mei.Hoc sane queadmodũ capiti nostro ipsius corporis sal-
uatori coaptet inuenire difficile est.Neq; eñ nisi magno pauore cõtingit:vt cor velut cęra li
quescat humanũ:qđ vnde in illo fieri posset:qui potestatem habebat ponendi & recipiẽdi ani
mam suam?Sed pfecto aut infirmorum suorum in se transtulit causam:vel illorum qui metũ
mortis pauescunt:sicut ipse Petrus ex egregio p̃sumptore tam creber negator effectus:siue il Ioan.10.
lorum qui tristitia salubri contabescunt:sicut idem ipse Petrus cum amare fleuit.Nam tristi
tia quasi soluit cor:Vnde dicit etiam græce q; hinc appellata sit λυπη.Aut certe pfundum
sacramentum nos intelligere voluit:vt cordis sui nomine significaret scripturas suas:vbi ei[9]
vtiq; latebat consilium:qđ tunc apertum est:cũ ea quę de illo prophetata fuerunt:passus im-
pleuit.Solutę sunt ergo scripturæ eius in his quæ perfecta sunt aduentu eius/natiuitate/pas
sione/resurrectione/glorificatione.Quis enim iam ea non intelligit in prophetis:quando vs-
q; ad intellectũ etiam carnalis multitudinis peruenerunt?Quã fortasse significauit in medio
ventris sui:vt in eius corpore qđ est ecclesia quasi ventris locum habeat carnalis & infirmior
multitudo.Aut si ventris nomen magis interioribus competit:ad eos potius perfectiorẽ scri
pturarum intellectum peruenire monstratum est:cum cor eius:id est scripturæ eius quæ con
tinent consilium eius in medio eorum:hoc est in cogitatione eorum tanq̃ cæra dissoluit: hoc

Ca.14. est feruore spūs aperitur:disputatur:exponitur?Et aruit velut testa virtus mea. Testa igne S
Eccle.27. firmata est:sic & virtus corporis Christi : nō sicut fœnum igne consumit̃:sed sicut testa passio
ne velut igne firmat̃. Vasa eñi figuli ꝓbat fornax(sicut alio loco sciptura dicit)& homines iu
stos tētatio tribulationis.Et lingua mea adhæsit faucibus meis.Potest quidem silētium eius
Esa.53. significatum videri:qđ & ꝓpheta commendat cum dicit:Sicut agnus coram tondente fuit si
ne voce.Sed si linguam eius:os in eius corpore quod est ecclesia intelligamus:per qđ suum lo
quitur euangelium:tunc eius faucibus adhæret:cum a præceptis eius non recedit . Qđ vero
ro sequitur:Et in puluerem mortis deduxisti me:quomodo capiti coaptabitur: quādo quidē
Act.2. corp⁹ eius:qđ tertia die resurrexit:nō est vtiqꝫ in puluerem dissolutū?Nec aliter exposuerūt
Psal.15. apostoli:qđ in alio psalmo positū est:Neqꝫ dabis sanctū tuū videre corruptionē: nisi quia eius
Psal.29. caro non est corrupta:quæ tam celeriter resurrexit? Vñ item in alio psalmo dicit:Quæ vtili-
tas in sanguine meo:dū descēdo in corruptionē?Nunqđ cōfitebit̃ tibi puluis : aut annūtiabit
veritatē tuā?Hoc scilicet dicēs:ꝙ si eo modo quo & cęteri mortuus dimitteret̃ in puluerē : &
caro ei⁹ resurrectioni seruaret̃:nulla esset vtilitas in sanguine eius:qa nihil ꝓdesset mors ei⁹:
nec annuntiaret̃ veritas dei:quæ illum continuo resurrecturum esse prædixerat . Quid sibi
vult ergo qđ hoc loco ait:Et in puluerem mortis deduxisti me? Nisi corpus eius accipiamus
ecclesiam:in qua illi qui pro eius nomine passi sunt vel patiuntur:nō ita vt ipse cito resurgūt
sed in mortis puluerem deducunt̃:tūc resurrecturi cum illud tempus venerit: de quo in euā
Ioan.5. gelio dicit: Veniet hora quando omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius & pro-
cedent.Aut certe tropice puluerem mortis ipsos iudæos intelligi voluit : in quorum manus
Psal.1. deductus est.Scriptum est enim:Non sic impii non sic:sed tanq̄ puluis quem proiicit ventus
Ca.15. a facie terræ. Deniqꝫ sequitur:Quoniam circundederunt me canes multi:conciliū malignā T
tium obsedit me:tanq̄ ipsos dixerit puluerem mortis in quem deductus est : quos dixit canes
multos & concilium malignantium:canes eos videlicet appellans:qui plęrunqꝫ contra inno-
centes latrant:cum quibus non habent consuetudinem.Iam vero in his quæ subiungit tanq̄
Psal.21. euāgeliū recitat̃.Crucifixio qppe eius exprimit̃ in eo ꝙ dicit:Foderūt man⁹ meas & pedes me
os:dinumerauerūt oīa ossa mea.Ipsi vero consyderauerūt & conspexerunt me. Fossæ sunt eñi
clauis manus & pedes eius:& cū extenderet̃ in ligno: quodāmodo numerata sunt ossa ei⁹.Cō
syderatus est autem atqꝫ conspectus quid illi futurum esset:& vtrum veniret Helias & libera
ret eum.Iam illud qđ sequit̃:nullius expositionis indiget:Diuiserūt sibi vestimēta mea:& sup
vestem meam miserunt sortem. Verba deinde quæ subtexunt̃:orantis sunt ;tam ex persona ca
pitis:id est hominis mediatoris : q̄ ex persona corporis qđ est ecclesia: quā dicit etiam vnicam
suam. Tu autem domine(inquit)ne longe facias auxilium tuum:Hoc ad eius carnē pertinet:
cuius resurrectio nō in longum est missa vt aliorum.In defensionem meam aspice ne quid no
ceant inimici:qui sibi videntur aliquid potuisse carnem perimendo mortalem.Nō autem no-
cent si defendente gratia dei:non eis ad malum anima superata consentiat.Sic enim & alibi p
phetatum est: Terra tradita est in manus impii:hoc est caro terrena . Erue a framea animam
meam.Framea gladius est: Nec vtiqꝫ tali ferro Christus occisus est sed cruce:nec latus ei⁹ gla
dio sed lancea percusserunt.Translato ergo verbo:frameam linguam dixit persequentium:si-
Psal.56. cut in alio psalmo dicitur:Et lingua eorum gladius acutus. Vnde quia in eius carne lingua
præualuit malignorum:orat vt animæ nihil noceat:cum dicit: Erue a framea animā meā:vt
hæc in prophetia oratio si ad caput corporis referas:non videatur velut indigētis petitio:sed
potius rei futuræ figurata prædictio.Aut certe quia corpus eius:hoc est ecclesia:graues perse
cutiones fuerat ꝑpessura:Frameam dixit:qua maxime trucidati sunt martyres. vnde vult eo
Matth.10. rum animas erui:ne timeāt eos qui corpus occidūt:aīam autem occidere non possunt: & con
sentiant ad illicita.Aut etiam in ipsorum passionibus/inimicorum linguam frameam dicit:
vnde animam suam:hoc est animam corporis sui:animam sanctorum suorum vult erui. Qđ
autem sequitur:Et de manu canis vnicam meam:nihil aptius q̄ vnica ecclesia mihi videt̃ in-
telligi.Canem vero appellauit mundū:nō ratione sed consuetudine cōtra insolitam veritatē
latrātem.Hæc est enim canum natura:vt cū quibus habent consuetudinem:siue illi boni siue
mali sint nō ad eos latrent:insolitorum autē personis visis etiam innocētibus irritent̃ . Manu
autem canis potestatem mundi significauit.Cuius etiam regnum infestum futurum corpori
suo:id est ecclesię suę leonis nomine figurauit in eo qđ adiunxit:Saluum me fac de ore leonis.
Prouer.19. Vnde est scriptū: Nihil interest inter minas regis & iram leonis:q̄q̄ & diabolum apostol⁹ Pe-
1.Petri.5. trus leoni comparet rugiēti & quærenti circūeundo quem deuoret.Superbosqꝫ huius mun-

di:christianis humilibus aduersaturos ostēdens:consequenter dicit. Et a cornibus vnicorniū
humilitatem meā.Ideo quippe in vnicornibus superbi intelligunť:quia superbia odit consor-
tium:& quantū in ipso est:solus cupit eminere omnis superbus. Iam nūc attende vbi sit fru- Ca.16.
ctus:vel ꝙ derelictus est:ne exaudireť pro terrena felicitate:non ad insipientiam: sed vt sape-
remus quid noui gratia testamenti desyderare debeamus:vel ꝙ nō est derelictus:sed exaudi-
tus in eo qđ ait:Ne discedas a me:q dixerat:Quare me dereliquisti:qđ vtiq̄ cōtrarium est:ni
si illud ad aliud:hoc ad aliud referať.Attende & audi quantū sapis:hauri quantū capis:quan
tumq̄ ipē rem tantā eloqui valeo:quantū tribuit ille qui nos exaudit:& in Christo inquantū
homo meditator est inter nos & deum:& cum Christo inquantū deus est æqualis deo: & po-
tēs est facere (vt ait Apostolus) supra q̄ petimus aut intelligimus. Vide in hoc psalmo testa- Ephē.3.
menti noui gratiā:vide illius derelictionis:tribulationis:deprecationis fructū:quid agať: qđ
insinueť:quid mundeť:quid illustreť.Intuere quid legamus tanto ante prophetatū:qđ iā cer-
namus impletum.Narrabo nomē tuū inquit fratribus meis:in medio ecclesię cantabo te.Fra Psal.21.
tres illi sunt de quibus in euangelio ait: Vade & dic fratribus meis.Ecclesia illa est quā modo Ioan.20.
dixit vnicā suā:hæc est vnica catholica quæ toto orbe copiosa diffundiť quousq̄ ad vltimas
gentes porrigitur. Vnde in euangelio dicit:Et prędicabiť hoc euangelium in vniuerso orbe Matth.24.
in testimoniū omnibus gentibus:& tunc veniet filius hominis.Qđ aūt ait:Cantabo:hoc est il-
lud canticum nouum:de quo in alio psalmo dicitur:Cantate domino canticum nouum:can- Psal.95.
tate domino omnis terra.Habes hic vtrūq̄:ex quo cantico cantaturū se dixerit:& in cuius ec
clesię medio:illud pertinet ad nouum canticum:hoc ad omnem terram.Ipse quippe cantat in 2.Cor.13.
nobis cuius gratia cantamus:sicut dicit Apostolus:An vultis experimentum eius accipere q
in me loquiť Christus?Mediū vero ecclīæ ad eminentiā licet referas & ipsam manifestationē:
quia omnia quanto clarius nota sunt:tātomagis in medio esse dicuntur. Vel certe ad interio
res ecclīæ:quia interiora sunt media.Neq̄ ēm omnis qui labiis personat:cantat canticū nouū
sed qui eo modo cantat:vt apostolus admonet dicens: Cantantes & psallentes in cordibus ve Ephē.5.
stribus dño.Intus enim est hoc gaudium:vbi vox laudis & caniť & audiť:quia voce laudatur
qui gratis amandus est toto corde:tota aīa:tota mente:amatoremq̄ suū attendit in se gratia
X sui spiritussancti.Quid ēm aliud est canticū nouū:q̄ laus dei? Deniq̄ sequiť:& hoc euidenti Ca.17.
us demonstrat.Cum enim dixisset:Narrabo nomen tuū fratribus meis:quia deum nemo vi- Psal.21.
dit vnq̄:sed vnigenitus filius qui est in sinu patris ipē enarrauit:atq̄ adiunxisset:In medio ec Ioan.1.
lesiæ cantabo te:quomodo cantabit:id est quia in nobis:continuo manifestauit dicēs: Qui ti
metis dñm laudate eū.Quis aūt veraciter laudat nisi qui syncæriter amat?Tātundē est ergo
ac si diceret:Qui timetis dñm amate eū. Dixit ēm homini:sicut scriptū est:Ecce pietas est sa-
pientia.Porro pietas cultus dei est:nec coliť ille nisi amando.Summa igitur & vera sapientia
est in præcepto illo primo:Diliges dominū deū tuum ex toto corde tuo:& ex tota anima tua Matth.22.
Ac per hoc sapientia est charitas dei:nec diffunditur in cordib⁹ nostris: nisi per spiritumsan- Ro.5.
ctum qui datus est nobis.Initium autem sapientiæ timor domini:Et timor non est in charita Eccl.1.
te:sed perfecta charitas foras mittit timorem.Proinde pręmissus timor in cor nostrum:pellit 1.Ioan.4.
inde consuetudinem malorum operum & seruat charitati locum:qua tanq̄ domina veniente
vt illa insideat:abscedit.Ergo qui timetis dominum laudate eum:vt deum non seruiliter sed
libere colatis:eum amare discite quem timetis:& poteritis laudare quod amatis. Timentes
enim deum homines veteris testamenti:propter literam terrentem & occidentem:nondū ha
bentes spiritum viuificantem:currebant cum sacrificiis ad templum:Et q̄uis in figuram fu-
turi sanguinis quo redempti sumus:tamen nescientes qđ per eos pręfiguraretur:cruentas vi
ctimas immolabant.Nunc vero in gratia noui testamēti qui timetis dominum laudate eum
Ipse quippe in alio psalmo:illa mutanda prænuntians:quæ tunc in vmbra futuri offerebātur
Non accipiam inquit de manu tua vitulos:neq̄ de gregib⁹ tuis hircos.Et paulo post vt ostē Psal.49.
deret sacrificium noui testamenti:quando illa fuerant cessatura.Immola inquit deo sacrifici-
um laudis:& redde altissimo vota tua.Et in fine eiusdem psalmi:Sacrificiū inquit laudis glo
rificabit me:& illic via est qua ostendam illi salutare meū.Salutare dei Christus est: quem in-
fantem Simeon senex cum agnouisset in spiritu:cumq̄ sumpsisset in manus: Nunc dimittis Lucæ.2.
dñe (inqt) seruū tuum secundum verbum tuum in pace:quoniam viderunt oculi mei salu-
Y tare tuū. Qui timetis ergo dñm laudate eum:vniuersum semen Iacob glorificate eū.Nō va Ca.18.
cat ꝙ ei non sufficit dicere: semen Iacob:nisi adderet vniuersum:ne in solis eis intelligeretur

qui ex Israelitis fuerant crediturí.Semen Iacob ipsum est semen Abraç omnibus in Christum.
Gal.3. credentibus:non solis qui ex israel fuerant fideles.Apostolus dicit:Ergo Abrahæ semen estis
secundum promissionem hæredes.Ibi nanq commemorauit præfugationem noui testamenti:
in eo quod scriptum est:In Isaac vocabitur tibi semen:nõ vtiq in Hismael ancillæ filio.In qui
bus duobus filiis Abraæ seruo & libero & duabus mulieribus : ancilla & libera : scribens ad
Gal.4. Galatas:duo testamenta dicit in allegoria præfigurata.Vnde dicit:Non hi qui filii carnis: hi
Ro.9. sunt filii dei:sed filii promissionis deputantur in semine.Promissionis enim verbum hoc est:
Ad hoc tempus veniam:& erit Saræ filius.Multum est & nimis longum/diligenter enuclea
re:cur filii promissionis pertinentes ad Isaac noui testamenti gratiæ deputẽtur.Breuiter ta
men attingam:vnde tanto fructuosius cogitabis:quanto magis pie cogitaueris.Nõ omnia de
us quæ prædicit:promittit.Prædicit enim etiam illa quæ non ipse facit:quia est oĩm præscius
futurorum.Prędicit ergo & peccata hominum:quæ potuit pręscire non facere.Promittit au
tẽ quæ ipse facturus est:nec ea mala sed bona.Quis enim promittit mala?Quis itaq mala in
ferat:mala non peccata sed supplicia:minatur tamen potius q̃ promittit.Omnia largit & pręs
scit:sed peccata prędicit.Filii ergo promissionis:filii sunt beneficii.Hæc est gratia quæ gratis
datur:non meritis operantis sed miseratione donantis.Hinc gratias agimus dño deo nostro:
quod est magnum sacramentum in sacrificio noui testamenti:qđ vbi & quando & quomodo
Ca.19. offeratur cum fueris baptizatus inuenies. Deinde sequitur & dicit : Timeat eũ omne semẽ Z
Israel:quia Iacob ipse & israel vnus homo erat habens duo nomina.Non in paruo sacramento
sed vno libro nõ possunt dici omnia.In quo iam multum progressi sumus & nondum de aliis.
tribus quęstionibus aliquid diximus:hoc est de tenebris exterioribus:& latitudine & lõgitu
dine:altitudine & profundo:& de quinq & quinq virginibus.Quod ergo dixit supra: Vni
uersum semen Iacob:hic consequenter ait:Omne semen Israel.Sed quare superius:Magnifica
te eum:& posterius:Timeat eum?Magnificatio laudi cõgruit:de qua dixerat:Qui timetis do
I.Ioan.4. minum laudate eum.vnde iam multa disserui.Ibi quoq amor vel charitas dei perfecta foras
Ro.8. mittit timorem.Cur ergo iterum timeat eum omnis Israel?Non enim accepistis(inquit apo
Ro.11. stolus)spiritũ seruitutis iterum in timore.Sed idem apostolus oleastro inserto in oliua timo
rem præcipit:hoc est gentibus additis radici Abraam:Isaac:Iacob:vt & ipsi fierent israel: id ẽ
pertinerent ad semen Abraæ.Quã insertionẽ oleastri amputatis propter infidelitatis super
biam naturalibus ramis:etiam ipse dñs in euangelio prędixit:occasione illius Cẽturionis qui
Matth.8. in eum ex gentibus credidit.Tunc enim ait:Amen dico vobis:non inueni tantam fidẽ in isra
el.Et adiunxit:Ideo dico vobis:quia multi ab oriente & occidente venient & recumbent cum
Abraam Isaac & Iacob in regno cælorum : filii autem regni ibunt in tenebras exteriores: illic
erit ploratio & stridor dentium:Ita significãs inseri oleastrum propter humilitatem.Dixerat
quoq ille Centurio:Non sum dignus vt sub tectum meum intres:sed tantum dic verbo & sa
nabitur puer meus.Confractionem autem ramorum naturalium: propter superbiam scilicet
eorum qui ignorantes dei iustitiam:& suam volentes constituere:iustitiæ dei non sunt subie
cti.De his quippe vana elatione tumentibus dictum est:q ibunt in tenebras exteriores : quia
iactantes se de semine Abraæ:semen Abraæ fieri noluerunt:vt essent filii promissionis:quia fi
dem noui testamenti non receperunt:vbi iustitiam dei contempserunt:& suã constituere vo
lentes:id est tanq̃ de suis meritis & operibus pręsumentes:pręfidentes spreuerunt esse filii p
missionis:hoc est filii gratiæ:filii misericordiæ:vt qui gloriatur in domino glorietur : credẽs
in eum qui iustificat impium:hoc est qui ex impio facit pium:vt deputetur fides eius ad iusti
Ro.11. tiam:& impleatur in eo:non quod postulabat eius meritum:sed qđ a dño promissum est bene
ficium.Cum his igitur agens Apostolus qui oliuæ per gratiã inserebantur:Dicis inquit: Fra
cti sunt rami vt ego inserar.Bene propter incredulitatem fracti sunt.Tu autem fide sta : noli
Eph.2. altum sapere sed time.Dei est enim beneficium non meritum tuum.quod & alibi dicit:Gra
tia salui facti estis per fidem:& hoc non ex vobis:sed dei donum est:non ex operib⁹: ne forte qs
extollat.Ipsius enim sumus figmentum creati in Iesu Christo in operibus bonis: quæ præpa
Ro.11. rauit deus vt in illis ambulemus.In hoc itaq intellectu gratiæ est timor:de quo dicitur:No
I.Ioan.4. li altum sapere sed time.Timor autem iste alius est:non est ille seruilis quẽ charitas foras mit
tit.Illo enim timetur ne iudicetur in tormentum supplicii:isto autẽ ne amittatur gratia be
Ca.20. neficii.Quapropter:q̃uis fidelibus ad nouum testamentum pertinentibus: dicat Apostolus
Ro.8. quod paulo ante commemoraui:Non enim accepistis spiritum seruitutis iterũ in timore:sed &

accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus Abba pater:id est vt fides in nobis
sit: quæ per dilectionem operatur:non tam timendo pœnã q̃ amando iustitiam. Tamen quia Gal.5.
non fit anima iusta nisi participatione melioris qui iustificat impium: quid enim habet quod 1.Cor.4.
non accepit?non debet sibi tribuendo quod dei est ita gloriari tanq̃ nõ acceperit. Ob hoc ei di
ctum est:Noli altum sapere:sed time.Et timor iste præcipitur his etiã qui ex fide viuentes hę Ro.11.
redes sunt noui testamenti:atq; in libertatem vocati.Altum enim sapere:dictũ est superbire.
Quod alio loco econtrario satis ostendit:vbi ait:Non alta sapientes:sed humilibus consentiẽ Ro.12.
tes.vtiq; aperuit nihil aliud se dixisse alta sapientes:q̃ superbientes.Timor ergo nõ est in cha
ritate:quia perfecta charitas foras mittit timorem:sed illum seruilem:quo cũ se quisq; ab ope 1.Ioan.4.
re malo abstinet:pœna terretur non iustitia delectatur.Hũc charitas foras mittit:quã nõ de-
lectat iniquitas:etiam si proponatur impunitas.Nõ illum quo timet anima ne amittat ipsam
gratiam:quia in illa factum est:vt eam non peccare delectet:quo timet ne deus eã deserat: eti
am si in illis dolorum cruciatibus puniat. Hic timor castus est: non eum charitas eiicit: sed
asciscit.De illo quoq; scriptũ est: Timor domini castus permanẽs in sęculum sæculi. nequaq̃ Psal.18.
diceret istum permanentem: nisi sciens aliũ qui nõ permaneret. Et bene istum,castum dixit.
Hoc enim non caret amor:quo anima inhæret deo:quæ dicit in alio psalmo: Perdidisti omnẽ
qui fornicatur abs te:mihi autem adhærere deo bonũ est.Nam & coniunx quæ adulterinum Deverbis a-
animum gerit:etiam si in timore viri non adulterium perpetrat:tamen quod deest operi in- postoli.ser.
est voluntati.Casta vero aliter timet.Nam & ipsa timet virum:sed caste. Deniq; timet illa ne 13.18.&.19.
vir infestus adueniat:ista ne offensus abscedat.Non amanti enim præsentia viri molesta est: 3. senté.dist.
amanti abst absentia.Timore itaq; casto permanenti in sæculum seculi:timeat deum omne se 34.nõ potes
men Israel.Timeant quem diligunt:non alta sapiendo:sed humilibus consentiẽdo: cum timo
re & tremore suam ipsorũ salutem operando.Deus est enim qui operatur in eis & velle & ope
9 rari pro bona voluntate. Hæc iustitia dei: hoc est quod deus donauit homini:quẽ iustificat Ca.21.
impium.Hanc dei iustitiam ignorantes superbi iudæi:& suam volentes constituere:iustitiæ
dei non sunt subiecti. Hac superbi deiiciuntur vt humilis inseratur oleaster.Et illi ibũt in te-
nebras exteriores:de quibus inter alia requisisti:venientibus ab oriente & occidente multis q
recumbant cum Abraam Isaac & Iacob in regno cælorũ.Sunt enim modo in exteris tenebris
vnde correctio desperanda non est:quã si cõtempserint:ibunt in tenebras exteriores:vbi cor-
rectionis locus non erit:quoniã deus lux est:& tenebræ in eo nõ sunt vllę. Sed lux cordis nõ 1.Ioan.1.
istorum qui in carne sunt oculorum:nec omnino talis qualis huius lucis visibilis phãtasia co
gitatur: q̃q̃ & ibi est videre:sed longe aliter:longe dissimiliter. Qualis enim lux est ipsa chari-
tas: quis verbis explicat? Quis earum rerum quæ sensibus carnis subiacent vllo demonstrat
exemplo? An forte lux non est charitas? Audi apostolum Ioãnem.Ipse quippe dixit:quod mo-
do commemoraui:Quoniam deus lux est:& tenebræ non sunt in eo vllæ. Qui rursum dicit:
Deus charitas est:Ac per hoc si deus lux est:& deus charitas est:profecto charitas lux ipsa est Vbi supra.
quæ diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Itẽ dicit:Qui 1.Ioan.4.
odit fratrem suum in tenebris est vsq; adhuc.Istæ sunt tenebræ in quas diabolus & angeli ei9 Ro.5.
multum superbiendo progressi sunt.Charitas enim nõ æmulatur:nõ inflatur.Ideo nõ æmu- 1.Ioan.2.
latur quia non inflatur. Vbi enim præcedit inflatio:continuo sequitur æmulatio:quoniã su- 1.Cor.13.
perbia est mater inuidentiæ.Diabolus igitur & angeli eius a luce & feruore charitatis auer-
si:& nimis in superbiã inuidiamq; progressi:velut glaciali duritia torpuerunt.Et ideo per fi-
guram tanq̃ in aquilonem ponunt. Vnde cum generi humano diabolus incubaret: ventura
gratia saluatoris dicitur in Cantico canticorum:Exurge aquilo & veni auster:perfla hortum Cant.4.
meum & fluent aromata.Exurge qui ircuisti: q subditis incumbis: qui possessos premis. Ex-
urge vt a tuo pondere eleuati erigantur:quorum animas premẽdo curuasti. Et veni auster.
inquit:spiritum inuocans gratiæ flantem de meridie:velut a parte feruida & luminosa:& flu-
ant aromata. Vnde apostolus dicit:Christi bonus odor sumus in omni loco.Hinc etiam dicit 2.Cor.2.
in alio psalmo:Conuerte domine captiuitatem nostram sicut torrẽs in austro: Captiuitatem Psal.125.
scilicet qua sub diabolo tanq̃ sub aquilone tenebantur:vbi abundante iniquitate friguerant:
& quodammodo congelauerant.Hinc enim & euangelium dicit: Quoniam abundabit iniq- Matth.24.
tas refrigescet charitas multorum.At vero flante austro glacies resoluitur & torrẽtes fluũt:
id est peccatis remissis:populi ad Christum charitate concurrunt.Hinc & alibi scriptum est:
A Sicut glacies in sereno:ita soluuntur peccata tua. Proinde rationalis creatura: siue in ange Ca.22.

lico spiritu:siue in aīa humana ita facta est:vt sibiipsa bonum quo beata fiat esse nō possit: sed
mutabilitas eius si cōuertat̃ ad incōmutabile bonū fiat beata. Vñ si auertatur misera:auersio
eius vitiū eius:& cōuersio eius virtus eius est. Natura ergo nō est mala:quia creatura spirit⁹
est vitæ rationalis:etiā priuata bono cuius participatione beatifica: id est etiā vitiosa melior
est corpore qđ summū est in corporibus:id est hac luce q̄ sentitur oculis carnis:quia & ipa est
corp⁹. Omni aūt corpore quęlibet incorporea natura pręstantior:nō mole/q̄a nō nisi corpore
um est moles:sed vi quadā qua supgredit̃ omnē phantasiā quā volutat animus haustā de sen-
sibus corporis. Sed quēadmodū in ipis corporib⁹ ea q̄ inferiora sunt:sicut terra & aqua & ipe
aer: meliora fiunt participatione melioris:id est cū luce illuminant̃ & feruore vegetant̃:sic in
corporeę creaturę rationales ipsius creatoris fiunt participatione meliores:cū ei cohærēt pu-
rissima & sanctissima charitate:qua omni modo si caruerint:tenebrescent & obdurescent quo
dammodo. Proinde infideles hoīes tenebræ sunt:qui per fidē cōuersi ad deum quadā promis-
sa illuminatione lux fiunt. In qua proficiendo si ex fide ad speciē peruenerint:vt id qđ credunt
etiā conspicere:sicut tantū bonum potest conspici:mereantur:perfectā recipient imaginē dei.
Ephe.5. Talibus eñ dicit Apostolus:Fuistis aliquando tenebrę:nunc autē lux in dño. Porro diabolus
& angeli eius tenebræ sunt infidelibus hominibus deteriores. Plus eñ ab illa charitate auersi
& in suum fastum obstinatione progressi sunt. Et qm̃ extremo iudicio Christus dicturus est
Matth.25. eis quos ad sinistrā discernet:Ite in ignem æternum: qui paratus est diabolo & angelis ei⁹:his
malignis spiritibus coniungendos simulq̄ dānandos:dicet ituros in tenebras exteriores: id ē
in societatem pœnalē diaboli & angelorū eius. Huic pœnæ cōtrarium est qđ bono seruo dicit̃
Vbi supra. Intra in gaudium dñi tui:vt quanto sunt istæ tenebrę exteriores:tanto sit lumen illud interi
us. Non hęc per locorum interualla inani phantasmate cogitanda sunt localia spatia:non oc-
cupant nisi corporis moles:non est spūs vitæ:non est hoc anima rationalis:multominus deus
omnium benignissimus conditor:& iustissimus ordinator. Volūtatibus & affectibus ista vel
propinquare:vel longe fieri:vel intrare:vel exire dicunt̃:sed quia malo opere:id est tenebroso
delectant̃ facientes: secutura est aūt pœna quę torqueat:Ideo dñs vbi dixit:Tenebras exterio
res:addit etiā:Ibi erit fletus & stridor dentium:ne talibus oblectatiōibus qualibus hic iniqui
perfruunt̃:quando infidelitate atq̄ iniustitia tenebrescunt: etiā in illo supplicio sensuros cle-
menter existiment. quia eñ volentes iniuste vtunt̃ bonis:iuste nolētes cruciabunt̃ malis. Qui
bus a charitatis luce auersa mens in peccatis oblectatur: exteræ tenebrę:corporis autem mala
quib⁹ æternis in finem torquebit̃:exteriores tenebræ:quas solas timēt qui seruili adhuc timo
re detinent̃. Nam si eis liceret:in illis exteris q̄ sunt in pc̄tis impune semper volui & inuolui:
profecto nunq̄ vellent accedere ad deū & illuminari & inhærere illi per charitatem:vbi est ti-
mor castus permanens in sæculū sæculi:qui timor nō cruciat:sed tenaciorē facit animā boni
Ca.23. illius:qđ si dimiserit cadit. Timeat eum omne semen israel. Et vide causam quā coniungit B
Quoniam non spreuit inquit neq̄ despexit precem pauperis:neq̄ auertit faciem suam a me.
Vbi est illud: Quare me dereliquisti: si non auertit faciem suam a me: nisi quia dereliu-
quendo non dereliquit:quando in bonis temporalibus non exaudit non ad insipientiam no-
bis! Nō inquit spreuit neq̄ despexit precem pauperis:nec auertit faciem suam a me: Et cum
clamarem ad eū exaudiuit me. Facit ergo qđ pauloante rogatus est: vbi ei deprecās dixit. Nē
discedas a me. Si eñ exaudiuit:profecto fecit:non itaq̄ discessit:non dereliquit:vt saperemus
quoniā magis nō ab eo derelinqui velle debemus. Apud te laus mea. Quid ergo nocēt qui tā-
q̄ victo insultant q̄ me in temporalibus dereliqueris! In ecclesia magna cōfitebor tibi:nō quā
ra ista synagoga est quæ irridet mortē derelicti:sed in ecclesia magna diffusa per omnes gētes
quę credit in resurrectione nō derelinqui. Hæc est vnica illa quā petit de manu canis erui:de
qua etiam pauloante dixit:In medio ecclesiæ cantabo tibi. Et nunc qđ ait: Confitebor tibi, In
eis quoq̄ qui cōfitebunt̃:in quibus & loquit̃. Confessio aūt nō tantū peccatorū est:sed & laus
Matth.11. dei:sicut ipe in euangelio:Confitebor tibi inquit pater dñe cæli & terræ:quia abscondisti hęc
a sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis. Ideo sequitur & dicit: Vota mea reddā
coram timentibus eum. Edent pauperes & saturabuntur & laudabunt dominum qui requi-
runt eum. Ipsi sunt paruuli de quibus dixit:Et reuelasti ea paruulis:timentes eum & paupe-
res:id est humiles qui non alta sapiunt:sed timentes timore illo casto: non quo pœna formi-
datur:sed quo gratia commendatur. Vota vero sua:sacrificium vult intelligi corporis sui qđ
est per fidelium sacramentum. Ideo cum dixisset: Vota mea reddam coram timentibus eum

continuo subiunxit:Edent pauperes & saturabūtur. Ipsi enim saturabuntur pane qui de cęlo
descendit:q ei cohærentes & eius pacē dilectionēq; seruantes/imitanť eius humilitatem.Ideo
pauperes in hac paupertate & saturitate pręcipue apl'i claruerūt.Et laudabūt dn̄m(inquit)q
requirūt eū:intelligentes non meritorum suorū:sed illius esse gratiæ q̄ saturati sunt.Requi-
runt eñ eū:quia nō sunt ex eis qui sua quærunt nō quæ Iesu Christi. Denic̄ etsi caro eorum
qui eū laudāt patiť temporalē tribulationē vel mortē:viuēt corda eorū in sæculū sęculi. Hæc
vita cordis non est in sensib⁹ corporis:secreta est in luce quę intus est:nō in tenebris quę foris
sunt:in fine pręcepti:nō in initio peccati.Finis aūt pręcepti charitas est:de corde puro & con 1.Timoth.1.
scientia bona & fide nō ficta.Charitas nō æmulať:nō inflať:quia nō altū sapit:sed timet: & iō 1.Cor.13.
cohæret timore casto permanente in sæculum sæculi.Initium aūt omnis peccati superbia : qa Eccl.10.
diabolus irreuocabiliter in exteriora progressus est:hominemq; inuidēdo:& ei simile aliquid
suadendo deiecit.Cui homini in quadam scriptura dicitur:Quid supbit terra & cinis?Quo- Vbi supra.
modo in vita sua proiecit intima sua?In vita sua dictū est:tanq̄ in ppria persona: & quasi pri-
C uata qua delectatur omnis superbia. Vnde in cōmune charitas magis q̄ in priuatū cōsulens Ca.24.
diciť nō quęrere q̄ sua sunt.Hac viuunt corda in sęculū sęculi:tanq̄ saturata pane cælesti. De
qua saturitate ip̄e dicit : Nisi manducaueritis carnem meā & sanguinem meum biberitis:nō Ioan.6.
habebitis vitam in vobis.Merito ergo istorū qui saturantur:viuent corda eorum in sęculum
sęculi. Vita enim Christus est qui habitat in cordibus eorum:interim per fidē:post etiam per
speciem. Vident enim nunc in ænigmate per speculum:tūc aūt facie ad faciē. Vnde ip̄a chari 1.Cor.13.
tas nunc in bonis operibus dilectionis exerceť: quasi ad subueniē dū quaq̄uersum potest:por-
rigit:& hæc latitudo est:nūc lōganimitate aduersa tolerat:& in eo quod veraciter tenuit:per
seuerat:& hęc est lōgitudo:hoc aūt totū propter adipiscendā vitā facit æternā: q̄ illi pmittiť
in excelso:& hæc altitudo est.Existit vero ex occulto ista charitas vbi fundati & radicati quo
dammodo sumus:vbi causæ voluntatis dei nō inuestiganť:cuius gratia sumus salui facti:nō Eph.2.
ex operibus iustitiæ q̄ fecimus nos:sed scd̄m eius misericordiā. Volūtarie quippe genuit nos Titum.3.
verbo veritatis:& hæc voluntas eius in adoptionē. Cuius secreti profunditatē quodāmodo Iacobi.1.
expauescens Apostolus clamat:O altitudo diuitiarū sapientiæ & scientiæ dei:q̄ inscrutabilia Roma.11.
sunt iudicia eius & inuestigabiles viæ eius.Quis eñ cognouit sensum domini?Et hoc est p-
fundum.Altitudo quippe commune nomē est excelso & profundo.Sed cum in excelso dicitur
sublimitatis eminentia commendatur.Cū aūt in profundo:difficultas inuestigationis & co-
gnitionis. Vnde & illud de deo diciť.Q̄z magnificata sunt opera tua dn̄e:nimis pfundę factæ Psal.91.
sūt cogitationes tuæ.Et iterū: Iudicia tua velut abyssus multa.Hinc igiť est illud apl'i qđ req Psal.35.
rendū inter cætera posuisti:Huius rei gratia (inqt) flecto genua mea ad patrē dn̄i nostri Iesu Eph.3.
Christi:ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominať:vt det vobis scd̄m diuitias glo-
riæ suę virtute corroborari per spiritum eius:in interiori hoīe habitare Christū per fidem in
cordibus vestris:vt in charitate radicati per fidē pręualeatis cōprehendere cū oībus sc̄tis q̄ sit
longitudo:& latitudo:altitudo:& profundum.Scire etiā eminentem scientiā charitatis Chri Ca.25.
D sti:vt impleamini in omnem plenitudinem dei. Attende omnia diligenter.Huius rei inquit
gratia flecto genua mea ad patrē domini nostri Iesu Christi:ex quo oīs paternitas in cælis & i Eph.3.
terra nominať.Quęris cuius rei gratia hoc supra dixerat:Propter qđ peto nō infirmari in tri
bulationibus meis pro vobis?Hoc ergo eis optat vt nō infirmenť in tribulationib⁹ apl'i: quas
pro illis sustinebat:& propter hoc genua flectebat ad patrem:proinde non infirmari. Vnde il
lis sic sequitur & dicit: Vt det vobis scd̄m diuitias gl'iæ suę virtute corroborari per spiritum Ro.11.
eius.Hæ sunt diuitiæ:de quibus dicit:O altitudo diuitiarū.Abdicatas eñ habet causas: vbi
pręcedentibus nullis meritis:quid habemus qđ non accepimus.Deinde sequitur:& qđ optet
adiungit:In interiori inquit homine habitare Christū per fidem in cordibus vestris . Hæc est Eph.3.
vita cordium qua viuimus in sæculum sæculi:ab initio fidei vsq; ad finem spei:vt in charita
te (inquit) radicati & fundati pręualeatis cōprehendere cum omnibus sanctis.Ista est cōmu
nio cuiusdam diuinæ cælestisq; reipublicæ: hinc saturanť pauperes:non sua quęrētes:sed quę
Iesu Christi:id est nō commoda priuata sectantes:sed in commune vbi salus omnium est con 1.Cor.10.
sulentes. Nam de ip̄o pane quo tales saturātur:quodā loco Apostolus dicit: Vnus panis vnū
corpus multi sumus.Quid ergo cōprehendere? Quæ sit (inqt) latitudo (sicut iā dixit) in bo
nis operibus quibus beniuolentia porrigiť:vsq; ad diligendos inimicos:vt longitudo pro hac
latitudine molestiæ toleret;& altitudo:vt pro his æternum qđ in supernis est premiū: non va

num aliquid aut tẽporale ſperet:& pfundũ vnde gratuita gratia dei ſcdm ſecretũ & abditũ voluntatis eius exiſtit. Ibi eñ radicati: ibi ſumus fundati. Radicati propter agriculturã: fun-

1.Cor.3. dati pter ædificationẽ q̃ nõ eſt ab hoie. Dicit alio loco idem apoſtolus: Dei agricultura eſtis: dei ædificatio eſtis. Hoc totũ agit cũ in hac noſtra peregrinatiõe fides per dilectionẽ operatur In futuro aũt ſeculo perfecta & plena charitas ſine vlla malorũ tolerantia: nõ fide credit qđ nõ videt: nec ſpe deſyderat qđ nõ tenet: ſed in æternũ veritatis incõmutabilẽ ſpeciẽ contemplabitur: cuius ſine fine quietũ opus erit: laudare qđ amat: & amare qđ laudat. De hac Epheſiis

Eph.3. dicit: Scire etiã eminentẽ ſcientiã charitatis Chriſti: vt impleamini in omnẽ plenitudinẽ dei.

In hoc myſterio figura crucis oſtendit: qui enim quia voluit mortuus eſt: qm̃ voluit mortuus eſt. Non fruſtra igit tale genus mortis elegit: niſi in eo quoq; latitudinis huius & longitudinis & altitudinis & pfunditatis magiſter exiſteret. Nã latitudo eſt in eo ligno qđ tranſuerſum deſuper figit. Hoc ad bona opera pertinet: quia ibi extendunt manus. Longitudo in eo qđ ab ipſo ligno vſq; ad terram cõſpicuum eſt. Ibi eñ quodãmodo ſtatur: id eſt perſiſtitur & perſeueratur: quod lõganimitati tribuitur. Altitudo eſt in ea ligni parte q̃ ab illo qđ trãſuerſum figitur: ſurſum verſa relinquit: hoc eſt ad caput crucifixi: quia bene ſperantiũ eſt ſuperna expectatione. Iam vero illud ex ligno qđ nõ apparet: qđ fixum occultatur: vnde totũ illud exurgit profunditatem ſignificat gratuitæ gratiæ: in qua multorũ ingenia conterent id veſtigare co-

Ro.9. nantia: vt ad extremũ eis dicat: O homo tu quis es qui reſpõdeas deo? Viuent ergo corda ſaturorũ in ſeculũ ſeculi: hoc eſt humilium charitate flagrantiũ: non ſua quærentiũ: ſed ſanctorum ſocietate gaudentium. Hoc primitus in apoſtolis factũ eſt. Sed laudãdo deum: id eſt prædicando gratiã dei: qm̃ dictũ eſt: Laudabunt dominũ qui requirunt eũ: quid populorum acq-

Ca.26. fierint/in eo quod ſequitur vide. Commemorabũtur (inquit) & conuertent ad dominũ vniuerſi fines terræ. Et adorabunt in conſpectu eius vniuerſæ patriæ gentium. Quoniam domini eſt regnũ: & ipſe dominabitur gẽtium. Ille irriſus: ille crucifixus: ille derelictus hoc regnũ acquirit: & tradet in fine deo patri: non vt ipſe amittat: ſed quod in fide ſeminauit cum venit minor patre: hoc perducat ad ſpeciem in qua ęqualis non receſſit a patre. Mãducauerunt & adorauerunt omnes diuites terræ. Diuites terrę ſuperbos intelligere debemus: Si recte ſupe-

Matth.5. rius pauperes humiles intelligebamus: de quibus in euãgelio dominus dicit: Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Ipſi enim ſunt mites: lugentes: eſurientes & ſitientes iuſtitiam: miſericordes: mundicordes: pacifici: & qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. quibus prædicationibus ſingillatim beatitudinem adiunxit. Contra ergo diuites terræ hoc loco ſuperbi intelligendi ſunt. Neq; enim fruſtra ita diſtincti ſunt: vt de

Pſal.21. pauperibus ſupra diceretur: Edent pauperes & ſaturabuntur. Hic vero: Manducauerunt & adorauerunt omnes diuites terræ. Et ipſi quippe adducti ſunt ad menſam Chriſti: & accipiunt de corpore & ſanguine eius: ſed adorant tantum non etiam ſaturantur: quoniam nõ imi

1.Petri.2. tantur. Manducantes enim pauperes dedignantur eſſe: quia Chriſtus pro nobis paſſus eſt: relinquens nobis exemplum vt ſequamur veſtigia eius. Veruntamẽ q̃ humiliauit ſemetipſum factus obediens vſq; ad mortem: mortem autem crucis: aſpernantur diuites: & ſimilia per-

Phil.2. peti reſpuunt: timore non magnitudine: infirmitate ergo non ſanitate. Sed quia deus excitauit eum a mortuis: & donauit ei nomen quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine Ieſu flectatur omne genu: cæleſtium: terreſtrium & infernorum: fama celſitudinis eius: & gloria nominis eius in eccleſia vſq̃quaq; diffuſa/permoti: & ipſi veniunt ad menſam: manducant & adorant: nõ tamen ſaturantur: quia non eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. Tales enim ſaturabuntur. Q̃q̃ perfecta ſaturitas in illa vita æterna erit: cũ ex iſta peregrinatiõe venerimꝰ ex fide ad ſpeciẽ: ab ſpeculo ad faciẽ: ab ænigmate ad pſpicuã veritatẽ: nõ tñ incõuenienter ſaturitas dicit pauptate Chriſti: q pro iuſtitia eius: hoc eſt pro participatione verbi æterni quã inchoauit interim fide: omnia temporalia non ſolum temperanter cõtemnit bona: verſ etiam patiẽter ſu-

1.Cor.1. ſtinet mala. Tales fuerunt peccatores & publicani: quia abiecta huius mundi elegit vt confũ-

Pſal.21. deret fortia. De his dictum eſt: Edent pauperes & ſaturabuntur. Iſtam ſaturitatem non apud ſeipſos tenuerunt. quodammodo enim ructantes dominum laudauerunt: id eſt prędicauerũt quærentes eum: non ſua quærentes: ſed in eum charitate flagrantes. Eorum prædicatione cõmotus eſt mundus: vt commemorarentur & conuerterentur ad dominum vniuerſi fines terræ. Et adorabunt in conſpectu eius vniuerſę patriæ gentiũ. Quoniã domini eſt regnũ & ipſe

dominabit̃ gentium.Hac eccl'ię dilatatione etiam superbi:id est diuites terrę adducti sunt:&
manducauerunt:& q̃uis nõ saturati:tamẽ adorant.Hũc quoq; ordinẽ ꝓpheria psalmi hoc lo
co tenuit quẽ videmus impleri.Adiũgit aũt:In cõspectu eius procidẽt omnesq descendũt in
terram:id est omnes bona amando terrena:nõ in cælum ascendũt:Non enim faciũt quod ait
Apostolus:Si resurrexistis cum Christo quæ sursum sunt sapite:non quæ sup terram : sed po Col.3.
tius quanto sibi bonis terrenis feliciores videntur : tantomagis in terram descendunt: hoc
est in terrena deprimunt̃.Et ideo in conspectu eius procident:id est vbi ip̃e videt:non vbi ho
F mines vidẽt: q eos excelsos sublimesq; arbitrant̃. Et anima(inq̃t)mea ip̃i viuet. Ipsi vtiq; nõ Ca.27.
sibi sicut superborũ priuato bono suo lætãtium:& a cõmuni omniũ bonorũ qđ deus est inani
elatione resiliẽtium.Hoc vtiq; deuitemus:& cõmuni potius vero omniũ bonorum perfrui:q̃
priuato nostro gaudere quęramus. Vt qui viuit iam nõ sibi viuat:sicut ait apostolus:sed ei q 2.Cor.5.
pro ipsis mortuus est & resurrexit . Pro hoc eñ mediator effectꝰ est: vt nos reconciliet deo p
humilitatẽ:a quo p impiã supbiã lõge recesseramꝰ. Neq; eñ tñ illud scriptũ ẽ qđ supra posui
Initiũ oĩs pc̃ti supbia:sed etiã hoc ibi legit̃: Initiũ oĩs supbiæ hoĩes apostatæ a deo. Nõ ergo si Eccli.10.
bi viuat quisq;:sed Christo:faciens nõ suam sed ipsius voluntatẽ & manens in eius charitate:
sicut & ip̃e fecit voluntatẽ patris:& manet in eius charitate.Hęc quippe nos admonẽs & exẽ
plo suo exhortans:in euangelio suo locutus est :Si autẽ ip̃e cũ in forma dei æqualis esset patri:
tamẽ per formã serui quã propter nos accepit: nõ suã voluntatẽ:sed patris se facere cõmenda
uit:quãtomagis nos ꝓpria priuataq; nostra voluntate cõtẽpta qua tenebrati sumus:ad illud
cõmune lumen vt illuminentur vultus nostri & nõ erubescãt:debemus accedere:qđ illumi Ioan.1.
nat omnem hominem venientẽ in hunc mũdũ:vt anima nostra ip̃i viuat.Hoc enim de nobis
consequenter adiungit cũ dicit:Et semen meũ seruiet illi:quoniã qui seminat bonum semen:
G filiꝰ est hominis:bonũ aũt semẽ hi sunt filii regni. Hęc porro omnia quæ in psalmo isto dicta Ca.28.
sunt:quia non ad præsens sed ad futurorum prophetiã pertinebant:sicut etiam ip̃is rebus ap
paret:sic eum cõcludere voluit:vt ostenderet se nõ pręsentia demonstrare. Annũtiabitur(in
quit)dño generatio vẽtura & annũtiabunt iustitiam eius populo q nascet̃ quẽ fecit dñs.Nõ
ait:Annũtiabitur dñs generationi venturæ:sed annũtiabit̃ dño generatio ventura. Qđ non 4.sentẽ.dis.
sic accipiendũ est tanq̃ nescienti aliquid annũtiet̃ vt sciat: sed sicut annũtiant angeli:non solũ 45.cap.sed
nobis beneficia dei:verumetiã illi preces nostras.Nam scriptũ est vbi angelus hominibꝰ dicit forte.
Ego obtuli memoriam orationis vestræ:nõ vt tũc deus nouerit quid velimꝰ:vel quo indigea Tobię.12.
mus.Nouit enim pater vester:ait dñs:quid vobis necessariũ sit priusq̃ petatis ab eo.Sed qa ne Matth.6.
cesse habet rationalis creatura obtẽperans deo:tẽperales causas ad æternã veritatẽ referre: si
ue petendo qđ erga se fiat:siue cõsulendo qđ faciat:q pius mentis effectus est vt ip̃a construat̃
Nã & hæc quędã attestatio rationalis creaturæ est:q; nõ sibi ipsa sit bonũ quo beata fiat:sed il
lud incõmutabile: cuius participatione etiã sapiẽs efficit̃.Siue ita dictũ est:Annũtiabitur do
mino generatio ventura:ac si diceret̃:dño placebũt nõ sibi:vt ita sit dño nũtiare:sicut est dño
viuere. Sic dictũ est: Qui mãducat dño manducat/& qui non manducat/dño non mãducat. Ro.14.
Ad hoc quippe addidit:Et gratias agit dño:vt ostenderetur quid esset:dño facit:id est in eiꝰ
laude facit.Tunc eñ recte:tunc iuste:tunc pie fit:cũ opus bonũ in eius laude fit:cuius gratia
donatur vt fiat.Ac per hoc etiã si eo modo quispiã hæc verba intelligere velit:vt eorũ iste or
do sit:Annũtiabitur dño generatio ventura:id est generatio annũtiabit̃ q̃ dño vẽtura est:ge
neratio scilicet piorum atq; sanctorũ:qa impioꝝ & sceleratorũ generatio nõ dño:sed sibi vẽtu
ra est: Ab eadẽ significatione nõ recedit̃ qua intelligat̃ aĩæ participatio in idip̃m:id est ratio
nalem creaturam:cum sit mutabilis:non fieri beatam:nisi a proprio suo mutabili ad immuta
bile bonum/idemq; commune qđ deus est:a quo superba impietate abstitit:humili pietate cõ
uersa subsistat.In quo affectu ꝓficiẽs:quicquid boni facit:dño facit:hoc est in eius laudem:cu
ius gratiam percepit vt faciat:vnde est actio gratiarũ:quæ intimo fidelium mysterio celebra
tur. Illud aũt qđ sequitur:Et annunciabunt iustitiam eius populo qui nascetur: quem fe Ca.29.
H cit dominus:superioris sensus confirmatio est.Nam quod ibi dictum est:Annunciabitur do
mino generatio ventura:hic est dictum:hæc annunciabit iustitiam eius.Ipsa quippe genera
tio quæ ventura prophetata est piorũ atq; sanctorum:iustitia dei est non ipsorum.Ne sint ex
illis qui ignorantes dei iustitiam:& suam volentes constituere:iustitiæ dei non sunt subiecti.
Illa nanq; iustitia dei commendatur in eo quod dicitur:Ignorantes dei iustitiam:qua nos eiꝰ Ro.10.
gratia iusti sumus:vt ipsa dei iustitia nos simus cũ iuste viuimus:credentes in eum qui iusti

ficat impiū.Nō illa qua ipſe iuſtus eſt æterna ſua & incommutabili iuſtitia. Hęc itaq; iuſtitia
Pſal.35. qua nos dei munere iuſti ſumus:ſignificat in pſalmo illo vbi ſcriptū eſt:Iuſtitia tua ſicut mō
Pſal.71. tes dei.Mōtes quippe dei:ſancti eius ſunt:de quibus alibi dicit:Suſcipiāt montes pacē popu
lo tuo.Et multa de his montibus ſcripta ſunt figurata locutione:q̄ commemorare nūc longū
eſt.Sed quia hoc ipſum q deus iuſtificat hoīes:nimis occulto iudicio facit: qm̄ gratuita gr̄a:
Ro.11. Si aūt gratia:nō ex operibus:alioquin gr̄a nō eſſet gr̄a:Ex hoc quippe incipiunt opera bona ex
quo iuſtificamur:nō quia pceſſerunt iuſtificamur:Et hoc eſt pfundū:de quo ſuperius iā mul
Pal.35. ta diximus:Continuo in eodē pſalmo cū dixiſſet:Iuſtitia tua velut montes dei:ſubiūxit:Iudi
tia tua velut abyſſus multa.Inde venit ad ſalutē hoībus iumentiſq; cōmunem: quia & ipa eſt
mīa dei:& dicit:Homines & iumenta ſaluos facies domine: ſicut multiplicata eſt miſericor
dia tua deus.Vt hinc intelligamus etiā illā ſalutē æternā & immortalē:de qua dicit Apoſto
Ro.8. lus:Spe enim ſalui facti ſumus.Similiter vt iſtā quę hominibus iumentiſq; cōis eſt:gratis nos
accipere non ex operibus:ne forte quis extollat:quia opa ſua ex ipius iuſtificatione operamur.
Eph.2. Ipſius em̄ ſumus figmentum creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis q̄ preparauit deus vt in
Pſal.3. illis ambulemus.Et illa ergo gratuita eſt:de qua in alio pſalmo dicit: Dn̄i eſt ſalus & ſup po
pulū tuū benedictio tua.Sicut ergo qd̄ legit: Dn̄i eſt ſalus:nō ea ſalus itelligitur qua dominꝰ
ſaluus eſt:ſed qua ſalui ſūt quos ipē ſaluos fecit: Sic qd̄ legit dei iuſtitia:in eo qd̄ ſcriptum eſt
Ro.10. Ignorantes dei iuſtitiam:& ſuā volentes conſtituere:non eſt illa intelligenda qua deus iuſtus
eſt:ſed qua iuſti ſunt homines quos gratia ſua iuſtificat.Inde enim ſalui vnde iuſti: quoniam
Matth.9. quod ait:Non eſt opus ſanis medicus:ſed male habentibus:expoſuit in cōſequentibus dicēs:
Titum.3. Non veni vocare iuſtos ſed peccatores.Non igitur ſcd̄m opera iuſtitiæ quæ nos fecimus:ſed
Ro.8. ſcd̄m ſuā miſericordiā ſaluos nos fecit per lauacrū regenerationis.In qua gratia ſpe ſalui fa
Pſal.35. cti ſumus.Vnde in illo pſalmo ſubiungitur:Filii hominum ſub tegmine alarum tuarum ſpe
rabunt.Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ:& torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quo
niā apud te eſt fons vitæ:& in lumine tuo videbimus lumen.Pretende miſericordiam tuā ſci
entibus te:& iuſtitiam tuam his qui recto ſunt corde.Huic iuſtitiæ dei contraria ſuperbia ē:
qua fiditur tanq̄ de operibus propriis.Ideoq; ibi ſequitur:Nō veniat mihi pes ſupbiæ:hac iu
ſtitia dei qua eius fide iuſti ſunt interim viuentes ex fide:donec perfecta iuſtitia perducātur
ad ſpeciem ſicut ſalute perfecta:etiam ad ipſius corporis immortalitatem gratia noui teſta
2.Cor.5. menti.Vnde alio loco dicit apoſtolus:Pro Chriſto legatione fungimur: tanq̄ deo exhortan
te per nos.Obſecramus pro Chriſto reconciliari deo.ac inde ſubiungit:Eum qui nō nouerat
peccatum:peccatum pro nobis fecit:id eſt ſacrificium pro peccatis.Nam & ipſa in lege pecca
ta appellabantur:quæ pro peccatis offerebantur.Vt nos ſimus iuſtitia dei in ipſo:id eſt in eiꝰ
Ro.10. corpore quod eſt eccleſia:cui caput eſt.Nos ſumus iuſtitia dei:quā ignorantes illi & ſuam vo
Pſal.21. lentes conſtituere:id eſt tanq̄ de ſuis operibus glorianres:iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti. Inde
& in hoc pſalmo cum dixiſſet: Annūtiabunt iuſtitiam eius:ſequitur & dicit:Populo q naſce
tur quem fecit dominus.Quis eſt enim populus quem non fecit dominus:ſecūdum id q ho
mines ſunt:qui etiam pecora creauit:a quo eſt omnis vita:omniſq; facta & creata natura:Sed
ita intelligendum eſt:Quem fecit dominus:vt non ſolum q homines ſunt:verumetiam q iu
ſti ſunt ab illo facti intelligantur:ſecundum illud quod iam non ſemel commemoraui ab apo
Eph.2. ſtolo dictum.Ipſius enim figmentum ſumus creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis: quę pręa
Ca.30. parauit deus vt in illis ambulemus. Animæ igitur rationalis mutabilitas admonetur:quæ
nouerit niſi participatione incommutabilis boni iuſtam: ſaluam: ſapientem: beatam ſe eſſe
non poſſe:nec ſibi eam bonum eſſe poſſe propria voluntate ſed malum:propria quoq; volun
tate auertitur a bono incommutabili eaq; auerſione vitiatur: nec ſanari per ſeipſam poteſt:
ſed gratuita miſericordia ſui creatoris: quæ in hac vita eam ex fide viuentem in ſpe con
ſtituit ſalutis æternæ. Vnde non altum ſapiat ſed timeat:eo q timore caſto inhæreat deo:
qui eam a propria immunditia qua inordinate bona inferiora dilexit:velut a quadam forni
catione ſpiritali mundauit:nec humanis laudibus extollatur:nec ſit in virginibus ſtultis alie
na laude lætantibus.Hoc enim de quæſtionibus tuis reſtat extremum.Et propter ipſam ina
nem laudem: non propter conſcientiam ſuam: vbi illis teſtis eſt deus bona operantibus:
2.Cor.1. ſed ſit in virginibus ſapientibus:vbi dicatur quod ait Apoſtolus: Nam gloria noſtra hæc eſt
teſtimonium conſcientiæ noſtræ.Hoc enim eſt oleum ferre ſecum:non a vęndentibus emere:
hoc eſt ab adulantibus.Adulatores nanq; laudem ſuam tanq̄ oleum vęndent ſtultis. De hoc
Pſal.140. oleo dicitur in pſalmo:Emendauit me iuſtus in miſericordia & arguit me:oleum autem pec

catoris non impinguet caput meũ. Elegit a iusto misericorditer reprehendi: & quodãmodo colaphizari: q̃ vt ei caput in superbiam crescat/ peccatoris adulatione laudari. Irridẽtiũ quip pe responsio mihi videtur: cum eis a sapientibus virginibus dicitur: Ite potius ad vendentes & emitte vobis: sicut in quodam libro Sapientiae scriptum est: vbi contemptoribus dicit: Et ego perditioni vestrę superridebo. Illa responsione qua petentibus oleũ dictũ est: Ne forte non sufficiat nobis: non desperanter: sed humiliter dictũ est. Quis eñ sic p̃sumat de cõscĩẽtia sua: vt certus sit eam sibi in iudicio dei posse sufficere: nisi misericors misericorditer iudicet? Iudicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam. Ipsae autem sunt lampades accensae: opera scilicet bona: de quibus dñs dicit: Luceant bona opera vestra: & glorificent patrem vestrum qui in caelis est. Hucusq; pertendit intentio virginum sapientiũ: vt ideo velint videri ab hominibus opera sua bona: non quo ab eis laudentur ipsae: sed vt glorificetur deus a quo illis est q bene operant. Ac p hoc interiori bono gaudẽt: qd est coram deo: vbi eleemosyna in occulto reddatur. Et ideo nõ deficiũt lampades: quia in interiori animo vegetantur: id est intentione bonae cõsciẽtiae coram deo fit in eius laudẽ: quicquid corã hominibus bonis operibus lucet. At vero stultarum virginum hoc oleum non secum portantium/ deficiunt lampades: id est non perseueranter bona opera lucent: cũ laus humana fuerit subtracta pp̃ter quã illa faciebant: hucusq; intentionẽ suã perducentes vt viderentur ab hominibus: non vt glorificaretur pater qui in caelis est: quae intentio perennis est gloriae: qua nouit anima deo se debere q iustificata est ad faciẽda bona opera: & ideo in illo/ non in se laudari amat. Vnde alibi homo dei cantat: In domino laudabitur anima mea: vt qui gloriatur in domino glorieť. Sed

K quid est qd in eodem euangelio scriptum est: Omnes spõso tardante dormisse? Somnum istũ si intellexerimus q velut tardante iudicio: ad quod faciendũ venturus est Christus: abundãte iniquitate/ charitas refrigescit: quomodo ibi ponemus virgines sapientes: cum potius in illo sint de quibus dicitur: Qui autem perseuerauerit vsq; in finem hic saluus erit? Dictum est ergo dormierunt omnes: quia non tm̃ stulti qui propter humanã laudẽ bona operantur corã hominibus: verumetiam sapientes qui hoc propterea faciunt vt laudetur deus: experiuntur istam mortem. Ex vtroq; eñ genere moriuntur. Et ista mors saepe in scripturis dormientiũ dicitur: propter futuram resurrectionem velut euigilationem. Hinc apostolus dicit: De dormientibus autẽ nolo vos ignorare fratres: Et alio loco: Ex quibus plures manent vsq; adhuc: quidam autem dormierunt: Et alia innumerabilia in hoc testimonia apte per scripturas vtriusq; testamenti reperiuntur. Vnde & ille ait: Consanguineus leti sopor. Et si aduertas: multa inuenies etiã in secularibus literis vbi mors sõno cõparatur. Significauit ergo dñs futurũ esse tempus: quo inter tribulationes & tentatiões saeculi huius: iam iamq; eius expectareť aduentus tanq̃ p̃pinquus atq; imminens: ad quẽ se p̃pararent qui in eius familia videntur. Hoc est eñ qd ait: Exisse obuiam spõso & spõsę. Spõso quidẽ filio dei. Sponsae autẽ: vel quia in eo corpore venturus est qd sumpsit ex virgine: siue quia ipsa ecclesia tũc clarior apparebit: vt ad vniuersi corporis cõgregationẽ mẽbra cõcurrãt: quib⁹ cõcurrẽtibus eius magnitudo mõstrabitur.

L Virgines propter cõtinẽtiã nuncupauit. Decẽ vero: id est quinq; & quinq;: propter numerũ quo censetur corporis sensus: in quibus habitat continẽtia cũ a voluptatibus turpibus & illicitis abstineť. Lãpades sicut dictũ est (bona sunt opa) maximeq; ad misericordiã ptinentia: & ipsa q̃ corã etiã hoĩbus lucet laudabilis cõuersatio. Sed magni interest: qua mẽtis intẽtione fiat: Ideo dicit alias sapiẽtes: stultas alias. Sed hinc eas discernit q stultae nõ sũpserũt oleũ secũ: prudẽtes aũt sũpserũt oleũ secũ in vasis suis: hoc est in cordib⁹ suis: vbi fit ipsa participatio intimi ac summi boni. Vnde I Psalmo quodã: cũ dictũ esset: Sacrificate sacrificiũ iustitiae: & sperate in dño: Multi (inquit) dicũt: quis ostendit nobis bona? Deinde vt manifestaret cuius boni amore debeamus operari iustitiam: hoc est sacrificare sacrificium iustitiae & sperare: Signatum est (inquit) in nobis lumen vultus tui domine: dedisti laetitiam in corde meo. Cuius boni aliquantum participari: & plenius perfectiusq; participandi intentione qui bene operatur: & laudabiliter etiam in conspectu hominum cõuersatur: habet oleum secum: quia bona opera eius etiam in conspectu hominum lucentia non extinguantur: quia non in eis charitas refrigescit abundante iniquitate: sed perseuerat vsq; in finem. Hoc oleum stultae virgines non habent secum: quoniam sibi tribuendo si quid boni operis faciunt: necesse est inflentur superbia: & pp̃ter hoc vitiũ sic laude delecteť humana: & eius gaudio si quid boni agũt feruere & lucere videantur.

M Tardante autem sponso dormierunt omnes. Non enim tunc

Matthei.25. Prouer.1. Iacobi 2. Matthei.5. Psal.33. 1.Corin.1. Ca.31. Matthei.25. Matth.24. 1.Thessal.4. Ca.32. Psal.4. Ca.33.

veniet:cũ speratur:sed media nocte cum valde obscurum:id est occ ultũ erit:an veniat. Vnde
dicit media nocte clamorem factũ:Ecce spõsus venit exite obuiã ei. Nimirũ clamor iste est tu
Matthçi.25. ba illa quã cõmemorãs apostolus dicit:Canet enim tuba & mortui resurgent incorrupti:tu
1.Corin.15. bæ nomine aliquod euidentissimum signum vult intelligi:Quam vocem archangeli & tu
1.Thessal.4. bam dei alio loco dicit. Quæ etiã vox ipsius domini Iesu Christi in euangelio dicitur: quam
Ioan.5. audiant hi qui in monumentis sunt & procedunt. Surgunt ergo omnes virgines illę & sapiẽ
tes & stultæ:& aptant lampades suas:id est rationem præparãt reddere de operibus suis. Sed
tunc in illius clamoris euidentia & resurrectione mortuorum quia nulla erit dubitatio iam
instantis prestantisq; iudicii:subtrahetur omne solatiũ laudis humanę. Neq; eñ vacabit de
alio disceptare:vel de alio iudicare:aut alteri gratificari:quãdo vnusquisq; ppriũ onus porta
bit:de suorum factorum reddenda ratione cogitabit:ac per hoc feretur animus quidem vir
ginum stultarũ consuetudine propria:sed non inuentis laudibus humanis deficiet. Neq; ger
Psal.21. manitus dixerunt: Apud te laus mea:vel:In domino laudabitur anima mea: Aut in domino
Psal.33. gloriaræ sunt:cum ignorantes dei iustitiam:suam iustitiam constituerent:ac per hoc petunt
Roma.10. a sapientibus oleum:hoc est aliquã consolationem:nec inueniunt nec accipiũt:illis responden
tibus se nescire vtrũ sufficiat ipsa cõscientia:qui expectant misericordiam sub illo iudice:qui
cum in throno sederit:quis gloriabitur castum se habere cor:aut quis gloriabitur mundũ se
esse a peccato:nisi supexaltet misericordia iudicio: quę super eos erit:qui misericordię opera
illa intentiõe fecerunt vt eos miserereẽ a quo se sciebant accepisse quod habebant:nec gloria
bantur quasi non acceperint:sed per seipsos habuerint qđ placebant:sicut stulti qui & sibi pla
Gal.6. cent tanq̃ de bono a se sibi parto:& ab adulantibus vel errantibus ita laudantur ac si ipsi sine
aliquid.Qui autẽ putat se esse aliquid cũ nihil sit:sicut dicit apostolus:seipsum seducit.Opus
autem suum pbet vnusquisq;:& tunc in seipso tantũ gloriam habebit:& non in altero.hoc est
portare oleum secũ:non ex aliena laude dependere.Sed quã gloriã in se habebit nisi eam cui
dicitur:Gloria mea & exaltans caput meũ:vt quod sæpe dicendum est:qui gloriatur in domi
no glorietur?Proinde sapientia quæ in sapientibus virginibus habitat:secundũ illud qđ ante
Prouer.1. prædixit: cum ait contemptoribus & sanam doctrinam accipere recusantibus:Et ego vestræ
Matthçi.25. perditioni superridebo:dicit stultis virginib⁹:Ite potius ad vendentes: & emite vobis: tanq̃
diceret:Vbi sunt qui vos fallebant mẽdosissimis laudibus:quãdo & a vobis fallebamini: quia
in vobis nõ in deo gloriabamini?Quod aũt dicit:Et dum eunt emere:venit sponsus:& quę pa
ratæ erant:intrauerũt cũ eo:hoc mihi videtur intelligẽdũ q; vitioso cordis affectu inhiabãt
inani gl'ię:quã vana mentis elatione sectaræ sunt.Et ipse appetitus significatus est in eo qđ di
ctum est:Dũ eunt emere venit sponsus: & introierunt cũ eo ad nuptias quæ præparatę erãt:
hoc est quæ verã fidẽ:verãq; pietatẽ corde gestabãt: qua possent cõrepetari numero societati
q; sanctorũ:nõ in seipsis:sed in dño gloriantiũ:vt intrarẽt cũ eis in illud gaudiũ:de quo dicit:
Vbi supra. Intra in gaudiũ dñi tui:vbi erit pfecta participatio incõmutabilis boni: cuius modo velut ar
ra quædã p fidẽ tenet:vt scdm hanc gratiam viuamus:inquantum deo non nobis viuimus.
Ca.34. Proinde qđ sequitur: Nouissime veniunt & reliquæ virgines dicentes: Dñe dñe aperi no N
Matthçi.25. bis:nõ dictum est eas emisse oleum & sic venisse:neq; enim iam erat vnde: sed misericordiam
sero quæsisse:cũ iam tempus iudicandi esset:& probos & reprobos separandi. Recte autẽ re
spondetur:Amẽ dico vobis:nescio vos.Ille quippe hoc dicit:quem nõ latet aliquid.Sed nescio
vos:nihil aliud est q̃ nescitis me:quãdo de vobis potius eligitis cõsyderari q̃ de me. Cum eñ
dicitur q; nos cognoscit deus:cognitionẽ sui nobis præstat:vt p hoc intelligamus ne hoc qui
dẽ nobis esse tribuendum q; nos scimus deum: sed eam quoq; scientiã illius misericordiæ tri
buamus. Vnde cũ quodã loco apostolus diceret:Nũc aũt cognoscentes deum: correxit & ait:
Immo & cogniti a deo:quid aliud volens intelligi nisi q; eos ipse fecerit cognitores suos? Ne
mo autẽ cognoscit deum:nisi qui intelligit illum esse summũ atq; incõmutabile bonum:cuius
Psal.21. participatione fit bonus. Qđ in huius psalmi conclusione positum est: Annũtiabunt iustitiã
Psal.99. eius populo qui nascetur quem fecit dñs.Inde & illud in psalmo:Ipse fecit nos:& non ipsi nos.
Hoc eñ nõ ad eã naturã qua homines sumus:cuius naturæ idem ipse creator est cæli & ter
ræ & syderum omniũq; animantium:sed ad illud potius referendum est quod apostolus ait:
Ephe.2. Ipsius sumus figmentum creati in Iesu Christo,in operibus bonis quæ præparauit deus vt in
Ca.35. illis ambulemus. Arbitror tibi satis esse solutas tuas quinq; quæstiones:dum in ista media O
Ioan.4. veluti sexta immoraris:quam mihi ppósui de gratia noui testamenti:propter quam verbum

caro factum est:id est qui filius dei erat:homo factus est:naturam suscipiendo nostram nō mutando suam:per quod & suam recipientibus ea potestas daretur:vt qui eramus homines:filii dei fieremus participatione incōmutabilis boni in melius cōmutati:non ad temporalē felicitatem:sed ad vitæ æternæ quæ sola beata est adoptionem. Vnde placuit etiam propheticum psalmum percurrere: cuius primū versum in passione commemorauit: ostendens quomodo nos deus derelinquat: & quo alio modo non recedat a nobis: ad bona æterna nos colligens: temporalia vero aliquando vtiliter tribuens: & aliquando vtiliter subtrahens: vt eis non hærere discamus:ne cōtempta luce interiore quæ ad nouam pertinet:vnde etiā psalmus iste ipse pro susceptione matutina tanq̄ pro luce noua nomen accepit:in exteris tenebris libenter habitemus: vnde in exteriores mittuntur: qui ex istis exteris non se ad interiora conuertunt: ne diabolo & angelis eius sociati extrema damnatione puniamur. Intelligentes igitur peregrinationē nostram in hac vita:mundo crucifigamur:extendentes manus in latitudinem bonorum operum: & longanimitate vsq; in finem perseuerantes:atq; habentes cor sursum: vbi Christus est in dextera dei sedens:totumq; hoc non nobis:sed illius misericordiæ tribuentes: cuius profunda iudicia omnē scrutatorem fatigant. Hæc est enim non inaniter fabulosa: sed vtiliter verax latitudo:longitudo:altitudo:profundum:vnde perueniamus ad eam supemi-
P nentem scientiam charitatis Christi: & impleamur in omnem plenitudinem dei. Scio autem Ca.36.
q̄ non superuacua sollicitatione: per hanc occasionem quæstionum mihi a te propositarū: noui testamenti gratiam tibi voluerim copiosius cōmēdare: Habet enī aduersarios: qui eius profunditate turbati:nō deo tribuere:sed potius sibi volūt arrogare q; boni sunt. Nec tales sunt quos facile contēnas:sed continenter viuentes: atq; in bonis operibus laudabiles:nec falsum Christum sicut Manichæi:aliiq; plurimi hæretici:sed eundem verū æqualemq; patri & coæternum veraciterq; hominem factum: & venisse credentes: & venturum expectātes: sed tamē ignorantes dei iustitiam: & suam constituere volentes. Neq; enim frustra dominus cum & il- Roma.10.
las cōmemoraret quæ secum intrauerunt ad nuptias: & illas cōtra quas ianuas clausit: & quibus respondit: Nescio vos: vtrasq; virgines dixit: & quinq; virgines ppter continentiam car- Matthei.25.
nis edomitam: quinq; id est sensu prædītas quinario: ornatas vtrasq; lampadibus propter bonorū operū bonæq; cōuersationis in conspectu hominū luculentissimā laudem: vtrasq; obuiā sponso euntes propter expectationē qua Christi speratur aduentus. Sed tamen alias stultas: sapientes oleum acceperunt in vasis suis: stultæ hoc non ferebant secū: in tam multis pares: hoc solo eas dispares demonstrat. Quid enim tam coniunctum q̄ virgines & virgines: & quinq; & quinq;: & lampadibus ornatæ obuiam sponso euntes: & istę & illę: Et quid tam contrariū q̄ sapientes & stultæ: videlicet q; istę oleum in vasis: hoc est intelligētia gratiæ dei portant in cordibus suis: scientes q; nemo possit esse cōtinens nisi deus det: & hoc ipsum sapientiæ dispu Sapi.8.
tantes scire cuius hoc donum sit: Illę aūt largitori omniū bonorum gratias non agentes: euanuerunt in cogitationibus suis: & obscuratū est insipiens cor earum: dicentes se esse sapientes Roma.1.
stultæ factę sunt: De quibus sane nullo modo sic desperandū est anteq̄ dormiamus. Sed si ita dormierint cū factus fuerit clamor ille quo adesse iam nuntiabitur sponsus: & euigilātes hoc est resurgentes remanserunt foris: non quia virgines non sunt: sed quia nescientes vnde habeant qđ sunt: stultæ virgines sunt: meritoq; foris erunt: quia intranea non secutæ fuerūt. Quādo tales ergo reperceris: nō tibi persuadeant inanitatē vasorū suorum: sed tu eis potius plenitudinē. Vnde ait apostolus: Quisquis se putat aliquid scire: nondū scit queadmodū oportet 1.Corin.8.
scire. Et mox ostendens quid dixerit: Quisquis autem diligit deum: hic cognitus est ab illo: nec sic dicere voluit: cognouit eū: sed dicēdo cognitus est ab eo: expressius voluit cōmendare etiā hoc ab illo nobis esse vt eum diligamus. Charitas enī dei diffunditur in cordibus nostris: nō p nos ipsos: sed per spiritūsanctū qui dat⁹ est nobis. Necesse est autem vt parum diligat eum: qui non ab illo: sed a seipso bonū se arbitratur effectū. Vnde aūt fieri potest vt talis non in seipso: sed in domino glorietur: Qui enim gloriatur q; sit bonus: in illo debet gloriari a quo factus est bonus: ac per hoc qui se a semetipso factum bonum arbitratur: cōsequens est: vt in seipso non in dño glorietur. Omnis autem intentio gratiæ noui testamenti quo sursum Roma.5.
cor habemus (Quia omne datum optimum: & omne donū perfectū desursum est) id agit ne Iacobi.1.
simus ingrati: atq; in ipsa gratiarum actione nihil aliud agitur: nisi vt qui gloriatur in domino glorietur. Habes librum: etsi prolixum: tamen quantum existimo non superfluū. Sed ama etiam ecclesiasticas legere literas: & non multa inuenies quæ requiras ex me: sed legendo &

ruminando: si etiam pure dñm largitorem bonorum omniũ depreceris: omnia quæ cognitio
ne digna sunt: aut certe plurima: ipso magis inspirante: q̃ hominum aliquo commonente per
disces. q̃q̃ eo ipso quo forinsecus bene admonentem iudicio non errãte approbamus: quid ali
ud q̃ internum lumen/magistrum nos habere testamur?

Sancti Augustini ad Probam: de orando deo: quod/maximum viduitatis est
negotium: eleganti copiosoq; sermone scribentis.

Epistola.CXXI.



Ca.i. AVgustinus episcopus seruus Christi: seruorumq; Christi: religiosæ famu- Q
læ dei Probæ in domino dominorum salutem. Et petisse te & promisisse me
recolens: vt de orando deo/ad te aliquid scriberem: vbi tribuente ipso quẽ
oramus: tempus facultasq; concessa est: Oportuit vt debitum meum iam
iamq; persoluerem: & pio studio tuo in Christi charitate seruirem. Q; autem
lætificauerit me ipsa petitio tua: in qua cognoui quantam rei tantæ curam
geras: verbis explicare non possum. Quod enim maius oportuit esse nego-
tium viduitatis tuæ: q̃ persistere in oratione nocte ac die: secundum apostoli admonitionem?
i.Timot.5. Ille quippe ait. Quæ autem vere vidua est & desolata: sperauit in domino: & persistit in orati-
one nocte ac die. Vnde mirum videri potest cum sis secundum hoc sæculum nobilis: diues:
tantæq; familiæ mater: & ideo licet vidua: non tamen desolata: quomodo occupauerit cor tu
um: præcipueq; sibi vendicauerit orandi cura: nisi quia prudenter intelligis: q in hoc mun-
do & in hac vita: nulla anima possit esse secura. Proinde qui tibi eam cogitationem dedit: pro
fecto facit qđ discipulis suis: nõ pro seipsis: sed pro humano genere contristatis: & desperanti
bus quenq̃ posse saluari: postea q̃ ab illo audierunt: Facilius esse camelum intrare per foramẽ
acus: q̃ diuitem in regnum cælorum: mirifica & misericordissima pollicitatione respondit:
Matthei.19. Deo esse facile quod hominibus impossibile est. Cui ergo facile est: vt etiam diues intret in re
gnum cælorum: inspirauit tibi piam sollicitudinem: de qua me consulendum putasti: quo nã
modo tibi esset orandum. Ille nanq; cum etiam esset adhuc in carne: Zacheum diuitem in re-
gnum cælorum misit: & resurrectione atq; ascensione glorificatus: multos postea diuites im
pertito spiritusancto fecit huius sæculi contemptores: & finita diuitiarum cupiditate ditio-
res. Quomodo enim tu sic studeres orare deum: nisi sperares in eo? Quomodo autem spera-
res in eo: si sperares in incerto diuitiarum: & contemneres præceptum saluberrimũ: quo apo-
i.Timot.6. stolus ait: Præcipe diuitibus huius mundi non superbe sapere: neq; sperare in incerto diuitia
rum: sed in deo viuo qui præstat nobis omnia abundãter ad fruendum: vt diuites sint in ope-
ribus bonis: facile tribuant: communicent: thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurũ
vt apprehendant veram vitam? Debes itaq; præ amore huius veræ vitæ: etiam desolatam te
putare in hoc sæculo: in quantalibet eius felicitate verseris. Nam sicut est illa vera vita in cu-
ius comparatione vtiq; ista quæ multum amatur q̃libet iucunda atq; producta sit: nec vi-
ta dicenda est: sic est etiam solatium verum: quod per prophetam dominus promittit dicens:
Dabo illis solatium verum: pacem super pacem. sine quo solatio quæcunq; sunt terrena sola-
tia: magis in eis desolatio q̃ consolatio reperitur. Diuitiæ quippe atq; fastigia dignitatum: cæ
teraq; huiusmodi quibus se felices esse putant mortales veræ illius felicitatis expertes: quid
afferunt consolationis: cum sit eis non egere: q̃ eminere præstantius: quæ plus excruciant
adepto timore amissionis: q̃ concupitæ adeptionis ardore? Talibus bonis non fiunt homines
boni: sed aliunde boni facti/ bene vtendo faciunt vt ista sint bona. Non sunt ergo in his ve-
ra solatia: sed ibi potius vbi vera vita. Nam inde necesse est vt fiat homo beatus: vnde fit bo-
nus. Homines autem boni videntur etiam in hac vita præstare non parua solatia. Nam si
paupertas angit: si luctus mœstificat: si dolor corporis inquietat: si contristat exilium: si vl-
la calamitas alia vexat: assint boni homines: qui non solum gaudere cum gaudentibus:
verumetiam flere cum flentibus norunt: & salubriter alloqui & colloqui sciunt: plurimũ
illa aspera leniuntur: releuãtur grauia: superantur aduersa. Sed ille hoc in eis & per eos agit
qui spiritu suo bonos fecit. Econtra si diuitiæ circunfluant: nulla orbitas accidat: assit sanitas
carnis: incolumi habitetur in patria: & cohabitent mali homines: in quib⁹ nemo sit cui fides
adhibeatur: a quo non dolus: fraus: iræ: discordiæ: insidiæ timeant atq; sustineantur: nonne illa
omnia fiunt amara & dura: nec aliquid lætum vel dulce est in eis? Ita in quibuslibet rebus hu-

manis nihil eſt homini amicum ſine homine amico: ſed quotus qſq; talis inuenit de cuius
animo & moribus ſit in hac vita certa ſecuritas? Nam ſicut ſibi quiſq; nemo alter alteri notus
eſt: & tamen nec ſibi quiſq; ita notus eſt: vt ſit de ſua craſtina conuerſatione ſecurus: proinde
q̃uis ex fructibus ſuis multi cognoſcantur: & alii quidem bene viuendo pximos lętificent: alii
male viuendo contriſtent: tamen propter humanorum animorum ignora & incerta: rectiſ-
ſime apoſtolus admonet: vt non ante tempus quicq̃ iudicemus: donec veniat dominus: & illu 1.Corin.4.
minet abſcondita tenebrarum: & manifeſtet cogitationes cordis: & tunc laus erit vnicuiq;
a deo. In his igitur vitæ huius tenebris: in quibus peregrinamur a domino q̃diu per fidẽ am- 2.Corin.5.
bulamus: nõ per ſpeciem: deſolatam debet ſe Chriſtiana anima putare/ne deſiſtat orare: & ſcri
pturarum diuinarum ſanctarumq; ſermoni diſcat tanq̃ lucernæ in obſcuro loco poſitæ: fideí 2.Petri.1.
oculum intendere: donec dies luceſcat: & lucifer oriatur in cordibus noſtris. Huius enim lu-
cernę quidam fons ineffabilis: lumen illud eſt: quod ſic lucet in tenebris: vt non comprehenda
tur a tenebris: cui videndo/fide corda mundanda ſunt. Beati enim mundo corde: quoniam ip Actu.15.
ſi deum videbunt. Et ſcimus quoniam cum apparuerit: ſimiles ei erimus: quoniam videbim⁹ Matthęi.5.
eum ſicuti eſt. Tunc erit vera vita poſt mortem: verumq; ſolatium poſt deſolationem. Illa vi- 1.Ioan.3.
ta eximit animam noſtram de morte: & illud ſolatium oculos noſtros a lachrymis. Et quoni- Pſal.114.
am ibi iam non erit vlla tentatio: ideo ſequitur in eodem pſalmo: Pedes meos a lapſu. Porro ſi
nulla tentatio: iam nulla oſo. Non eñ ibi erit promiſſi boni expectatio: ſed reddita cõtempla
tio. Vnde Placebo (inquit) domino in regione viuorum: vbi tunc erimus nõ in deſerto mor
tuorum vbi nunc ſumus. Mortui enim eſtis: ait apoſtolus: & vita veſtra abſcondita eſt cum
Chriſto in deo. Cum autem Chriſtus apparuerit vita veſtra: tunc & vos apparebitis cum Col.3.
ipſo in gloria. Hæc eſt enim vera vita quam iubentur bonis operibus apprehendere diuites:
& ibi eſt verum ſolatium: quo ſolatio nunc vidua deſolata: etiam quæ filios & nepotes habet: 1.Timot.5.
& domum ſuam pie tractat: agens cum omnibus ſuis vt ponant in deo ſpem ſuam: dicit tamẽ
in oratione: Sitiuit in te anima mea q̃ multipliciter tibi & caro mea: in terra deſerta & ſine Pſal.41.
via & ſine aqua. Q; iſta moribunda vita quibuſlibet mortalibus ſolatiis frequentetur: quibuſ
libet itinerantibus comitetur: quantalibet rerum copia cumuletur: noſti quippe iſta omnia
q̃ incerta ſint: & in illius promiſſæ felicitatis comparatione quid eſſent etiam ſi incerta non
eſſent? Hæc dixi quoniam ſermonem meum vidua diues & nobilis: & tantæ familiæ mater de
oratione quæſiſti: vt etiam tecum in hac vita permanentibus & obſequentibus tuis: te ſentias
deſolatam: nondum vtiq; apprehenſa illa vita: vbi eſt verum certumq; ſolatium: vbi imple-
bitur quod in prophetia dictum eſt: Satiati ſumus mane miſericordia tua: & exultauimus & Pſal.89.
iucundati ſumus in omnibus diebus noſtris. Iucundati ſumus pro diebus quibus nos humilia
ſti: annis quibus vidim⁹ mala. Anteq̃ ergo iſta conſolatio veniat: quantacunq; temporalium
bonorum felicitate circũfluas: vt perſiſtas in orationibus die ac nocte: deſolatam te eſſe memi
neris. Non enim apoſtolus qualicunq; viduæ hoc munus tribuit: ſed quæ vere (inquit) vi- 1.Timot.5.
R dua eſt & deſolata: ſperauit in domino: & perſiſtit in orationib⁹ die ac nocte. Quod vero ſe Ca.2.
quitur: vigilantiſſime caue: Quæ autem in delitiis agit: viuens mortua eſt. Agit enim ho-
mo in his quæ diligit: quæ pro magno appetit: quibus beatum ſe eſſe credit. Quapropter qđ
ſcriptura dicit de diuitiis: Diuitiæ ſi affluant ne apponatis cor: hoc etiam de delitiis tibi di- Pſal.61.
co: Delitię ſi affluant ne apponas cor. Non ideo te magnipendas: q; non deſunt: q; affatim ſup
petunt: q; velut ex fonte largiſſimo terrenæ felicitatis fluunt. Omnino hæc in te deſpice atq;
contemne: ne in his quicq̃ requiras præter integram corporis valitudinem. Hæc enim conrẽ
nenda non eſt propter neceſſarios vſus huius vitæ: anteq̃ mortale hoc induatur immortali- 1.Corin.15.
tate: hoc eſt vera & perfecta & perpetua ſanitate: quę non temporali deficiens infirmitate: cor
ruptibili voluntate reficitur: ſed cæleſti firmitate perſiſtens: æterna incorruptione vegeta-
tur. Nam & ipſe apoſtolus: Carnis (inquit) prouidentiam ne feceritis in concupiſcentiis: qa Roma.13.
gerimus curam carnis: ſed ad neceſſitatem ſalutis. Nemo eñ vnq̃ carnem ſuã odio habuit: Ephe.5.
ſicut ipſe item dicit. Hinc eſt eñ q; & Timotheũ nimiũ (ſicut apparet) corporis caſtigatorẽ 1.Timot.5.
admonet: vt modico vino vtatur: propter ſtomachum: & frequentes ſuas infirmitates. Has
ergo delitias in quibus vidua ſi agit: hoc eſt ſi in delectatione carnis hæret atq; habitat: vi-
uens mortua eſt. Multi ſancti & ſanctæ omnimodo cauentes: ipſas velut matres delitiarum
diuitias diſpergendo pauperibus abiecerunt: & tali modo in cæleſtibus thezauris tutius
condiderunt. Quod ſi tu deuincta aliquo pietatis officio non facis: tu ſcis quoniam de his ra-

1.Corin.2. tionem reddas deo.Nemo enim scit quid agatur in homine nisi spiritus hominis qui in ipso
1.Corin.4. est. Nos non debemus ante tempus quicq̄ iudicare:donec veniat dominus qui & illumina-
bit abscondita tenebrarum: & manifestabit cogitationes cordis: & tunc laus erit vnicuiq
a deo.Pertinet tamen ad vidualem curã tuã:delitiæ si affluant ne apponas cor:ne in eis putre
scendo moriatur:quod sursum esse debet vt viuat. Te in illorũ numero deputato: de quibus
Psal.21. scriptum est: Viuent corda eorum in sæculum sæculi. Audisti qualis ores: nunc audi & q̄d S
Ca.3. ores:vnde me maxime cõsulendũ putasti:Quoniam te permouet q̄d ait apostolus: Quid em̃
Roma.8. oremus?sicut oportet nescimus:& timuisti ne magis tibi obsit:nõ sicut oportet orare: q̄ non
orare. Q̄d sic itaq dici breuiter põt:Ora beatam vitam.Hanc enim habere omnes homines
volunt. Nam & qui pessime & perdite viuunt:nullo modo ita viuerent:nisi eodẽ modo se esse
vel posse fieri beatos putarent.Quid ergo aliud oportet te orare:nisi id q̄d cupiunt & mali &
Ca.4. boni:sed ad quod perueniunt nõ nisi boni? Hic fortasse iam quæras: quid sit ipsa beata vita. T
In qua quæstione multorum philosophorum ingenia otiaq contrita sunt:qui tamen eam tan
to minus inuenire potuerunt:quanto minus eius fontem honorauerunt:eiq gratias non ege
runt.Prius itaq attende:vtrũ acquiescendũ sit eis qui dicunt eum beatum esse: qui secundũ
suam viuit voluntatem.Sed absit vt hoc verum esse credamus. Quid si enim nequiter velit
viuere?Nonne tanto miserior esse conuincitur: quanto facilius mala eius voluntas implet?
13.de trinita Merito hanc sententiam etiam ipsi qui sine cultu dei philosophati sunt respuerunt.Nam qui
te.ca.4. dam eorum vir eloquẽtissimus ait:Ecce autem alii non philosophi quidẽ: sed prompti tñ ad
disputandum: omnes aiunt esse beatos qui viuũt vt ipsi velint.Falsum id quidem. Velle em̃
quod non deceat:idem ipsum miserrimum:nec tamen miserum est non adipisci quod velis: q̄
adipisci velle quod non oporteat.Quid tibi videntur hæc verba? Nonne ab ipsa veritate per
Ca.5. quemlibet hominem dicta sunt? Possumus ergo hic dicere quod apostolus ait de quodã pro V
Titum.1. pheta Cretensi:cum eius illi sententia placuisset:Testimonium hoc verum est. Ille igitur bea
tus est:qui omnia quæ vult habet:nec aliquid vult quod non decet. Quod si ita est:vide iam
quæ homines non indecenter velint. Alius vult coniugari:alius cõiugio viduatus deinceps
continenter elegit viuere:alius nullum concubitum:nec in ipsis nuptiis experiri: etsi aliud
hic alio melius reperitur:nullum tamen istorum possum* dicere indecẽter aliquid velle. Sic
& optare filios:nuptiarũ scilicet fructũ:& eis qui suscepti fuerint vitã ac salutẽ.quo voto plæ
runq occupatur etiam continentia vidualis.Nam etsi spreto coniugio iam non optant etiã
filios procreare:optant tamen quos procreauerunt incolumes viuere.Ab hac omni cura im
munis est virginalis integritas.Habent tamen omnes charos & charas:quibus non indecen-
ter optant etiam temporalem salutem:Sed cum istam salutem in seipsis & in eis quos diligũt
adepti homines fuerint:nũ poterimus eos dicere iam beatos?Habent em̃ aliquid quod decet
velle.Sed si alia non habent maiora atq meliora & vtilitatis decorisq pleniora:adhuc a beata
vita longe absunt.Placet ne igitur vt super salutem istam temporalem optent sibi ac suis ho-
nores & potestates?Sane si per hæc consulant eis qui viuunt sub eis:non propter hęc ipsa: sed
propter aliud quod inde fit bonum:decet ea velle:si autem propter inanem fastum elationis
pompamq superfluam vel etiam noxiam vanitatis:non decet.Quocirca si optant sibi ac suis
etiam sufficientiam rerum necessariarum:de qua sic apostolus loquitur: Est autem quæstus
1.Timoth.6 magnus pietas cum sufficientia.Nihil em̃ intulimus in hunc mundũ:sed nec auferre hinc ali
quid possumus: Victum & tegumentum habentes his contenti sumus. Nam qui volunt di-
uites fieri:incidunt in tentationem & laqueum & desyderia multa & noxia:quæ mergũt ho-
mines in interitum & pditionem.Radix em̃ omnium malorum auaritia:quam quidem appe-
tentes a fide errauerũt:& inseruerunt se doloribus multis.Hanc ergo sufficientiã: non inde-
center vult:quisquis vult:nec amplius vult: Alioquin non ipsam vult: & ideo nec decenter
Prouer.30. vult. Hanc optabat & pro hac orabat qui dicebat: Diuitias & paupertatem ne dederis
mihi.Constitue autem mihi quæ necessaria sunt sufficienter: vt ne satiatus mendax effici-
ar: & dicam quis me videt: aut pauper factus furer & periurem nomen dei mei. Vides cer-
te & istam sufficientiam non appeti propter seipsam:sed propter salutem corporis: & cõgru
entem habitum personæ hominis:quo habitu non sit inconueniens eis cum quibus honeste
officioseq viuendum est. In his itaq omnibus incolumitas hominis & amicitia propter seip-
sa appetuntur:sufficientia vero rerum necessariarum non propter seipsam: sed propter duo
superiora quæri solet cũ decenter quęritur.Incolumitas porro in ipsa vita ac salute atq inte-

gritate animi & corporis cõstituta est. I tem& amicitia non angustis finibus terminanda est. Omnes enim quibus amor & dilectio debetur:amplectitur:q̄uis in alio propensius:in alio suspensius inclinetur. Peruenit autem vsq; ad inimicos:pro quibus etiam orare præcipimur. Ita nemo est in genere humano:cui non dilectio:etsi non pro mutua charitate: pro ipsa tamen cõmunis naturæ societate debeatur. Sed hi nos multum iusteq; delectant:a quibus vicissim sancte casteq; diligimur. Ista cum habentur: vt teneantur:cum autem nõ habentur vt habeantur
X orandũ est. Hoccine totum & hæc sunt omnia quibus beatæ summa vitæ colligitur: an aliquid aliud veritas docet qđ his omnibus præferatur? Nam & illa sufficientia: & ipsa incolumitas:vel propria vel amicorum:q̄diu temporalis est:pro æternæ vitæ adeptione abiiciẽda est. q̄q; fortasse corpus:animus vero nullo modo sanus existimandus est: qui non temporalibus æterna præponit. Neq; enim in tempore vtiliter viuitur: nisi ad cõparandum meritum quo in æternitate viuatur. Ad illam ergo vnam vitam qua cum deo & de deo viuitur: cæteraq; vtiliter & decenter optantur:sine dubio referenda sunt. In eo quippe nosmetipsos diligimus si deum diligimus:& ex alio præcepto proximos nostros sicut nosmetipsos ita vere diligim⁹: si eos ad dei similem dilectionem/quantum in nobis est/perducamus. Deum igitur diligimus per seipsum:& nos ac proximos propter ipsum. Nec cum ita viuimus:iam nos in ipsa beata vita constitutos existimemus:quasi nihil sit amplius quod oremus. Quomodo enim iam beate viuimus cum illud adhuc deest:propter quod vnum bene viuimus? Vt quid ergo per multa dispergimur: & quærimus quid oremus: timentes ne forte sicut oportet non oremus: ac non potius cum psalmo dicim⁹: Vnam petii a domino:hac requiram: vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ: Vt contempler delectationem dei: & visitem templum eius? Ibi namq; omnes dies non veniendo & transeundo fiunt omnes: nec initium alterius est finis alterius: omnes sine fine simul sunt: vbi nec ipsa vita habet finẽ: cuius illi dies sunt. Propter hanc adipiscendam vitam beatam:ipsa vera beata vita nos orare docuit: non in multiloquio: tanq̄ eo fiat vt exaudiamur:quo loquaciores sumus cũ eum oremus:qui nouit (sicut ip
Y se dominus ait) quid nobis necessarium sit priusq̄ petamus ab eo. Vnde mirum videri potest:q̄uis multiloquium prohibuerit:cur nos sic orare adhortat⁹ sit:qui nouit quid nobis necessarium sit priusq̄ petamus ab eo:vt diceret:Oportet semper orare & non deficere: viduæ cuiusdam proposito exemplo: quæ de suo aduersario cupiens vindicari: iudicem iniquum sæpe interpellando flexit ad audiendum:non iustitia vel misericordia permotum: sed tædio superatum:vt hinc admoneremur q̄ certius nos exaudiat misericors & iustus domin⁹ deus: sine intermissione orantes:quando illa nec ab iniquo & impio iudice potuit assidua interpellatione contemni: & q̄ libens atq; placatus bona desyderia impleat eorum:a quibus aliena peccata nouit ignosci: si:quo cupiebat illa peruenit:quę voluit vindicari. Ille quoq; cui amicus de via venerat:nec quod ei apponeret habebat:ab amico sibi tres panes cupiens accommodari: quibus fortasse ipsa trinitas vnius substantiæ figurata est: iam cum suis seruis dormientem petitor instantissimus & molestissimus excitauit:vt daret ei quantos volebat:magis & ipse vitando tędium q̄ beniuolentiam cogitando:vt hinc intelligeremus si dare cogitur qui cũ dormiat a petente excitatur inuitus:quanto det benignius qui nec dormire nouit: & dormiẽtes nos excitat vt petamus. Hinc est & illud:Petite & accipietis: quærite & inuenietis:pulsate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit:& quærẽs inuenit:& pulsanti aperietur. Aut qs est ex vobis hõ a quo filius suus panẽ petit: nunqd lapidẽ dabit ei? Aut si piscẽ petit:nunqd serpentẽ dabit illi? Aut si ouũ petit: nunquid porrigit ei scorpiũ? Si ergo vos cũ sitis mali: nostis bona data dare filiis vestris: quantomagis pater vester cælestis dabit bona petentibus se? Cum ergo scđm tria illa quæ cõmendat aplus: Fides significetur in pisce:vel p̄pter aquã baptismi: vel q; in huius sęculi fluctib⁹ integra est:cui cõtrarius est ille serpens: qui vt nõ crederetur deo/venenosa fraude persuasit. Spes in ouo: quia vita pulli nondum est:sed futura est nec iam videtur sed adhuc speratur. Spes enim quæ videtur non est spes. Cui contrarius est scorpius:q̃m qui sperat æternam vitam: quę retro sunt obliuiscitur: & in anteriora se extendit:cui noxium est retrospicere. Scorpius autem ex ea parte cauendus est qua venenatam & aculeatam caudam retrorsum habet. Charitas:in pane. Maior eñi horũ charitas. Et in cibis vtiq; vincit cætera panis vtilitas:cui contrarius est lapis:quoniã dura corda respuũt charitatem:siue aliud aliquid cõgruẽti⁹ ista significẽt:tñ qui nouit bona data dare filiis suis: petere nos & quęrere & pulsare cõpellit. Quod quare faciat qui nouit quid nobis necessarium sit pri

Marginalia: Ca.6. — Psal.26. — Ca.7. Matthei.6. Lucæ.18. — Lucę.11. — Vbi supra. — Roma.8. — 1.Corin.13.

usq; petamus ab eo: mouere animum potest: nisi intelligamus q dominus & deus noster non voluntatē nostrā sibi velit innotescere quā nō potest ignorare: sed exerceri in orationibus desyderiū nostrū quo possimus capere qd præparat dare. Illud eīm valde magnū est: sed nos ad
2.Corin.6. accipiēdū parui & angusti sum⁹. Ideo nobis dicitur: Dilatamini: ne sitis iugū ducentes cum infidelibus. Tanto quippe illud qd valde magnum est: qd nec oculus vidit: quia non est color: nec auris audiuit: quia non est sonus: nec cor hois ascēdit: quia cor hois illuc debet ascendere: sumemus capacius: quanto id & fidelius credimus: & speramus firmius: & desyderamus ar-
Ca.8. dentius. In ipsa ergo fide & spe & charitate cōtinuato desyderio semper oramus. Sed ideo Z
per certa interualla horarum & temporū etiam verbis rogamus deum: vt illis rerum signis nosipsos admoneamus quātūq; in hoc desyderio profecerimus: nobisipsis innotescamus: & ad hoc agendū nosipsos acrius excitemus. Dignior enim sequetur effectus quem feruentior
1. Thessal.5. præcedit affectus. Ac per hoc & quod ait apostolus: Sine intermissione orate: quid est aliud q̄ beatā vitā quæ nulla nisi æterna est: ab illo qui eam solus dare pōt: sine intermissione desyderate? Semper ergo hanc a domino deo desyderemus & oremus semper. Sed ideo ab aliis curis atq; negotiis quibus ipsum desyderium quodammodo tepescit: certis horis ad negotium orādi mentem reuocamus: verbis orationis nos admonentes in id qd desyderamus intendere: ne quod tepescere cœperat: omnino frigescat & penitus extinguatur nisi crebrius inflam-
Col.4. metur. Vnde & illud quod idem apostolus ait: Postulationes vestræ innotescant apud deum: non sic accipiendum est: tanq̄ deo innotescant: qui eas & anteq̄ essent vtiq; nouerat: sed nobis innotescant apud deum per tolerantiam: non apud homines per iactantiam. Aut forte etiam innoscant angelis qui sunt apud deum: vt quodammodo eas offerant deo: & de his consu-
lant: & quod eo iubente implendū esse cognouerint: sicut oportere ibi cognouerint: hoc no-
Tobiæ.12. bis vel euidenter vel latenter apportent. Dixit enim angelus homini: Cum oraretis ego ob-
Ca.9. tuli orationem vestram: in conspectu claritatis dei. Quæ cum ita sint: etiam cum diu ora- &
re vacat: id est cum alia bonarum & necessariarum actionum non impediuntur officia: quis & in eis (vt dixi) desyderio illo semper orandum sit: non est improbum nec inutile. Neq; enim (vt nonnulli putant) hoc est orare: in multiloquio si diutius oretur. Aliud est sermo multus: aliud diuturnus affectus. Nam & de ipso domino scriptum est: q pernoctauerit
Lucæ.6. in orando: & q prolixius orauerit: Vbi quid aliud q̄ nobis præbebat exemplum in tempore precator opportunus cum patre exauditor æternus? Dicuntur fratres in ægypto crebras quidem habere orationes: sed eas tamen breuissimas & raptim quodāmodo iaculatas: ne illa vigilanter erecta: quę oranti plurimū necessaria est: per productiores moras euanescat atq; hebetetur intentio. Ac per hoc etiam ipsi satis ostendunt hanc intentionē sicut non est obtundenda si perdurare non potest: ita si perdurauerit non cito esse rumpendā. Absit eīm ab oratione multa locutio: sed non desit multa precatio: si feruens perseuerat intentio. Nam multū loquiest in orando rem necessariam superfluis agere verbis. Multū autē precari: est ad eum quē precamur diuturna & pia cordis excitatione pulsare. Nam plerunq; hoc negotiū plus gemitibus q̄ sermonib⁹ agit: plus fletu q̄ affatu. Ponit aūt lachrymas nras in cōspectu suo: & gemitus noster nō est abscōdit⁹ ab eo q oīa per verbū condidit & humana verba nō q̄rit. Nobis ergo verba necessaria sunt qb⁹ cōmoneamur & inspiciam⁹ qd petam⁹: nō quib⁹ dñm seu docē-
Ca.10. dū seu flectendū esse credam⁹. Cū ergo dicim⁹: Sāctificet nomē tuū: nos admonem⁹ desyde 9
Lucæ.6. rare: vt nomen eius qd semp sanctū est: etiā apud homines sanctū habeat: hoc est nō cōtēnat: qd nō deo sed hoībus pdest. Et in eo quod dicimus: Adueniat regnū tuū: qd seu velim⁹ seu nolim⁹ vtiq; veniet: desyderiū nostrū ad illud regnū excitam⁹: vt nobis veniat atq; nos in eo regnare mereamur. Cū dicimus: Fiat volūtas tua sicut in cælo & in terra: nobis ab illo pcamur ipsam obedientiā: vt sic in nobis fiat volūtas ei⁹: quēadmodū fit in cęlestib⁹ ab angelis ei⁹. Cū dicim⁹: Panē nostrū quotidianū da nobis hodie: p id qd dicit: Hodie: significat hoc tpe vbi vł illā sufficientiā petim⁹ a parte quæ excellit: id est noie panis totā significātes: vel sacramentū fideliū qd in hoc tpe necessariū est: nō tamē ab huius tēporis: sed ad illā ęternā fœlicitatē asse quendā. Cū dicimus: Dimitte nobis debita nostra: sicut nos dimittimus debitoribus nostris: nos admonemus & quid petamus: & q d faciamus: vt accipe mereamur. Cū dicimus: Ne nos inferas in tentationē: nos admonemus hoc petere: ne deserti eius adiutorio alicui tentationi vel consentiamus decepti: vel cedamus afflicti. Cum dicimus: Libera nos a malo: nos admonemus cogitare: nondum nos esse in eo bono vbi nullum patiemur malum. Et hoc quidem vł

timum quod in dominica oratione positum est: tam late: tamq; euidenter & manifeste patet
vt homo Christianus in qualibet tribulatione constitutus: in hoc gemitus edat: in hoc lachry
mas fundat: hic exordiatur: i hoc imoret: ad hoc terminet orationem. His em̃ verbis res ipsas
A memoriæ nostræ commēdari oportebat. Nam quælibet alia verba dicamus quæ affect⁹ orā Ca.11.
tis vel præcedēdo format vt clareat: vel consequendo attendit vt crescat: nihil aliud dicimus
q̃ quod in ista dominica oratione positum est: si recte & congruenter oramus. Quisquis autē
id dicit quod ad istam euangelicam precem pertinere non possit: etiam si nō illicite orat: car
naliter orat: quod nescio quemadmodum non dicatur illicite: quādoquidem spiritu renatos
nō nisi spiritaliter deceat orare. Qui em̃ dicit (verbi gratia) Clarificare in omnibus gentib⁹
sicut clarificatus es in nobis: Et prophetæ tui fideles inueniātur: quid aliud dicit: q̃ Sanctifi- Eccli.36.
cetur nomen tuum? Qui dicit: Deus virtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam/ & salui Psal.79.
erimus: quid aliud dicit q̃ Veniat regnum tuum? Qui dicit: Itinera mea dirige secundum Psal.118.
verbum tuum: & ne dominetur mei oīs iniquitas: quid aliud dicit q̃ Fiat volūtas tua sicut in
coelo & in terra? Qui dicit: Paupertatē & diuitias ne dederis mihi: quid aliud dicit: q̃ Panem Prouer.30.
nostrum quotidianum da nobis hodie? Qui dicit: Memento domine Dauid & omnis mansue Psal.131.
tudinis eius: aut: Dn̄e si feci istud: si est iniquitas in manibus meis: si reddidi retribuentibus Psal.7.
mihi mala: quid aliud dicit: q̃: Dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitori
bus nostris? Qui dicit: Aufer a me concupiscentias veneris: & desyderium cōcubitus ne ap- Eccli.23.
prehendat me: quid aliud dicit: q̃ Ne nos inferas in tentationem? Qui dicit: Erue me de inimi Psal.58.
cis meis de⁹: & ab insurgentib⁹ sup me libera me: qd alid dicit: q̃: Libera nos a malo? Et si p ora
precationum sanctarum verba discurras: quantum existimo nihil inuenies quod nō ista domi
B nica contineat & concludat oratio. Vnde liberum est aliis atq; aliis verbis eadem tn̄ in oran Cap.12
do dicere: sed nō esse debet liberum alia dicere. Hæc & pro nobis: & pro nostris & pro alienis
atq; pro ipsis iimicis sine fluctu dubitatiōis orāda sunt: q̃uis alius p isto: alius pro illo: sicut se
habēt ppinquitates/ vl' lōginquitates necessitudinū i corde orātis: oriat/ aut extollat affect⁹. Qui
aūt dicit i oratiōe (verbi gr̃a) Dn̄e mltiplica diuitias meas: aut da mihi tātas quātas illi vl' illi
dedisti: aut honores meos auge: aut fac me i hoc sęculo ppotentē/ atq; clarentē: vel si qd hmōi
est: & hęc dicit eorum habēs cōcupiscētiā: non id attendens vt ex his scd̄m deū profit hoībus.
puto eum non inuenire in oratione dominica quo possit hæc vota coaptare. Quobrem pude-
at saltem petere quæ non pudet cupere: aut si & hoc pudet: sed cupiditas vincit: quanto
melius hoc petitur: vt etiam ab isto cupiditatis malo liberet: cui dicimus: Libera nos a malo?
C Habes quātum arbitror: nō solum qualia ores: verū etiam quid ores: non me docente: sed illo Ca.13
qui omnes nos docere dignatus est. Beata vita quęrēda est: hęc a dn̄o deo petenda est. Quid sit
beatum esse: a multis multa sunt disputata: sed nos ad multos/ & ad multa vt quid dicimus?
Breuiter in scriptura dei/ veraciterq; dictū est. Beatus populus cuius est dn̄s deus eius. In ipō
populo vt simus/ atq; ad eum contemplādū/ & cum eo sine fine viuendū peruenire possimus. Fi- Psal.143.
nis pcepti est charitas de corde puro/ & conscientia bona/ & fide non ficta. In eisdē tribus: pro 1.Timoth.1.
conscientia bona spes posita est. Fides ergo/ & spes/ & charitas ad deū perducūt orantē: hoc est
D credētem/ sperātem/ desyderātem/ & quę petat a dn̄o i dn̄ica oratione cōsyderantē. Ieiunia Ca.14.
& ab aliis voluptatibus sine salutis neglectu carnalis concupiscētiæ refrenatio: maximeq; elee
mosynæ/ multū adiuuāt orationem: vt possimus dicere/ In die tribulationis meæ deū exquisi Psal.70.
ui manibus meis: nocte corā eo: & non sum deceptus. Quomodo enim deus icorporalis/ & in-
E palpabilis manib⁹ exquirit: nisi operibus exquirat? Adhuc est fortasse quod quęras: cur apo Ca.15.
stolus dixerit: Quid em̃ oremus sicut oportet nescim⁹. Neq; em̃ vllo modo credēdū est: vel ip Ro.8.
sum/ vel quibus ista dicebat dn̄icam nescisse orationem. Cur ergo putamus hoc eum dixisse:
quod nec temere potuit/ nec mēdaciter dicere: nisi quia molestiæ/ tribulationesq; temporales
plęrūq; prosunt: vel ad sanandū tumorē supbiæ: vel ad pbādā/ exercendāue patientiam? Cui
pbatæ/ & exercitatæ clarior merces/ vberiorq; seruat: vel ad q̃cūq; flagellāda & abolenda pec
cata: tn̄ nos nesciētes quid ista prosint: ab omni tribulatione optamus liberari. Ab hac ignorā
tia nec seipsum apostolus ostendit alienum: nisi forte quid oraret sicut oporteret sciebat quan
do reuelationū magnitudie ne extolleret datus est illi stimul⁹ carnis angelus sathanæ qui eū
colaphizaret: propter quod ter dominum rogauit: vt eum auferret ab eo: vtiq; sicut oporteret 2.Corin.12.
nesciens quid oraret. Deniq; dei responsum cur non fieret quod vir tantus orabat: & quare fie
ri non expediret: audiuit: Sufficit tibi gratia mea: Nam virtus i infirmitate perficitur. In his

ergo tribulationibus quæ possunt & prodesse & nocere:quid oremus sicut oportet nescimus
et tamen quia dura:quia molesta:quia contra sensum nostræ infirmitatis sunt:vniuersali hu
mana voluntate vt a nobis hæc auferant oramus: Sed hoc deuotionis debemus domino A
deo nostro: vt si ea non abstulerit:non ideo nos ab eo negligi existimemus: sed potius pia pa
tientia malorum bona speremus ampliora. sic em̄ virtus in infirmitate perficitur. Nonnul
lis quippe impatientibus dominus deus quod petebant concessit iratus:sicut contra apostolo
Numeri.11. negauit propitius. Nam legimus Israelitæ,quid & quomodo rogauerint & acceperint: sed ex
1.Reg.8. pleta concupiscentia:impatientia est grauiter castigata. Dedit & regem petentibus secundũ
Iob.1.&.2. cor eorum:sicut scriptum est:non secundum cor suum. Dedit etiam quod diabolꝰ postulauit
Lucæ.8. vt probandus eius famulus tentaretur. Exaudiuit rogantes & immundos spiritus:vt in mul
tos sues legio dæmonum mitteretur. Hæc scripta sunt:ne forte quisq̃ magnipendat si fuerit
exauditus cum aliquid impatienter petit quod non impetrare plus profit:aut se abiiciat & de
diuina erga se miseratione desperet:si non exauditus cum forte aliquid petit: quo accipiendo
affligatur atrocius:vel a prosperitate corruptus penitus euertatur. In talibus ergo quid ore
Cap.16. mꝰ sicut oportet nescimus. Vñ si aliquid cõtra quod oramus acciderit:patiẽter ferendo & in F
omnibus gratias agendo:hoc potius oportuisse quod dei non quod nostra volũtas habuit:mi
nime dubitare debemus. Nam & huiusmodi exemplum præbuit nobis ille mediator:qui cum
Matthæ.26 dixisset:Pater si fieri potest transeat a me calix iste:humanam in se volũtatem ex hominis sus
ceptione transformans:continuo subiecit: Verum non quod ego volo:sed quod tu vis pater.
Ro.5. Vnde merito per vnius obedientiam iusti constituuntur multi. Quisquis autem illam vnã
petit a domino & hanc requirit:certus ac securus petit:nec timet ne forte obsit cum accepe
rit:sine qua nihil prodest quicquid aliud sicut oportet acceperit. Ipsa est enim vna vera & sola
beata vita:vt contemplemur domini delectationẽ in æternum:ĩmortales atq; ĩcorruptibiles
corpore & spiritu. Propter hanc vnam cætera requirũt: & non indecenter petuntur. Istã quis
quis habuerit: omnia quæ vult habebit:nec aliquid ibi velle est: qui nec habere poterit quod
non decebit. Ibi quippe est fons vitæ:quem sitire nunc oportet in oratione:q̃diu in spe viuimꝰ
Psal.35. et quod speramus nondum videmus:in protectione alarũ eius:ante quem est omne desyderium
nostrũ:vt inebriemur ab vbertate domꝰ eius:& torrente voluptatis eius potemur: quoniam
apud eum est fons vitæ:& in lumine eiꝰ videbimꝰ lumen:qñ satiabitur in bonis desyderiũ no
Ca.17. strum:& nihil erit vltra qđ gemẽdo quæramus:sed qđ gaudẽdo teneamus. Verũtamẽ quia G
Ro.8. ipsa est pax quæ præcellit omnẽ intellectũ: etiam ipsam in oratione poscendo:qd oremꝰ sicut
oportet nescimus. Qđ em̄ sicuti est cogitare nõ possumus:vtiq; nescimus:sed quicquid cogitanti
occurrerit: abiicimus:respuimus:improbamus:nõ hoc esse qđ quærimꝰ nouimus:q̃uis illud
nondũ quale sit nouerimus. Est ergo in nobis quædã (vt ita dicã) docta ignorantia: sed docta
Vbi supra. spiritu dei:qui adiuuat infirmitatem nostrã. Nam cum dixisset apostolus: Si autẽ quod non
videmus speramus:per patientiã expectamus:ibi subiecit similiter:Et spiritus adiuuat infir
mitatẽ nostram. Quid em̄ oremus sicut oportet nescimus:sed ipse spũs interpellat pro nobis
gemitibus inenarrabilibꝰ. Qui autẽ scrutatur corda scit quid spiritus sapiat:qa secundũ deũ
interpellat pro sanctis. Qđ non sic est intelligendũ:vt existimemus sanctũ spiritũ dei qui ĩ tri
nitate incõmutabilis deus est:& cũ prẽ & filio vnus deꝰ:tãq̃ aliquẽ q nõ sit qđ deꝰ est interpel
lare p sanctis. Dictũ q̃ppe est: Interpellat p sanctis:qa interpellare sanctos facit:sicut dictũ est,
Deute.13. Tentat vos dominꝰ deꝰ vr̃:vt sciat si diligatis eũ:hoc est vt scire vos faciat. Interpellare vtiq;
sanctos facit gemitibus inenarrabilibus:inspirans eis desyderiũ etiã adhuc incognitæ tantæ
rei quã p patientiã expectamꝰ. Q̃õ em̄ narraẽ qñ desyderaẽ qđ ignoraẽ? Nã vtiq; si oĩ modo
Ca.8. ignoraretẽ:nõ desyderaretẽ: Et rursus si videretẽ:nõ desyderaretẽ nec gemitibus q̃reretẽ. Hæc H
oĩa cõsyderãs:etsi qd aliđ de hac re tibi dominus insinuauerit:quod vel mihi nõ occurrit:vel
dici a me longũ fuit:cõcerta in oratiõe vincere hoc sæculũ:ora in spe:ora fideliter & amanter
ora instanter atq; patiẽter:ora sicut vidua Christi. Quis em̄ ad oĩa mẽbra eiꝰ:hoc est ad oẽs I
Ca.19. q in eũ credũt:& eius corpori sociãtur:sicut docuit orare ptineat:specialiter tamẽ diligẽtior
cura orationũ in scriptura eiꝰ viduis inuenit iniuncta. Nã duæ fuerũt Annæ honorabiliter
nominatæ: Vna cõiugata quæ sanctũ Samuelẽ peperit: Alia vidua quæ sanctũ sanctorũ cũ ad
huc infans esset cognouit. Orauit & cõiugata in dolore animi & afflictiõe cordis:qa filios nõ
1.Regũ.1. habebat: Tũc ipsum Samuelẽ impetrauit:& acceptũ deo reddidit:qa cũ posceret vouit. Sed
oratio eiꝰ q̃õ ad orationẽ illã dominicã ptineat nõ facile reperitur:nisi qa in eo qđ ibi positũ

est: Libera nos a malo: non paruũ malum videtur: & nuptam esse: & fructu carere nuptiarum Matthaei.6.
cum sola excuset nuptias procreandorum causa filiorum. De illa vero Anna vidua: vide qd scri
ptum sit: Quia nõ discedebat de tẽplo: ieiuniis & obsecrationibus seruiens nocte ac die. Nec Lucae.2.
aliud de apostol⁹ (qd & supra commemoraui) Quae aũt vera vidua est (inquit) & desolata: spe 1. Timot.5.
rauit in dominum: & psistit in orationibus nocte ac die: Et dominus cum semper ad orãdum Lucae.18.
et non deficiendum nos hortaretur: viduam cõmemorauit: quae licet iniquum & impium iu
dicem: ac dei & hominum contẽptorem: ad audiendam causam suam assidue interpellando cõ
uertit. Quã ergo prae caeteris viduae debeant vacare orationibus: satis hinc intelligi potest:
q omnib⁹ ad suscipiendũ orandi studium de viduis ppositum est exhortationis exemplum.
k Quid aũt in hoc operis genere in viduis electũ est: nisi destitutio & solatio? Quapropter si Ca.10.
se oĩs anima intelligat in hoc saeculo destitutã atq desolatam qdiu peregrinaẽ a dño: pfecto
quãdã viduitatem suã deo defensori assidua & impensissima precatione cõmendat. Ora ergo
vt vidua Christi: nõdũ hñs ei⁹ cõspectũ: cui⁹ pcaris auxiliũ. Et licet sis ditissĩa: sicut paup ora.
Nondũ ẽm veras futuri saeculi diuitias habes: vbi nulla dãna formides. Licet habes filios & ne
potes numerosamq familiã: quod & supra dictũ est: sicut desolata ora. Incerta sunt ẽm oĩa tpa
lia etiã vsq in finẽ vitae huius in nr̃a cõsolatione mansura. Tu aũt si ea q sursum sunt quaeris
et sapis: aeterna & certa desyderans: q qdiu nondũ habes: etiã saluis omnib⁹ atq obsequẽtib⁹
tuis: tanq desolatã deputare te debes. Et, si tu: profecto etiã tuo exẽplo religiosissima nur⁹ tua:
et aliae sanctae viduae virginesq sub vestra cura securius cõstitutae. Quanto ẽm magis domũ
vestram pie tractatis: tanto impensius orationibus instate debetis: rerũ praesentium nõ occu
patae negotiis: nisi q flagitat causa pietatis. Sane meminerit is & pro nobis non negligẽter ora
re. Nolumus ẽm sic nobis honorẽ quẽ periculosum gerimus deferatis: vt adiutori um qd ne
cessarium nouimus auferatis. A familia Christi oratum est pro Petro: oratum est pro Paulo:
et nos in eius familia esse gaudemus: & incomparabiliter plus q Petrus & Paulus orationum
fraternarum auxiliis indigemus. Orate certatim concordi sanctoq certamine: Non enim ad
uersus alterutrũ certatis: sed aduersus diabolum sanctis oĩbus inimicũ. In ieiuniis & vigiliis
et omni castigatione corpis qplurimũ adiuuat oratio. Faciat qq vestrũ qd poterit: qd altera
minus põt: ea q põt faciat: si in altera diligit: qd ideo quia nõ põt ipsa non facit, pinde q min⁹
valet non impediat plus valentem: & quae plus valet non vrgeat minus valentem. Conscienti Ro.13.
am quippe vestram deo debetis. Nemini autem vestrum aliquid debeatis: nisi vt inuicem dili Eph.3.
gatis. Exaudiat te dominus qui potens est facere supra q petimus & intelligimus.

Sancti Augustini ad Victorianum: de tam magnis malis & pressuris Christianis imminen
tibus conquerentem: & sibi responderi petentem: satisfaciens: ac cum dolore talia cõmemo
rando & aggrauando eũ sanctarũ scripturarũ exemplis plurimum consolantis: Quemadmo
dum etiam pro captiuis ancillis dei orare debeat: & quid illas facere velit: admonentis.

Epistola.CXXII.

L 
Domino dilectissimo & desyderãtissimo fratri & cõpresbytero Victoriano
Augustinus in dño salutẽ. Literae tuae impleuerũt grãdi dolore cor nostrũ
qbus petisti: vt plixo ope aliqua responderẽ: cũ talib⁹ malis magis plixi ge
mit⁹ & fletus: q plixi libri debeãt. Tot⁹ qppe mũd⁹ tantis affligit cladibus
vt pene pars nulla terrarũ sit: vbi nõ talia qualia scripsisti cõmittanẽ: atq
plãgant. Nã aũ paruũ tempus etiã in illis solitudinib⁹ Aegypti: vbi mona
steria sepata ob oĩ strepitu q̃si secura delegerãt: a barbaris interfecti sunt fra
tres. Iã vero q modo ĩ regionib⁹ Italiae: quae in galliis nefaria ppetrata sint: etiã vos latere nõ
arbitror. De Hispanis quoq tot puinciis: q ab his malis diuidebant intactae: coeperũt iã talia
nuntiari. Sed qd longe imus? Ecce in regione nostra Hipponensi: qm eã barbari nõ attigerũt
clericorũ Donatistarũ & circũcellionũ latrocinia sic vastãt ecclesias: vt barbarorũ fortaise fa
cta mitiora sint. Quis ẽm barbarus excogitare potuit qd isti: vt ĩ oculos clericorũ nostrorũ cal
cẽ & acetũ mitterẽt: quorũ mẽbra etiã caetera plagis horrendisq vulneribusq sauciarũt? Deprae
dant etiã domos aliquas: & incendunt: fructus aridos diripiunt: humidos fundũt: & talia cae
teris cõminando: multos etiã rebaptizari cõpellũt. Pridie q ista ad te dictarẽ: ex vno loco per
huiusmodi terrores.xl. & octo animae mihi rebaptizatae renũtiatae sunt. Plangẽda sunt haec: nõ
miranda: & exclamandũ ad deũ: vt non secundũ merita nostra: sed secundũ misericordiam su
am a tantis malis liberet nos. Nã qd vtiq sperandũ fuit generi humano cũ haec & in prophe

tis:& in euangelio tanto ante prędicta sint! Non itaq; debemus tam nobis ipsis esse contrarii
vt credamus quando leguntur: & queramur quando cōplent: sed potius & illi qui increduli
fuerant cum haec in sanctis libris conscripta legerent vel audirēt: nūc saltē credere deberēt cū
cōpleri iam vident: vt de his tam magnis pressuris tanq̄ in torculari domini dei nostri / sicut
amurca infidelium murmurantiū & blasphemantiū fluit: ita oleum quoq; fidelium confiten
i.de ciuitate tium & orantium exprimi & liquari non cesset. Illis enim qui contra Christianam fidem que
dei.ca.30. relas impias iactare non quiescunt: dicentes: q̄ anteq̄ ista doctrina per mundum praedicaret:
tanta mala non patiebatur genus humanum: facile est ex euangelio respondere. Dominus eni
Luce.12. dicit: Seruus nesciens voluntatem domini sui: et faciens digna plagis: vapulabit paucis: Ser-
uus autem sciens voluntatem domini sui: & non faciens digna: plagis vapulabit multis.
Quid ergo mirum si Christianis temporibus iste mundus tanq̄ seruus iam sciens voluntatē
domini sui & non faciens digna: plagis vapulat multis! Attendunt quanta celeritate euange
lium prędicatur: & non attendunt quanta peruersitate contemnitur. Serui autem dei humi
les & sancti: dupliciter mala temporalia patiuntur: quia & ab ipsis impiis & cum ipsis patiun
Ro.8. tur: habent consolationes suas: & spem futuri saeculi. Vnde dicit apostolus: Non sunt condi-
gnae passiones huius temporis ad futuram gloriam quę reuelabitur in nobis. Proinde charis M
sime etiam illis quorum verba dicis te ferre non posse: quoniam dicunt: Si nos peccatores ista
meruimus: quare & serui dei barbarorum ferro perempti sunt: & ancillae dei captiuae ductae
sunt! humiliter & veraciter & pie responde: Quantamlibet enim iustitiam seruemus: quan-
tamlibet domino obedientiam exhibeamus: nunquid meliores esse possumus illis tribus vi-
ris qui in camino ignis ardentis pro conseruanda lege dei proiecti sunt! Et tamen lege quid il
Daniel.3. lic dicat Azarias vnus ex tribus: qui aperiens os suum in medio ignis dixit: Benedictus es do
mine deus patrum nostrorum: & laudabile & gloriosum nomen tuum in saecula: quoniam iu
stus es in omnibus quae fecisti nobis: & omnia opera tua vera et rectae viae tuae: & omnia iudi
cia tua veritas: & iudicia veritatis fecisti per omnia quae intulisti nobis & ciuitati sanctae pa-
trum nostrorum Hierusalem: quoniam in veritate & iudicio intulisti nobis omnia haec pro-
pter peccata nostra: quoniam peccauimus: & legi tuae non paruimus: & mandatis tuis nō ob
audiuimus: vt bene nobis esset: & omnia quae intulisti nobis: iudicio vero intulisti: & tradidi-
sti nos in manus iniquorum inimicissimorum transfugarū: & regi iniusto & pessimo vltra vni
uersam terram. Et nunc non est vt possimus aperire os. Vere confusio & opprobrium facti
sumus seruis tuis: & eis qui te colunt. Ne tradideris nos in perpetuum propter nomen tuum
domine: & ne despexeris testamentum tuum: & ne abstuleris misericordiam tuam a nobis: p
pter Abraam qui a te dilectus est: & propter Isaac seruum tuum: & Israel sanctum tuum: qbus
locutus es: multiplicaturum te semen eorum vt astra caeli & arenam maris: quoniam domi-
ne minimi facti sumus prae omibus nationibus: & sumus humiles hodie in terra propter pec-
cata nostra. Vides certe frater quales viri q̄ sancti q̄ fortes in medio tribulationis: vbi tamē
eis parcebatur: & eos vrere ipsa flamma ferebatur: peccata sua confitebantur: pro quibus
digne & iuste humiliari se nouerant nec tacebant. Nunquid etiam meliores esse possumus ip
Ezech.28. so Daniele: de quo per Ezechielem prophetam dicit deus ad principem Tyri: Nunquid tu sa
pientior q̄ Daniel: Et qui ponitur vnus in tribus quos dicit deus solos se esse liberaturū: osten
Ezech.14. dens vtiq; in illis tres quasdam formas iustorum: quos ita se liberaturum dicit: vt nec filios
suos secum liberarent: sed ipsi soli liberarentur: Noe: Daniel: & Iob! Lege tamen etiam pre- N
cem Danielis: & vide quemadmodū in captiuitate positus peccata non tantum populi sui: ve
rumetiam sua confiteatur: & pro his dicat per iustitiam dei se ad illam captiuitatis poenam
Daniel.9. et opprobria peruenisse. Sic enim scriptum est. Et dedi faciem meam ad dominum deum vt
quaererē preces & obsecrationes in ieiunio & sacco: & precatus sum dominum deum meum:
et confessus sum: & dixi: Domine deus magne & mirabilis: & qui seruas testamentum tuum
et misericordiam diligentibus te: & seruantibus praecepta tua: peccauimus: aduersus legem
fecimus: impie egimus: & recessimus: & declinauimus a praeceptis tuis: & a iudiciis tuis: &
non exaudiuimus seruos tuos prophetas: qui loquebātur in nomie tuo ad reges nostros: & ad
omnem populum terrae. Tibi domine iustitia: nobis autem confusio faciei: sicut dies hęc viro
Iuda & habitantibus Hierusalem & omni Israel qui proximi sunt: & qui lōge sunt in omni ter
ra in qua eos disseminasti propter contumaciam eorum: quia improbauerunt te domine. No
bis autem confusio faciei: regibus nostris: principibus nostris: & patribus nostris: quia pec-

cauimus tibi domino deo nostro miserationis & propitiationis:quoniam recessimus & non
audiuimus vocem domini dei nostri:vt essemus in praeceptis legis huius quã dedit in conspe
ctu nostro per manus seruorum eius prophetarum omnium Israel.Peccauerunt enim aduer-
sus legem tuam:& declinauerunt ne audirent vocem tuam:& superuenit nobis maledictio &
iusiurandũ:qđ scriptum est in lege Moysi serui dei:quoniam peccauimus:& statuit sermões
suos quos locutus est ad nos:& ad iudices nostros: qui iudicabãt: nobis superducere mala ma
gna quae nunq̃ facta sunt sub omni caelo secundum ea quae facta sunt in Hierusalem:sicut scri
ptum est in lege Moysi.Omnia mala haec venerunt ad nos:& non rogauimus dominum deũ
nostrũ vt auerteret a nobis delicta nostra:& vt intelligeremus omnem veritatem tuam. Et
vigilauit dominus deus ad omnem sanctũ suũ:& ꝑduxit ea quae fecit ad nos: quoniam iustus
dominus deus noster in omni mundo suo quem fecit:& non audiuimus vocem eius. Et nunc
domine deus noster:qui eduxisti populum tuum de terra Aegypti in manu forti:& fecisti tibi
nomẽ sicut dies hęc:delicta aduersus legem tuam fecimus domine in omni misericordia tua.
Auertatur itaq; impetus tuus:& ira tua a ciuitate tua Hierusalem:& populus tuus in cõfusi
onem venit omnibus qui circum nos sunt.Et nunc exaudi deus noster preces serui tui & ora
tionem eius:& ostende nobis faciem tuam ad sanctificationem tuã q̃ deserta est propter te.In-
clina domine de⁹ me⁹ aurẽ tuã & exaudi:api oculos tuos & vide interitũ nostrũ: & ciuitatis
tuae Hierusalẽ:sup quã inuocatũ est nomen tuũ: qm̃ nõ in nr̃a iustitia iactauim⁹ precẽ nostrã
in cõspectu tuo:sed ad misericordiã tuã quae magna est.Exaudi dñe:ꝓpitiare dñe:intẽde dñe:
et ne tradideris ꝓpter te de⁹ me⁹:qm̃ nomen tuũ inuocatũ est in ciuitate tua sup populũ tuũ.
Et adhuc me loquente & orante & enumerãte pc̃tã mea & pc̃tã populi mei:audiui vocẽ de cae
lo dicẽtẽ mihi:Daniel intellige verba quae loquor tibi:qa ego sum missus ad te.Nã & Micha-
el vn⁹ de summis angelorũ principib⁹ venit in adiutoriũ mihi:& confortauit me:& restituit
mihi salutẽ de moerore a quo nimiũ tenebar. Vide quẽadmodũ sua peccata pri⁹ dixit:& post
ea populi sui.Et hanc dei cõmendat iustitiã:& hãc dei laudẽ dicit:quia non iniuste:sed ꝓ pec
catis eorũ flagellat etiã ipsos sanctos suos. Si ergo ista dicũt q excellẽtissima sanctitate ignes
et leones circa se innoxios habuerũt:quid nos oportet dicere in humilitate nostra:q tã longe
O illis impares sumus:quantamcunq; iustitiã seruare videamur! Sed ne aliquis existimet illos
dei seruos quos dicis a barbaris interfectos sic illã mortẽ euadere debuisse: quomodo tres illi
viri ab ignibus:& Daniel a leonibus liberatus est:sciant illa propterea facta miracula vt eos ve
rum deum colere crederent reges a quibus in illa supplicia tradebant.Hoc enim erat in occul
to iudicio & misericordia dei:vt illis regibus eo modo consuleret ad salutem. Antiocho au-
tem regi q Macchabęos poenis crudelibus interemit:noluit ita consulere:sed eorum glorio-
sissimis passionibus cor duri regis acriori seueritate puniuit. Lege tamen etiã vii⁹ illorũ qui
sexto loco patiebatur quid dicat.Ita em̃ scriptum est:Et post hũc sextũ applicuerunt. Cumq; 2.Macc.7.
hic tormentis excruciatus moreret: dixit:Nolite seducere propter nos:haec patimur peccan
tes in deũ nostrũ:& facta sunt haec digna nobis:Tu autem noli te putare impunitum futurũ
q aduersus deum & legem eius:legibus tuis pugnare voluisti. Vides etiam isti q̃ humiliter
& veraciter sapiant qui pro peccatis suis se flagellari a domino confitent. De quo scriptum
est:Quem enim diligit dominus corripit:flagellat autem omnem filium quẽ recipit. Vnde Prouerbi.3.
et aplus:Si em̃ nosmetipsos iudicaremus:a dño nõ vtiq; iudicaremur.Cum iudicamur autẽ Heb.12.
a domino:corripimur:ne cum mũdo dãnemur. Haec fideliter lege:fideliter praedica:& quan 1.Corin.11.
tũ potes caue:& cauendum doce:ne aduersus deũ in his tentationib⁹ & tribulationibus mur
muret.Bonos dicis dei seruos et fideles & sanctos gladio barbarorũ peremptos:Quid autem
interest vtrum eos febris:an ferrum de corpore soluerit! Non qua occasione:sed quales ad se
exeant dominus attendit in seruis suis:nisi q; maiorẽ habet poenã languor diuturnus q̃ citis
simus exitus:& tñ etiam ipsum lãguorẽ diuturnũ & horrendũ legim⁹:qualẽ passus est Iob il-
P le:cui⁹ certe iustitiae:deus ipse q falli nõ põt:tale ꝓhibet testimoniũ. Grauissima sane & mul-
tum dolenda est illa captiuitas foeminarũ castarũ atq; sanctarũ:sed nõ est captiuus earum de 1.deciuitate
us:nec captiuas deserit suas si nouit suas.Nam & illi sancti quorũ passiões & cõfessiões de scri dei.ca.14.
pturis sanctis cõmemoraui:ab hostib⁹ ducti:atq; ĩ captiuitate positi:illa dixerũt q̃ conscripta
legant a nobis:vt discam⁹ captiuos dei seruos nõ deseri a dño suo. Vñ aũt scim⁹ quid etiam ꝑ
istas omnipotens & misericors de⁹ in ipsa terra barbarica fieri velit mirabilium suorum! Tñ
nõ cessetis pro illis ingemiscere ad deum:& quaerere quãtũ potestis:& quãtũ ipse ꝑmittit:cũ

tempus & facultatem dederit:quid de illis factū sit:vel quæ vestra possint habere solatia. Nā
Sitisensis añ paucos annos Seueri episcopi neptis sanctimonialis a barbaris ducta est:& p mi-
rabilem dei misericordiam:cum honore magno suis parentib⁹ restituta est.Domus enim il-
la barbarorū vbi captiua ingressa est:subita cœpit dominorū infirmitate iactari:ita vt oēs
ipsi barbari/tres(nisi fallor)vel ampli⁹fratres periculosissima infirmitate laborarent.Quorū
mater animaduertit puellam deo deditam:& credidit ꝙ eius orationibus sui filii possent ab
imminentis iam mortis periculo liberari:petiuit vt oraret pro eis:pollicens ꝙ si salui facti es-
sent:eam suis parentibus redderent.Ieiunauit illa & orauit:& exaudita continuo est. Ad hoc
enim factum erat: quantum exitus docuit.Ita illi tam repētino dei beneficio salute percepta:
mirantes eam & honorantes:quod eorum mater promiserat/impleuerunt. Ora ergo deū
pro eis:& roga vt etiam ipsas doceat talia dicere:qualia supra memoratus sanctus Azarias:
inter cætera in oratione & confessione sua fudit ad deum.Sic enim sunt illæ in terra captiuita
tis suæ:quomodo erant illi in ea terra vbi nec sacrificare more suo poterāt domino:sicut nec
istæ possunt:vel ferre oblationem ad altare dei:vel inuenire ibi sacerdotem per quem offerāt
deo. Donet ergo eis dominus vt ei dicant quod Azarias dixit in consequentibus precum
Daniel.3. suarum:Non est in hoc tempore princeps & propheta & dux:nō holocausta neq; oblatio:neq;
supplicationes nec locus ad sacrificandum in conspectu tuo:& inuenire misericordiam:sed in
anima & spiritu humilitatis accipiamur.Sicut in holocaustomatibus arietum & taurorum:
et in multitudine agnorum pinguium:sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie per
ficere subsequentes te:quoniam non erit confusio his qui in te confidunt. Et nunc sequimur
in toto corde & timemus te: & quærimus faciem tuam domine:ne confundas nos:sed fac no
biscum secundum mansuetudinem tuam:& secundum multitudinem misericordiæ tuæ: &
libera nos secundum mirabilia tua:& da gloriam nomini tuo domine:& verecātur omnes qui
ostendunt seruis tuis mala:& confundantur ab omnipotentia tua: & virtus eorum contera
32.q.5.ad tur:& sciant quoniam tu es dominus deus solus:& gloriosus in vniuerso orbe terræ. Hæc
deum. illis dicentibus & ad deum ingemiscentibus: omnino suis aderit qui suis adesse consueuit:
1.de ciuitate Et aut nihil in earum castissimis membris libidine hostili perpetrari permittet: aut si permit
dei.ca.16.18. tit cum earum animus nulla consensionis turpitudine maculatur:etiam carnem suam defen
et.28. det a crimine:Et quicquid in ea nec commisit:nec permisit libido patientis:solius erit culpa
facientis:omnisq; illa violentia non pro corruptionis turpitudine:sed pro passionis vulnere
depurabitur.Tm̄ eñ in mēte valet integritas castitatis:vt illa inuiolata:nec in corpe possit pu-
dicitia violari:cuius membra potuerunt superari. Hæc epistola p tuo desyderio breuis: p
meis tñ occupationibus multum plixa:& ppter platoris festinationē nimis accelerata:suffi-
ciat charitati tuæ.Multo vberi⁹ vos dñs cōsolabitur si scripturas eius intentissime legeritis.

Sancti Augustini ad Orontium:gratias pro aduentu & literis eius agentis:nuntiatamq;
incolumitatem ipsius continuam optantis:& ad quædam verba ab eodem scripta humiliter
respondentis. Epistola.CXXIII.



Omino eximio meritoq; honorabili & suscipiendo filio Orontio:Augusti- Q
nus. Ago gratias ꝙ aduentum eximietatis tuæ literis etiam præuenire
dignatus es:& ante cōtuitum misisti colloquium:vt tuo pri⁹ affatu ꝗ aspe
ctu frueremur: & diu desyderatā notitiā epistola tua quodāmodo prægu
stantes:expectaremus auidius & ardentius:quod iucundius gratiusq; cape
remus:domine eximie meritoq; honorabilis & suscipiende fili. Reddo ita-
q; meritis tuis:& præcurrentibus officiis debitum resalutationis obsequi-
um:incolumitatem tuam gaudens nuntiatam optansq; continuam. Et ꝙ rescripta exiguita
tis meæ iure prærogatæ beniuolentiæ reposcendo addidisti dicens:Si tamen id de tanta san-
ctitate possumus promereri:nullo modo audeo desperare sanctitatis eiusdem:cuius haustu p
nostro modulo aliquid sumus:ipsum fontem non solum laudandum:verumetiam nobiscum
participandum:& tuæ prudentiæ placiturum:vt deus incomparabiliter atq; incommutabi-
liter bon⁹:qui per suā potētiā tā bonę tuæ mētis est īstitutor:fit etiā p gratiā restitutor. Inco
lumem te de⁹ oīpotens felicioremq; tueatur dñe eximie meritoq; honorabilis ac suscipiēde fili.

Sancti Augustini ad Olympiū:eū commendantis:& honorē adeptum celsiorem non alta
sapere:sed humilib⁹ consentire debere:secundū ꝙ a domino didicerit:insinuantis:petitionēq;
Bonifacii episcopi sibi facientis cōmendatam. Epistola.CXXIIII.

R 

Omino dilectissimo & in Christi mẽbris honorabiliter amplectendo filio Olympio: Augustinus. Quicquid sis secundũ sęculi huiꝰ cursum: nos tamen charissimo & syncerissimo conseruo nr̃o Olympio Christiano fidelissime scribimus. Hoc enĩ tibi esse scimus oĩ gl'ia gloriosius: & oĩ sublimitate sublimius. Fama quippe ad nos ptulit: honorem te adeptum esse celsiorẽ: quæ vtrum vera esset: nondum apud nos fuerat confirmatum cũ hæc scribendi venit occasio. Sed quoniam nouimus te a domino didicisse: non alta Ro.ii. sapere: sed humilibus consentire: quolibet culmine prouectus esses: nõ aliter q̃ soles literas nostras te accepturum esse præsumimus: domine dilectissime & in Christi membris honorabiliter amplectende fili. Temporali vero felicitate ad æterna lucra te prudenter vsurum minime dubitamus: vt quanto tu potes in hac terrena republica: tanto plus impendas cælesti illi quæ te in Christo peperit ciuitati: qđ tibi vberius rependatur in regione viuentium: & in vera pace securorum ac sine fine gaudiorum. Sancti fratris & coepiscopi mei Bonifacii petitionem tuæ rursus charitati commendo: ne forte nunc fieri possit quod ante non potuit. Cum enim posset sine vlla forsitan quęstione: quod præcessor eius: q̃uis sub alieno nomine comparauerat et sub ecclesiæ nomine possidere iam coeperat: consequenter etiam ipse retinere: nolumus tñ quoniam fisci debitor fuit/ hunc scrupulum habere in conscientia. Neq; enim fraus ista quia a fisco fiebat ideo non fiebat: quia ille quidem Paulus postq̃ episcopus factus est: renuntiaturus suis omnibus rebus: propter immensum cumulum fiscalium debitorum: exacta quadam cautione in qua certum ei pondus debebatur argenti: hoc exiguo sacello vnde victum sustentaret tanq̃ ecclesiæ comparauit sub nomine tunc potentissimę domus: vt etiam ex ipsis morem suum sequens cum fisco non solueret: nullas exactorum molestias pateretur. Iste autem qui eidem ecclesiæ illo defuncto est ordinatus: timuit hos agros suscipere: & cum posset pro solis fiscalibus debitis quæ de memoratis possessiunculis ille contraxerat/ imperiale beneficium postulare: totum maluit confiteri: ꝙ eas Paulus de argento proprio cum esset fisco obnoxius de Ascario emerat: vt eas ecclesia si fieri potest non occulta episcopi iniquitate: sed manifesta Christiani imperatoris liberalitate possideat. Qđ si fieri nõ potest: melius inopiæ laborem serui dei tolerant: q̃ vt necessariorum facilitatem cum conscientia fraudis obtineant. Ad hoc tuum suffragium petimus impartiri digneris: quia id qđ primo impetratum est noluit allegare: ne iterum supplicandi sibi intercluderet facultatem: Non enim erat ad desyderata respõsum. Nunc vero cum sis eadem benignitate qua soles: sed amplior potestate: non desperemus adiuuãte domino meritis tuis hoc facile posse concedi. Cum etiam si tuo nomine eadem loca peteres: & memoratæ ecclesiæ ipse donates: quis reprehenderet: aut quis non maxime prædicaret petitionem tuam: non terrenæ cupiditati: sed Christianæ pietati seruientẽ? Domini dei nostri misericordia te in Christo feliciorem tueatur domine fili.

Sancti Augustini ad Cornelium epistolam consolatoriam propter mortem vxoris Cyprianæ petentem: increpantis: & vt vitam emendet exhortantis.

Epistola.CXXV.

S 

Omino dilectissimo & honorabili fratri Cornelio: Augustinꝰ. Scripsisti mihi vt ad te aliquam prolixam epistolam cõsolatoriam darẽ: ꝙ grauiter optimę vxoris mortem verearis: sicut sanctum Paulinum ad Macharium fecisse meministi. Et illa quidem anima in societate recepta fidelium atq; castarum: laudes nec curat: nec quærit humanas. Sed quia ꝓpter eos fiunt ista qui viuunt: prius est vt tu qui consolari eius laude desyderas: ita viuas vt illic vbi ipsa est/ esse merearis. Neq; enim dubito ꝙ eam non credas ibi esse vbi illę sunt quæ vel adulteriis lectulum coniugalem polluerunt: vel nullo coniugio delicatæ fornicationi fluxerunt. Quare de illius laude viro longe dissimili quasi fugare velle moestitiam: adulatio est: non consolatio. Nam si eam diligeres sicut ipsa te dilexit: seruasses ei quod tibi ipsa seruauit. Et cum illa si prior obiisses: nullo modo credẽda sit cuiq̃ fuisse nuptura: nonne si vere obitum eius laudibus eius consolandus doleres: ne vnam quidem ac licitam post illam coniugem quæreres? Hic tu dicturus es: Quid mecum aspere agis? qđ dure obiurgas? Nõne inter hæc verba: ecce semiuiuis: dum vita ducitur prius finienda q̃ corrigenda est? Vis vt ignoscam satiabili securitati tuæ: quanto satius tu ignoscis si non amabili: certe miserabili sollicitudini meæ. Inimico quidem animo Tullius inuehebatꝰ: & longe aliter erat terrenam rem

publicã gubernantis intentio:& tñ ait: Cupio patres cõscripti me esse clementẽ:cupio in tantis reipublicæ periculis non dissolutum videri:Quanto iustius ego dico cum ipse noueris q̃ tibi amicum animum geram in æternæ ciuitatis seruitio constitutus minister verbi sacramẽtiq; diuini:Cupio frater Corneli me esse clementem:cupio in tantis tuis meisq; periculis non dissolutum videri.Plebs mulierũ excubat laterib⁹ tuis:crescit in dies speculorum numerus: eiusdem autem numeri dominum:immo vero seruum insatiabilem p toc scorta libidinis defluentem:& laudes defunctæ castæ coniugis a nobis velut ad mitigandam moestitiam suam iure amicitiæ flagitantem:episcopi patienter audimus. Q cum esses:nõ dico cathecumin⁹: sed in errore nobiscũ pniciosissimo constitutus:iuuenis in moribus:nobis ab hoc te vitio rẽpe ratissima voluntate correxeras:qui non post longum tempus:sordi es reuolutus. Deinde in extremo vitæ periculo baptizatus:non dicam te fide:etiam nobis ecce iam senibus insup episcopis nondum emendaris. Vis de bonæ vxoris morte p nos consolari:nos de hac tua veriore morte quis consolatur! An quia nõ possumus obliuisci tanta ergo nos merita tua:ideo cru- T
ciandi adhuc sumus moribus tuis:ideo contemnendi:& pro nihilo habendi quando gemimus ad te de te! Sed fatemur nos non esse aliquid ad te corrigendum ac sanandum:deus attendat:
i.Corin.6. Christus cogitetur:apostolus audiatur dicens: Tollẽs ergo membra Christi:faciam membra meretricis! Si qualiscunq; episcopi amici tui verba spernis in corde tuo:corpus domini tui cogita in corpore tuo. Postremo quoniam de die in diem differendo peccas:cum extremum diẽ tuum nescias:nunc probato quantum ab ore nostro laudes Cyprianæ desyderes. Certe si adhuc in schola rhetorũ verba discipulis venderem:prius ab eis mercedem sumerem: vendere tibi volo laudem pudicissimæ vxoris tuæ:prius mihi mercedem da pudicitiam tuam. Da inquã & accipe. Humanũ dico propter infirmitatẽ tuam:puto q non sit apud te digna Cypriana:cuius laudibus anteponis amorem concubinarum tuarum:qđ vtiq; faciens/pmanere in illo amore:q̃ ad istas laudes peruenire malueris. Quid mihi vis extorquere poscendo:cum pro te videas esse quod posco! Quid precaris subiectus quod potes iubere correctus! Mittamus munera spiritalia cõiugi tuæ:tu imitationẽ:ego laudẽ:q̃q̃ (sicut supra dixi) laudẽ ab hominibus iam illa non quærat:imitationem vero tuam tantum quærit etiam defuncta:quãtum te dilexit etiam dissimilem viua. Faciam de illa qđ vis:cum tu feceris quod ego volo & illa. Si eñ
Luce.16. diues ille supbus atq; impius:sicut in euangelio dominus loquitur:qui induebatur purpura & bysso:& epulabatur quotidie splendide:cum malorum meritorum poenas apud inferos lueret:neq; de digito contempti ante ianuam suam pauperis aquæ stillam impetrare valuisset: recordatus est quinq; fratres suos:& rogauit ad eos eundem pauperem mitti:cuius requiem in sinu Abraæ longe prospiciebat:ne & ipsi venirent in illum locum tormentorum: quantomagis tua coniunx te recordatur:quantomagis te casta non vult ad poenas venire moechorũ! Si fratres suos nec superbus ad poenas venire voluit superborum:& cum frater/nollet fratribus in malis se esse coniunctum:quantominus vult in bonis constituta coniunx virum in malis habere separatum! Lege ipsum locum in euangelio:Christi est vox pia:crede deo. Doles videlicet coniugem mortuam:& putas si eam laudauero q meis affatibus cõsolaberis:disce qđ doleas si cum illa non eris. An magis tibi dolendum est q a me nondum laudatur: q̃ mihi q a te non amatur! Nam vtiq; si amares:cum illa esse post mortem desyderares: quod profecto non eris si qualis es talis eris. Ama ergo cuius exigis laudem:ne quod mendaciter exigis iuste negem. & alia manu. Domin⁹ nobis præstet de tua salute gaudere domine dilectissime & honorabilis frater.

Sancti Augustini ad Antonium:ei de fide:spe:& charitate gratulantis:& deo gratias agentis:erroremq; cauendum:& quid desyderet:exponentis. Epistola.CXXVI.


Vgustinus Antonio. Cum a duobus tibi scripta deberentur:cumulatissime V
magis pars reddita est:q vnum nostrum præsentem vides:cuius ex ore cũ me quoq; accipis: poteram non rescribere nisi ipso iubente fecissem:quo pficiscente superuacuum videbatur esse quod feci. Quapropter fertilius tot tasse tecum colloquor:q̃ si coram adessem:cũ & epistolam meam legis:& eũ audis in cuius pectore me habitare optime nosti. Cum magno gaudio litteras sanctitatis tuæ consyderaui atq; digessi:q & Christianum animum tuum sine vllo fuco iniqui temporis:& in nos præ se gerunt. Gratulor tibi:& gratias ago deo et domino nostro, de spe & fide & charitate tua:tibiq; apud eum:q de nobis tã bene existimas

vt fideles dei seruos esse credas:idq; ipsum in nobis corde purissimo diligas. Q͂ꝗ hic etiã gra
tulandum beniuolentię tuę potius:ꝗ gratię tibi agendæ sunt. Tibi eñ prodest ipsam diligere
bonitatem:quã ꝑfecto diligit qui.eum diligit quẽ credit bonum:siue ille se ita:siue aliter ꝗ cre
ditur habeat. Vnus tantũ in hac re cauendus est error:ne quisq; non de hoĩe: sed de ipso hoĩs
bono aliter sentiat ꝗ veritas postulat. Tu vero dilectissime q nullo modo erras credẽdo vel sci
ẽndo ꝗ magnũ bonũ est libenter deo casteq; seruire:cũ quẽlibet hoĩm propterea diligis ꝙ hu-
ius boni participẽ credis:tecũ est fructus tuus etiã si ille non ita sit. Quapropter tibi de hac re
gratulandũ est. illi aũt:non si ꝓpterea diligitur:sed si talis est qualẽ esse existimat a quo ꝓpter
ea diligitur. Quales itaq; nos simus: quantũcunq; in deũ promouerimꝰ: ipse viderit: cuiꝰ nõ
solũ de hoĩs bono:sed de homine ipso nõ potest errare iudiciũ: Tibi ad mercedem beatitudinis
qđ ad hanc rẽ attinet/satis est:ꝙ nos tales credens:quales oportet esse seruos dei:toto sinu cor
dis ãplecteris. Gratias vero tibi vberes agimꝰ:ꝙ nos cũ laudas ꝙ tales sumus: mirabiliter hor
taris vt tales esse cupiamus:vberiores etiã si nõ solũ te cõmendes orationibus nostris: sed etiã
non prætermittas orare pro nobis. Gratior est enim deo pro fratre deprecatio vbi sacrificium
charitatis offertur. Paruulum tuum plurimum saluto: & scđm præcepta domini salutaria
opto grãdescere. Domui quoq; tuæ vnam fidem & deuotionem veram quæ sola catholica est
peruenire desydero & precor. In quam rem siquam forte aliam nostram operam necessariam
existimas:ne tibi vendicare dubites ex communi domino fractus iure charitatis. Illud sane ad
monuerim religiosissimam prudentiam tuam:vt amorem dei non irrationabilem vel inseras
infirmiori vasi tuo:vel nutrias diuina lectione grauiq; colloquio. Nemo enim sollicitus de sta
tu animæ suę:atq; ob hoc sine pertinacia inquirendę voluntati domini intentus est: qui bono
demonstratore vsus non dinoscat quid inter schisma quodlibet & vnam catholicam intersit.

Sancti Augustini ad Donatũ proconsulẽ Africæ:vt a sceleratis & sacrilegis ausibus inimi
cos ecclesiæ cohibeat:non tamen occidat:illũ exhortantis. Epl'a.CXXVII.

X DOmino eximio meritoq; honorabili insigniterq; laudabili filio Donato: Au
gustinus in domino salutem. Nollem quidẽ in his afflictionibus eẽ African-
nam ecclesiam constitutam:vt terrenæ vllius potestatis indigeret auxilio.
Sed quia sicut apostolus dicit: Nõ est potestas nisi a deo: ꝓculdubio cum ꝑ Ro.13.
vos syncęrissimos catholicæ matris filios eidẽ subuenitur: Auxiliũ nostrũ Psal.123.
in noĩe domini est qui fecit coelum & terram. Quis enim nõ sentiat in tan-
tis malis non paruam nobis consolationem diuinitus missam: cũ tu vir ta-
lis & Christi nominis amantissimus: proconsularibus es sublimatus insignibus:vt ab scelera
tis & sacrilegis ausibus inimicos ecclesiæ bonæ tuę voluntati potestas sociata cohiberet: dñe
eximie meritoq; honorabilis & insigniter laudabilis fili! Deniq; vnũ solũ est qđ in tua iustitia ꝑ 23.q.5.vnũ.
timescimus:ne forte quoniam quicqd mali contra christianã societatẽ ab hominibus impiis in
gratisq; committitur:profecto grauius est & atrocius: ꝗ si in alios talia cõmittãtur: tu quoq;
pro immanitate facinorum:ac non potius ꝑ lenitatis christianę cõsyderatione censeas coercẽ
dum:qđ te per Iesum Christũ ne facias obsecramus. Neq; enim vindictã de inimicis in hac ter
ra requirimus:aut vero ad eas angustias animos debeant coartare quæ patimur:vt obliuisca-
mur quid nobis præceperit: pro cuius veritate ac noĩe patimur: qui diligimus inimicos nr̃os
& oramus pro eis. Vnde ex occasione terribilium iudicum ac legũ: ne æterni iudicii poenas Vbi supra.
incidant:corrigi eos cupimus:non necari: nec disciplinam circa eos negligi volumus:nec sup
pliciis quibus digni sunt exerceri. Sic ergo eorum peccata cõpesce: vt sint quos poeniteat pec
casse. Quæsumus igitur vt cum ecclesię causas audis:ꝗlibet nefariis iniuriis appetitam vł
afflictam esse cognoueris:ꝑtãtem occidendi te habere obliuiscaris:petitionẽ nr̃am nõ obliuisca
ris. Non tibi vile sit neq; cõtẽptibile fili honorabiliter dilectissime:qđ vos rogamus: ne occidã
tur ꝓ quibus dñm rogamus vt corrigant. Excepto etiã ꝙ a ꝑpetuo proposito recedere non de
bemus vincendi in bono malum:illud quoq; prudentia tua cogitet:ꝙ causas ecclesiasticas in-
sinuare vobis nemo p̃ter ecclesiasticos curat. Proinde si occidendos in his sceleribus hoĩes pu- 23.q.5.vnũ
taueritis:deterrebitis nos ne per operã nr̃am ad vestrũ iudiciũ aliquid tale perueniat. quo cõ-
perto illi in nostrã ꝑniciem licentiore audacia crassabunt:necessitate nobis impacta & indicta:
vt etiam occidi ab eis eligamus ꝗ eos occidendos vestris iudiciis ingeramus. Hãc admonitio-
nẽ:petitionem:obsecrationem meã:ne quæso aspernanter accipias. Neq; enim te arbitror non
recolere magnã me ad te & multo ꝗ nũc es altius sublimatũ:etiã si ep̃us nõ eẽm:fiduciã tñ ha-

bere potuisse. Scito interim prædictæ excellentiæ tuæ nouerint hæretici Donatistæ manere leges contra errorem suum latas: quas iam nihil valere arbitrantur & iactant: ne vel sic nobis parcere aliquatenus possint. Plurimum aūt labores & pericula nostra quo fructuosa sint adiuuabis: si eorum vanissimam & impiæ superbiæ plenissimam sectam non ita cures imperialibus legibus cōprimi: vt sibi vel suis videantur qualescūq molestias pro veritate atq iustitia sustinere. Sed eos cum hoc abs te petitur: rerum certarum manifestissimis documentis apud acta vel præstantiæ tuæ vel minorum iudicum conuinci atq instrui patiaris: vt & ipsi qui te iubēte attinentur: duram si fieri potest / flectant in melius voluntatem: & ea cęteris salubriter legant. Onerosior est quippe q̄ vtilior diligentia: q̄uis vt magnum deseratur malum: & magnum teneatur bonum: cogi tantum homines non doceri.

Sancti Augustini ad eundem Donatum: illius virtutes & p̄conia extollentis: veraq famam non in ore vulgi: sed in virtutis fulgore & pondere consistere demōstrantis. Epl'a.CXXVIII. Y

Domino eximio & syncerissima dilectione honorabili Donato: Augustinus in domino salutem. Qꝫ te administrātem multum desyderans: etiam cum Cibilim venisses: videre non potui: credo propterea factū esse: vt animo tuo curis publicis expedito: potius frueret: q̄ vt illa salutatione me apud te otioso & te negotioso: neuter nostrum quantum satis esset desyderiū tentaret. Recolens quippe honestatem ab ineunte ætate indolis tuæ: abundāter idoneum tuum pectus existimo cui se Christus largissime infundat: fructus ei afferens æterna & cælesti gloria q̄ temporali & terreno præconio digniores. A multis em̄ imo prorsus ab omnibus quos vel percontari vel vltro etiam prædicantes audire potui: castitatem virtutēq administrationis tuæ constanter omnino laudantib⁹ atq præferentibus: & sine vllo scrupulo dissonę varietatis accepi: & eo certius q̄ ignorabāt necessitudinem nostram & vtrum te vel tenuiter nossem penitus nesciebant p̄dicatores tui: ne magis eos auribus meis se dedisse: q̄ vera de te spargere crederem. Ibi em̄ est a vanitate remota laudatio: vbi etiam vituperatio ab offensione secura est. Veruntamen o frater eximie & syncerissima dilectione honorabilis: non nunc docēdus es: sed fortasse admonendus omnem istam gloriam famamq popularem non in ore vulgi esse lætabilem: sed in rebus ipsis: quæ etiam si vulgo displiceant: proprio tamen fulgore ac pondere non imperitorum commendatione pretiosæ sunt: Magisq̄ miserandus est qui talia improbat: q̄ ille qui de talibus improbatur iudicādus miser. Cum vero placent: & sibi debita laude populariter quoq prædicantur: nec sic qdem ipsę maiores meliores q fiunt alieno iudicio: si quoniā integrant intima veritate: & solius conscientiæ robore soli dantur. Vnde magis hominib⁹ recte existimantibus: q̄ ei de quo vulgus bene existimat: aliqd ex eo felicitatis accidit. Quæ cum optime noueris vir bone: intuere / vt cœpisti / fortissima cordis acie dominum nostrū Iesum Christum: & ab omni inani fastu omnino detumescens: assurge in illum qui non ventose alleuat conuersos ad se: sed certis fidei passib⁹ innitentes atq ascēdentes collocat in sempiterno fastigio cęlestis atq angelicę dignitatis. Per quem te obsecro vt rescribas mihi: tuosq omnes quos in Sinitēsi vel in Hipponensi habes: ad catholicę ecclesiæ cōmunionem communiter & benigne adhorteris. In cuius gremio etiam patrem tuum laudabilem & egregium virum abs te genitum esse cognoui: quem vt debito meritis eius a me officio salutes peto: & nos visere non graueris. Qd etiam propter rem tuam / quam hic habes / meliorem apud deum faciendam: non imprudēter exposco. Dei misericordia te circumplectatur & ab omni inquietate conseruet.

Sancti Augustini ad Olympiū: de illius erga ecclesiam dei amore gaudētis: Et de profectione & fuga multorū fratrum ob persecutionem ecclesiæ querulantis: & illum pro pręsidio ferendo obsecrantis. Epl'a.CXXIX.

Domino eximio & merito præstantissimo multumq in Christi charitate honorando filio Olympio: Augustinus in dn̄o salutem. Quis mox vt audiuimus te merito sublimatum: cum ipsa fama nōdum nobis certissima esset: nihil aliud de animo tuo credidimus erga ecclesiam dei: cuius te veraciter filiū esse gaudem⁹: q̄ qd tuis literis mox aperuisti: tamen etiam illis lectis qb⁹ vltro dignatus es etiā si pigri & cūctantes essemus: exhortationem beniuolentissimam mittere: vt instruente humilitate nostra per religiosam obedientiam tuā: deus cui⁹ munere talis es ecclesiæ suę iā iāq subueniat: maiore fiducia tibi scribi- Z

mus dñe eximie & merito praestantissime multũq; in Christi charitate honorande fili: Et fratres quidem multi sancti collegae mei: grauiter ecclesia turbata pfecti sunt pene fugientes ad gloriosissimum comitatum: quos siue iam videris: siue literas eorum ab vrbe Roma opportunitate cuiusq; occasionis accepis: ego tñ licet nullũ consiliũ cũ eis cõmunicare potuerim: non potui ptermittere p hunc fratrẽ & cõpresbyterũ meũ: q vrgẽri necessitate p salute cui9 sui/etiam media hyeme quomõcũq; ad illas partes venire cõpulsus est: & salutare & admonere charitatem tuã quã habes in Christo Iesu domino nostro: vt opus tuum bonũ diligentissima acceleretur instantia: quo nouerint inimici ecclesię leges illas: q de idolis confringendis: & haereticis corrigendis viuo Stilichone in Africã missę sunt: ex volũtate impatoris piissimi constitutas. Quo nesciente vel nolente factũ: siue dolose iactant: siue libenter putant: atq; hinc animos imperitorũ turbulentissimos reddunt: nobisq; periculose ac vehementer infestos. Hoc aũt qd petendo vel suggerẽdo admoneo praestantiã tuã: nõ dubito oĩm per Africã collegarum meorum fieri voluntate: arbitror quacũq; primitus exorta occasione facillime posse ac debere maturari: vt nouerint sicut dixi homines vani: quorũ & aduersantium salutẽ reqrimus & leges quae p Christi ecclesia missae sunt: magni Theodosii filiũ per Stilichonẽ curasse mittẽdas. Propterea quippe memoratus presbyter harũ lator: cũ de regione sit Mileuitana: ab epõ suo venerabili fratre meo Seuero: qui tuã mecũ syncerissimam dilectionẽ multũ salutat: per Hipponem Rhegiũ vbi ego sum transire iussus est: qa cum forte simul essemus in magnis ecclesię tribulationibus & perturbationibus: qrebamus occasionem scribendi ad eximietatem tuã: & nõ inueniebamus. Iam qdem vnam epistolam miseram in negotio sancti fratris & collegę mei Bonifacii episcopi Cataquensis: sed nondum ad nos peruenerant grauiora quę nos vehementi9 agitarent: quibus comprimendis vel corrigendis quemadmodũ meliore scdm Christi misericordiam consilio consulatur: cõmodius episcopi q propterea nauigauerũt: cum tanta benignitate tui cordis acturi sunt: qui potuerunt cõmuni consilio diligentius deliberatum aliquid ferre: quantum temporis pmittebat angustia. Illud tamen quo animum clementissimi & religiosissimi principis erga ecclesiam puincia nouerit: nullo modo esse differẽdum: sed etiam anteq̃ episcopos qui pfecti sunt videas: q̃primum tua praestãtissima p Christi membris in tribulatione maxima cõstitutis vigilantia potuerit: accelerãdũ suggero: peto: obsecro: flagito. Neq; eñ paruum in his malis solatiũ dominus obtulit: q te voluit multo amplius posse q̃ poteras: quãdo iam de tuis multis & magnis operibus bonis gaudebamus. Multum sane de quorũdã neq; paucorum fide firma & stabili gratulamur: qui ex occasione legũ ipsarũ ad christianã religionẽ vel catholicam pacẽ cõuersi sunt: p quoq; salute sempiterna: nos in hac tẽporali etiã periclitari delectat. Propterea eĩ maxime ab hoĩb9 nimiũ dureq; peruersis: nũc inimicitiarũ grauiores ipet9 sustinem9: quos nõnulli eorũ nobiscũ patiẽtissime sustinẽt: sed plurimũ ĩfirmitati metuimus: donec discãt & valeãt adiuuante misericordissima gratia dñi/seculũ psens & hominum diem cum robore cordis valẽtiore cõtemnere. Commonitoriũ qd misit fratribus episcopis: qa sicut puto nondum ibi sunt: ab eximietate tua illis tradatur cum venerint. Tantam qppe tui syncerissimi pectoris habemus fiduciam: vt adiuuante domino deo nostro non solum impetritorem auxilii te velimus: verumetiam consilii participem.

Sancti Augustini ad Circẽses: vt bona quae in eorum ciuitate per eum facta laudantur: non sibi sed deo attribuant: cõtestantis: & illud exemplo atq; scriptura confirmantis. Quid p̃terea occulte segregatis ab vnitate cogitandũ & eligendũ sit exponentis. Ep'la.CXXX.




9 Ominis honorabilibus & merito suscipiendis: charissimis ac desyderãtissimis fratrib9 in omi bonoq; gradu: Circẽsibus: Augustin9 epus. Si id qd in vsa ciuitate nos grauiter cõtristabat/absumptũ est: si duritia cordis hũani resistẽs manifestissimę & quodãmõ publicę veritati vi eiusdẽ veritatis euicta est: si sapit dulcedo pacis vnitatisq; charitas: & nõ iã reuerberat oculos saucios: sed sanos illustrat ac vegetat: non sunt haec opa nostra sed dei: non haec hũanis opibus oĩno tribuerẽ: nec si cũ apud vos essemus tãta cõuersio multitudinis nobis loquentibus & hortantib9 pueniret. Hoc agit ille & efficit qui per ministros suos rerum signis extrinsec9 admonet: rebus aũt ipsis per seipm intrinsecus docet. Nec ideo pigri9 moueri nos oportet ad visendos vos: qm qcqd in vobis laudabile est factũ: nõ a nobis: sed ab illo factũ ẽ q facit mirabilia solus. Multo eĩ alacri9 debem9 accurrere ad spectãda opa diuia q̃ nra: qa & nos si qd boni sum9: op9 illius non hoĩm sum9. Vñ aplus dixit: Neq; q plãtat 1.Cor.3.

Zenocrates est aliqd:neq; q rigat:sed q incremētū dat de⁹. Xenocrates Palęmonē:vt scribitis:& nos ex il li⁹ literis recordamur:de fruge tēperātię disputando:nō solū ebriosū:verū & tūc ebriū ad mo res alios repēte cōuertit.Q̄z ergo ille: sicut prudēter & veraciter intellexistis:nō deo fuerit acqsitus:sed tm̄ a dn̄atu luxuriæ liberatus:tn̄ ne idipm̄ qdē qd meli⁹ in eo factū est:hūano opi tribuerimus:sed diuino.Ipsius nāq; corporis qd est īfimū nostrū:siq; bona sūt:sicut forma & vi res & salus:& si quid eiusmodi est:nō sunt nisi ex deo creatore ac pfectore naturę:quāto magis animi bona donare nullus alius pōt! Quid eī supbi⁹ vel ingrati⁹ cogitare pōt hūana vecor dia:si putauerit cū carne pulchrū faciat de⁹ hoiem:animo castū ab hoie fieri!Hoc ī libro sapiē Sap.8. tiæ sic scriptū est:Cū scirē(inqt)qa nemo esse pōt cōtinens nisi de⁹ det:& hoc ipsum erat sapiē tiæ scire cui⁹ eēt hoc donū.Palæmō ergo si ex luxurioso cōtinens fact⁹ ita sciret cui⁹ esset hoc donū:& eū abiectis supstitionibus gentiū pie coleret:nō solū cōtinēs:sed etiā veraciter sapiens & salubriter religiosus existeret:qd ei nō tm̄ ad pn̄tis vitæ honestatē:verū & ad futuræ imor talitatem valeret:Quāto min⁹ igit mihi arrogare debeo cōuersionē istā vestrā vl' ppli vri quā mō nobis annūtiastis:q̄ me nec loquēte:nec saltē p̄sente pculdubio diuinit⁹ facta est:in qb⁹ ve raciter facta ē!Hoc itaq; p̄cipue cognoscite:hoc pie humiliterq; cogitate:deo fratres/deo gra tias agite:deū timete ne deficiatis:amate vt pficiatis.Si aūt adhuc quosdā amor hoīs occulte A segregat:& timor hoīs fallaciter cōgregat:obseruēt q tales sūt:qa deū cui nuda est hūana con scientia:nec testē fallūt:nec iudicē fugiunt. Si qd aūt illos de q̄stione ipsi⁹ vnitatis/p suę salutis sollicitudie pmouet:hoc sibi quātū existimo iustissimū extorqueāt:vt de catholica ecclesia:id ē toto orbe diffusa poti⁹ id credāt qd diuinæ scripturę dicūt:nō qd linguæ hūanę male dicunt.

De ipa vero dissensione q̄ inter hoīes orta ē:q qlislibet fuerit:vtiq; p̄iudicāt pmissis dei:q di Gen.22. xit ad Abraā:In semine tuo b̄ndicent oēs gētes:qd creditū est cū audiref p̄dictū:& negaf cū vi def īpletū:hoc tn̄ interim breuissimum:&(nisi fallor)inuictissimū cogitēt:aut actā eē istā cau sam in ecclesiastico transmarino iudicio:aut nō eē actā.Si acta ibi nō est:innocēs est Christi so cietas p oēs trāsmarinas gētes:cui⁹ societatis nos cōmunione gaudem⁹:& ideo ab eis innocēti b⁹ vtiq; sacrilega direptione separantur.Si vero acta est ibi ista causa:qs nō itelligat:qs nō sen tiat:quis nō videat eos ita victos quorū ī de cōmunio separata ē!Eligāt ergo vtrū malint crede re qd pn̄tiauerunt ecclesiastici cognitores:aut qd murmurant vitilitigatores aduersus istā cōplexionē dictu breuissimā:intellectu facillimā.Attēdite pro vra prudētia diligēter: q̄ nihil sobriū respōderi possit: & tn̄ malus Palęmō magis ebrietate inueterati erroris vertif.Date ve niam plixiori fortassis eplę q̄ iucundiori:verūtn̄ vt arbitror vtiliori q̄ blādiori:dn̄i honorabi les & merito suscipiēdi:charissimi ac desyderātissimi fratres. De aduētu aūt nr̄o ad vos:vtro rūq; desyderiū de⁹ impleat.Quāto eī charitatis ardore accēdamur ad visendos vos:verbis ex plicare nō possum⁹:sed vos benigne credere minime dubitamus.

Sācti Augustini ad Memoriū:cōfitētis se libros: quos emēdaturū se p̄miserat /mittere:cau samq; cur id nō fecerat exponētis:Possidiū p̄terea collegā suū nō literis illis q̄s variarū libidi nū serui liberales vocāt:sed vere liberalibus institutū cōmendantis: Iniquosq; & impios q sibi eruditi videt cōfutātis:ac piter ōndētis q̄ illorū literę nō recte liberales vocent:Et queādmo dū in historiarū scriptorib⁹ possit eē aliqua ppingtas libertatis:Petitioni quoq; illi⁹ de libris a se de rhythmo & melos cōpositis respōdētis:& rationē cur nō scripserit qbus numeris versus dauitici constent reddentis. Epl̄a.CXXXI.



Omino beatissimo & venerabiliter charissimo & syncærissimo ac desyderā B tissimo fratri & coepiscopo Memorio:Augustinus in domino salutē.Nul las iam reddere debui literas sanctæ charitati tuæ sine his libris quosa me sancti amoris iure violentissimo flagitasti: vt hac saltem obedientia respon derem epistolis tuis:quibus me magis onerare q̄ honorare dignatus es.Q̄z q̄ vbi subcūbo:qa oneror:ibi etiam quia diligor:subleuor.Neq; enim a quo libet diligor:subleuor:eligor:sed ab eo viro & domini sacerdote:quē sic ac ceptum deo sentio:vt cum animam tuam tam bonam leuas ad dominum: quoniam in illa me habes:leues & me.Debui ergo nunc libros mittere:quos emendaturum me esse promiseram. Et ideo non misi:quia non emendaui:Non quia nolui:sed quia non potui:curis videlicet mul tis & multum prævalentibus occupatus. Nimis autem ingratum ac ferreum fuit: vt te qui nos sic amas:hic sanctus frater & collega noster Possidius:in quo nostram non paruam præsen tiam reperies:vel non disceret:vel sine literis nostris disceret.Est em̄ per nostrum ministerium

non literis illis:quas variarum serui libidinum:liberales vocant:sed dominico pane nutritus quantus ei potuit per nostras angustias dispensari.Quid enim aliud dicendum est eis:q cum sint iniqui & impii:liberaliter sibi videntur eruditi: nisi qd in literis vere liberalibus legimus: Si vos filius liberauerit tunc vere liberi eritis?Per eum namq praestatur vt ipse etiam quę libe rales disciplinae ab eis qui in libertatem vocati non sunt /appellantur:quid in se habeant libera le noscatur.Neq enim habent congruum libertati:nisi qd habent congruum veritati. Vnde ille ipse filius:Et veritas inquit liberabit vos. Non ergo illae innumerabiles & impiae fabulae: quibus vanorum plena sunt carmina poetarum:vllo modo nostrae consonant libertati: Non oratorum inflata & expolita mendacia: Non deniq ipsorum philosophorum garrulae argu tiae:qui vel deum prorsus non cognouerunt:vel cum cognouissent deum:non sicut deum glo rificauerunt:aut gratias egerunt:sed euanuerunt in cogitationibus suis: & obscuratum est insipiens cor eorum:& dicentes se esse sapientes:stulti facti sunt:Et immutauerunt gloriam in corrupti dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & volucrū atq quadrupedum & serpentium:vel qui istis simulacris non dediti:aut non nimis dediti:coluerunt tamen & ser uierunt creaturae potius q̄ creatori.Absit omnino vt istorum vanitates & insaniae mendaces: ventosae nugae ac superbus error:recte liberales literae nominentur:hominum scilicet infelici um: qui dei gratiam per Iesum Christum dominum nostrum qua sola liberamur de corpore mortis huius:non cognouerūt:nec in eis ipsis q̄ vera sunt senserunt. Historia sane:cuius scri ptores fidem se praecipue narrationibus suis debere profitētur:fortassis habeat aliquid cogni tione dignum liberis:cum siue bona siue mala hominum:tamen vera narrantur. Quis in eis cognoscendis:qui spiritusancto non adiuti sunt:rumoresq colligere ipsa humanae infirmita tis conditione compulsi sunt:quemadmodum non fallerentur in plurimis /omnino non video Est tamen in eis aliqua propinquitas libertatis: si voluntatem mentiendi non habent:nec ho mines fallunt:nisi cum ab hominibus humana infirmitate falluntur. Verum quia in omni bus rerum motibus:qui numerari valeant:facilius consyderatur in vocibus:eaq cōsyderatio quibusdā quasi gradatis itineribus nititur ad superna intima veritatis:in quibus viis ostēdit se sapientia hilariter:& in omni puidentia occurrit amantibus: Initio nostri otii cum a curis maioribus magisq necessariis vacabat animus: volui per ista quae a nobis desyderasti scripta pludere: quando conscripsi de solo rhythmo sex libros:& de melos scribere alios forsitan sex (fateor)disponebam:cū mihi otium futurū sperabā:Sed postea q̄ mihi curarū ecclesiasticarū sarcina imposita est:oēs illae delitiae fugere de manibus: ita vt vix nunc ipsum codicē inueniā: quoniam tuam voluntatem:nec petitionem:sed iussionem contemnere nequeo.Q d sane opu sculum si potuero mittere:nō quidē me tibi obtemperasse:veruntamē te hoc a me tantopere flagitasse poenitebit.Difficillime quippe intelliguntur in eo quinq libri: si non assit qui non solū disputantium possit separare personas:verumetiam pnuntiando ita sonare morulas syl labarum:vt eis exprimantur sensumq aurium feriant genera numerorum:maxime quia in q busdā etiā silentiorum dimensa interualla miscentur:q̄ omnino sentiri nequeūt:nisi adiutorē pronuntiator informet.Sextum sane librum quem emendatum reperi: vbi est omnis fructus caeterorum:non distuli mittere charitati tuae:fortassis ipse tuā non multū refugiet grauitatē. Nam superiores quinq vix filio nostro & condiacono Iuliano(quoniā & ipse iā nobiscū cōmi litat)cognitione videbuntur.Quem quidem non audeo dicere plus amo q̄ te:quia nec vera citer dico:sed tamen audeo dicere:plus desydero q̄ te.Mirum videri potest: quemadmodum quem pariter amo:amplius desyderem:sed hoc mihi facit spes amplior videndi eum.Puto ei̅ q̄ si ad nos te iubente vel mittente venerit:& hoc faciet qd adolescentem decet: maxime quia nondum curis maioribus detinetur:& teipsum mihi expeditius apportabit.Quibus numeris cōsistāt versus Dauitici non scripsi:quia nescio.Neq eni̅ ex hebrea lingua: quā ignoro:potuit etiā numeros interpres exprimere:ne metri necessitate ab interpretandi veritate amplius q̄ ratio sententiarum sinebat:digredi cogeretur:Certis tamen eos constare numeris: credo illis qui eam linguam probe callēt.Amauit enim vir ille sanctus musicam piam:& in ea studia nos magis ipse q̄ vllus alius author accendit.Habitetis omnes in ęternum in adiutorio altissimi:q habitatis vnanimes in domo:pater materq fratres filiorū:& cūcti vni⁹ pris filii: memores nri.

Ioan.8.

Ro.1.

C

1.Retra.10.

Sancti Augustini ad Florentinam:sanctum propositum illius ob timorem dn̄i cōmēdan tis:atq admonētis vt si qd ab eo cupiat discere:id qd velit q̄rat:libere se ad satisfaciēdū exhibē do:Et supbiae vitiū in docendo sollicitissime cauendū esse suadētis. Ep̄la.CXXXII.




Ominæ eximiæ meritoq; honorabili in Christo ac suscipiendæ filiæ Floren D
Psal.18. tinæ: Augustin9 epus in domino salutem. Sanctum propositum tuũ & in
uisceratus cordi tuo timor domini castus permanens in sęculum sæculi: cu
ram pro te nostram non solum in precibus apud deum: verumetiam in ad-
monitionibus ad teipsam / non mediocriter suscitat. Quod quidem in episto
lis meis quas ad matrem reuerentiæ tuæ / debito mihi cum honore nominã
dam / dedi: nõ semel feci. Sed quia hoc mihi rescribere dignata es: pri9 te vel
le accipere literas meas: tunc demum si quid forte opus esset tibi ex ministerio meo: qđ vene-
rando studio tuo: omniumq; taliũ quantũ possum libera seruitute debere me noui: non te esse
tacituram & rescribendo insinuaturam: ecce feci qđ te voluisse (q̃uis non per te) comperi
ne viderer tibi ostium fiduciæ inhumaniter claudere: superest vt promas ipsa: si quid ex me q̃
rendum putas. Aut enim scio qđ inquisieris & nõ negabo: Aut ita nescio vt nullo fidei salutis
q; detrimento nesciam: & de hoc etiam teipsam si potuero faciã reddita ratione securam: Aut
certe si & nescio & tamen sciendum est: vel impetrabo a domino ne tibi desim (Nam sæpe offi-
cium impartiendi meritum est accipiendi) vel ita tibi respondebo: vt noueris pro hac ipsa re
quam pariter nescimus / ad quem pulsare debeamus. Hæc ideo prælocutus sum: ne te pro cer-
to speres quicquid a me quæsiueris audituram: & cum hoc prouenerit: audacter potius q̃ pru
denter me fecisse arbitreris: q tibi quærendi si quid voles facultatem dedi. Hoc enim feci non
doctor perfectus: sed cum docendis perficiẽdus: domina eximia meritoq; honorabilis in Chri-
sto ac suscipienda filia. Equidem etiam in his rebus quas vtcunq; scio: magis te cupio esse sci E
entem: q̃ scientiæ nostræ indigentem. Neq; enim vt quod scimus doceamus: aliorum igno-
rantiam optare debemus. Multo quippe melius omnes sumus dociles deo: quod vtiq; in illa
superna patria: cum in nobis completum fuerit quod promissum est: perficietur: vt non dicat
Hiere.31. homo proximo suo: Cognosce dominum. Omnes enim cognoscent eum: sicut scriptum est: a
minore vsq; ad maiorem eorum. Et sollicitissime cauendum est in docendo superbiæ vitium
Iacobi.1. quod in discẽdo non ita est. Vnde & sancta scriptura nos admonet dicens: Sit omnis homo ve-
Psal.50. lox ad audiendum: tardus autem ad loquendum. Et ille in psalmo ait: Auditui meo dabis ex-
ultationem & lætitiam: continuoq; subiecit: Et exultabunt ossa humiliata. Vidit eñ in audiẽ
do facillime seruari humilitatem: quæ difficilis est in docendo: quoniam necesse est vt doctor
habeat superiorem locum: vbi laboriosum est obtinere ne subrepat elatio. Vides ne quemad-
modũ periclitemur a qbus hoc expectat: vt nõ solũ doctores sim9: verũetiã cũ sum9 hoĩes: diui
na doceam9? Sed laborũ piculorũq; nostrorũ singulare est solatiũ: cũ ita pficitis: vt illo puenia
tis: vbi nullius hominis doctoris egeatis. Isto autẽ piculo nõ tm̃ nos. Nã ad illũ de quo dictur9
sũ/ qd sum9 nos? Nõ ergo nos tm̃ piculo isto: sed etiã ille doctor gẽtiũ piclitatũ se eẽ testat cum
2.Cor.12. dicit: Ne in magnitudĩe reuelationũ mearũ extollar dat9 ẽ mihi stimul9 carnis. Vñ & ipe dñs
Matth.23. tumoris huius admirabilis medicus: Nolite inquit ab hominibus vocari rabbi: vn9 est eĩ ma-
1.Cor.3. gister vester Christus. Quod retinens idem ipse doctor gentium dicit: Neq; qui plantat est ali
quid: neq; qui rigat: sed qui incrementum dat deus. Hoc & ille meminit: qui in natis mulierũ /
quanto magnus erat: tanto se in omnibus humiliabat: indignum se affirmans qui Christi cal
Ioan.3. ceamenta portaret. Quid enim aliud ostendit vbi ait: Qui habet sponsam sponsus est: amicus
autem sponsi stat & audit eum: & gaudio gaudet propter vocem spõsi? Hic est ille auditus de
Psal.50. quo paulo ante cõmemoraui in psalmo positum: Auditui meo dabis exultationẽ & lætitiam:
& exultabunt ossa humiliata. Proinde tanto me certius: tanto solidius: tanto sanius gaudere
scias de fide & spe & dilectione tua: quãto minus indigueris: non tantũ a me qcq̃ discere: sed ab
vllo prorsus hominum. Veruntamen qa cum illic essem: te quidem per ętatem verecundante
boni parentes & amantissimi bonorum studiorum tuorum: quanto pietatis veræq; sapientiæ
ardore flagrares mihi intimare dignati sunt: & beniuolentissime petierunt ne tibi instruendæ
in quo opus esset meam operulam denegarem: admonendã te his literis credidi: scdm supra-
dictas optiones: vt quæras qđ vis: ne sim superfluus si conatus fuero docere qđ scis: dũ tamen
firmissime teneas: q et si aliquid salubriter per me scire potueris: ille te docebit qui est interio-
ris hominis magister interior: qui in corde tuo tibi ostendit verum esse qđ dicit: Quia neq; q
plantat est aliquid: neq; qui rigat: sed qui incrementum dat deus.

Sancti Augustini ad Italicam: ternis illius literis se respondisse afferentis. Et cur fratres
epi de tribulationibus suis nihil sibi scripserint admirantis. Epla.CXXXIII.


Eligiosissimę atq; in Christi mēbris merito sanctęq; laudabili famulę dei Ita
F licæ: Augustinus in domino salutem. Tres ep̄las tuę benignitatis acceperā
cū ista rescripsi: Vnā q̄ adhuc meas literas exigebat: alterā q̄ ad te iā puenis
se indicabat: tertiāq̄ beniuolētissimā p nobis curā tuā etiā de domo clarissi
mi & egregii iuuenis Iuliani: q̄ nostris adhæret pietibus: cōtinebat. Qua ac
cepta continuo respondere non distuli: q̄a procurator eximietatis tuæ cito
se Romam posse mittere scripsit: cuius literis grauiter contristati sumus: q̄
ea quę illic in vrbe vel circa vrbem geruntur: nō nobis insinuare curauit: vt certum apud nos
fieret q̄d incertę famę credere nolebamus. Fratrū quippe literis ante transmissis: q̄uis molesta
& dura: multo tamen leuiora nuntiata sunt. Plus sane q̄ dici pōt miratus sum: q̄ nec tanta oc
casione hoīm tuorū fratres sancti ep̄i scripserint: nec ep̄la tua quicq̄ nobis de tantis tribulatio
nibus vestris insinuauerit: quæ vtiq; per viscera charitatis & nr̄ę sunt: nisi forte faciēdū nō pu
tasti q̄d nihil pdesse duxisti: aut nos tuis literis moestificari noluisti. Prodest aliq̄d q̄tū ego ar- Ro.12.
bitror etiā ista cognoscere: Primo q̄a iniustū est gaudere nolle cū gaudentibus: & flere nō velle Ro.5.
cū flētibus. Deinde q̄a tribulatio patientiam operat̄: patiētia pbationē: pbatio spē: spes aūt nō
cōfundit: q̄a charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spūmsanctum q dat' est nobis. Ab
sit itaq; vt recusemus audire etiā q amara & tristia sunt erga charissimos nostros. Nescio quo
eñ modo minus fit q̄d patitur vnū mēbrū si cōpatiunt̄ alia mēbra. Nec ipsa mali reuelatio fit 1.Cor.12.
per cōmunionē cladis: sed per solatium charitatis: vt q̄uis alii ferēdo patiunt̄: alii cognoscēdo
cōpatiuntur: cōmunis sit tñ tribulatio: q̄bus pbatio: spes: dilectio: spūsq; cōmunis est. Oēs aūt
nos dñs cōsolat̄: q & hæc tpalia mala p̄dixit: & post hęc bona æterna pmisit. Nec debet cū præ
liatur infringi q vult post p̄lium coronari: vires illo subministrāte certantibꝰ q p̄parat ineffa-
bilia dona victoribus. Rescripta illa nr̄a non tibi ad nos auferant scribēdi fiduciam: p̄sertim q̄a
timorē nostrū nō improbabili defensione lenisti. Paruulos tuos resalutamꝰ: & in Christo tibi
grādescere optamus: q iā in hac ætate cernunt q̄ sit amor huius sęculi piculosus & noxius: at
q; vtinam cū magna & dura quatiunt̄: parua & flexibilia corrigantur. De domo illa q̄d dicā:
nisi benignissimę tuę curæ g̃as agā? Nā eā quā dare possumꝰ noluit: quā voluit aūt: dare nō pos
sumꝰ. Neq; eī sicut falso audierūt / a decessore meo relicta est eccl̄ię: sed inter antiqua eiꝰ prędia
possidet̄: & antiquę alteri ecclesiæ sic cohæret: quemadmodum ista de qua agitur / alteri.

Sancti Augustini ad Pāmachium: causam agnitionis eius absentis simul & dilectionis
exponentis: & ea de re plurimum exultantis atq; gratulātis: gratulatoriasq; has literas ad eū
se misisse contestantis. Ep̄la.CXXXIIII.


Omino eximio & merito suscipiēdo: atq; in Christi visceribus dilectissimo
G filio Pāmachio: Augustinꝰ i dño salutē. Bona opa tua Christi g̃a germinā
tia: te nobis in mēbris eiꝰ honorādū: & plane notissimū dilectissimūq; fece-
runt. Neq; eñ si quotidie faciē tuā viderē: notior mihi esses: q̄ cū interiorē
tuū pacis decorem: pulchrū ac veritatis luce radiantem: in vnꝰ tui facti cā
dore cōspexi: cōspexi & agnoui: agnoui & amaui. Huic nūc loquor: huic scri
bo: dilecto amico meo: q mihi corpore absenti absens innotuit. Verum autē
iam simul eramus: & coniuncti sub vno capite viuebamus: in cuius charitate nisi radicatus es
ses: non tibi tam dilecta catholica vnitas foret; nec colonos tuos Afros: eo terrarū: vnde Dona-
tistarum furor exortus est: hoc est in media consolari Numidia constitutos tali admoneres al-
loquio: tanto feruore spūs animares: vt deuotione pmptissima ad sequēdū eligerēt: q; te talē ac
tantum virum: non nisi agnita veritate sequi cogitarent: & tam longe a te locorum interual-
lis remoti / irent sub idem caput: atq; in eius mēbris in ęternum tecum deputarentur: cuius p̄
cepto tibi temporaliter seruiunt. In hoc ergo tuo facto te cognitū amplectēs: exultaui vt gra-
tularer tibi in Christo Iesu dño nostro: tibiq; has gratulatorias literas mitterem: qualecūq; spe
cimē cordis & amoris erga te mei: Neq; eñ amplius potui. Sed quæso ne tu hactenus quicq̄d
te diligo metiaris: p̄lectam transi hanc epistolam trāsitu inuisibili qui intus fit: & perge cogi-
tādo in pectus meū: & cerne q̄d illic de te agat̄. Patebit eñ oculo charitatis: cubiculū charita-
tis: q̄d claudimꝰ aduersus nugas tumultuosas sęculi: cū illic deū adoramꝰ: & videbis ibi delici
as lętitiæ meæ de tā bono ope tuo: quas nec lingua effari: nec stilo exprimere valeo: calētes atq;
flagrantes in sacrificio laudis eius: quo inspirāte hoc voluisti: & quo adiuuante potuisti. G̃as
deo sup inenarrabili dono eiꝰ. O q̄ multorum tecū pariter senatorū: pariterq; sanctę ecclę filio

rum:tale opus desyderamus in Africa:de quali tuo lætamur.Sed illos periculosum est exhor
tari:tibi securum est gratulari.Illi enim forte non facient:& tanq̃ nos in animo eorũ vicerint
inimici ecclesiæ; decipiendis insidiabuntur infirmis.Tu vero iam fecisti:vnde inimici ecclesiæ
liberatis confundantur infirmis.Proinde sufficere visum est vt ipse quibus christiano iure po
tueris:amica fiducia istam epistolá legas.Sic ei ex tuo facto fieri posse in Africa credũt:qđ for-
te dum putant fieri non posse:pigrescunt.Insidias aũt quas ipsi hæretici distorto corde moliũ-
tur:qm̃ risi eos arbitratos valere aliqd in possessione Christi aio tuo:nec rescribere volui.Au-
dies tñ hæc a fratribus meis:quos plurimum cõmẽdo eximietati tuæ; ne in tam magna tãq;
inopinata salute hoim:de qbus per te catholica mater exultat:asperneris etiá supflua metuẽtes.

Sancti Augustini ad *Seuerum*:quantum debeatur veræ fraternæ charitati ostendentis
& cum eo familiariter de mutua amicitia iocantis. Epistola.CXXXV.



Omino beatissimo atq; dulcissimo: venerabili nimiumq; desyderabili fra- H
tri & consacerdoti *Seuero*:& q tecũ sunt fratribus:Augustinus & q mecũ
sunt fratres in dño salutẽ.Epistola mea quá puexit charissimus filius & cõ
diaconus noster Timotheus: iam parata erat pfecturo:qm̃ filii nři Q̃duult
deus,& Gaudentius ad nos venerunt cum literis tuis.Inde factũ est:vt cõ
tinuo pficiscens:nõ afferret respõsionem meá:qm̃ post illorũ aduentũ quá
tulũcunq; apud nos immoratus est:& pfectur⁹ p horas singulas videbať.
Sed et si p eum respondissem adhuc debitor forẽ.Ná & tũc q; videor respondisse debitor sum:
non dico charitatis:quá tantomagis debemus:quáto amplius impenderimus:cuius nos ppe-
tuos debitores ostendit apľus dicẽs:Nemini quicq̃ debeatis nisi vt inuicẽ diligatis : sed ipsius
eplæ tuę.Qñ eñ sufficiam tuæ suauitati:tãtæq; auiditati animi tui:quá mihi lecta nũtiauit!
Rem qdem mihi in te notissimam insinuauit:veruntñ etsi non mihi rei nouæ insinuatrix:no-
ua tñ rescriptorũ exactrix fuit.Miraris fortasse:cur me huius debiti psolutorẽ imparẽ dicá:cũ
tu de me tam multũ sentias:q me tanq̃ aia mea noueris . Sed hoc ipsum est qđ mihi magnam
difficultatẽ facit respondẽdi literis tuis:qa & quátus mihi videaris/parco dicere pp̃ter vere-
cundiá tuá.Et vtiq; minus dicẽdo:cũ tu in me tantá laudẽ cõtuleris:qd nisi debitor remane-
bo!Qđ nõ curarẽ:si ea q̃ de me ad me locutus es:nõ ex charitate syncerissima dicta scirẽ : sed
adulatione inimica amicitię.Hoc qppe modo nec debitor fierẽ:qa talia repẽdere nõ deberẽ:sed
quáto magis noui q̃ fideli aio loqris:tantomagis video quáto debito grauer.Vide aũt qd mi-
hi cõtingit:vt me quodámodo ipse laudauerim:q me a te fideliter laudatũ dixerim.Sed qd ali
ud dicerẽ q̃ id qđ de te admonui quem nosti!Ecce mihi nouam feci quæstionẽ:quá tu non pro I
posuisti:& eam fortassis expectas vt soluam:ita mihi parum erat q; debitor erá : nisi etiam me
ampliore debito ipse cumularẽ:q̃q̃ hoc facile sit ostendere:et si non ostendam/facile tibi vide-
re:& vera infideliter dici posse:& nõ vera fideliter.Qui eñ sic credit vt loquiť: etsi nõ vera lo
quitur:fideliter loquitur:qui aũt nõ credit quę loquitur:etsi vera loqtur:infideliter loquitur.
Nũqd ego dubito q; eadẽ credas quæ scripsisti!Quę cũ in me nõ agnosco:potuisti fideliter de
me nõ vera dicere:sed nolo te vel beniuolentia sic falli cui beniuolentiæ debitor sum:qa & tam
fideliter & tá beniuole ea quæ vera sunt possem de te dicere:nisi vt supra dixi: verecũdiæ tuæ
parcerẽ.Ego aũt qñ laudor a germanissimo & familiarissimo aiæ meæ: velut a meipso lauder:
sic habeo.Qđ cernis q̃ molestũ sit:etiá vera si dicáť:quáto potius qa etiá cũ sis altera aia mea:
immo vna sit aia tua & mea:sic i me falleris putádo mihi adesse q̃ desunt: q̃io & de se ipse vn⁹
homo falli potest!Qđ nõ tm̃ ideo nolo:ne quẽ diligo tu fallaris:verũetiá ne minus ores vt sim
qđ iá me esse credis.Nec in eo sum tibi debitor:vt eodẽ pgressu beniuolẽtię credá & loquar de
te bona:quę adhuc & tu tibi deesse cognoscis:sed vt animo tá quidẽ beniuolo ea tamen dicam
bona tua dona dei de qbus in te certus sum.Qđ non ideo non facio ne fallar in eis: sed ne tu a
me laudat⁹/ipse te laudasse videaris:& pp̃ter illá iustitię regulá:quia mihi fieri nolo.Qđ si fie
ri debet:eligo esse debitor q̃diu puto non esse faciendũ:Si aũt fieri nõ debet:nec debitor sum.
Sed noui qd mihi ad hæc respondere possis:Ita ista loqueris quasi plixá epistolam tuá de lau-
dibus meis desyderauerim:Absit vt hoc de te credá:sed epistola tua nolo dicere q̃ veris vel q̃
non veris:plena tñ laudibus meis hoc de me vt reprehenderem etiá te nolente flagitauit . Ná
si quid aliud volebas vt scriberem:largitorem me desyderabas:non redditorem . Porro iusti-
tiæ ordo sic habet:vt debitum prius reddamus: tum deinde cui reddimus/si hoc placet/aliqd
& donemus.Q̃q̃ etiam talia qualia desyderasti vt scriberem:si diligentius pcepta dñica cogi-

temus:reddimus potius q̃ donamus:ſi nemini quicq̃ debendũ eſt niſi vt inuicẽ diligamus.Ip-
ſa quippe dilectio exigit debitũ:vt fraternæ charitati ſeruientes/cũqui ſe adiuuari recte velit
K in quo poſſumus adiuuem⁹. Sed mi frater & tu credo q̃ noueris quãta ſint in manibus meis:
quibus aduerſus curas quas noſtræ ſeruitutis neceſſitas habet:vix mihi pauciſſimę guttę tẽ-
poris ſtillant:quas aliis rebus ſi impendero: contra officiũ meũ mihi facere videor. Q3 cũ vis
vt ad te ꝓlixam epiſtolã ſcribam:& hoc quidẽ debeo fateor:debeo protſus:hoc tã dulcitã ſyn
cerę:tã meæ volũtati tuæ.Sed quia bonus es amator iuſtitiæ: inde te admoneo:vt de illa quã
diligis hoc a me libentius audias. Cernis prius eſſe qđ & tibi & aliis q̃ qđ tibi tantũmodo de-
beo:& tẽpus ad omnia mihi nõ ſufficit:quando nec ad illa quę priora ſunt. Vnde oẽs chariſſi-
mi & familiariſſimi mei:quorũ in nomine Chriſti inter primos mihi es: rem facient officii ſui
ſi non ſolũ alia mihi ſcribẽda ipſi non imponãt:verũetiam cæteros quãta poſſunt authoritate
& ſancta benignitate ꝓhibeant:ne videar ego durus cũ a ſingulis petita non dedero: dũ ea vo
lo magis reddere quæ omnibus debeo. Deniq̃ cũ ſicut ſperamus & ꝓmiſſum tenemus:ad nos
venerit venerabilitas tua:ſcies quibus operibus literarum & quantũ occupatus ſim:& inſtã-
tius facies qđ rogaui:vt & alios quos potueris mihi aliquid aliud ſcribendũ volentes iniunge
re a me demoliaris. Dominus deus noſter impleat cordis tui tam grandem:& tam ſanctum ſi-
num:quem ipſe fecit:domine beatiſſime.

Sancti Auguſtini ad Felicẽ & Hilarinũ: illos ad perſeuerantiã charitatis dei exhortan-
tis:Et de accuſatione Bonifacii preſbyteri ſe expurgantis. Epiſtola.CXXXVI.

L DOminis dilectiſſimis meritoq̃ honorandis fratribus Felici & Hilarino:Au
guſtinus in domino ſalutem. Non miror ſathanã fidelium animos pertur-
bantem:cui reſiſtite permanentes in ſpe promiſſorũ dei: qui fallere non po-
teſt:qui non ſolũ nobis in ſe credentibus & ſperantibus:& in eius charitate
vſq̃ in finẽ perſeuerantibus polliceri pręmia ęterna dignatus eſt: verũetiã
tẽporalia ſcandala non defutura prædixit: quibus fidem noſtrã exerceri &
probari oporteret: Ait enim: Quoniã abundabit iniquitas:refrigeſcet cha- Matth. 24.
ritas multorum:ſed continuo ſubiecit: Qui autẽ perſeuerauerit vſq̃ in finem:hic ſaluus erit.
Quid ergo mirum ſi homines ſeruis dei detrahũt:& quia eorũ vitam peruertere nõ poſſunt:
famã decolorare conãtur:cũ ipſum deũ & dominũ eorũ quotidie blaſphemare non ceſſent:cũ
eis diſplicet quicquid contra eorum voluntatẽ iuſto & occulto iudicio facit? Vnde exhortor
prudentiã veſtrã domini dilectiſſimi meritoq̃ honorandi fratres:vt ſcripturam dei qui nobis
hæc omnia futura pręnuntiauit:& aduerſus ea nos firmos eſſe debere præmonuit: contra ho
minum maledica vaniloquia ſuſpitioneſq̃ temerarias corde chriſtianiſſimo cogitetis. Breui-
ter itaq̃ dico charitati veſtræ: Bonifaciũ preſbyterũ in nullo crimine apud me fuiſſe detectũ:
nequaq̃ me de illo tale aliquid crediſiſſe vel credere. Quomodo ergo iuberẽ de numero preſ-
byterorum nomen eius auferri: vehementer terrente euangelio: vbi dominus ait: In quo iudi Matth. 7.
cio iudicaueritis iudicabimini? Cũ enim cauſa quæ ĩter illũ & ſpem exorta eſt:ſub diuino exa-
O mine pendeat ſecundũ placitum eorũ: quod vobis ſi volueritis poterit recitari: quis ego ſum
vt audeam dei pręuenire ſententiã in delendo vel ſupprimendo eius nomine:de quo nec ſuſpi
cari temere mali aliquid epiſcopus debui:nec dilucide iudicare homo de occultis hominũ po 2.q.1.nomẽ.
tui:cum in ipſis cauſis ſæcularibus quando ad maiorem poteſtatẽ refertur arbitriũ iudicãdi:
manẽtibus ſicuti erant omnibus rebus:expectetur illa ſentẽtia:vnde iam nõ liceat prouocari:
ne ſuperiori cognitori fiat iniuria:ſi eius pendẽte iudicio aliquid fuerit cõmutatum? Et vtiq̃
multũ intereſt inter diuinã & humanã quãlibet excelſiſſimã poteſtatẽ. Domini dei noſtri mi-
ſericordia nunq̃ vos deſerat domini dilectiſſimi & honorandi fratres.

Sancti Auguſtini ad clerũ & vniuerſam plebem eccleſię Hipponẽſis: de his quæ circa
Bonifacium preſbyterũ geſta fuerint dolẽter enarrantis:ipſoſq̃ propterea perturbatos
paterne conſolantis. Epiſtola.CXXXVII.

M DIlectiſſimis fratribus: Clero: ſeniorib⁹: & vniuerſæ plebi eccleſiæ Hipponẽ-
ſis:cui ſeruio in dilectione Chriſti: Auguſtinus in dño ſalutẽ. Vtinam ſcri-
pturæ dei ſollicita mente intẽdentes:in quibuſq̃ ſcandalis adiutorio noſtri
ſermonis nõ egeretis:& ille vos potius cõſolaretur qui conſolat̃ & nos: qui
nõ ſolũ bona quę ſanctis & fidelibus ſuis eſt redditurus:verũetiã mala qui-
bus erat hic mundus abundaturus:ante pręduxit:ante cõſcribẽda curauit:

vt bona post sæculi finem secutura certiores expectaremus: q̃ mala similiter prænūtiata ante
Roma.15. sæculi finē præcedētia sentirem⁹. Vnde & apostolus dicit: Quęcūq; enim ante scripta sunt: vt nos doceremur scripta sunt: vt per patiētiam & consolationē scripturarū spem habeamus ad
Matth.13. deum. Quid autē opus erat vt ipse dñs Iesus non solū diceret: Tūc iusti fulgebunt sicut sol in
Matth.18. regno patris sui: qđ post sæculi finē futurū est: verūetiam exclamaret: Væ mundo ab scandalis: nisi vt nobis nō blādiremur venire nos posse ad sedes felicitatis æternæ: nisi tēporalib⁹ ma-
Matth.24. lis exercitati nō defecerimus? Quid opus fuit vt diceret: Quoniā abūdabit iniqtas: refrigescet charitas multorū: nisi vt illi de quib⁹ cōtinuo locutus adiunxit: Qui pseuerauerit vsq; in finē hic saluus erit: cū hac iniquitatis abūdantia refrigescentē charitatē viderent: nō perturbarentur: nō expauescerēt: nō quasi rebus insperatis & inopinatis cōtristati deficerēt: sed potius vidētes accidere quę futura prædicta sunt ante finē: patienter pseuerarent vsq; in finē: vt securi mererētur regnare post finē in ea vita quæ nō habet finē. Proinde charissimi in isto scādalo q̃ N
de Bonifacio presbytero nōnulli pturbātur: non vobis dico vt nō doleatis. Qui enim ista non dolent: non est in eis charitas Christi: qui autē etiā de talibus gaudēt: abundat in eis malignitas diaboli. Nō quia in memorato presbytero apparuit aliquid qđ dignum dānatione iudicaretur: sed quia duo de domo nostra talem habēt causam: vt vnus eorū sine dubio perditus habeatur: & sit alterius fama apud quosdā mala: apud quosdā dubia: etiā si non sit maculata cōscientia. Dolete ista: quoniā dolēda sunt. Nō tamē sic: vt eo dolore vestra charitas a bene viuēdo refrigescat: sed potius ad dñm deprecandū inardescat: vt si innocēs est presbyter vester: qđ magis credo: quia cū sensisset alterius motū impudicū & immundū: nec consentire voluit nec tacere: cito eum sua diuina sententia manifestatū ministerio pprio repræsentet. Si autē male sibi conscius: qđ suspicari nō audeo: voluit alterius existimationē lædere: cū eius pudicitiā contaminare nō posset: sicut dixit ipse cū quo habet causam: nō eum pmittat suā occultare nequitiam: vt qđ homines inuenire non possunt: de quolibet eorū diuino iudicio propalet. Cū enim me causa ista diu cruciasset: nec inuenirē quomodo vnus e duobus cōuinceretur: q̃uis magis presbytero credidissem: cogitaueram primo sic ambos deo relinquere: donec in vno eorū qui mihi suspect⁹ erat aliquid existeret: vnde nō sine iusta & manifesta causa de nostro habitaculo proiiceretur. Sed cum pmoueri in clericatu: siue illic p me: siue alibi per literas meas vehemētissime conaretur: ego autē nullo modo adducerer ei homini de quo tantū mali existimarem manus ordinationis imponere: aut per cōmendationē meam alicui fratri meo eum subintroducere: turbulētius agere cœpit: vt si ipse in clericatu nō promoueretur: nec presbyter Bonifacius in suo gradu esse pmitteretur. In qua eius puocatione cum viderē Bonifacium nolle quibuslibet infirmis & ad suspitionē propensis de suæ vitæ dubitatiōe scandalū fieri: paratūq; esse honoris sui apud homines dānum ppeti potius: q̃ in ea cōtentione in qua non posset ignorātibus & dubitātibus vel ad male suspicandū procliuioribus suā demonstrare cōscientiā: vsq; ad ecclesiæ pturbationem inaniter progredi: elegi aliqđ medium: vt certo placito se ambo constringerent ad locū sanctū se pergituros vbi terribiliora opera dei nō sanam cuiusq; conscientiam multo facilius aperirent: & ad cōfessionem vel pœna vel timore cōpellerētur. Vbiq; quidem deus est: & nullo cōtinetur vel includitur loco: qui cōdidit omnia: & cū a veris adoratoribus in spiritu & veritate oportet adorari: vt in occulto exaudiens: in occulto etiā iustificet & coronet. Verūtamē ad ista quæ hominib⁹ visibiliter nota sunt: quis potest eius cōsilium pscrutari: quare in aliis locis hæc miracula fiant: in aliis nō fiāt? Multis enim notissima est sanctitas loci: vbi beati Felicis Nolēsis corpus cōditum est: quo volui vt pergerent: quia inde nobis facilius fideliusq; scribi potest quicquid in eorū aliquo diuinit⁹ fuerit propalatū. Nam & nos nouimus Mediolani apud memoriā sanctorū: vbi mirabiliter & terribiliter dæmones confitētur furem quendā qui ad eum locū venerat vt falsum iurādo deciperet: cōpulsum fuisse confiteri furtum: & qđ abstulerat reddere. Nūquid nō & Africa sanctorū martyrū corporib⁹ plena est?
1.Corin.12. Et tamē nusq̃ hic scim⁹ talia fieri. Sicut enim (qđ apostol⁹ dicit) Nō oēs sancti habēt dona curationum: nec oēs habēt diiudicationē spirituū: ita nec in oībus memoriis sanctorum ista fieri voluit ille qui diuidit ppria vnicuiq; prout vult. Quapropter cū ego noluissem hunc grauissimū dolorem cordis mei vobis pferri in notitiam: ne vos atrociter & inaniter cōtristādo turbarem: fortassis ideo deus noluit vos latere: vt nobiscū orationibus incūbatis: vt qđ ipe in hac
2.q.1.nomē. causa nouit: nos autem nosse nō possumus: etiā nobis manifestare dignetur. Nomē autē presbyteri ppterea non ausus sum de numero collegarū eius vel supprimere vel delere: ne diuinæ

potestati sub cuius examine causa adhuc pendet /facere viderer iniuriā: si illius iudicium meo
vellē iudicio præuenire: qđ nec in negotiis sæcularibus iudices faciūt: quādo causę dubitatio
ad maiorē potestatē refertur: vt pendēte relatione aliquid audeāt cōmutare: Et in episcoporū
concilio constitutū est: nullū clericum qui nondū conuictus sit: suspēdi a cōmunione debere:
nisi ad causam suā examinandā se non præsentauerit. Bonifacius tamē hanc humilitatē susce
pit: vt nec literas acciperet quib⁹ in peregrinatione honorē suū quæreret: vt in eo loco vbi am
bo ignoti sunt: circa ambos æqualitas seruaret. Et nūc si vobis placet vt nomē eius non recite
tur: ne his qui ad ecclesiā accedere nolunt (sicut ait apostolus) demus occasionē quęrētib⁹ oc 2.Corin.11.
casionē: non erit nostrū hoc factū: sed eorū quorū causa fuerit factū. Quid enim obest homini: 11.q.3.quid
ꝙ ex illa tabula nō vult eū recitari humana ignorātia: si de libro viuorū nō eū delet iniqua cō obest.
P scientia?. Proinde fratres mei qui timetis deū: mementote qđ ait apostol⁹ Petrus: Quoniā ad 1.Petri.5.
uersarius vester diabolus tanꝗ leo rugiens circuit quærēs quē deuoret. Quē nō potest deuo
rare seductū ad nequitiā: famā ipsius inquinare conat: vt si fieri potest opprobriis hominū: &
malarum linguarū detractione deficiat: & sic in eius fauces ruat. Si autem nec famā innocētis
maculare potuerit: hoc ei psuadere tētat: vt pmaliuolas suspitiōes de fratre suo iudicet: & sic
ab illo implicatus absorbeat. Et quis oēs eius captiones & circūuentiones vel cōprehēdere vel
enumerare sufficiat? Aduersus tamē hæc tria quæ ad causam præsentē pertinēt: prius ne ma
la exempla imitādo ad nequitiā seducamini: ita vos per apostolū alloquitur deus: Ne sitis iu 2.Corin.6.
gum ducētes cū infidelibus. Quæ enī participatio iustitiæ cū iniquitate? Aut quæ societas lu
ci ad tenebras? Itē alio loco: Nolite (inquit) seduci: Corrūpūt mores bonos colloquia mala: So 1.Corin.15.
brii estote: iusti: & nolite peccare. Vt autē linguis detrahentiū non deficiatis: sic per pphetam
dñs dicit: Audite me qui scitis iudiciū: populus meus in quorū corde lex mea est: opprobria Esa.51.
hominū nolite metuere: & detractione eorꝫ ne supemini: nec ꝙ vos spernant magni duxeritis.
Sicut enī vestimētū ita per tēpus absumenē: & sicut lana a tinea /comedenē: iustitia autē mea
in æternū manet. Iam vero ne maliuolo animo de seruis dei falsa suspicādo pereatis: illud apo
stolicū recordamini vbi ait: Nolite ante tēpus iudicare quicꝗ: donec veniat domin⁹: & illumi 1.Corin.4.
net abscōdita tenebrarū: & manifestet cogitationes cordis: & tunc laus erit vnicuiqꝫ a deo. Et
itē illud qđ scriptū est: Quæ manifesta sunt vobis? quæ autē occulta sunt domino deo vestro?
Q Manifestū est quidē: quia ista in ecclesia nō accidunt sine graui tristitia sanctorum atqꝫ fide
lium: verūtamē cōsoletur nos qui cūcta prædixit: atqꝫ vt abundātia iniquitatis non refrigesca
mus: sed vsqꝫ in finem pseuerem⁹: vt salui esse possimus: admonuit. Nam quantū ad me atti
net: et si est in me quātulacūqꝫ charitas Christi: quis vestrū infirmaē & ego nō infirmor? Quis
scandalizaē & ego non vror? Nolite itaqꝫ augere cruciatus meos deficiēdo: vel in suspitionib⁹ 2.Corin.11.
falsis: vel in peccatis alienis. Nolite obsecro vos: ne dicam de vobis: Et super dolores vulnerum
meorū addiderūt. Nam illi qui gaudent de istis dolorib⁹ nostris: de quibus in psona corporis
Christi tanto ante prædictū est: Aduersus me insultabāt q sedebāt in porta: & in me psallebāt Psal.68.
qui bibebāt vinū: valde tolerabili⁹ sustinenē: p quib⁹ tamē etiā ipsi orare & bonū eis velle disci
m⁹. Ad qđ enī aliud sedēt isti: & qđ aliud captāt: nisi vt quisqꝫ episcopus vel clericus vel mona
chus vel sanctimonialis ceciderit: oēs tales esse credant: sed non oēs posse manifestari? Et tamē
ipsi cū aliqua maritata inueniē adultera: nec piiciunt vxores suas: nec accusant matres suas.
Cū autē de aliquib⁹ qui sanctū nomen pfitētur: aliqđ criminis vel falsi sonuerit vel veri patue
rit: instāt: satagūt: ambiūt vt de oībus hoc credatur. Hos ergo de nostris doloribus suauitatē
suæ malæ linguæ captātes: facile est vt illis canibus comparemus: si forte in malo intelligendi
sunt: qui lingebant vulnera pauperis illius: qui ante ianuā diuitis iacebat: & quousqꝫ veniret Lucę.16.
R ad requiem sinus Abrahæ: laboriosa & indigna omnia tolerabat. Vos me nolite amplius crucia
re: qui aliquā spem habetis ad deū: Vos nolite illa vulnera quæ illi lingebāt multiplicare: Vos 2.Corin.7.
pro quibus periclitamur: omni hora habētes foris pugnas: intus timores: periculū in ciuitate: &.11.
periculū in deserto: periculum ex gētibus: periculum in falsis fratribus: scio quia doletis: Sed
nūquid acrius ꝗ ego? Scio quia conturbati estis: & timeo ne inter linguas maledicorū deficia
tis: & pereat infirmus ppter quem Christus mortuus est. Nō ex vobis increscat dolor noster:
quia non culpa nostra factus est vester. Nā hoc est qđ præcauere conatus sum: vt si fieri posset
hoc malū nec vitādum negligeretur: nec in vestram notitiā perferretur: vbi infructuose cru
ciarentur firmi: & periculose turbarentur infirmi. Sed qui hoc cognito pmisit vos tentari: det
vobis vires sustinendi: & erudiat vos ex lege sua: Doceat vos & mitiget a diebus malignis: do Psal.93.

nec fodiatur peccatoris fouea. Audio nõnullos veſtrũ hic amplius cõtriſtari q̃ de lapſu duorũ
illorũ diaconorũ:qui ex parte Donati venerãt: tanq̃ diſciplinę Proculiani inſultauerũt: velut
gloriãtes de nobis:ꝙ ex noſtra diſciplina nihil tale in clericis extitiſſet. Qđ quicũq; feciſtis:fa-
Hiere.9. teor vobis non bene feciſtis. Ecce docuit nos deus:vt qui gloriaẽ:in domino glorieẽ. Nec obii-
ciatis hæreticis:niſi quia nõ ſunt catholici: ne ſimiles eis ſitis qui nõ habendo qđ in cauſa ſuæ
diuiſionis defendãt:nõ niſi hominũ crimina colligere affectãt:& ea ipſa plura falſiſſime iactãt:
vt quia ipſam diuinæ ſcripturæ veritatẽ:qua vbiq; diffuſa Chriſti eccleſia cõmẽdatur: crimi
nari & obſcurare nõ poſſunt:homines per quos prædicatur adducant in odium: de quibus &
fingere quicquid in mẽtem venerit poſſunt. Vos autẽ nõ ita didiciſtis Chriſtũ:ſi tamẽ illũ au
diſtis:& in illo docti eſtis. Ipſe quippe fideles ſuos ſecuros fecit etiã de diſpẽſatoribus malis:ma
Matth.23. la ſua facientib⁹:& bona eius loquẽtibus:vbi ait:Quę dicũt facite:quę autẽ faciũt:facere noli-
1.Corin.9. te:dicunt eñ & non faciunt. Orate quidẽ pro me: ne forte aliis ꝑdicans ipſe reprobus inue- S
47.diſtinc. niar: Verũtamen cũ gloriamini:non in me:ſed in domino gloriamini. Quantũlibet enim vigi
quãtũlibet. let diſciplina domus meæ: homo ſum: & inter homines viuo: nec mihi arrogare audeo vt do-
Geñ.9. mus mea melior ſit q̃ arca Noe:vbi tamẽ inter octo homines reprobus vnus inuẽtus eſt: Aut
Geñ.21. melior ſit q̃ domus Abrahæ:vbi dictum ſit:Eiice ancillã & filium eius:Aut melior ſit q̃ domus
Malachię 1. Iſaac:cui de duob⁹ geminis dictum eſt:Iacob dilexi: Eſau odio habui:Aut melior ſit q̃ domus
Gene.49. ipſius Iacob:vbi lectum patris fili⁹ inceſtauit:Aut melior ſit q̃ domus ipſius Dauid:vbi filius
2.Reg.13. eius cũ ſorore concubuit: cuius alter filius cõtra patris tam ſanctã manſuetudinẽ rebellauit:
Aut melior ſit q̃ cohabitatio Pauli apoſtoli:qui tamen ſi inter oẽs bonos habitaret: nõ diceret
2.Corin. 7. qđ ſuperius cõmemoraui:Foris pugnæ:intus timores: nec diceret cũ de ſanctitate & fide Ti-
Phil.2. mothei loqueretur: Neminẽ habeo qui germane de vobis ſollicitus ſit:Omnes ſua quęrũt: nõ
quæ ſunt Ieſu Chriſti: Aut melior ſit q̃ cohabitatio ipſius domini Chriſti: in qua vndecim bo
ni perfidũ & furem Iudam tolerauerũt: Aut melior ſit poſtremo q̃ cælum:vnde angeli cecide
47.diſtinc. derunt. Simpliciter autẽ fateor charitati veſtræ corã dño deo noſtro: qui teſtis eſt ſup animã
quãtũlibet. meam:ex quo deo ſeruire cœpi:quomodo difficile ſum expertus meliores q̃ qui in monaſteriis
profecerũt:ita non ſum expert⁹ peiores q̃ qui in monaſteriis ceciderũt: Ita vt hinc arbitrer in
Apoc.22. in apocalypſi ſcriptũ:Iuſtus iuſtior fiat:& ſordidus ſordeſcat adhuc. Quapropter etſi contri-
ſtamur de aliquibus purgamentis: conſolamur tamen etiam de pluribus ornamentis. Nolite
ergo propter amurcam:qua oculi veſtri offenduntur:torcularia deteſtari: vnde apothecæ do
minicæ fructu olei luminoſioris ĩplẽtur. Domini dei noſtri miſericordia vos aduerſus omnes
inſidias inimici in ſua pace cuſtodiat dilectiſſimi fratres.

Sancti Auguſtini ad Clerũ & vniuerſam plebem Hipponẽſem: Ipſos ne abſentiã ſuam mo-
leſte ferant obſecrantis:Et eos ad vnanimitatẽ & patientiã exhortãris. Ep̃la.CXXXVIII.



Ilectiſſimus fratribus conclericis & vniuerſæ plebi: Auguſtinus in domino T
ſalutem. In primis peto charitatẽ veſtram:& per Ieſum obſecro: ne vos mea
contriſtet abſentia corporalis. Nã ſpiritu & cordis affectu puto vos nõ du-
bitare vllo modo me a vobis poſſe diſcedere: q̃uis me amplius contriſtet q̃
forte vos ipſos: ꝙ infirmitas mea ſufficere non poteſt omnib⁹ curis quas de
me exigunt mẽbra Chriſti: quibus me & timor eius & charitas ſeruire cõ-
pellit. Illud enim nouerit dilectio veſtra:nunq̃ me abſentem fuiſſe licentioſa
libertate:ſed neceſſaria ſeruitute:quæ ſæpe ſanctos fratres & collegas meos: etiam labores ma
rinos & tranſmarinos compulit ſuſtinere:a quibus me ſemper non indeuotio mentis:ſed mi-
nus idonea valitudo corporis excuſauit. Proinde dilectiſſimi fratres ſic agite: vt qđ ait apoſto
Phil.1. lus: ſiue adueniens & videns vos:ſiue abſens audiam de vobis: quia ſtatis in vno ſpiritu: vno
animo collaborantes fidei euangelicæ. Si vos aliqua moleſtia tẽporalis exagitat: ipſa vos ma-
gis admonere debet:quẽadmodum de illa vita cogitare debeatis: vbi ſine aliquo labore viua-
tis:euadentes non moleſtas auguſtias tẽporis parui:ſed horrendas pœnas ignis æterni. Nam
ſi modo tanta cura: tanta intentione: tanto labore agitis ne in aliquos cruciatus tranſitorios
incidatis: quãtum vos oportet eſſe ſollicitos: vt ſempiternas miſerias fugiatis! Et ſi mors ſic
timetur:quæ finit temporalem laborem:quomodo timenda eſt quæ mittit in æternum dolo-
rem! Et ſi delitiæ ſæculi huius breues & ſordidæ ſic amantur:quanto vehementius futuri ſæ
culi gaudia pura & infinita quærenda ſunt! Iſta cogitantes nolite eſſe pigri in operibus bo-
nis:vt ad veſtri ſeminis meſſem ſuo tempore veniatis. Nũtiatum enim eſt mihi ꝙ morem ve-

ſtrum de veſtiendis pauperib⁹ fueritis obliti: ad quã miſericordiã cũ præſens eſſem vos exhor-
tatus ſum: & nunc exhortor: ne vos vincat & pigros faciat cõtritio huius mundi: cui talia vi-
detis accidere: qualia dominus & redẽptor noſter qui mentiri nõ poteſt / vẽtura prædixit. Nõ
ſolum ergo nõ debetis minus facere opera miſericordiæ: ſed etiã debetis amplius q̃ ſoletis. Si-
cut enim ad loca munitiora feſtinãtius migrant: qui ruinam domus vident contritis parieti-
bus imminere: ſic corda chriſtiana quãtomagis ſentiunt mũdi huius ruinam crebreſcẽtibus
tribulationibus propinquare: tãtomagis debẽt bona quæ in terra recõdere diſponebãt: in the-
ſaurum cęleſtem impigra celeritate transferre: vt ſi aliquis humanus caſus acciderit: gaudeat
qui de loco ruinoſo emigrauit. Si autem nihil tale fuerit ſubſecutum: non triſtetur: qui quan-
doq; moriturus / immortali domino ad quem venturus eſt bona ꝓpria cõmendauit. Itaq; fra-
tres mei dilectiſſimi ex eo qđ quiſq; habet ſecundũ ſuas vires: quas ipſe nouit: facite qđ ſoletis
alacriore animo q̃ ſoletis: & inter omnes ſæculi huius moleſtias: apoſtolicam exhortationẽ cor-
de retinete: vbi ait: Dominus in ꝓximo eſt: nihil ſolliciti fueritis. Talia mihi de vobis nuntien- Phil. 4.
tur: quibus nouerim: nõ propter meã præſentiã: ſed propter dei pręceptũ qui nunq̃ eſt abſens
vos ſolere facere: qđ multis annis me præſente: & aliquãdo etiã me abſente feciſtis. Dominus
vos in pace conſeruet: & dilectiſſimi fratres orate pro nobis.

Audacis ad beatum Auguſtinũ: imprimis gratias habẽtis ꝙ libenter ſui ſumpſerit tenta-
menta ſermonis: & deinde ꝙ minus de deſyderato ſapientiæ theſauro acceperit conquerẽtis!
Ac poſt Auguſtini cõmendationem: optantis atq; petentis vt abundãtius ſapientiæ floribus
paſcatur & viui fontis hauſtibus irrigetur. Epiſtola.CXXXIX.

V DOmino vere prædicabili ac nimiũ ſuſcipiendo: omniq; laudũ genere proſe-
quendo patri Auguſtino: Audax in domino ſalutẽ. Habeo gratiam beati-
tudini tuæ: ꝙ libẽter mei ſumpſeris tentamẽta ſermonis. Tunc enim bonę
fidei filiis datur audacia: cũ paterni fontis imbribus fuerit irrorata. Prouo-
caui itaq; dulcis antiſtites: nõ vt prælargi pectoris puſillũ libamen accipe-
rem: ſed vt ingens diuitis vbertim flumen haurirem. Theſaurũ ſapientiæ
deſyderaui: ſed minus accepi q̃ volui: licet minus nõ debet dici: ſed munus
qđ oraculũ legis cõtulerit Auguſtinus: ſacrator iuſtitiæ: inſtaurator ſpiritalis gloriæ: diſpen-
ſator ſalutis æternæ: tam tibi mũdanus orbis notus eſt q̃ notatus: tam tu ei cognitus q̃ proba-
tus. Opto itaq; ſapientiæ floribus paſci: & viui fontis hauſtib⁹ irrigari: Præſta cupienti qđ
vtriq; ꝓſit. Poteſt eñ ſeminudi roboris velamẽ genitale viridari: ſi meruerit tuis ſenſim fluen-
tis augeri. Itaq; humilitatis meæ præſentiã ſpondeo nõ tam ſtilo q̃ voto: ſi venerabilitatis tuæ
ſcripta prouiſu relegero. Diuina te clementia tueatur annis innumeris domine venerabilis.
Cur mihi fons orbis paruo ſermone meauit! An minus apta ſuis ſperauit corda fluẽtis! Cum
pateat mens omnis aquis ſpectetq; loquacem Religionis opem: gratos dat ſenſib⁹ imbres. Ex-
pectat quos plena fides Chriſti de ſtipite pendens.

Sancti Auguſtini ad Audacem: rationẽ quare epiſtolã eius lętus acceperit: & cur longã epi-
ſtolam ad reſpondendũ non cõſcripſerit aſſignantis: breuiterq; verbis illius quibus ſe cõmen-
dauit: ac petitioni ipſius reſpondentis. Epiſtola.CXL.

X DOmino dilectiſſimo & in Chriſto prædicãdo nimiumq; deſyderabili fratri
Audaci: Auguſtinus in domino ſalutẽ. Breuem epiſtolã tuã ſed plane ve-
hementẽ flagitatricẽ prolixæ epiſtolæ meæ: nõ inuitus: immo etiã lætus ac-
cepi. Nõ ꝙ facile ſufficerem auiditati: ſed ꝙ gratularer charitati tuæ: quia
etſi nõ de idoneo expetis: bonũ eſt tamẽ qđ expetis. Et ad longã quidẽ epiſto-
lam cõſcribendã magis mihi otiũ q̃ facultas deeſt: occupatiſſimo ſcilicet ec-
cleſiaſticis curis: a q̃bus pauculæ tẽporũ ſtillæ vix recreant vel cogitantẽ ali-
quid: vel ea quę magis vrgent: & mihi videtur plurib⁹ profutura: dictantẽ: vel reficientẽ cor-
poris vires noſtræ neceſſarias ſeruituti. Nã verba nõ deſunt: q̃b⁹ poſſit multa charta cõpleri:
ſed qđ a nobis in eadẽ ſermonis ꝓlixitate deſyderas: ad hoc me idoneũ nõ eſſe reſpõdeo. The-
ſaurũ eñ ſapientię te deſyderaſſe dixiſti: ſed minus accepiſſe q̃ voluiſti: cũ ego ex illo theſauro
mẽdicabũda prece quotidianã ſtipem rogẽ vixq; impetrẽ. Oraculũ autẽ legis quomodo ſum:
de cui⁹ locis atq; abditis penetralib⁹ neſcio lõge plura q̃ ſcio: eiuſq; multiplices ſinus opacoſq;
receſſus adire ac penetrare nõ valeo ſicut volo: & me nõ aliud q̃ min⁹ dignũ eẽ cognoſco! Por-
ro ſacrator iuſtitiæ q̃s ego: cui me ſacratũ eſſe ꝑmagnũ eſt! Iam vero ꝙ inſtauratorẽ ſpiritalis

gloriæ me appellas:da veniam:multũ cui loquaris ignoras.Ipse quippe adhuc in hac gloria fic
instaurot:vt de die in diem nõ solum quãtum accedam:sed vtrum omnino aliquid accedã la-
tere me fatear. Dispensator plane salutis æternæ: cũ cæteris innumerabilibus conseruis meis
1.Corin.9. sum.Q̃d si volens facio:mercedẽ habeo. Si autem inuitus:tantũ dispensatio mihi credita est.
Neq̃ enim esse salutis illius dispensatorẽ per verbum ac sacramentũ iam:hoc est etiã esse parti
1.Corin.4. cipem.Nã si per bonos nõ dispensaref:nõ recte apostolus diceret:Imitatores mei estote sicut &
ego Christi.Rursus si per malos nõ dispẽsaretur: non de quibusdã dominus diceret:Quæ di-
Matth.23. cunt facite:quæ autem faciunt:facere nolite.Dicunt enim & non faciunt. Multi ergo dispen-
1.Corin.4. satores sunt:per quorũ ministerium peruenitur ad æternam salutẽ.Sed quæritur inter dispen
1.Corin.7. satores vt fidelis quis inueniatur:& iter ipsos fideles(in quorũ me numero ille qui nõ fallitur
Roma.12. cõputet)alius est sic:alius autẽ sic:sicut vnicuiq̃ deus partitus est mẽsuram fidei. Itaq̃ frater
charissime atq̃ dulcissime pascat te dominus potius sapientiæ floribus:& viui fontis haustib[9]
irriget.Si quid autẽ per operulã meam religiosissimo studio tuo cõferri posse arbitraris:quia
& capacem te esse intelligo:& auidũ sentio:magis in alia nostra opuscula:quę multis volumi-
nibus cõprehendũtur:tibi animus intendẽdus est:q̃ per epistolas aliquid sperãdum:q̃d tuum
desyderiũ possit explere.Aut certe ĩ præsentia sume q̃d potero:quã te puto tuã nobis fidẽ nõ
exhibere:quia nõ vis.Quid eñ magnũ est: adiuuãte domino:vt homo liber a cuiusq̃ loci mu
nere venias ad nos: siue nobiscum diu futurus: siue peracto saltem pauxillo temporis reditu-
rus!Ecce pene factum est:q̃d in quinq̃ versuum tuorum tertio posuisti:vt magis loquacem q̃
eloquentẽ haberes epistolam meam . Q̃ autẽ in quinto atq̃ vltimo versu septem pedes sunt:
miror vtrum numerus tuum fallit auditum:an experiri voluisti: vtrum ego adhuc ista diiu-
dicare meminerim:quę forte iam obliti sunt:qui talium aliquando studiosi postea plurimũ in
ecclesiasticis literis profecerunt!Psalteriũ a sancto Hieronymo translatũ ex hebræo nõ habeo.
Nos autẽ non interpretati sumus:sed codicũ latinorũ nõnullas mendositates ex græcis exem
plaribus emẽdauimus. Vnde fortassis fecerimus aliquid cõmodius q̃ erat:non tamẽ tale qua-
le esse debebat. Nam etiã nunc quæ forte nos tunc prætererũt:si legẽtes mouerint:collatis co
dicibus emẽdamus.Ita illud q̃d perfectum est tecum nos quoq̃ requirimus.

Sancti Augustini ad Maximã:tantũ se scribẽtis cõtristari q̃ per errores noxios & pernicio-
sissimos prouinciã eius periclitari intelligat:quantũ studiũ sanctũ ipsius eũ lętificauerit:cau-
samq̃ cur deus ista pmittat exponẽtis:atq̃ ipsam cõmendãdo cõsolantis. Epistola.CXLI.



Honorabili & eximiæ:atq̃ in mẽbris Christi laudabili famulæ dei Maximæ: Y
Augustinus in domino salutem.Quantũ nos tuum studiũ sanctum lętifi-
cat:tantũ rursus contristat q̃ per errores noxios & pniciosissimos puinciã
vestrã nimium periclitari significas. Sed quia ista futura prędicta sunt: mi
randũ non est q̃ exurgant:sed vigilandũ est ne noceant.Hęc autẽ deus libe
rator noster exurgere nõ permitteret:nisi sanctis ei[9] etiã per huiusmodi tẽ-
tationes erudiri expediret. Cõparant sibi quidẽ illi sua volũtate peruer-
sa:& pręsentis meritũ cęcitatis & futuri ęterni supplicii:si per cõtumaciam indociles fuerint:
seq̃ cũ in hac vita sunt /corrigere atq̃ emendare neglexerint. Verũtamẽ sicut ipsi male vtun-
Matth.5. tur bonis dei:qui facit solem suum oriri super bonos & malos:& pluit super iustos & iniustos:
Roma.2. qui eos per patiẽtiam suam ad pœnitentiã vocat:cum thesaurizant sibi iram in die iræ:& re-
uelationis iusti iudicii dei. Sicut ergo ipsi benignitate & patientia:id est bonis dei male vtun-
tur dũ non corriguntur:sic contra deus etiam malis eorum bene vtitur: nõ solum ad iustitiã
suam:quę his digna ĩ fine retribuet:sed etiam ad exercitationẽ & puectum sanctoꝝ suorum:
vt ex ipsa etiã malorum peruersitate boni pficiant:& probẽtur & manifestentur:sicut aposto-
1.Corin.11. lus ait:Oportet hæreses esse:vt pbati manifesti fiant inter vos. Nam si nullus etiã malorũ bo-
nus vsus esset deo ad vtilitatẽ electorũ suorũ: qui etiã de malo Iudæ tantũ bonũ nobis præsti-
tit:vt Christi sanguine redimeremur:poterat eos aut nasci non pmittere quos malos futuros
esse præsciebat:aut in ipso eorũ initio malignitatis extinguere.Sed tantum eos permittit esse:
quãtum nouit expedire atq̃ sufficere admonendæ atq̃ exercendæ sanctæ domui suæ.Ideo no
stram de illis tristitiã cõsolatur:quia & ipsa tristitia quã pro illis habem[9] nos releuat:illos au-
tem in sua puersitate perseuerãtes grauat.Gaudiũ vero q̃d percipim[9]: quãdo aliqui ex eis cor
recti in melius cõmutãtur: & sanctorũ societati copulãtur: nulli gaudio in hac vita cõparari
Prouer.9. potest.Propterea scriptum est: Fili si sapiẽs fueris:tibi sapiens eris & pximis tuis: Si autẽ ma-

lus euaseris solus hauries mala. Quia cũ gaudemus de fidelibus & iustis:& illis & nobis prodest bonũ eorum:Cum autẽ contristamur de infidelibus & iniquis:illis solis nocet & eorũ malitia & nostra tristitia.Nos autẽ etiam hoc plurimũ adiuuat apud deũ:q pro eis misericorditer cõtristamur:& pro ipsa tristitia congemiscim⁹ & oramus. Vnde honorabilis & in christo laudabilis famula dei:& mœstitiam tuã de talibus: & vigilantiã atq cautelam cõtra tales quã tuis literis expressisti:multũ approbo & laudo:atq vt in hac via pseuerãter ambules:pro meis virib⁹/quia hoc exigis/& hortor & moneo:vt miserearis eorũ tanq̃ simplex vt columba:caueas autẽ illos tanq̃ astuta sicut serpens:desq operã quantũ potes:vt qui tibi adhærẽt:tecum in recta fide permaneant:aut ad fidẽ rectã si forte in aliquo aliqui deprauati sunt: corrigãtur.

Z De homine autẽ quem suscepit verbũ dei:cum caro factum est & habitauit in nobis:emendarem aliquid: si in eo qđ credis falsum aut peruersum inuenirẽ. Hoc ergo crede qđ credis:quia in illo homine totam naturã nostram suscepit filius dei: id est & animã rationalem & carnem mortalẽ sine peccato.Infirmitatis enim nostræ particeps factus est non iniquitatis:vt per infirmitatem cõmunem: solueret iniquitatẽ nostram: & adduceret nos ad iustitiam suam: bibens mortem de nostro:& propinans vitam de suo.Sed si habes aliquã scripturã eorum:in qua asserunt qđ huic fidei sit contrarium:dignare eam mittere:vt non solum fidem nostrã discamus: sed eorum quoq perfidiam quantũ possumus refellamus.Sine dubio enim hoc ipsum:qđ peruerse & impie sentiunt:aliquibus testimoniis diuinarũ scripturarũ conãtur astruere. In quibus eis ostendendũ est q̃ nõ recte intelligãt literas sacras cõscriptas ad fidelium salutẽ: tanq̃ si quisq̃ se medicinalibus ferramẽtis grauiter vexet: quę vtiq non ad vulnerandũ sed ad sanandum sunt instituta. Multum autẽ laborauimus & laboramus:quantũ dñs donat:cõtra diuersos errores arguẽdos.Sed laborũ nostrorũ opuscula si forte habere desyderas:mitte qui tibi describãt. Voluit enim deus vt hoc facillime possis:qui tibi dedit vnde possis.

Prænotatio in epistolam sequentem.

Epistola sequens q̃uis nõ sit sancti Augustini:sed incerti cuiuspiam authoris:cum alii eam esse asserant Iuliani Pelagianistæ:alii alterius alicuius eiusdẽ hæresis sectatoris:alii sancto Hieronymo ipsam ascribant: tamen quia pleraq in ea ab Augustino in epistola ad Iulianam Demetriadis matrem reprehensa reperiuntur:tanq̃ gratiæ dei aduersantia: Vnde & ipse ibidem suspicari videtur illam a Pelagio esse compositã: licet multa nihilominus salutaria monita cõtineat:Ideo vt lucidius singula intelligi valeant:hic inserta præmittitur.

Argumentum.

Incerti authoris ad Demetriadẽ: de virginitate & vita pfecta: vbi author ipse post sui purgationem a temeritate & ambitione: in cõmendatione Demetriadis virginis quam instituturus est:humanæ naturæ bonum ac libertatem arbitrii nimis extollit atq defendit: & eandem instituens:quæ prima virginis cura primũq studium esse debeat exponit:astruitq virginem quæ consilium amplexata est: multo magis seruare debere præceptũ: & animũ optimis rebus occupare. Docet quoq minima præcepta non esse negligenda: & omnia sine murmuratione complenda:virtutes preterea vitiaq discernere. Monet deinceps adulanti non debere credere: nec quenq̃ adulatione decipere: moderata seruare ieiunia:de dignitate natalium non gloriari:raroq in publicum procedere.Instruit eam post hoc de congruo orationis tẽpore & modo lectionis scripturarum: & qualis debeat esse ornatus in spõsa Christi. Erudit deniq ipsam ad cautelam in discernendis cogitationibus: Exhortaturq postremo illam ad omnẽ laborem ferendum:causam ex cõsyderatione instabilitatis humanę & futuri iudicii aduentu ęternitatisq contemplatione assignans.

Epistola.CXLIII.



SI summo ingenio pariq fretus scientia:officium scribendi facile me implere posse crederem:tamẽ tam arduum hoc opus ingredi:sine magno difficultatis timore non possem. Scribendũ tamẽ est ad Demetriadẽ virginẽ Christi: virginẽ nobilem:virginẽ diuitem:& qđ his maius est:ardore fidei nobilitatem diuitiasq calcantẽ. Quã vtiq pro tã insignis admiratione virtutis:vt laudare oĩbus facile:ita docere difficile est. Cui enim oratio deesse possit in eius laude celebrãda: quæ summo loco nata:in summis opibus delitiisq nutrita:tãtis tãq variis hui⁹ vitæ blãdimẽtis velut tenacissimis q̃busdã irretita vinculis subito erupit:cũctaq simul corporis bona cũ virtute mutauerit:quę florẽ adhuc ipm ineuntis ætatis:quodã fidei gladio: id est volũtate succiderit: & crucifigẽs cũ Christo carnẽ suam: viuam

sanctamq; hostiam sacrauerit deo:ac nobilissimi sanguinis posteritatē virginitatis amore cō-
tempserit! Prona autē & facilis dicēdi via est:quæ ipsa vbertate materię cursum orationis ac-
cendit. Sed nobis alio magis itinere pergēdum est:quibus propositū est: institutionē virginis:
non laudem scribere:nec tā paratas iam virtutes eius exprimere:q̄ parandas:magisq; reliquā
ordinare vitam: q̄ ornare præteritam. Est autem difficillimū cum eius persona facere: in qua
cupiditas tanta discendi est:tantusq; perfectionis ardor: vt ei qualibet pfecta doctrina par esse
vix possit. Meminit enim recteq; meminit quas mundi opes gloriāq; respuerit: quib⁹ volupta
tibus renuntiauerit:quas deniq; contēpserit vitæ pręsentis illecebras. Et ideo contenta nō est
cōmuni hoc mediocriq; genere viuēdi: et q̄ facile ipsa multorū societate vilescat:nouum ali-
quid & inusitatum requirit: pręcipuū ac singulare quoddā flagitat:nō minus conuersationē
suam q̄ conuersionē vult esse mirabilem. In sęculo nobilis:apud deum cupit esse nobilior:tam
pretiosa requirit in moribus:q̄ contēpsit in rebus. Hunc itaq; tam deuotæ mentis ardorē:hāc
tantæ perfectionis sitim:qđ vnq̄ satiabit flumē ingenii! Quæ vis aliquando orationis:quæ co
pia tantū exprimere verbis poterit:quantū parata est virgo rebus implere! Nobis vero donan
da est venia:qui ad ornādum domini tabernaculū:secundum vires nostras munus offerimus.
Nec veremur ne temere scribendo ad tantæ nobilitatis virginem: vltro nos morsibus trada-
mus inuidię. Scribimus enim petente sancta matre eius:immo iubente: idq; a nobis transma-
rinis miro cum desyderio animi flagitante:quę facile ostendit:quo studio:quātaq; cura in filia
germen cęleste plantauerit:dum illud tam sollicite cupit ab aliis irrigari. Remoti ergo a teme
ritate:& ab ambitione liberi: pposito insudemus operi: nec de mediocritate diffidamus inge-
Ca.2. nii: qđ credimus & fide matris & merito virginis adiuuari. Quoties mihi de institutione
Exordiū cō morū:& sanctæ vitæ conuersatione:dicendū est;soleo primo humanæ naturę vim qualitateq;
mēdationis monstrare:& quid effici possit ostendere:ac iam inde audiētis animū ad species incitare virtu
boni natu- tum:ne nihil prosit ad ea vocari:quę forte sibi impossibilia esse pręsenserit. Nunq̄ enim virtu-
rę humanę. tum viam valemus ingredi:nisi spe ducamur comite. Siquidē appetēdi omnis conatus perit:
consequēdi desperatione. Quem ego exhortationis ordinem cum in aliis quoq; opusculis te-
nuerim:tum hic maxime obseruādū puto:vbi eo plenius naturæ bonum declarari debet:quo
instituenda est vita pfectior:ne tanto remissior sit ad virtutem animus ac tardior: quanto mi
nus se posse credat:& dū qđ inesse sibi ignorat:id se existimat non habere. Proferenda semp in
notitiā ea res est: cuius vsus desyderatur:& explicandū quicquid bonū natura potest:cū quic
quid posse probatur:implendū est. Hæc igitur prima sanctæ ac spiritalis vitæ fundamenta
iaciantur:vt vires suas virgo agnoscat:quas demū bene exercere poterit:cū eas se habere didi
cerit. Optima enim animi incitamenta sunt cū docetur aliquis posse quod cupiat. Nam & in
bello ea exhortatio maxima est:eaq; plurimū authoritatis habet:quæ pugnatorem de viribus
suis admonet. Primū itaq; debes naturę humanæ bonū de eius authore metiri:deo scilicet
qui cū vniuersa mūdi & quæ intra mundū sunt:opera bona & valde bona fecisse referat:quan
to putas præstātiorem ipsum hominē fecit: propter quē omnia etiā intelligitur illa cōdidisse!
Quem dū ad imaginē & similitudinē suā facere disposuit:anteq̄ faceret qualem esse facturus
ostendit. Deinde cū subiecit ei vniuersa animalia: cūq; etiam constituit eorum dominū: quæ
vel mole corporis:vel virium magnitudine: vel armis dentiū: multo valentiora homine fece-
rit:declarat quāto pulchrius sit homo ipse conditus:quē vel ex hoc voluit naturæ suæ intel-
ligere dignitatē dum fortia sibi subiecta miratur animalia. Neq; enim nudū illum ac sine præ
sidio reliquit:nec diuersis periculis velut exposuit infirmū: sed quem inermē extrinsecus fece
rat:melius intus armauit:ratione scilicet atq; prudentia:vt per intellectū vigorēq; mētis:quo
cæteris præstabat animalibus:factorē omniū solus agnosceret: et inde seruiret deo:vnde aliis
Ecci.15. dominabitur. Quē tamē iustitiæ dominus voluntariū esse voluit nō coactū. Et ideo reliquit
eum in manu cōsilii sui: posuitq; ante eū vitam & mortē:bonū & malū:& qđ placuerit ei:da-
Deute.30. bitur illi. Vnde etiā in Deuteronomio legimus: Vitā & mortē dedi ante faciem tuā:benedi-
Ca.3. dictionē & maledictionē:elige tibi vitā vt viuas. Hinc iā prouidēdū est:ne forte illud remor
deat te in quo temere imperitū vulgus offendit: & ideo nō vere bonū factū hominē putes: q̄a
is facere malū potest:nec ipsa naturæ violentia astringitur ad immutabilis boni necessitatem.
Nam si diligenter retractes: & ad subtiliorem intellectū cogas animū: hinc tibi melior status
hominis ac superior apparebit: vnde putatur inferior. In hoc enim gemini itineris discrimine
in hac vtriusq; partis libertate rationabilis animę decus positū est. Hinc inquā totus naturæ

nostræ honor consistit: hinc dignitas:hinc deniq; optimi quiq; laude merent: hinc præmium nec esset omnino virtus ylla in bono perseuerantis:si is ad malũ trãsire nõ potuisset. Volens nanq; deus rationabilẽ creaturam voluntarii boni munere:& liberi arbitrii potestate donare vtriusq; partis possibilitatẽ homini inserendo: pprĩũ eius fecit esse qđ velit:vt boni ac mali capax:naturaliter vtrũq; posset:& ad alterutrũ voluntatẽ deflecteret. Neq; eñ aliter spontaneum habere poterat bonũ:nisi ea creatura q̃ etiã malũ habere potuisset. Vtrũq; nos posse voluit optimus creator:sed vnũ facere:bonũ scilicet:qđ & imperauit:maliq; facultatẽ ad hoc tantũ dedit:vt voluntatẽ eius ex nostra voluntate faceremus. Qđ cũ ita sit: hoc quoq; ipsum q; etiã mala facere possumus:bonũ est. Bonũ inquã:quia boni partẽ meliorẽ facit. Facit eñ ipsam voluntariã:sui iuris:nõ necessitate deuictam:sed iudicio liberã. Licet eñ nobis eligere:refutare:pbare:respuere. Nec est quo magis rationabilis creatura cæteris pferatur:nisi q; cũ omnia alia conditionis tantũ ac necessitatis bonũ habeant:hęc sola habeat etiã volũtatis. Sed pleriq; impie:nõ minus q̃ imperite:cũ super statu hominis queritur:vereor dicere: quasi reprehendentes opus dñi:talẽ illũ aiũt debuisse fieri:qui omnino facere nõ posset malum. Dicit itaq; ei figmentũ qui se finxit:qđ me fecisti sic? Et improbissimi hominũ dũ dissimulãt id ipsum bene administrare:qđ facti sunt:aliter se factos esse malunt:vt qui vitã suã emẽdare nolunt:videatur emendare velle naturã:cuius bonũ ita generaliter cunctis institutũ est:vt in gẽtilib⁹ quoq; hominibus:qui sine yllo cultu dei sunt:se nõnũq̃ ostendat ac proferat. Q̃ multos enim philosophorũ & audiuimus:& legimus:& ipsi vidimus:castos:patientes:modestos:liberales:abstinentes:benignos:& honores mũdi simul & delitias respuentes:& amatores iustitiæ nõ minus q̃ scientiæ. Vnde quęso hominibus alienis a deo:ista quę deo placent? Vnde autẽ illis bona:nisi de naturæ bono? Et cũ ista q̃ dixi:vel omnia in vno:vel singula in singulis haberi videamus:cum omnium natura vna sit:exemplo suo sibi inuicem ostendũt:omnia in omnibus esse posse:quæ vel omnia in omnibus:vel singula in singulis inueniãtur. Quod si etiã sine deo homines ostendũt:quales a deo facti sunt:vide quid christiani facere possunt:quorum in melius Ro.9.

B per Christũ natura & vita instructa est:& qui diuinæ quoq; gratiæ iuuantur auxilio. Age iã ad animę nostræ secreta veniam⁹: seipsum vnusquisq; attẽtius respiciat. Interrogemus quid de hoc sentiant propriæ cogitationes:ferat sentẽtiam de naturæ bono ipsa cõscientia:instruamur domestico magisterio animi:& mentis bona non aliunde magis quæq; q̃ ab ipsa mente discamus. Quid illud obsecro est:q; ad omne peccatum aut erubescim⁹: aut timemus:& culpam facti nunc rubore vultus:nũc pallore monstramus:ac trepidante animo: etiam in minimis delictis testem effugimus:conscientia remordemur? Et diuerso autem in omni bono læti constantes:intrepidi sumus:idq; si occultum est:palam etiam fieri cupimus:& volumus: nisi q; testimonio sibi est ipa natura:quæ hoc ipso declarat bonum suum:quo ei malum displicet:& dum in bono opere confidit; quid solum eam deceat ostendit. Hinc illud est:q; frequenter carnifice occulto/in authorem sceleris conscientiæ tormenta desæuiunt:& latẽtem reum secreta mentis pœna persequit:nec yllus post culpam impunitatis locus est:dũ fit reatus ipse supplicium. Hinc est q; econtrario innocẽs etiam inter ipsa tormenta fruitur conscientiæ securitate:& cum de pœna metuat: de innocentia gloriat. Est eñ inquã in animis nostris naturalis quędam (vt ita dixerim) sanctitas:quę velut in arce animi pręsidens:exercet mali boniq; iudiciũ:& vt honestis rectisq; actibus fauet:ita sinistra opera condẽnat:atq; ad conscientiæ testimonium diuersas partes domestica quadã lege diiudicat. Nec yllo prorsus ingenio: aut fucato aliquo argumentorũ colore decipit:ipis nos cogitationib⁹ fidelissimis & integerrimis sane testibus:aut arguit:aut defendit. Huius legis scribẽs ad Romanos meminit apl's: quã omnibus insitã:velut in quibusdã tabulis cordis scriptã esse testatur:cum inquit: Gẽtes q̃ legem non habent :naturaliter quæ legis sunt faciunt : huiusmodi legem non habentes:ipsi sibi sunt lex:qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis : testimonium reddente eis conscientia eorum:& inter se inuicem accusantium cogitationum aut etiam defendentium. Hac lege vsi sunt omnes:quos inter Adam atq; Moysem sancte vixisse atq; placuisse deo:scriptura commemorat. Quorum tibi exempli causa aliqui proponendi sunt : vt facile intelligas quantum sit naturæ bonũ: cum eam legis vice docuisse iustitiam probaueris. Abel primus hanc magistram secutus:ita dominum promeruit:vt dum ei offerret hostiam:tam grate sacrificiũ eius acceptum deo fuerit: vt fratrem in inuidiam concitaret. Quem iustum in euangelio domin⁹ ipse commemorans:breuiter perfectionem eius exposuit. Omnis enim virtutum species vno

Ca.4.

Ro.2.

Ca.5. Gre 4. Matth.24.

B.

Geñ.5. iustitiæ noie cõtinet. Beatũ Enoch ita placuisse deo legimus:vt eũ ex medio mortaliũ rape
Eccli.44. ret:& in mundo consummatũ de mundi habitatione transferret. Noe iustus in generatione
sua & perfectus asserit:cuius sanctitas eo magis est admirabilis:quo prorsus a iustitia declinã
te mundo:solus iustus inuẽtus est. Nec ab alio sanctitatis quęsiuit exemplũ:sed ipse præbuit:
Geñ.7. Et ideo totius orbis imminẽte naufragio:solus ex omnibus meruit audire:Intra tu & domus
tua in arcã:quia te vidi iustũ in generatione ista corã me. Ante deũ autẽ ille iustus pbatur:q
Geñ.14. corpore sanctus est & corde. Melchisedech sacerdos dei legit:cuius meritum facile ex hoc in
telligi põt:ꝙ multo post futurũ dñi sacramentũ añ signauit:ac sacrificio panis & vini myste
riũ corporis & sanguinis expressit: ac sacerdotii sui typo Christi sacerdotiũ figurauit:cui a
Psal.109. patre dicitur:Tu es sacerdos in æternũ scdm ordinẽ Melchisedech. Nam & benedicit Abraã
Geñ.17. principẽ patriarcharũ:q per circũcisionẽ pater iudęoꝶ:per fidẽ gentiũ:illius signãtissime ostẽ
Geñ.19. dit figurã:q per fidẽ suã iudęis donauit benedictionẽ & gentibus. Loth quoqꝫ sancti Noe vir
tutẽ secutus:inter tot peccantiũ exempla iustitiã nõ reliquit. Et vt illũ totius mundi exẽplũ
nõ vicit:ita hic tota illa in qua habitabat regione peccante:contra multitudinis vitia tenuit
2.Petri.2. sanctitatem. Qui:vt beatus apl's Petrus ait: Visu & auditu iustus erat:& inter pessimos posi
tus mala eorũ & oculis auersabat & auribus:atqꝫ ideo simili exemplo vt ille diluuio: ita hic ẽ
reptus incendio. Quid Abraã amicũ dei:quid Isaac:& Iacob memorẽ:q̃ perfecte impleuerũt
dñi voluntatẽ vel hinc possumus æstimare:ꝙ familiari quadã & præcipua dignitate: eorũ se
Exo.3. deũ voluit nominari:Ego sum inqt deus Abraã:deus Isaac:& deus Iacob:hoc nomẽ meũ sem
piternũ:& memoriale in generatiões generationũ. Ioseph fidelis dñi famulus a puero tribula
tionibus magnis iustus ostendit:qui primũ a fratrib⁹ Ismaelitis in seruũ addictus est: ab eisqꝫ
vẽditus:a quib⁹ se viderat adorandũ:deinde Aegyptio dño traditus:semp tñ ingenuæ aię te
nuit dignitatẽ:docuitqꝫ exemplo suo & seruos liberos in nõ peccãdo nõ cõditionẽ cuiq̃ obes
se:sed mentẽ. Hic quęso remorare paulisp:& castũ animũ sollicite virgo cõsyderã. Cõcupiscit
a dña foemina adolescẽs:nec ad cõcupiscẽtiã reuocat. Rogat & fugit:vna hac in re & blandit
& supplicat:q̃ in cęteris imperabat. Amator dei:mulieris amore nõ vicit. Castũ aĩm nec ætas
adolescẽtię permouet:nec diligẽtis authoritas. Contẽpta frequẽter dña:ppiores adolescẽti in
sidias tendit. In secreto ac sine testib⁹ manu impudẽs apphendit:ac pcacioribus verbis horta
tur ad crimẽ. Nec quidẽ hinc vincitur:sed vt verba verbis:ita res rebus refert. Nã qui freqn
Matth.5. ter rogatus negauerat:nũc comprehẽsus astringit:& anteq̃ illud euangelicũ diceret:Qui vi
derit mulierẽ ad cõcupiscendã eã:iam mœchatus est eã in corde suo:Ille non aspectu solũ: sed
ipso pene complexu puocatus a fœmina:fœminã nõ cõcupiuit. Castitatis virtutẽ hucusqꝫ mi
rata es. Nũc respice benignitatẽ. Priusq̃ ppheta diceret: Vnusquisqꝫ malitiã proximi sui nõ
reminiscatur in corde suo:ille pro odio reddidit charitatẽ:& cũ videret fratres suos immo ini
Geñ.45. micos ex fratribus:cumqꝫ ab eis cognosci vellet:dilectionis affectũ pro dolore testat⁹ est:deos
culabatur singulos & irriguis fletibus pauentiũ colla pfundẽs:odiũ fratrũ charitatis lachry
mis abluebat:quos tã viuo patre q̃ mortuo: germano semp dilexit amore. Nec recordat⁹ est
illũ in quo ob necẽ fuit deiectus lacum:nõ cogitauit addictã germanitatẽ pretio:sed pro ma
Ca.6. lis bonũ retribuẽs:apostolicũ pręceptũ sub naturæ adhuc lege cõpleuit. Quid de beato Iob D
dicã famosissimo illo athleta dei:q post direptas opes:& fundit⁹ deleta patrimonia:post filioꝶ
ac filiaꝶ vnũ subito interitum:ad vltimũ pprio contra diabolũ corpore dimicauit? Auferun
tur oĩa q̃ extrinsecus possidebat:& extranea bona repente decidũt:vt magis ppria clarescãt.
Omnib⁹ prorsus velut indumentis exuitur:vt expeditius & fortius nudus triũphet: & hostẽ
quẽ ferendo damna añ supauerat:rursus tolerãdo supplicia deuincat. De quo tale ipsius dñi
Iob.1.&.2. testimoniũ est:Nunqd cõsyderasti puerũ meũ Iob? Non est eñi similis ei quisq̃ in terris:homo
Iob.31. sine querela:verus dei cultor:abstinẽs se ab omni malo. Nec immerito:Semp eñi (vt ipse ait)
Iob.27. tanq̃ tumentes sup se fluctus timebat dñm:& psentiæ eius põdus ferre nõ poterat:nec aude
Matth.5. bat aliquãdo contẽnere:quem semper adesse credebat:dicebatqꝫ:Securus sum:non enim rep
Iob.31. hendit me cor meum in omni vita mea. Qui anteq̃ dominus inimicos præciperet esse diligẽ
Lucæ.6. dos:dicere poterat:Si in malis inimici mei gauisus sum:si dixi in corde meo: benefactum est.
Iob.31. Nec dum euangelicũ illud sonuerat:Omni petẽti te tribue:& iam ille dicebat:Si exire passus
Col.4. sum inopem ianuam meam sine viatico. Nondum legerat illud apostoli: Domini quod iustũ
Iob.31. est & æquum seruis pręstate:& confidens clamabat ad dominum:Si seruo nocui: si ancillam
1.Timot.6. læsi:omnia tu scis domine. Priusq̃ quidem apostolus pręciperet diuitibus:non sublime sape

re:neq; sperare in incerto diuitiarum: sic habuit ille diuitias: vt se alibi diuitem esse mõstra-
ret. In diuitiis inquã non confidebam: nec in lapide pretioso. Et hoc non verbis tantũ sed ipsis Iob.31.
quoq; rebus probauit: dicebatq; per singula: Dominus dedit: dominus abstulit: sicut domino Iob.1.
placuit: ita factum est: sit nomen domini benedictum in sæcula. Nudus exiui de vtero matris
meæ: nudus redeam illuc. Quo enim affectu possideamus aliquid: docemus cum id amisim⁹:
& cupiditatem fruendi carendi dolor prodit: quem qui in carendo non habuit: in possidendo
B quonam modo habuit? O virum ante euangelia euangelicum: & apostolicum ante apostoli- Ca.7.
ca præcepta discipulum apostolorum: qui aperiens occultas diuitias naturæ: & in medium
proferens ex se: quid omnes possimus ostendit: docuitq; quantus sit ille thesaurus animę: quẽ
nos sine vsu possidemus: & quod proferre nolum⁹ nec habere nos credimus. Post multa quę
de natura diximus: etiam sanctorum exemplis bonum eius ostendimus: ac probauimus. Et
ne ecõtrario ad ipsius culpam pertinere putetur: ꝙ aliqui iniqui fuerint: scripturarum vtar
testimoniis: quæ peccantes vbiq; crimine voluntatis grauant: non excusant necessitate na-
turæ. In Genesi legimus: Simeon & Leui fratres consummauerunt iniquitatem suam ex vo- Gen̄.49.
luntate sua. Ad Hierusalem dominus locutus est: Propter quod ipsi dimiserunt viam meam Hiere.9.
quam dedi ante faciem eorum: & non exaudierunt vocem meam: sed abierunt post volunta-
tem cordis sui mali. Ac rursus idem propheta: Et peccastis deo: & non exaudistis vocẽ eius
& in mandatis illius & in legitimis & in testimoniis eius ambulare noluistis. Per Esaiam
quoq; prophetam dominus locutus est: Si volueritis et audieritis me: quæ sunt bona terræ Esa.1.
manducabitis. Si autem nolueritis neq; audieritis me: gladius vos consumet. Et rursum:
Omnes vos occisione decidetis: quia vocaui vos: & non exaudistis: locutus sum & neglexi- Esa.65.
stis: & fecistis malum ante conspectum domini: & quæ nolebam elegistis. Ipse quoq; domin⁹
in euangelio ait: Hierusalem hierusalem quæ occidis prophetas: & lapidas eos qui ad te mis- Matth.23.
si sunt: quotiens volui congregare filios tuos: quemadmodum gallina congregat pullos su-
os sub alis suis: & noluisti? Vbi velle videmus: & nolle eligere & refutare: ibi non vis natu- De arbitrii
ræ sed libertas intelligitur. Voluntatis plena sunt vtriusq; testamenti volumina: quibus humani li-
tam bonum esse: q̃ malum voluntatium semper ascribitur: quæ nos modo breuitatis causa bertate.
omittimus: maxime cum sciamus te sacræ lectioni deditam de ipso vberius fonte potare.

Neq; vero nos ita defendimus naturæ bonum: vt eam dicamus malum non posse facere:
quam vtiq; boni ac mali capacem etiam profitemur. Sed ab hac eam tãtummodo iniuria vin- Nimia libe-
dicamus: ne eius vitio ad malum videamur impelli: qui nec bonum sine voluntate faciamus ri arbitrii ex
vel malum: & quibus liberum est: vnum semper ex duobus agere cum semper vtrunq; pos- tollentia.
F simus. Vnde enim alii iudicaturi sunt: alii iudicandi: nisi ꝙ in eadem natura dispar volun- Ca.8.
tas est: & quia cum omnes idem possimus diuersa faciamus? Itaq; vt hoc ipsum clarius luce-
re possit: alia exempla sunt proferenda. Adam de paradiso eiicitur: Enoch de mundo rapitur.
In vtroq; dominus libertatem arbitrii ostendit. Vt enim placere potuit ille qui deliquit: ita
potuit peccare iste qui placuit. Nõ enim a iusto deo aut ille punire meruisset: aut hic eligi: ni-
si vterq; vtrũq; potuisset. Hoc de Cain & Abel fratribus: hoc etiam de Iacob & Esau geminis
intelligendum est: Ac sciendum: solam volũtatem causam esse: ꝙ in natura eadem merita di-
uersa sint: & Sodomorum crimina: Loth sanctitas iudicauit. Nec illud est paruum argumẽ-
tum ad probandum naturæ bonum: ꝙ illi primi homines per tot annorum spatia absq; vl-
la admonitione legis fuerunt: non vtiq; ꝙ deo aliquando creaturæ suæ cura non fuerit: sed
quia se talem sciebat hominum fecisse naturam: vt eis pro lege ad exercendam iustitiam suf-
ficeret. Deniq; q̃diu recentioris adhuc naturæ vsus viguit: nec humanę rationi velut quan-
dam caliginem: longus vsus peccandi obduxit: sine lege dimissa natura est. Ad quam do-
minus nimis iam vitiis obrutam: & quadam ignorantiæ rubigine infectam: limam legis
admouit: vt huius frequenti admonitione expoliretur: & ad suum posset redire fulgorem.

Neq; vero alia nobis causa difficultatem quoq; benefaciendi facit: q̃ longa consuetudo vi-
tiorum: quæ nos infecit a paruo: paulatimq; per multos corrupit annos: & ita postea ob-
ligatos sibi & addictos tenet: vt vim quodammodo videatur habere naturæ. Omne illud
tempus quo negligenter edocti: id est ad vitia eruditi sumus: quo mali etiam esse studui-
mus: cum ad incitamenta nequitiæ innocẽtia pro stultitia duceret: nunc nobis resistit: con-
traq; nos venit: & nouam voluntatem impugnat vsus vetus. Et miramur cur nobis per
otium atq; desidias nescientibus etiam quasi ab alio sanctitas conferatur: qui nullam con-

ſuetudinem boni facimus:cum malum tamdiu didicerimus. Hæc de naturæ bono curſim
quaſi in alio opere dicta ſint:qđ ideo nobis faciendũ fuit:vt tibi planiorẽ viã ad perfectã iuſtiti
am ſterneremus:quã eo facilius currere poſſis:quo in ea nihil aſperum:nihil inacceſſibile eſſe
cognoueris. Nam ſi etiã añ legẽ (vt diximus) & multo añ noſtri ſaluatoris aduentũ iuſte qui
dã vixiſſe & ſancte referant:quãtomagis poſt illuſtrationẽ aduentus eius nõ id poſſe creden
dũ eſt:q inſtructi per Chriſti gratiã:& ĩ meliorẽ hoĩem renati ſumꝰ:q ſanguie eiꝰ expiati atq
mũdati:illiuſq exemplo ad perfectã iuſtitiã ĩcitati:meliores illis eſſe debemꝰ:q añ legẽ fuerũt
Ro.6. meliores etiã q̃ fuerunt ſub lege:dicẽte apľo:Peccatũ in vobis iã nõ dominabit:Nõ eſtis enim
Ca.9. ſub lege:ſed ſub gr̃a? Et qm̃ ſufficienter de his (vt puto) diximus:nunc inſtituamus perfectã G
Tranſitꝰ ad virginem:q̃ ex vtroq ſemper accenſa & naturæ ſimul & gratiæ bonũ morũ ſanctitate teſtet.
virginis in- Prima igit virginis cura:primumq ſtudium ſit:ſcire voluntatẽ dñi ſui: & quid ei placeat:
ſtitutionem quid ve diſpliceat:diligenter inquirere:vt ſcđm apl̃m:rationabile deo reddat obſequium:to-
Prima virgi tumq vitæ ſuæ curſum ex eius poſſit ordinari ſententia. Impoſſibile eſt enim ei quenq̃ pla-
nis cura pri cere:cui quid placeat ignorat:fieriq poteſt vt etiã obſequẽdi voto offendat qui quomodo ob
mũq ſtudiũ ſequi debeat ante nõ didicit:& vt maiꝰ eſt: voluntatẽ domini facere:q̃ noſſe: ita prius eſt noſ-
Ro.12. ſe q̃ facere.Illud enim merito pręcedit hoc ordine. Vnde ꝑpheta dicit: Et tu iſrael noli igno-
1.Cor.14. rate.Et beatus Paulus:Qui autẽ ignorat:ignorabitur.Itemq alibi.Propterea nolite fieri im-
Ephe.5. prudentes:ſed intelligentes quæ ſit voluntas domini.Initium obedientiæ eſt:quid præcipiat
velle cognoſcere:& pars eſt obſequii:didiciſſe quid facias. Scito itaq in ſcripturis diuinis per
quas ſolas potes plenam dei intelligere voluntatẽ:prohiberi quędam:pręcipi quædam: conce
di aliqua:nonnulla ſuaderi.Prohibentur mala:pręcipiuntur bona:conceduntur media: perfecta
ſuadentur. In duobus illis quæ priori loco ſunt:peccatum omne concluditur.In vtroq enim
dei continetur imperium:& non ſolum pręcipere:ſed & prohibere ipſum: iubentis eſt.Gene-
raliter namq omnibus mandatur iuſtitia: quam ſaluator in euangelio breuiter quidem:ſed
Matth.7. pleniſſime cõprehendens/ ait: Quæcunq vultis vt faciãt vobis homines bona:hæc & vos fa-
cite illis:hoc eſt vt nihil mali inferamus aliis:& pręſtemus omne quod bonũ eſt: quiã volumꝰ
hoc ab aliis in nos vtrũq ſeruari.Hæc ſententia æquo iure præcepti vniuerſos tenet:nec vlli
omnino tranſgredi licet:quod omnibus imperatum eſt:apertuſq contemptus dei eſt: vel face
re prohibita:vel iuſſa non facere. Duo vero reliqua quæ ſequuntur:quorum vnum concedi-
tur & ſuadetur aliud:in noſtra poteſtate dimiſſa ſunt:vt aut cum minori gloria cõceſſis vta
mur:aut ob maius pręmium etiam ea quæ nobis permiſſa ſunt reſpuamus.Conceduntur qui
dem nuptiæ:carnium vſus & vini:ſed horum omnium abſtinentia conſilio perfectiore ſuade-
tur. Ad virginitatis honorem pertinet licentia nuptiarum : & eſcarum indulgentia virtu-
tem abſtinentiæ clariorem facit. Contempſiſti virgo coniugium licitum tibi:prius q̃ con-
cẽneretur.Maioris præmii amore flagrans vouiſti deo non imperatam: ſed laudatam virgi-
nitatem : & conſilio apoſtoli legem tuam feciſti latiorem.Certaminis ingreſſa campum : non
tam laborem curſus q̃ brauium victoriæ cogitaſti. Legeras credo illud euangelicum de per-
petua caſtitate præconium:& ipſius te domini ſermo ad amorem ſeruandæ virginitatis accẽ
derat:qui Petri ſuper hoc ſententiam ipſa rei magnitudine ac difficultate laudauit: & volun
Matth.19. tariis ſpadonibus regnũ cælorum promittens ait.Qui poteſt capere capiat. Rem itaq tam
magnam non impero:non impono: ſed offero:neq quenq̃ ad hoc cogo:ſed ꝓuoco.Q̃q̃ de vi-
ris tantum ſonare videatur:non ſolis tamen viris:ſed æqualiter vtriq ſexui virginitatis pal-
1.Cor.7. ma promittit.Et apľs:de virginibus præceptũ quidẽ ſe dicit nõ habere dei:ſed dat cõſiliũ. Di
2.Cor.13. cit itaq: An experimentũ quęritis eius qui in me loquitur Chriſtus? Perfectionis igitur ſer- H
Ca.10. ua conſilium:beatitudinẽ ſpecialis aggreſſa propoſiti/ſerua generale mandatũ. Dixi:idemq
nunc repeto:In cauſa iuſtitiæ omnes vnum debemus:virgo:vidua:nupta: ſummus : medius
& imus gradus:æqualiter iubemur implere præcepta.Nec a lege ſoluitur:qui ſupra legẽ fa-
cere ꝓponit:quinimmo nullꝰ magis illicita vitare debet q̃ qui reſpuit quæ licebãt.Nec quiſq̃
ita a ſe mandata pollicetur implenda:vt ille qui amore perfectionis ſupra mandata conſcen-
dit:& cum amplius ſtatuit facere q̃ præceptum eſt:oſtendit minus ſibi pręceptum eſſe q̃ po-
tuerit.Deinde qui tantæ ſe obedientiæ ꝓfitetur:vt etiã conſiliũ diuinũ libenter audiat: quo-
modo nõ debet audire pręceptum?Illa enĩ res perfectionis eſt:iſta neceſſitatis. De virginitate
dicitur:Qui poteſt capere capiat.De iuſtitia non dicitur:Qui poteſt facere faciat:ſed: Oĩs ar
bor q̃ non facit fructum bonum excidetur:& in ignem mittetur. Conſydera quæſo quantum

a consilio differt imperiū. Ibi aliquos excepit: hic generaliter oēs cōprehendit. Ibi pręmiū ꝓpo
nit: hic pœnā. Ibi inuitat vt facias: hic nisi feceris cōminat. Hęc igit optima ratiōe distinguēs:
animaduerte quid offeras: animaduerte quid debeas: immo quia vtrūq iā debes: & virginita-
tē: quā vltro obtulisti deo: & iustitiā quā ipe pręcepit: integrū vtrūq persolue. Ille seruus do-
mino placet: qui ita aliquid vltro operis exercet: vt tn̄ etiā imperata perficiat: q nō facit aliud
pro alio: sed vtrūq: nec mutat sed addit obsequiū. Nec te earū exempla decipiant: q̄ sibi in so-
la castitate plaudētes: vt post suas voluntates eant: dei voluntatē abiiciunt: q̄ perpetuæ casti-
tatis bonū: non cū iustitia: sed pro iustitia offerre volunt: & in cōpensatione peccatorū pręmi
um virginitatis annumerant: atq pro pręmio impunitatē petunt: vel certe impudentiori ve
cordia coronādas esse se putant: & in regno cælorum cæteris pręferendas: q̄ sibi transgressio-
ne mādatorū aditū clausere cælorum. Non oīs (Christus inquit) qui dicit mihi dn̄e dn̄e: in- Matth.7.
trabit in regnum cælorū: sed qui facit voluntatē patris mei q in cęlis est: ipe intrabit in regnū
cælorū. Meminerint stultas virgines a sponsi ianuis repellendas: dicendū eis: Nescio vos: illis- Matth.25.
q iungēdas esse: de quibus dominus ipe ait: Multi dicent mihi in illa die: domine domine: nō Matth.7.
ne in nomine tuo dæmonia eiecimus: & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc con
fitebor illis: Amen dico vobis nescio vos: discedite a me omnes qui operamini iniquitatem.

Tibi vero longe est alia via ingrediendum: quæ sæculi amore calcato: semper cogitando quę
dei sunt: apostolicam te exhibere vis virginem: quæ tam spiritu sancto: q̄ corpore domini pręs
tolaris aduentum: & animæ tuæ lampadi sanctorum iugiter operum infundis oleum: & sa-
pientibus iuncta virginibus in sponsi obuiam præpararis. Fugienda tibi lata via est: quam
multorum ad mortem euntium comitatus terit: & ad vitam æternam: angusti illius itineris
quod pauci reperiunt: callis tenendus est. Deposuisti iam impedimenta vel maxima: & omne
quicquid a spiritalis vitæ cursu vel retardat vel reuocat: prima statim conuersione vicisti
Repulisti coniugii voluptatem: posteritatis curam: illecebras delitiarum: sæculi pompam: di
uitiarum cupidinem: & cum Paulo potes dicere: Mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Gal.6.
Cuius tale principium est: qualis debet esse perfectio? Hanc mihi tu virtutem: hūc animum
etiam in reliquis affer: eaq vi mentis qua vitiorum occasiones depulisti: vitia nūc ipa respue.
Ornetur morum sanctitate virginitas: & perfectum gradum vitæ perfectio subsequatur. Cer
te si sæcularis vita tibi placuisset: dares operā: ne quis te diuitiis: ne quis corporalibus orna-
mentis: ne quis rerum omniū copia & honore pręcederet: & nunc diuersitas studii diuersam
vitam desyderat. Cura ne quis te in bene viuendo transcendat: ne quis morum sanctitate su-
peret: ne quis tibi in virtutibus pręferatur. Et in illis quæ ante diximus: non erat tuū vt tu aut
omnes vinceres aut nemo te. Cuncta eñ illa foris petuntur: & quicquid aliūde speratur: alienū
est. Hæc vero in tua potestate sunt & vere ꝓpria: quæ nō extrinsecus veniunt: sed in ipo cor-
de generantur. Illa eñ nec oīs q quęrit inuenit: nec qui inuenerit semp tenet: vt ea commoda
re: ita & eripere casus potest. Hęc aūt & oīs q quęrit inuenit: & qui inuenerit eripi sibi nūq̄ ti-
met. Ista eñ sola bona sunt: q̄ sine voluntate non inuenimus aliquando nec perdimus. Habes Verba ab
ergo hic per quæ merito pręponaris aliis: immo hic magis. Nā corporalis nobilitas atq opu- Augustino
lentia: tuorū intelligunt esse non tua. Spiritales vero diuitias nullus tibi pręter te cōferre po in epl'a seq̄n
terit. In his ergo vere laudanda: in his merito cęteris pręferenda es: quę nisi ex te & ī te esse nō ti cōmemo-
possunt. An sola ista vita est quæ certamen nō habeat de profectu? Et in qua vnusquisq hoc rata.
tantū debeat permanere qd̄ cœpit? Nec vllo augmenti desyderio ad maiora contendat? Et cū Error ab eo
in omnibus mundi studiis profectu nō satientur homines: hic tantū cœpisse sufficiet? Feruē- dē dānatus.
tissimi in terrenis: frigidissimi in cælestib⁹ sumus: & summam in reb⁹ paruis exhibentes ala-
critatem: ad maiora torpescimus. Consyderare pudet quantus sit feruor in sæculo: qua cura
singula quæq studia hominum quotidie ad perfectiora nitantur. Literarum ardor nulla pror
sus ætate extinguitur: immo (vt sæcularis authoris vtar sententia) ipsa magis ætate inflam-
matur. Diuitiarum amor insatiabilis est: expleri nescit honorum cupido: celerem habituræ
res finem sine fine quæruntur. Nos diuinam sapientiam: cælestes diuitias: immortales hono-
res: pigra quadam dissimulatione negligimus: & spiritales diuitias aut ne attingimus quidē
aut si leuiter degustauerimus: continuo nos putamus esse satiatos. Aliter nos diuina sapien
tia ad suas inuitat epulas. Qui edunt me (inquit) adhuc esurient: & qui me bibunt adhuc si- Eccli.24.
tient. Nullus vnq̄ talibus explet epulis: nec aliquādo patit de satietate fastidium. Tāto vnus-
quisq capacior: tāto auidior erit: quāto inde plus hauserit. Dn̄s in euangelio: Beati (ait) qui Matth.5.

esuriunt & sitiũt iustitiã:qm̃ ipi saturabunt. Vult eñ esurire nos hic semp ac sitire iustitiam
Ca.12. vt in futuro iustitiæ retributione satiemur. Cõsyderanda vis ipsa verborum est:& ita nobis K
desyderanda est iustitia:vt in fame vel siti cibus desyderatur ac potus:& in hoc cõmune om-
nibus est dicendum his qui immortalis vitæ præmia desyderant. Iam tuũ est æstimare quãtũ
animo præstare debeas:quæ maioris premii desyderio plus facere ꝓposuisti:q̃ vel alios necesse
est. Apostolus diffiniens Christi virginem:longe eam separauit a nupta:& diuersis studiis sin
1.Cor.7. gularitatis meritũ coniugiiꝗ diuisit. Innupta (inquit) & virgo cogitat q̃ dei sunt: quomodo
placeat deo:vt sit sancta corpore & spiritu. Quæ aũt nupta est:cogitat q̃ sunt mundi:quomo
do placeat viro suo. Quæ corpore & spiritu sancta est:nec in membris nec in mẽte delinquit.
Delinquere aũt nõ in causa castitatis tm̃ esse potest:sed etiã in quacunqꝫ parte iustitię. Quis
eñ virgo corpore:virgo sit spiritu:& nihilominus aut manibus:aut oculis:aut auribus pec-
cet:aut lingua:quomodo corpore sancta dicenda est? Deinde si vel odio infecta:vel inuidia: vel
auaritia:vel iracundia sit:quomodo spiritu obtinet sanctitatẽ? Et si nupta: quę amore cõiugii
cogitat quomodo placeat viro suo:quantũ liberis relinquat:q̃ variis mundi astricta curis/ta-
rius ad voluntatẽ dei respicit:tamẽ de peccatis excusare se nõ potest:quid faciet virgo: q̃ solu
Ca.13. ta ab omnibus huius mundi impedimentis ac libera scholã quandã castitatis ingressa est? Si L
vis itaqꝫ propositi tui magnitudinẽ æquare moribus:& per omnia deo copulari:si leue ac sua
ue iugũ Christi suauius tibi leuiusqꝫ vis facere:nũc maxime in beata vita curã impende:nunc
stude vt calentẽ recentis fidem conuersionis nouus semp ardor accendat: & in tenera adhuc
ætate facilius sanctæ conuersationis vsus inolescat:quicquid in te primũ institueris hoc ma-
nebit:& ad initiorũ tuorũ regulam reliqua vita decurret. Finis in ipo exordio cogitãdus est
qualis ad illum vltimũ diem peruenire cupis:talis nũc iã esse conare. Consuetudo est quę aut
vitia aut virtutes alit:quęqꝫ in his plurimum valet:cũ quibus ab ineunte ætate simul creue-
rit. Optimi sunt ad institutionẽ morũ primi quiqꝫ anni. Habẽt eñ in se lentũ quiddã & mol-
le:quod facile formari queat:atqꝫ ad arbitrium volentis trahi:& in cũctis fere rebus citius as-
suescit ut omne qđ tenerũ est. Nouellas adhuc & vix firmę radicis arbusculas:dũ ad omnem
ductũ sequaces sunt:in quãlibet partẽ flecti facile est:q̃ natura plærũqꝫ curuatæ: cito ad arbi-
triũ colentis corrigunt. Tenera adhuc & primæ ætatis animalia:sine labore domari solent:
quanto citius a vagandi libertate dissueta sunt:tanto facilius vel colla iugo vel frenis ora in-
suescunt. Ipsa quoqꝫ literarũ studia teneris melius inserunt ingeniis:idqꝫ penitꝰ inhærere sen
sibus solet qđ prius sederit in mente. Hoc idẽ plurimũ etiã in bene viuẽdi ratione valet: dum
adhuc mobilis est ætas;& animus duci facilis:exercẽda boni consuetudo:& iugi meditatione
firmanda est. Occupandũ est optimis rebus ingeniũ:& sanctæ cõuersationis vsus altius inse
rendus est. Tunc vero ad perfectionis fastigiũ animus ascẽdit:& lõgę consuetudinis beneficio
vtitur ad bene viuendi facultatẽ:& virtutes suas etiã ipe miratus secũ quodãmodo in se pu-
Ca.14. tabit natũ esse:qđ discit. Respice obsecro quantũ a te sanctitatis auia materqꝫ expectant: q̃ M
cum te quasi nouũ & illustre quoddã lumen generi suo natum esse putant:nũc in te solã om-
nem curã animi trãstulerunt: & propositi tui cursum miris studiis ac fauore succendũt. Cũ
qꝫ ipę te ad honestatẽ morũ ab ineunte ætate formauerint:nunc a te vinci cupiunt: tuãqꝫ vi-
ctoriã suã laudẽ esse putãt. Quarũ egregia erga deũ fides/in ꝓfessione tua maxime claruit:cũ
te iam nuptiis præparatam:simul atqꝫ aliud velle didicerũt:mira continuo assensus celerita-
te:ad id qđ elegeras cohortatę sunt:& trepidã pro ætate sui,iam volũtatis suę authoritate fir-
mauerũt:tuũqꝫ votũ cõmune fecerũt. Quę cũ multos suorũ in altissimo dignitatis gradu vi
derint:de nullo ita vt de te aliqñ lætatę sunt nihil eñ ita magnũ:nihil tam pręclarũ in quoq̃
viderãt. Sola quippe pręstitisti generi tuo:qđ longa retro ætate nõ habuit:licet ediderit viri
lis sexus memorabiles consulatus:& amplissimi ordinis status illustris familię nomĩa frequẽs
a dierit:nihil vnq̃ tamẽ in genere vr̃o hoc tuo honore fuit pręstãtius:q nõ corporali aluo: sed
in libro memoriæ immortalis insertus est. Cũ exceperint illi theatrales toto orbe plausus:mi-
raqꝫ acclamãdi cõspiratione insignia cõsulum merita lætũ vulgus expresserit: lõge tm̃ tui ho
noris est gloria maior:q̃ gaudiũ in cælis fecit:angelisqꝫ lætitiã. Per te eñ nõ meretriculę locu
pletant:sed alunt virgines Christi:nõ venator & auriga ditant:sed sustentant pauperes Chri
sti. Ad cõsulatũ eorũ diuersę totius orbis ꝓuincię:ad quas domꝰ vestræ potentia extẽdit:per
egrinas feras:& ignota aĩalia transmiserunt:q̃ crudelis arenæ solũ vel suo vel hoĩm sanguine
cruentarent. Ad te vero electæ quæqꝫ virgines mittunt:quas tu pretiosissimũ munꝰ offeras

deo:tuoq; exẽplo ad perpetuã prouoces castitatẽ:nõ tibi sed tecũ deo seruituras. Hæc profes-
sionis tuæ gloria rumore celebri vulgata est p cunctos: & ita ad conuersionem tuã totus exul
tauit orbis:vt quod præ ingenti gaudio vix adhuc homines credere poterãt:id semper vide-
antur optasse. Multum his initiis: multũ famæ tuæ odore suspẽsi omnes: mirũ de te nescio
quid audire desyderant: & qui professionis tuæ cognouere virtutem : nunc cõuersationis ex
pectant. In te nunc puta cunctorum ora oculosq; conuersos:& ad spectaculum vitæ tuæ to-
tum consedisse mundum. Caue ne per te tantorum animi offendant:nec minus in te inueni-
ant q̃ requirunt. Verum quid ego tecum de hominibus ago:eorũq; de te expectationẽ ad co
hortationẽ tuam traho? Deus ipse omniũ rector ac dñs/cũ omni angelorũ militia/certamẽ tuũ
expectat:tibiq; contra diabolũ dimicanti parat æternitatis coronã:& cæleste pręmium incita
mentũ victorię facit. Huic tanto spectaculo:vide quẽ animũ:quã debeas offerre virtutẽ:& cer
N taminis magnitudinẽ de expectantiũ dignitate metire. Hęc tibi itaq; in hoc agone subeundi Ca.15.
pręcipua cura sit:hic primus accinctus:internitionis bellum virtute deuincere:& aduersum
diaboli castra in oĩa pręcepta dei iurare :nec tantũmodo declinare vetita: sed iussa complere.
Neq; enĩ tibi sufficit a malis otiosam esse:si otiosa fueris a bonis:cũ lex dei duplici mãdatorũ
genere distincta sit:& mala prohibẽs/bona imperet:atq; ab vtraq; parte contemptũ vetet. Nõ
enĩ tñ ille seruus cõtempsit dñm:q phibita fecerit:sed & q iussa nõ fecerit. Dicta a nobis paũ
loante sentẽtia est:Omnis arbor q̃ nõ facit fructũ bonũ excidetur & in ignem mittet: & blan- Matth.7.
dimur nobis si a malis fructibus non grauemur qui damnandi sumus si a bonis steriles mãse-
rimus. Iuxta hanc intelligentiã abscindet pater omnẽ palmitẽ fructũ nõ ferentem in filio:& q
acceptũ talentũ in sudario abscõdit : quasi inutilis seruus & nequã damnat a dño:nec minu-
isse solũ:sed & nõ auxisse culpabilẽ est. Nõ ideo aliqua putes contẽnenda esse mãdata:quia le-
uiora sint. Tam enĩ maxima illa q̃ minima a deo imperata sunt:& contẽptus cuiuscũq; pręce-
pti:pręcipientis iniuria est. Vnde beatus Paulus clamat & docet: Oĩa facite sine murmura- Phil.2.
tione & hęsitatione:vt sitis irrephensibiles & simplices sicut filii dei immaculati in medio na
O tionis prauæ & peruersæ:inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Remoremur hic vir Ca.16.
go paulisper:& pretiosissimas margaritas quibus exornanda est spõsa Christi/per singula apo
stoli verba pensemus. Oĩa inquit facite. Non enĩ quasi ad arbitriũ nostrũ quædã ex mandatis
dei debemus eligere:sed generaliter vniuersa cõplere:nec aliqua pręcepta eius quasi vilia mu
nuscula ac parua cõtemnere:sed imperantis in omnib9 maiestatẽ aspicere. Nullũ quippe mã-
datũ dei contemptibile nobis videri põt:si eius semp cogitemus authorem sine murmuratio
ne & hæsitatione. Viles & ignobiles dños palam cõtemni videmus a seruulis: eisq; ad mini-
ma quęq; pręcepta in faciẽ resistimus. Et hoc in personas nobiles iam non admittit: quantoq;
potẽtiores dñi:tãto serui ad obedientiã prõptiores sunt. Cũq; difficiliora præcipiũt: libẽtius
audiunt. Certe ad regis imperiũ ita oẽs parati sunt & in pcinctu obediẽtię constituti:vt etiã
optent iuberi:& nõ solũ bene merituros esse se credũt si iussa fecerint:sed tãq; iam meruissent
qd iussi sunt:ita pro dignitate pręcipiẽtis:seruitiũ beneficii loco ducit. Nobis vero deus ipse
æterna illa maiestas: ineffabilis atq; inęstimabilis potestas:sacras lr̃as: & vere adorandos præ
ceptorũ suorũ apices mittit: & nõ statim cũ gaudio ac veneratione suscipimus:nec p magno
ducimus beneficio tam illustris potestatis imperium: maxime cum nõ iubentis quærit cõmo
dũ:sed vtilitas subsequẽtis. Verũ ecõtrario fastidioso ac remisso aĩo:supborũ ac nequã seruorũ
more:in os dñi reclamamus & dicimus:durũ est:arduũ est:nõ possumus:hoĩes sumus:fragili
carne circũdamur. O cæcã insaniã. O pphanã temeritatẽ. Duplici ignorantia accusamus de
um scientię:vt videatur nescire qd fecit:nescire qd iussit:quasi oblit9 fragilitatis humanæ cu
ius author ipse est:imposuerit homini mandata q̃ ferre nõ possit. Simulq;(proh nefas) ascribi
mus iniquitatẽ iusto:pio crudelitatẽ:dũ eũ primo impossibile aliquid pręcepisse cõquerimur:
deinde pro his dãnandum putamus hominẽ ab eo q̃ vitare non potuit: vt qd etiam suspicari
sacrilegiũ est:videat deus nõ tam salutem nostram quęsisse q̃ poenã. Itaq; apl's sciens a domi-
no iustitiæ ac maiestatis:nihil impossibile esse præceptum:aufert a nobis vitium murmuran
di:qd tunc vtiq; nasci solet:cũ aut iniqua sunt q̃ iubentur:aut iubentis minus digna persona
est. Quid tergiuersamur incassum: & præcipienti opponimus naturæ fragilitatem? Nemo
magis nouit mensuram virium nostrarum ; q̃ qui ipsas vires nobis dedit:Nec quisq̃ meli-
us quid possim9 intelligit: q̃ qui ipsam virtutem nobis nostri posse donauit. Nec impossibi-
le aliquid voluit imperare : qui iustus est:nec damnaturus hominẽ fuit pro eo qd vitare non

Ca.17. potuit q̃ pius est. Sequit̃: Vt sitis irrephēsibiles & simplices ad omnē morũ perfectionē. Vnũ P
Phil.2. hoc sufficere verbum potest: qđ etiã in epõ eligẽdo deus quęri iubet. Q̃ eñ circũspecta vita ẽ
q̃ sancta est: q̃ nihil rephensionis incurrit? Quis autem sanctior põt esse: q̃ qui veræ simplicita
tis virtutẽ tenens: nunq̃ aliud corde pmittit: aliud ore vultuq̃ mentit̃: sicut filii dei immacu
lati? Non est exhortatio vehemẽtior: q̃ q̃ nos scriptura diuina filios dei vocat. Quis eñ non
erubescat: & metuat tanto patre agere aliqđ indignũ: vt q̃ dicit̃ dei filius: ipe efficiat̃ vitii ser
uus? Et idcirco adiũgit: Vt simus immaculati. Neq̃ eñ cõuenit in filiis dei: qa ipe est fons iu-
stitiæ: peccati maculã reperiri: in medio nationis prauæ & puersę. hoc est dicere: Quis infini
ta vos cingat peccantiũ multitudo: & innumera sint exempla vitiorũ: vos tñ ita cælestis nati-
uitatis memores esse debetis: vt inter malos viuentes omne malũ vincatis: Inter quos lucetis
Matth.13. (ait) sicut luminaria in hoc mũdo. Et rursum in euangelio legimus: Tũc iusti fulgebũt sicut
sol in regno patris eorũ. Comparat̃ vita pręmio: vt qui in futuro solis fulgore donandi sunt:
hic iã simili iustitiæ claritate resplẽdeant: & infideliũ cæcitatẽ operibus sanctitatis illuminẽt.
Huic loco ille sensus aptandus est: quem ad Corinthios idẽ apostolus deferens ait: Alia clari-
1.Cor.15. tas solis: alia claritas lunæ: alia claritas stellarum. Stella aũt a stella differt in claritate: sic & re
surrectio mortuorũ: dispares sunt in regno cælorũ per singulorũ merita mansiones. Diuersi-
tas eñ operum: diuersitatẽ facit præmiorum: quãtumq̃ aliquis hic in sanctitate fulserit: tan-
tũ ibi fulgebit in honore. Nũc ergo ad omnẽ morũ perfectionẽ mentis aciẽ intende: & ad cæle
ste pręmiũ cælestem vitã pãra. Resplẽdeat omnibus clarissimi in modũ syderis sanctitas virgi
nis: & futuri pręmii magnitudinẽ de nouitate conuersationis ostẽdat. Tibi facilior in bonis
cursus est: quẽ malorum animi cõsuetudo non retinet. Nec timem" ne te a virtutibus vitia
retardent: & maligno diaboli semine Christi frugẽ necent. Nam si etiã illi qui longo peccandi
vsu boniũ quodãmodo obruere naturæ: instaurari per pœnitentiã possunt: & mutata volun-
tate viuendi / consuetudinem consuetudine extinguere: ac optimi quiq̃ de pessimis fieri: quã
tomagis tu potes illa superare: a quibus nõ superata es: Cui nõ tã expellenda sunt vitia: q̃ re-
Ca.18. pellenda: quæ vtiq̃ non suscipere facilius est q̃ semel suscepta deponere. Nec vero eorum tan Q
ta dulcedo est: vt ea debeamus præferre virtutibus: cum nec in omnibus sit delectationis ille
cebra: & a plerisq̃ ea etiam quæ videntur dulcissima / respuantur. Duo nanq̃ sunt ex omni-
bus vitia: quæ maxime homines decipiunt sui voluptate: gula scilicet ac libido. Quæ depone
re eo difficilius est: quo eis vti dulcius est: & tamen hæc vitia tam molesta tamq̃ delectatione
sui periculosa: ita a multis calcari vidimus: vt tota ętate virgines pmanserint in summa absti
nentia. Vt de illis taceam: quæ post delitiarum longum luxum: & inueteratum vsum libidi-
nis: castitati ac temperantiæ se dederint: & vtrunq̃ vitiũ contraria sibi virtute mutauerint.
Aliorum vero vitiorum est longe diuersa ratio: quæ cum nihil habeant iucunditatis: tam
multum amaritudinis habent: quæq̃ cum ad vitãdum multo sint faciliora: raro a quibus vi-
tentur: inuenies. Quid oro te inuide / delectationis præstat inuidia: quem secretis quibusdam
conscientiæ vngulis liuor ipse decerpit: & alienam felicitatem tormentum eius facit? Quid
vero alter ab odio mercedis accipit: nisi horribiles animæ tenebras: & confusæ mentis horro-
rem: qui vultu semper animoq̃ merente: voto quo alteri vult nocere: seipsum cruciat? Quid
autem iracundo furor suus confert: quem sæuissimis exagitatum stimulis conscientiæ: ira
ab omni consilio ac mente deturbat: vt dum irascitur: insanire credatur? Similiter curre
per singula: inuenies tot animæ tormenta: quot vitia: quæ vtiq̃ eo facilius vinci possunt: quo
nulla illiciunt nos voluptate. Quanto illud difficilius: quanto durius (vt de castitatis labo
re taceam) abstinere a vino carnibusq̃: ipso quoq̃ etiam oleo: & vilem sine his cibum post bi-
duum interdum triduumq̃ vix capere: fracta ieiunio membra vigiliisq̃: fomenta balnei cõ-
temnere: necessarias res negare corpori: & vim quandam inferre naturæ? Da tantum in cæ-
teris magnitudinem animi: & vide quid non possis efficere. Sed nos (prohpudor) quadã
delectatione peccati: cum in quibusdam ostendimus quandam vim naturæ nostrę: in aliis om
nino torpescimus: & qui voluptates corporis virtutum amore cõtempsimus: rursum amore
vitiorum tormenta suscipimus: atq̃ ita malis nostris credimus vt ea nec putemus posse
deponi. Quod hoc quæso consilium tuum? Quænam hæc noua viuendi ratio est? Res diffi-
ciles & laboris plenas securus aggredior: & faciliora non posse fieri credo: vinco maxi-
ma: vincendus a paruis. Excelsa & ardua indefessus exupero: & cum venitur ad plana: de-
ficio. Libẽter fugio quod delectat: & non volo vitare quod cruciat. Verum hæc eorum sunt

in famam:morum vero bona quæ secretiora sunt:negligunt. Tu vero quæ calcasti mūdum & concupiscentias eius:vt calcato eo gradum tibi quendam ascendendi ad cælum faceres: mundi gloriam ne requiras.Illi tantum placere stude:cui sæpe displicet qđ hominibus placet & qui ipsa hominum iudicia iudicaturus est. Abstinentia tua & ieiunium eo magis deo grata sunt:quo cum bonis moribus offeruntur: vt quæ in aliis sunt vmbracula vitiorum : in te sint ornamenta virtutum. Respice obsecro ad ipsam qua apud deum illustrata es dignitatē: Ca.19.
qua per baptismum in dei filio renata es: rursumq; per consecrationē virginitatis spōsa Christi esse cœpisti.Ex vtroq; hic tuus honor te ad sollicitudinem tui propositi admoueat. Ar nullus debet esse ibi negligentiæ locus:vbi tam præclara seruanda sunt.Pretiosior quæq; vestis diligentia timidiore custoditur a macula:multo quæsita auro gēma maiori sollicitudine possidetur:& generaliter grandi cura magna quæq; seruantur. Vnde & tu si te ipsam bene custodire cupis:debes honorem tuum semper pretiumq; cogitare. Tanto enim se vnusquisq; negligentius vtitur:quanto se existimat viliorem. Non ob causam aliam magis nobis in scripturis diuinis tam frequenter filiorum dei nomen imponitur:vt illud qđ dicit̄ p pphetas:Et ego ero vobis in patrem:& vos eritis mihi in filios:dicit dominus omnipotens:Et apostolus:Estote imitatores dei sicut filii charissimi:Et beatus Ioannes inquit:Charissimi nūc filii dei sum⁹: & nōdū apparuit quid erimus:Scimus quoniā cum apparuerit:similes ei erimus: quoniā videbimus eum sicuti est:vt q habet hāc spem: sanctificet se:sicut & ille sanct⁹ est:vult nobis doctrinæ cælestis dignitatē qua donati sumus frequēter ingerere:& honorē nostrū peccādi pudorem facere. Vnde etiam dominus ipse ad pfectā nos benignitatē vocans ait: Diligite inimicos vestros:benefacite his q oderūt vos:& orate p psequētibus & caluniantibus vos:vt sitis filii patris vestri:qui in cælis est. Nō est em̄ qđ sic hoīes deo faciat amabiles:vt pietas mentis & bonitas:quæ tota in christiano esse debet:vt etiam in malis abundet:deiq; imitetur beniuolentiam:qui solē suum oriri facit super bonos & malos:& pluit super iustos & iniustos. Hoc itaq; vel in primis absit:vt nemini vel in verbo etiam noceas:vt in omnibus quibuscunq; prodesse studeas:& ne vicē quidem mali reddens:bona p malis:apostolo dicēte:restituas. Nunq̄ detractio ex ore virginis procedat. Vilium satis hominum est:& suā laudē quęrentiū:alios viles facere.quia alterius vituperatione se laudari putant.Er qui suo merito placere nō possunt placere volunt iu comparatione peiorum. Parum diximus:nō solum ipsa nō detrahas:sed ne detrahenti quidem aliquādo credas. Pessimum est hoc vitium qđ alterum vilem facit videri.
Epħ.5.
1.Ioan.3.
Matth.5.
Matth.5.
Ro.12.

Non minus auribus q̄ lingua fugias detractionem. Scripturę memor esto quę dicit:Nō eris consentaneus cum derogātibus aduersus pximū tuum:& non accipies super illo peccatum. Et alibi.Sepi aures tuas spinis:& noli audire linguam nequā. Accusator est em̄ auditor:q facit detractorem:qui si auertit aures:& vultū contrahat: ac oculos abnuendo contineat:male loquentem etiam tacens arguit:vt discat non libenter dicere:qđ didicerit non libenter audiri.Sollicitam satis ori tuo custodiam pone. Nō est quicq̄ em̄ in nobis:quo facilius peccare possumus:q̄ in lingua. Vnde sanctus Iacobus illum esse perfectum dicit:qui non offendit in verbo:Et scriptura dicit:Mors & vita est in manibus linguę. Mentiri aūt: maledicere & iurare: lingua tua nesciat:quia & os qđ mentitur occidit animam:Et qui maledicūt: regnum dei nō possidebunt:iuxta apostolum.Et iurare ipse Christus phibuit:qui dixit:Ego autem dico vobis:non iurare omnino.Et rursum:Sit autem sermo vester:est est:non non:qđ autem amplius est:a malo est. Apostolus breuiter oris vitia resecans ait:Oīs sermo malus ex ore vestro nō pcedat:sed si quis bonus ad ædificationem fidei:vt det gratiam audientibus. Sit autem sermo virginis prudens/modestus/& rarus. Nec tam eloquentia pretiosus q̄ pudore. Mirētur omnes tuam te tacente verecundiam:loquente prudentiam. Mite ac placidū semp eloquiū tuum ornet mixta cum grauitate suauitas:cum pudore sapientia:sit certa atq; librata: suiq; opportunitate gratissima silentii:verbiq; ratio. Nec vnq̄ omino virginis os loquatur:vt tacuisse melius sit:cum ingenti cautione debet loqui:cui non solum malus : sed etiam otiosus sermo vitandus est. Summa tibi scientia sit:notitia summa:vitia virtutesq; distinguere. Quæ q̄q̄ semper contraria sibi sint:aliqua tamen ex eis tanta iungunt similitudine vt discerni omino vix possint. Q̄ multi enim superbiam libertatis loco ducunt: adulationem pro humilitate suscipiunt:malitiam prudentiæ amplectuntur vice:& stultitię simplicitatis nomen imponunt : atq; fallaci ac pessima decepti similitudine:vitiis pro virtutibus gloriātur! Et q̄q̄ hęc omnia subtilissima intelligentia debeas separare:cunctasq; virtutes cum suis lineis insequēdo
Eccle.18.
Iacobi.3.
Prouer.19.
Sap.1.
Gal.5.
Matth.5.
Epħ.4.
Ca.20.

nusq̄ prorsus abscedere: præcipue tamen fictam humilitatem fugiēs: illā sectare quæ vera est quā Christus docuit humilitatē: in qua nō sit superbia inclusa. Multi eñ huius virtutis vmbrā: veritatē eius sequunt pauci. Perfacile est eñ aliquā vestē habere cōtēptā: salutare submissius manus & genua deosculari: inclinato in terrā capite oculisq̄ deiectis: humilitatē ac mansuetudinē polliceri: lenta voce tenuisq̄ sermones infringere: suspirare crebrius: & ad oīne verbū peccatorē ac miserū se clamare: & si vel leui sermone offensus sit: continuo attollere supercilium: leuare ceruicem: & delicatū illum oris sonū insano repente clamore mutare. Aliam nos
Matth.11. humilitatem Christus docuit: qui nos ad exemplum suum hortatur dicēs: Discite a me: quia
1.Petri.2. mitis sum & humilis corde. Qui cum malediceretur nō maledicebat: cum pateretur nō comminabatur.
1.Petri.3. Quā nobis humilitatē beatus Petrus insinuat: Misericordes (īquit) & humiles: non reddentes malū p malo: nec maledictū pro maledicto. Auferantur omnia figmēta verborum: cessent simulati gestus: & ante occasionem sermo placidus: Verum humilem patientia ostendit iniuriæ. Nullus ergo vnq̄ in mente tua vllius sit vitii locus: nihil in te superbū: nihil arrogans: nihil in te fastidiosum. Apud deum non est quicq̄ humilitate sublimius. Ipse loqui
Esa.66. tur per pphetam: Super quē aliū respiciam nisi sup humilē & quietū & trementem sermones meos! Et nunq̄ in irā exardescat animus: qđ est seminariū odii. Tāt⁹ mētē tuā repleat timor dei: vt indignari oīno nō audeas: & irā metu vincas. Beatus apostolus mūdās animā nostrā:
Ephe.4. tāq̄ in habitaculū dei pparās: clamat & dicit: Oīs amaritudo & ira & indignatio & clamor &
Ca.21. blasphemia auferat a vobis cū oīni malitia. Adulatores vt īimicos caue: quorū sermones sup oleū molles: & ipsi sunt iacula. Corrūpūt victis laudibus leues aīas: & male credulis mētibus blādū vulnus infigūt. Creuit hoc in nr̄a ętate vitiū: & in vltimo fine stetit: nec augeri pōt. In hāc oēs nos scholā studiūq̄ dedumus: vt officiū putemus illudere: qđq̄ ipsi ab aliis libenter accipimus: id aliis quasi quoddā munus offerim⁹. Et spe recipiēdę laudis: eos a quib⁹ laudari volumus: ante laudamus. Sæpe adulātiū resistimus verbis ad faciē: & in secreto mētis fauemus: maximūq̄ fructū cœpisse nos ducimus si vel fictis laudibus pdicamur. Nec cogitamus quid ipsi simus: sed quid alteris esse videamur. Vnde eo pducta res est: vt neglecta veritate meriti de sola opinione curemus: q testimoniū vitę nostræ nō a cōsciētia nr̄a: sed a fama petimus. Beata mens est quæ perfecte hoc vitium vincit: nec adulatur aliquando: nec adulanti credit: quæ nec decipit alterum: nec ipsa decipitur: tantūq̄ hoc malū nec facit aliquādo nec patitur. Nihil vnq̄ in te fictum sit: nihil omino fucatum. Cōsciētiā tuā: quæ certe deo semp patet: in multitudine versari puta. Nunq̄ aliud corde: aliud ore prętendas. Quicquid pudet dicere: pudeat etiam cogitare. Illud vero notum iā omnibus: atq̄ diuulgatū est: q̄ vtilis q̄q̄ huic pposito necessaria est ieiuniorū & abstinētię virtus: maxime in his annis: in quibus corpori maior ēst⁹ inest. Nō māducare itaq̄ carnē: neq̄ bibere vinū: apostolica voce laudatū est. Quicquid illud qđ inflāmare corpus potest: qđ fomentū suggerit voluptati: castitatis amore fugiendum est. Nec tamē ita magno huius rei labore grauari te volumus: vt sub ipso statim onere succūbas: per qđ multi dū nimio feruore mētis rationē suaꝝ viriū nō haberēt: subito cōciderūt: & pene ante debilitatē: q̄ sanctitatē de pposito suo consecuti sunt. Optim⁹ est in oīni re modus: & laudabilis vbiq̄ mensura. Corpus non frangendum sed regendum est. Sint ergo moderata & sancta: simplicia in omni mētis humilitate ieiunia: quæ ita attenuent corpus ne animum ele-
Psal.34. uent: ne res humilitatis gignat superbiam: & vitia de virtute nascātur. Ego (inquit) cū mihi molesti essent induebar cilicio: & humiliabā in ieiunio animam meam. Vestis abiectio: cibi vilitas: ieiunii lassitudo: extinguere debent non nutrire supbiam. Quis rem medicinæ vulnus faciat: & inde sanē lædat quoq̄: vnde iam lęsa curanda sunt! Aut quæ supererit spes salutis: si ista animæ remedia ipsa sint venena! Laborē ieiunii tui misericordiæ opera comendēt: & abs
Oseę.6. tinentia tua pauperum refectione fit gratior. Dominus loquitur p prophetā: Misericordiam
Matth.5. volo & non sacrificiū. In euangelio Christi verba legimus: Beati misericordes: qm̄ ipsi miseri
Ca.22. cordiam consequentur. Sed quæso hanc curā vitæ tuæ auia materq̄ suscipiant. Illę has pres p te agant. Illę thesaurū tuū in cælū leuēt. Illarū sit esuriētes alere cibo: vestire nudos: visitare infirmos: peregrinos tecto suscipere: & æterni spe præmii Christo in pauperibus fœnerari: qui
Matth.25. dixit: Qđcūq̄ fecistis vni ex his fratribus meis minimis: mihi fecistis. Tibi vero maxime dū in pposito maturescat animus: ab oībus occupationibus recedendū est: & omne studiū omnisq̄ cura in ornādis moribus exhibēda. Quibus ita vacare debes: & totā occupare mentē: vt non diuitem te sentias esse: nec dominā nobilitatis: ad hoc tantū memineris: vt cū claritate ge

neris/morũ sanctitate cõtẽdas:& cũ nobilitate corporis/animi virtute nobiliter proficias:magisq̃ illa nobilitate glorieris:quæ filios dei & cohæredes Christi facit: Ad quã si semp inspicias:dum credis gaudium te habere qđ maius est:desinis de eo qđ minus est gloriari. Oĩs ista præclari generis dignitas & illustris auiti sanguinis decus ad animam transferantur. Ille clarus:ille sublimis:ille fit nobilis:ille tunc integram nobilitatem suam seruare se putet: si dedignetur seruire vitiis ab eisq̃ nõ superari. A quo eñ quis superatur:huius & seruus est. Quid enim hac seruitute animi indignius: quidve turpius:q̃ cum in eo aut dominatur odium:aut regnat inuidia:q̃ cum eum aut auaritia possidet:aut captum ita tenet:vel certe cętera sibi vitia vendicant? Non est q̃ sibi aliquis de nobilitate generis blandiatur:si ex meliore parte fit famulus. Multo est indignius mente seruire q̃ corpore. Superfluum arbitror te monere: q̃ parca in pcedendo debeas esse:q̃ rara:cum te hoc etiam sæcularis ab infantia honestas docuerit: Et facile intelligas:id tibi multo magis in hac vita esse seruandũ:quã maxime secretum decet. 1.Petri.2.

Illud admoneo: vt ipsis quoq̃ salutationibus quę tibi in cubiculo tuo exhibendæ sunt:certissimum modum ponas:non sint nimiæ:neq̃ quotidianæ:ne non tantum officium q̃ inquietudinem præstare videantur. Et q̃q̃ omne vitæ tuæ tempus diuino debeas operi consecrare:& nullam prorsus horã a spirituali profectũ vacuam esse conueniat:cum tibi in lege domini die ac nocte meditandum sit:debet tamen aliquis esse determinatus & constitutus horarum numerus:quo plenius deo vaces:& qui te ad summam animi intẽtionem:velut quadam lege cõtineat. Optimũ est ergo huic operi matutinũ deputari tempus:id est meliorem diei partem: & vsq̃ ad horam tertiam quotidie in cælesti agone certãrem:hoc velut spiritualis quodam palestrę exerceri gymnasio. His tu per singulos dies horis in secretiori domus parte ora: clauso cubiculo tuo. Adhibe tibi etiam in vrbe solitudinem:& remota paulisper ab hominibus/ pprius deo iungere:aspectuiq̃ tuorum reddita lectionis fructum & orationis ostende. Nihil eñ in hoc secreto magis agere debes:q̃ animam diuinis eloquiis pascere. Et quantũ ei per totam sufficere possit diem:hoc eam veluti cibo pinguiore satiate. Ita scripturas sanctas lege:vt semper memineris dei illa verba esse:qui legem suam non solum sciri:sed etiam impleri iubet. Nihil enim pdest facienda didicisse & non facere. Optime vteris lectione diuina:si eam tibi adhibeas speculi vice:vt ibi velut ad imaginem suam anima respiciat: & vel fœda quæq̃ corrigat vel pulchra plus ornet. Lectionem frequẽter interrumpat oratio:& animam iugiter adhętente deo/grata vicissitudo sancti operis accendat. Nunc te igitur ordo instruat cęlestis historiæ: Nunc sanctũ Dauid oblectet canticũ: Nunc Salomonis erudiat sapientia: Nunc ad timorem dñi incitent dicta pphetarũ: Nũc euangelica & apostolica perfectio te Christo in omnium morũ sanctitate coniungat. Quæ parãda sunt:memoriæ penitus insere:eaq̃ iugi meditatione cõserua:quæ maturãda sunt frequẽter reuolue: vt diuinum hoc studium & cælestis schola:& mores simul virginis ornẽt & sensum:tradantq̃ tibi cum sapientia sanctitatẽ. Vnde scriptura dicit: Qui quærunt deum inueniunt sapientiam cum iustitia. Sit autem ipsa lectio temperata:cui finem cõsilium:nõ lassitudo imponat. Nã vt immoderata ieiunia & ardor abstinentiæ:& enormes inordinatæq̃ vigiliæ:intemperantiæ coarguũtur:idq̃ nimietate pariunt:vt hæc ipsa postea quidem nec mediocriter fieri possint:ita studium lectionis in reprehensionem intemperans cadit:qđ p laudabile est in genere suo:fit de nimietate sui culpabile. Cap.23. Psal.1.

Generaliter quidem strictimq̃:sed breuiter dicendum est. In bonis quoq̃ rebus: quicqd modũ excesserit: vitium est. Magna est:magna inquã:& quæ grandi studio constat pfectę vitę ratio:consummatæq̃ sapiẽtię est:scire qd quo insequaris modo:& ad omnem actum præferẽdo consilium:nihil facere:qđ fecisse pœniteat. Intra vnius horæ spatium mutatur habitus:ieiunare:abstinere:psallere:vigilare:non tam studio opus habent q̃ voluntate. Quilibet incipiens statim vt voluerit:ad ista pfectus est:immo illi hoc facilius facere possunt qui recentis corporis vires de sæculo ad propositum afferunt. Mores vero mutare:singulasq̃ virtutes animi formare in se atq̃ perficere:grandis studii est:& longę consuetudinis. Itaq̃ multi in hoc ppposito senescimus:& ea propter quæ ad ipsum ppositum venimus non habemus. Tua vero cõuersatio noua esse debet:mira grauitas:patientia:mansuetudo: pietas: Quicquid sanctius est:atq̃ pfectius:quicquid magis deo te commẽdare potest:& maiorem in cælo facere: id semper sequere:id semper amplectere. Spõsa Christi nihil debet esse ornatius. Tanto maiore placendi studio opus est:quanto maior est ille cui placẽdum est. Sæculi vero virgines: quæ se nuptiis pręparant:& indulgentiam magis apostoli:q̃ consilium sequi malunt:magisq̃ amplectũ Ca.24.


tur incontinentiæ remedium: q̃ præmium continentiæ: vt spõsis placeant: eosq̧ in amorẽ sui
magis incitẽt: mira se sollicitudine formare student: & naturalẽ corporis pulchritudinẽ ornã
di arte cõmendãt. Hæc est illis per dies singulos cura præcipua: decentibus fucis colorare fa
ciẽ: implicare auro crinẽ: & ardentes concharum lapides capitis honorem facere: suspẽdere ex
auribus patrimonia: brachia ornare monilibus ac latera: & inclusas auro gẽmas a collo in pe-
ctus demittere. Nõ minorem sponsus tuus requirit ornatum: qui cum vniuersam ecclesiam
salutaris aquæ lauacro purificatam sine macula rugaq̧ reddiderit: quotidie cupit eã fieri pul
chriorem: vt semel a vitiis peccatisq̧ mũdata / semper ornetur decore virtutum. Et si hoc a to
ta requirit ecclesia: in qua & viduę continent & nuptę: quantum putas expectat a virgine quę
ex pulcherrimo hoc quodam ecclesiæ prato: velut augustior quidam flos videtur electa! Assu
me ergo omnẽ illũ ornatũ p quẽ placere Christo potes: Satis placere deo crede tuã faciẽ: si ho-
minibus pulchra apparere nõ studeas. Istud ornamentũ serua capitis: qđ acquisiuisti chrisma
tis sacramẽto: cũ tibi in cęlestis regni mysteriũ diadema quoddã regalis vnctionis impositum
est. Optima ornamenta sunt autiũ verba dei: ad ea sola paratus esse debet auditus virginis: ea
q̧ pretiosissimis lapidibus anteferre. Oia prorsus mẽbra decorent opib[9] sanctitatis: totaq̧ vir
ginalis animi pulchritudo gẽmati monilis instar: vario virtutũ fulgore resplendeat. Tũc ve-
Cant.4. re cõcupiscet rex decorẽ tuũ: dicetq̧ tibi: Tota formosa es pxima mea: & macula nõ est in te.
Et hæc tibi ornamenta quæ dixi etiam erũt munimenta maxima: & q̃ te ipsam ornare deo: &
cõtra diabolũ armare possint: q p leue iterdũ qđcũq̧ vitiũ ad aiam igredit. Et si virtutũ ppu
Eccle.10. gnacula nõ resistãt: suo nos repellit loco: & cõtinuo de hoste fit dñs. Propter qđ scriptura nos
Ca.25. adhortatur: & dicit: Si spũs potestatem habẽtis ascẽderit sup te: locum tuũ ne dimiseris. Ab Z
eo iã tẽpore quo primũ p virginitatis pfessionẽ dño cõsecrata es: aduersarii in te creuit odiũ:
& q aliena lucra p suis dãnis habet: se amisisse dicit: qcqd te possessurã dolet. Grãdi tibi opus
est vigilantia grãdiq̧ cura: & tãto sollicitius cauẽdus est inimicus: quãto apud eũ ditior esse
coepisti. Vacuus viator & nudus nõ timet latronis insidias. Securus a nocturnis furibus dor
mit pauper: etiã si claustra nõ muniat. Diuiti vero opes suæ latronis semp imaginant occur-
sum: & iugi sollicitudine noctiũ somniũ adimũt. Vñ tuę quoq̧ diuitiæ: cęlestis thesaurus: ista
cautione indigẽt atq̧ custodia. Quãto ditior es: tanto debes esse vigilãtior. Qui eñ plus pos-
sidet: plus debet timere ne pdat. Inuidere non cessat author inuidię. Et qui semel a deo ipse p-
iectus est: tanto maiori liuore torquetur: quãto aliquẽ apud eum viderit clariorẽ. Qui inui-
dit Euę paradisum: quãto magis inuidet tibi regnũ cælorũ! Cuncta (mihi crede) ille nũc cir-
cuit: vt beatus Petrus ait: deuorãdi te cupidus in modũ rugiẽtis leonis ingreditur: vel more
dolosi hostis vniuersa plustrans: explorat oẽs aditus aię tuæ: an sit aliqđ infirmũ & minus tu-
tum p qđ possit irrepere: rimat nunc ille oia: & singula quęq̧ ptentãs / q̃rit vulneri locum. Cu
ius tu insidias sollicite debes puidere: vt cũ Paulo nõ ignores astutias eius. Qui cum terribi-
les diaboli potestates principatusq̧ describat: nos nihilomin[9] hortat ad pugnã: hostiũq̧ vim
pãdit: vt augeat sollicitudinẽ militũ. Nõ eñ vult nos eẽ timidos sed paratos. Deniq̧ nõ fugã
Eph.6. suadet: sed arma suggerit. Propterea iqt: Accipite arma dei vt possitis resistere in die malo: &
in oibus pfecte stare. Ac statim instrumenta singula spiritalis pugnæ tradẽs: addidit & dixit:
State ergo succincti lũbos vestros in veritate: & induti lorica iustitiæ: & calceati pedes in prę
paratione euangelii pacis: in omnib[9] assumẽtes scutum fidei: in quo possitis oia tela neqssimi
ignea extiguere: & gladiũ spũs: qđ est verbũ dei: p oẽm orationẽ. Et qm̃ de hoc bello licet etiã
foeminis triũphare: suscipe hæc arma Pauli: & tãti hortatione ducis certã prę sume victoriam
Hæc eñ si tu oia instrumẽta possideas: secura pcedas ad præliũ spiritale: nec pauebis diabolũ
Psal.90. cũ toto exercitu suo. Cadẽt eñ a latere tuo mille: & decẽ milia a dextris tuis: ad te aũt nõ ap-
Iacobi.4. propinquabũt. Beatus quoq̧ Iacobus ille Christi miles emeritus: nõ minore nobis authorita
te de hoc bello victoriã pollicetur: Subditi (inqt) estote deo: resistite autẽ diabolo: & fugiet a
vobis. Ostendit quomodo resistere debeamus diabolo: si vtiq̧ simus subditi deo: eiusq̧ facien
do voluntatem: vt diuinam etiam mereamur gratiã: & facilius nequã spiritui auxilio sancti
spiritus resistamus. Neq̧ vero apta cõtra nos pugnat acie: nec publica nobiscũ fronte congre
ditur: sed dolo vincit ac fraude: nostraq̧ cõtra nos vtitur volũtate: de cõsensu nostro aduersa
rius vires accipit: nostroq̧ nos (vt dici solet) iugulat gladio. Infirm[9] hostis est q nõ põt vince
re: nisi volẽtẽ. Procul a nobis desperatio: pcul a nobis oĩs recedat pauor aduersariorũ: nos ad-
iuuemus: sed vincamus aduersarios. Dãt illi qđẽ cõsiliũ: sed nostrũ est vel eligere vel respuere

qđ suggerût. Nõ eñ cogẽdo: sed suadẽdo nocẽt: nõ extorquẽt a nobis consensum: sed expetũt.
Vnde etiam Ananiæ dicit: Quare tentauit cor tuum sathanas: mẽtiri te spiritui sancto? Qđ Act.5.
vtiq illi apostolus nunq̃ imputaret: si id absq ipsius voluntate diabolus fecisset. Ipsa etiã Eua
ideo condẽnatur a dño: quia ab eo quem poterat supare: superata est. Nec eñ meruisset a dño
& iustitia puniri: quæ victa est: nisi vincere ipsa potuisset. Huius nequissimi hostis est illa vel Ca.26.
prima calliditas: & ars doli plena: fatigare cogitationibus rudes animas: & nouellis in propo
sito mentibus de ipsa interdum conuersatione afferre mœrorẽ: vt facile ab hui[9] rei pfectu de
terreatur animus: cuius initia amara cognouerit. Itaq solet tã sordidas nõnunq̃ & impias co
gitationes inserere mẽti: vt qui tentat: dũ suũ illud putat esse qđ cogitat: deteriorẽ se p spiritũ
immundũ pposito suo arbitret effectũ: multo q putiorẽ aĩam habuisse se credat: cũ adhuc res
sæculi amaret. Vult eñ his quibus inuidet: callidissimus inimicus horrorẽ ppositi ex despe
ratione facere sanctitatis: vt eos obsidente tristitia: etsi a proposito non reuocat: certe retineat
a profectu. Propter qđ maxime sanctarũ tibi scripturarum studium diligendum est: illuminã
da diuinis eloquiis anima: & coruscante dei verbo / diaboli repellendæ sunt tenebræ. Cito eñ
fugit ille ab ea anima: quã sermo diuinus illuminat: quæ cælestibus semp cogitationibus occu
patur. In qua assiduũ est dei verbũ: cuius vim nequã spũs nõ põt ferre. Et idcirco beatus illud
apostolus spiritalis belli inter cætera instrumenta gladio cõparauit. Est aũt tutissimũ atq p
fectũ vt assuescat animus sollicita semper puigiliq custodia discernere cogitatiões suas: & ad
primi animi motũ vel pbare vel reprobare qđ cogitat: vt vel bonas cogitationes alat: vel sta
tim extinguat malas. Hic nãq fons est boni & origo peccandi: omnisq ingentis delicti in cor
de principiũ est cogitatio: quæ vnũqdq opus velut in quadã cordis tabula depingat anteq̃ fi
ciat. Nã siue ille actus siue sermo sit: vt pferatur ante disponitur: & cogitationum consilio dis
cernit qđ futurum est. Vides q̃ breui interdũ momẽto quæq ista qs cogitet: cogitataq perfi
ciat: nec qcq̃ omnino vel lingua: vel manu cæterisq mẽbris agitur nisi cogitatiões ante dicta
uerint. Vnde & dñs in euangelio dicit: De corde hominis procedũt cogitationes malę: adulte Matth.15.
rium / fornicatio / homicidia / furta / falsa testimonia / auaritia / nequitia / dol[9] / impudicitia / ocu
lus malus / blasphemia / supbia / stultitia. Hæc sunt quę coinquinãt hoĩes. Oĩs ergo sollicitudo
tua omni intẽtione debet esse in custodia. Ibi te maxime oportet obseruare peccatũ: vbi nasci
solet: statim q̃ ad primã tẽtationis repugnare faciẽ: & malũ anteq̃ crescat extinguere. Nec eñ
expectãdũ est augmentũ eius rei: q̃ timeri debet a paruo: & quæ tãto facilius vincit: quanto ci
tius repugnat. Ideo clamat scriptura diuina: Omni custodia serua cor tuũ. Ex ipso eñ exit[9] Prouer.4.
9 vitæ. Distinguẽdum est aũt inter istas cogitationes qb[9] volũtas fauet: quas cũ dilectione am Cap.27.
plectitur: & inter eas cogitationes q̃ tenuis vmbrę modo præteruolare mentẽ solent: sese q tã
tũmodo vel transeundo mõstrare: quas græci typos vocãt: vel certe inter illas quæ repugnan
ti ac inuito animo suggerunt: qbus mẽs cũ horrore quodã renititur ac resistit: qbus vt cõtristat
admissis: ita gaudet expulsis. In qbus qdẽ q̃ se leuiter mẽti ostẽdũt: & quasi fugiẽdo demõstrãt
se: nec peccatũ omnino nec pugna est. In his aũt cũ qbus aliquãdiu aĩa luctat: qbus resistit volũ
tas: æquale certamẽ est. Aut eñ consentim[9] & vincimur: aut respuimus & vincimus: & acqri
mus de pugnatiõe victoriã. In illa ergo tãtũmodo cogitatione peccatũ est quę suggestioni cõ
sensum mẽtis dedit: q̃ malũ suũ blãde fouet: q̃ in factũ gestit irrumpere. Huiusmodi cogitatio
etiam si ex aliquo impedita casu nõ impleat volũtatẽ: nihilominus actione criminis cõdẽnat Matth.5.
a dño: vt illud in euãgelio legimus: Qui viderit (inquit) mulierẽ ad cõcupiscẽdũ eã: iã mœcha
tus est eã in corde suo apud deũ: cui nota sunt oĩa etiã anteq̃ fiãt. Volũtas pfecta faciẽdi repu
tatur pro opere facti. Qua de re debes (sępe eñ repeto: qđ fieri semp volo) sanctas scripturas si
ne intermissione meditari: hisq tuã replere mẽtẽ: & malis cogitationibus locum auferẽs: diui
nis animũ sensibus occupare: quantũq deũ diligas: ex dilectione legis eius ostẽdere. Vnde scri Eccle.2.
ptura dicit: Qui timent dñm inquirẽt qđ beneplacitũ est illi: & q diligũt eum: replebunt lege
eius. Tunc senties quantũ ad eius amorẽ adiuuet te sapiẽtia: quantũ sit in te diuinæ legis au
xilium: & dño cum Dauid læta cantabis: In corde meo abscondi eloquia tua: vt non peccem ti Psal.118.
bi. Excitandus est eñ spiritalibus stimulis semper animus & maiori quotidie ardore renouã Ca.28.
A dus: orationis instantia: illuminatio lectionis: sollicitudo vigiliarũ: & diurna & nocturna: ei[9]
incitamenta sunt. Nihil enim in hoc proposito otio deterius est: qđ nõ solũmodo nõ acquirit
noua: sed etiã parata cõsumit. Sanctæ vitæ ratio pfectu gaudet & crescit: cessatione torpescit
& deficit. Quotidianis & recentibus incrementis mens instauranda est: & viuendi nobis hoc

nō de transacto:sed de reliquo metiēdum. Q̄diu sumus in hoc corpe:nunq̄ nos ad perfectum
venisse credamus:sic eñ melius puenitur. Tādiu nō relabimur retro:q̄diu ad priora contēdi
mus. At vbi cœperimus stare:descēdimus: nostrūq; nō pgredi:iā reuerti est. Cesset oīs igna
uia:& inutilis de præterito labore securitas. Si volumus nō redire currēdū est. Beatus aposto
lus de die in diē viuēs deo: nec qd ante fecisset:sed qd facere deberet:semp attendens:dicebat:
Phil.3. Fratres ego me nō arbitror cōprehendisse aliquid. Vnum autem:quę quidem sunt retro obli
uiscēs:ad ea vero quę sunt priora:me extendens:ad destinatum persequor brauium supnæ vo
Gal.2. cationis dei. Si beatus Paulus ille vas electionis:q ita Christū indutꝰ erat vt diceret: Viuo au
tē iam non ego:viuit vero in me Christus:adhuc tñ se extēdit: crescit:& pficit: qd nos facere
debemus:qbus optandū est:vt in fine nro Pauli principio cōparemur? Ergo tu hunc imitare q
1.Cor.4. dixit: Imitatores mei estote sicut & ego Christi. Obliuiscere oīne preteritū:& quotidie inchoa
re te puta:ne pro præsenti die quo debes seruire deo:prēteritum imputes. Optime quęsita cu
stodies si semper inquiras:dānū paratū sentiēt:si parare cessaueris. Dicas forsitan:grandis la
bor est:sed respice qd promissum est. Omnē opus leue fieri solet:cum eius p̄tium cogitatur:&
spes præmii solatium est laboris. Sic durus agricola inaratū diu campum:& pinguiores otio
glebas:violēto vomere scidisse se gaudet:& mirū in modū ipsa opis difficultate lætus:spem se
getis de labore metitur. Sic negotiator auidꝰ maria cōtemnit:spectare ausus fluctuū spumeā
rabieq; ventorū:dumq; in omni labore ac periculo lucrū cogitat:& lassitudinē simul obliuisci
tur & timorē. Cōsydera quæso magnitudinē præmii tui:si tamen cōsyderari pōt:qcqd immē
sum est:post abscessum aīæ:post carnis interitū:post fauillas & cinerē: in meliorē statū virgo
reparanda es:mādatū terrę corpꝰ in cęlū eleuādū est. Post hęc angelorū es donāda cōsortio:re
Psal.115. gnū acceptura cælorū:& in ppetuū regnatura cum Christo. Quid ergo retribues dño: p oīni
bus quę retribuit tibi? Quid tāto remuneratore dignum facies? Aut quē laborē durū putabis
Ro.8. cuius tāta sunt p̄mia? Vñ beatꝰ apl's: Nullæ (inqt) sunt cōdignæ passiones huiꝰ tēporis ad fu
turā gloriā q̄ reuelabit in nobis. Quid eñ dignū vel facere vel pati possumus in breui hoc tpe
Ca.29. vitæ nrę:cū id imortalitate sit recōpēsandū? Propter qd idē apl's ait: Id eñ qd in præsenti sæ B
2.Cor.4. culo est momētaneū ac leue tribulationis nræ:supra modū in sublimitate æternū glorię pōdꝰ
operat in nobis. Respuant honores:despiciant diuitię. Ipsa quoq; vita nra martyrii amore cō
tēnat. Et hæc oīa etiā si p æternitatis p̄mio nō darent:essent tñ q̄nq; pitura. Amittūt etiā hoc
illi q semp cupiūt possidere. Q̄ multos memoria nostra retinet in maximis honoribus ac diui
tiis cōstitutos:repēte de summo illo potentię fastigio concidisse:& eos qui tumore elati:aliud
qddam q̄ hoīes esse se putabāt: exitu tādē suo docuisse nos quid fuerint? Quid eñ in hoc mū
do stabile? Quid vero firmū est? Quid porro nō breue & incertum & casui non seruiēs? Quale
istud bonū est:qd semp timeas amittere:qd vel auferendū abs te metuas:vel a te relinquendū
scias? Nam etsi nullo eripiatur casu:vel morte certe perdendum est. Et si vita nostra tendatur
per mille annos:& ad extremum illum totius dierum ętatis/quotidiana delitiarū voluptate ve
niamus:quale hoc quęso diu est qd fine deletur? Aut quis illius voluptatis fructus est:qui sta
tim vt cessauerit videbit tibi non fuisse? Age iam:transactum vitæ tuę tēpus aīo reuolue. Nō
ne videbitur tibi vmbra quædam fuisse: quod transiit: & instar somnii tenuis incertum esse
Ca.30. oīne qd videtur? Hoc idem & decrepitus senex sentire potest. Cui cōuenit dicere cū ppheta:
Dies mei sicut vmbra declinauerunt:& ego sicut fœnum arui. Q̄ si hæc etiā hic possumus C
dicere: vbi q̄uis breuis:tamen quia pręsens est:vita ista magni pēditur:qd in futuro dicturi su
mus vbi maiori ætatis sciētia/trāsactum omne p nihilo est? Hæc tu tecū diligēter reuoluens:
& breuitatē vitæ huiꝰ æternitatis cōtēplatione despiciēs:ipsum quoq; cōtēptū mūdi maiori
cū virtute cotēne:& ad illum tantum diem para te:in quo mūdi gloria finienda est. Illū inquā
1.Thessal.5. diē:quē saluator diluuio cōparauit:q multos fallaci securitate deceptos:furtiuo (vt ait apl's)
2.Petri.3. cōprehēdet aduētu. Quē beatꝰ quoq; Petrꝰ describens ait: Adueniet aūt dies dñi sicut fur: in
qua cæli magno impetu trāsibūt:elemēta vero a calore resoluētur. Cū hęc oīa dissoluēda sint:
quales oportet nos esse in sanctis cōuersationibꝰ & pietatibus expectātes & properantes in ad
uentu domini dei: in quo cæli ardentes soluent:& elemēta ignis ardore tabescent! Recens fa
ctū est:& qd ipsa audisti:cū ad stridulę buccinæ sonū Gothorūq; clamorem lugubri oppressa
metu dña orbis Roma cōtremuit. Vbi tūc nobilitatis ordo? vbi certi & distincti vllius digni
tatis gradus? Permixta oīa & timore cōfusa:oī domui plāctꝰ:& ęqlis fuit p cūctos pauor. Vnū
erat seruꝰ & nobilis:eadē oībꝰ imago mortis. Nisi q̄a magis eā timebāt illi qbꝰ fuerat vita iu

cūdior. Si ita mortales timemus hostes & humanā manū: quid faciemus cū clangore terribili tuba intonare de cælo cœperit? & ad illā archangeli vocē omni buccina clariorē: totus simul remugiet mundus? cum viderimus super nos non manufacta arma concuti: sed & virtutes cælorum cōmoueri: sicut ꝓpheta dicit: cū venerit dn̄s ponere orbē terræ desertum & peccatores perdere ex eo: quis tūc nobis pauor: q̄ caligo: quę tenebrę: cum nos sæpius ac totiens admonitos: & tamen imparatos dies reppererit? Tunc (inquit) plangent super se omnes tribus terrę: & videbūt filiū hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa & maiestate. Tunc dicent mōtibus: Cadite super nos: & collibus operite nos: & petris aperite vos nobis. Verum hæc eorum sint: qui variis huius mundi detenti curis: de mundi non cogitant fine. Tu vero cui aduētus Christi dierū noctiumq; meditatio est: cui ꝓ cōsciētię puritate dn̄i est optāda pręsentia: quæ cōsummationē sæculi quasi certū ꝓmii tui tēpus expectas: exultationē de cælo capiēs: nō timorē. Tūc em̄ tu sanctorū mixta choris: & sanctis comitata virginibus: in sponsi obuiam subuolabis & dices: Inueni quē q̄siuit aīa mea. Nec vllius iā tēporis separationē timebis: q̄ semel immortalitatis gloria: & incorruptionis splendore donanda es: & cū Christo semper futura es: Apostolo dicēte: Q̄m ipse dn̄s in iussu: & in voce archangeli: & in tuba dei descendet de cælo: & mortui qui in Christo sunt resurgent primi. Deinde nos q̄ viuimus: q̄ relinquimur: simul rapiemur cū illis in nubib⁹ obuiā dn̄o in aera: & ita semp cū Christo erimus. Hæc sit igitur cura tua semper: hoc studium: hęc iugiter virginis corde voluant. In his totius diei versetur labor. In his noctis somnus reponatur. In hoc aīa rursus euigilet. Etem̄ nullus labor durus: nullum tempus longum videri debet: quo gloria æternitatis acquiritur. Matth. 24. Luc. 23. Rom. 5. 1. Tessal. 4.

Sancti Augustini & Alipii ad Iulianam Demetriadis virginis matrem: quantum illi debeant religionis affectum: & quantum eis apud deum & inter homines sit cura de ipsa: quantusq; fructus ex eorum ministerio exortus sit exponentium: Ac sollicite admonentiū vt cōtraria gratiæ dei dogmata deuitet & caueat: Et ob id errorem illorum notantium atq; carpētium q̄ putāt ex nobis ipsis nos habere si quid virtutis in nobis est. Quędam quoq; ipsius libri verba qui ad Demetriadē scriptus: & sub titulo epistolæ p̄missus est: commemorantium: sanctarumq; scripturarum testimoniis arguētium & cōdēnantium. Epistola. CXLIII.

D Ominæ debitis in Christo officiis honorandæ & merito illustri filiæ Iulianæ: Alipius & Augustinus in dn̄o salutē. Gratæ admodū nobis iucundeq; accidit: vt simul nos cōstitutos apud Hipponē tuæ reuerētiæ literæ reperirent: quibus hæc rescripta pariter redderemus: cognita vestra incolumitate gaudētes: vicissimq; nostrā quā vobis charā esse confidimus mutua dilectione nuntiantes: domina debitis in Christo officiis honoranda & merito illustris filia. Scire aūt vos optime scimus: quātū vobis debeamus religiōis affectū: quantaq; nobis & apud deū & inter hoīes sit cura de vobis. Licet em̄ vos ꝑ literas primū: deide etiā p̄sentia corporali: pia & catholica hoc est vera mēbra Christi exiguitas nostra cognouerit: tamē etiam per ministerium nostrum: cum accepissetis verbum audit⁹ dei: sicut dicit apostolus: accepistis non vt verbum hominum: sed sicut est vere verbum dei. Cuius ministerii nostri adiuuāte gratia & misericordia saluatoris: in domo vestra tantus fructus exortus est: vt humanis nuptiis iam paratis: sancta Demetrias spiritalē sponsi illius præferret amplexum: cui speciosō præ filiis hominum ad habendam spiritus vberiorem fœcunditatē: nec amittēdā carnis integritatē virgines nubūt. Nescirem⁹ aūt queadmodū nr̄a illa tūc exhortatio & fideli & nobili virgini fuisset accepta: nisi nobis ꝑfectis: cum post paululum ꝓfessa fuisset sanctimoniam virginalem: hoc ingēs dei donū: qd ꝑ seruos quidē suos plātat & rigat: sed ꝑ seipsum dat incrementum: nobis operariis ꝑuenisse vestrarū literarū: lætissimo nuntio & veraci testimonio disceremus. Quæ cum ita sint: nemo nos improbos dixerit: si in vobis admonendis vt contraria gratiæ dei dogmata deuitetis: necessitudine sumus propensiore solliciti. 2. Cor. 10. 2. Cor. 4. 1. Thessal. 2.

E Nam licet nos apostolus non solum opportune: verūetiam importune prædicādo verbo instare præcipiat: non tamen in eorum hominum numero vos habemus quibus sermo vel pagina nostra importuna videatur: quando id qd ad sanam doctrinam non pertinet: vos vt vigilāter euitetis alloquimur. Hinc ergo est q̄ admonitionē nostrā tā grato aīo suscepistis: vt in epistola tua ad quā nūc rescribimus diceres: Sane q̄ me hortat reuerentia vestra: ne aures indulgeā his hominibus qui prauis tractatibus venerādā fidē sæpe corrūpūt: gratias vberes ago tā piæ admonitioni. Q̄d itaq; adiūgis & dicis: Sed nouerit sacerdotiū vestrū longe me ac domiculā

meá ab huiusmodi psonis esse discretá:omisq familia nra a deo catholicá sequit fidé:vt in nul
lá hæresim aliqñ deuiauerit:nec vnq̃ lapsa sit:nõ dico in eas sectas q̃ vix expiant:sed nec in eas
q̃ paruos habere vident errores.Hoc est qđ nos magis magisq cõpellit nõ tacere apud vos de
his q̃ etiá illa q̃ sana sunt viciare conant.Domũ eñ vestrã nõ paruá Christi ecclesiam deputa
mus.Nec sane paruus est error illorum:q putant ex nobis ipsis nos habere:si qđ iustitiæ/con
tinẽtiæ/pietatis/castitatis in nobis est:eo q ita nos cõdiderit deus:vt vltra pter qđ nobis reue
let scientiá:nihil nos adiuuet:vt ea q̃ faciẽda discẽdo nouimus:etiá diligẽdo faciamus:naturá
scilicet atq doctrinam definientes tantũmodo esse gratiá dei & adiutoriũ:vt recte iusteq vi
uamus.Ad habẽdam vero bonam volũtatem: vbi est hoc ipsum q iuste viuimus:& ipsa cha
ritas quæ in omnibus dei donis ita excellit:vt etiam deus dicta sit:qua vna adimpletur in no
bis si quid diuinæ legis & admonitionis implemus:nolunt nos diuinitus adiuuari:sed nos ip
sos dicunt arbitrio proprio nobis ad ista sufficere.Nõ vobis videatur error iste mediocris: p
Ro.5. fiteri velle christianos:nec velle audire apostolum Christi: qui cum dixisset: Charitas dei dif
fusa est in cordibus nostris:ne qsq̃ habere eá nõ nisi p pprium putaret arbitriũ:cõtinuo subiũ
Psal.67. xit:Per spiritũ sanctũ q datus est nobis.Hãc esse magná gratiá saluatoris: q ascẽdit in altũ:ca
ptiuauit captiuitatẽ & dedit dona hominib⁹:qsqs nõdum confitetur : quantũ & q̃ exitiabili
ter erret intelligis. Quomodo ergo a vobis quibus tãtam dilectionem debemus:admonẽdis F
vt talia caueatis dissimulare possemus:cum legissemus librum:quem ad sanctam Demetria
dem quisnam scripserit;vel vtrum ad vos peruenerit:vestris potius scriptis nosse volumus?
In quo libro(si fas est)legat virgo Christi vnde credat virginalem suam sanctitatem : omesq
spiritales diuitias nõ nisi ex se ipsa sibi esse:atq ipsa prius q̃ sit plenissime beata : discat deo eẽ
(qđ absit)ingrata. Verba eñ ad illá scripta in eodem libro sunt ista:Habes ergo & hic(inqt)
p q̃ merito pponaris aliis:imo hinc magis.Ná corpalis nobilitas atq opulẽtia:tuorũ intelligũ
tur esse nõ tua:Spiritales vero diuitias nullus tibi prẹter te conferre poterit.In his ergo iure
laudãda:in his merito cæteris præferenda es:quæ nisi ex te & in te esse nõ possunt.Cernis nẽ
pe quanta in his verbis sit cauenda pernicies.Nam vtiq qđ dictum est : Non possunt esse ista
bona nisi in te:optime & verissime dictum est:Iste plane cibus est.Qđ vero ait:Non nisi ex te:
hoc omnino virus est.Absit vt hæc libenter audiat virgo Christi:quę pie intelligit propriam
2.Cor.11. paupertatem cordis humani:& ideo illic nisi sponsi sui donis nescit ornari. Audiat ergo po
tius apostolum dicentem:Despõsaui vos vni viro:virginem castam exhibere Christo.Timeo
autem ne sicut serpẽs Euá seduxit in versutia sua:sic & vestræ mentes corrumpantur a casti
tate quæ est in Christo.Et propterea de his quoq spiritalibus diuitiis:non istũ qui dicit:Nul
lus tibi eas præter te conferre potest:& nisi ex te & in te esse non possunt:sed illum audiat qui
2.Cor.4. dicit:Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus:vt eminentia virtutis sit dei & non ex no
bis. De ipsa quoq sacra cõtinentia virginali:q nõ sibi sit dei ex se ipsa:sed sit donũ:q̃uis cre G
denti volentiq collatum : eundem audiat veracem piumq doctorem : qui cum hic ageret
1.Cor.7. ait:Vellem omnes esse sicut me ipsum:Sed vnusquisq proprium donum habet a deo : alius
sic:alius autem sic.Audiat etiam ipsum:non tantum suum: sed vniuersæ ecclesiæ vnicũ spon
Matth.19. sum:de tali castitate atq integritate dicentem:Nõ omnes capiunt verbũ hoc:sed quibus da
tum est:vt intelligat ex eo q habet tam magnũ bonũ atq præclarum: se potius deo & domi
no nostro gratias agere debere:q̃ cuiusq̃ verba q velut ex se ipsa id habeat:vt non dicam⁹ as
sentantis adulatoris:ne de occultis hominum temere iudicare videamur:certe errantis lau
Iacobi.1. datoris audire.Omne quippe datum optimum:& omne donum pfectum(sicut dicit etiá apo
stolus Iacobus)desursum est descendẽs a patre luminũ.Hinc ergo & sancta virginitas qua te
filia volentem gaudentẽq vicit:natu posterior:actu prior:genere ex te:honore ante te: ætate
subsequẽs:sanctitate pcedẽs.In q̃ etiá tuũ eẽ cœpit:qđ in te eẽ non potuit.Illa qppe carnaliter
nõ nupsit:vt nõ tãtũ sibi:sed etiá tibi vltra te spiritaliter augeret:qm & tu ea cõpẽsatione mi
nor illa es:q ita nupsisti vt nascereť.Hęc dei dona sunt:& vestra qdẽ sunt:sed nõ ex vobis.Ha
2.Cor.4. betis eñ thesaurũ istũ in terrenis corporib⁹:& adhuc fragilibus tanq̃ in vasis fictilib⁹:vt emi
nẽtia virtutis sit dei & nõ ex vobis.Nec miremini:qa dicim⁹ & vra esse:& ex vobis nõ eẽ. Ná
Luc.11. & panẽ quotidianum dicimus nostrum:sed tamẽ addim⁹:da nobis:ne puteť esse ex nobis.Ro
1.Thessal.5. inde sicut scriptũ est:Sine intermissione orate:in oib⁹ gras agite.Oratis eñ vt pseueranter &
proficiẽter habeatis. Gras agitis:qa nõ ex vobis habetis.Quis eñ vos ab illa ex Adam massa
Luc.19. mortis pditionisq discernit?Nõne ille q venit quærere & saluare qđ perierat?An vero quãdo

aplo dicēte audierit hō: Quis em̄ te discernit? rn̄surus est: Bona volūtas mea: fides mea: iusti
tia mea: & nō cōtinuo qd̄ sequitur auditurus: Quid em̄ habes quod non accepisti: si autem & 1.Corin.4.
accepisti quid gloriaris quasi non acceperis? Nolumus ergo vt virgo sacra: cū audit vel legit:
Spiritales diuitias nullus tibi præter te cōferre poterit: In his iure laudanda: in his merito cæ
teris præferenda es: quæ nisi ex te & in te esse non possunt: Nolum⁹ prorsus ita glorietur qua
si non acceperit. Dicat quidem: In me sunt deus vota tua quæ reddam laudes tibi. Sed quia in Psal.55.
illa: non etiam ex illa: meminerit etiam dicere. Domine in volūtate tua præstitisti decori meo
virtutē: quia etsi etiam ex illa propter arbitrium ꝓprīū: sine quo nō operamur bonum: non tn̄
H sicut iste dixit: nō nisi ex illa. Proprium quippe arbitrium nisi dei gratia iuuetur: nec ipsa bo
na voluntas esse in homine potest. Deus est enim (inquit apostol⁹) qui operatur in nobis & vel Philip.2.
le & operari pro bona voluntate: Non sicut isti sentiunt tantummodo scientiam: reuelando vt
nouerimus quid facere debeamus: sed etiam inspirando charitatem: vt ea quæ discendo noui
mus etiam diligendo faciamus. Nam vtiq; nouerat ille q̄ magnum bonum esset cōtinentia
qui dicebat: Et cum scirem quia nemo potest esse continens nisi deus det. Nō solum ergo scie- Sapien.8.
bat quantum esset hoc bonum: & q̄ desyderabiliter esset concupiscendum: verūtiā q; nisi dan
te deo esse non posset. Docuerat enim eum sapientia. Nam hoc dicit: Et hoc ipsum erat sapien
tiæ: scire cuius esset hoc donum. Nec tamen ei scientia sufficit: sed ait: Adii dominum & depre
catus sum illum. Non igitur tantummodo in hoc nos adiuuat deus vt sciamus quid agen-
dum sit: verumetiam vt amando agamus quod discendo iā scimus. Nemo itaq; potest esse nō
solum sciens: verūetiam cōtinēs: nisi deus det. Vnde cum iam ille haberet scientiam: ꝑcabat
vt haberet & continentiam: vt esset & in illo quod sciebat qa nō esset ex illo: aut si ꝑpter arbi-
trium propriū aliquātū & ex illo: nō tn̄ nisi ex illo: qa nemo pōt eē cōtinēs nisi de⁹ det. Iste aūt
de spiritalib⁹ diuitiis in qb⁹ est vtiq; etiā ipsa luminosa & speciosa cōtinētia: nō ait: In te & ex
te esse possunt: sed ait: nisi ex te & i te eē possūt: vt queadmodū nō ei sunt alibi nisi in illa: sic ei
nō aliūde nisi ex illa eē posse credāt: & ob hoc (qd̄ miseratot domin⁹ a corde ei⁹ auertat) sic glo
rietur q̄si nō acceperit. Et nos qdē de sanctæ virgis disciplia & humilitate Christiana: in qua
nutrita & educata est: hoc existimamus: q; illa verba cū legeret: si tn̄ legit: ingemuit & pectus s
humiliter tutudit: ac fortassis & fleuit: dn̄mq; cui dicata & a quo sācificata est / fideter orauit
vt qūo illa nō sūt verba illi⁹ sed alteri⁹: ita nō sit talis & fides ei⁹: qua se aliqd habere credat: de
quo in se nō in dn̄o glorief. Nā glīa qdē ei⁹ in ipsa est: nō in verbis alterius: sicut apostol⁹ dicit:
Op⁹ autē suū ꝓbet vnusquisq;: & tūc in semetipso glīam habebit: & nō in altero. Sed absit vt Gal.6.
glīa sua ipsa sit: & nō ille cui dī: Gloria mea: & exaltās caput meū. Ita qppe est in ea salubriter
gloria eius: cū de⁹ q in illa est: ipse est gloria eius: a quo habet omnia bona qbus est bona: & ha-
bebit omnia quibus melior erit: inquātum in hac vita melior esse poterit: & quibus pfecta erit
qū fuerit diuina gr̄a non humana laude perfecta. In domino em̄ laudabitur anima eius: qui sa
tiauit in bonis desyderium eius: qa & hoc desyderiū ipse inspirauit: ne virgo eius sic in aliquo
bono glorietur quasi non acceperit. De hoc ergo eius affectu vtrumnam fallamur: inde nos
fac poti⁹ rescribēdo certiores. Nam illud optime nouimus: cū oībus vr̄is cultores vos esse &
fuisse idiuiduæ trinitatis: Sed nō hic solū error human⁹ obrepit vt aliqd sec⁹ sentiat de idiui
dua trinitate. Sūt em̄ & alia in quib⁹ pernicīosissime errat: sicuti hoc est. Vn̄ diuti⁹ fortasse q̄
satis esset vestræ fideli castæq; prudētiæ in hac ep̄la locuti sum⁹: q̄q̄ qui bonū qd ex deo est
negat eē ex deo: nescim⁹ cui faciat iniuriā nisi deo: ac ꝑ hoc illi vtiq; trinitati: qd malū absit a
vobis: sicut abesse credimus. Absit omnino: vt tale aliquid in animo nō dicimus tuo: vl̄ sacræ
virginis filiæ tuæ: sed in cuiusq; extremi meriti famuli vel famulæ vestræ: liber iste fecerit: ex
I quo nōnulla verba quæ facilius intelligi possent ponenda credidimus. Si autem diligentius
intendatis: etiā illa quæ ibi videntur velut ꝑ gratia siue adiutorio dei dicere: sic inuenietis am
bigua: vt possint referri vel ad naturā vel ad doctrinā vel ad remissionē peccatorū. Nam &
q coguntur confiteri orare nos debere ne intremus in tentationem: possunt ad hoc refer-
re: vt hactenus nos ad id respondeant adiuuari: quatenus orantibus atq; pulsantibus no-
bis aperiatur intelligentia veritatis: vbi discamus quid facere debeamus: nō vt vires accipiat
voluntas nr̄a: quib⁹ id qd̄ scim⁹ faciamus. Et qd̄ nobis in gratia vel adiutorio dei dicūt dn̄m
Christum bene viuendi propositū exemplū: ad eandē doctrinā reuocant: quia scilicet in eius
exemplo discimus quemadmodum viuere debeamus. Non autem volunt ad hoc nos iuuari:
vt quod discendo cognoscimus: etiam diligendo faciamus. Aut certe in eodē libro inueniē

C

aliquid si potestis vbi excepta natura:excepto quod ad eandē naturam pertinet arbitrio volū tatis:excepta remissione peccatorū & reuelatione doctrinæ:tale dei adiutorium confitetur: quale confitetur ille qui dixit:Cum scirē quia nemo potest esse continens nisi deus det:& hoc ipsum erat sapientiæ:scire cuius esset hoc donum:adii dñm & deprecatus sum illū. Neq; eñ iste aut naturā precando volebat accipere in qua cōditus erat:aut de naturali voluntatis arbitrio satagebat cū quo conditus erat:aut remissionem peccatorū desyderabat:quin poti⁹ cōtinentiam ne peccaret optabat:vel quid faciendū esset scire cupiebat:cum iam se scire fateret cuius esset hoc donum. Sed vtiq; tantas volūtatis vires:tantum dilectionis ardorem volebat accipere spiritu sapientiæ:qui sufficeret ad implendam magnitudinem continentiæ. Si ergo tale aliquid illic inuenire potueritis: vberrimas gratias agimus si rescribēdo insinuare digne mini. Satis enim dici non potest quantum cupiamus in eorum hominum scriptis: qui propter acrimoniam atq; facundiam leguntur a plurimis:apertam confessionem illius gratiæ reperiri:quam vehementer commendat apostolus:qui etiā ipsius mensurā fidei:sine qua impossibile est deo placere:ex qua iustus viuit:quæ per dilectionē operat:antequā & sine qua omnino nulla cuiusq; bona opera existimanda sunt:Quoniā omne quod nō est ex fide :peccatum est deum dicit vnicuiq; partitū: Nec sola reuelatione scientiæ nos diuinitus adiuuari:vt pie iusteq; viuamus:quæ sine charitate inflat:verūetiā inspiratione charitatis ipsius: q̄ plenitudo legis est:& quæ cor nostrum vt scientia non inflet /ædificat. Sed adhuc nusq; tale aliqd in eorū literis potuimus inuenire. Maxime aūt hoc in isto libro esse vellemus:ex quo descripta illa verba posuimus:vbi virginē Christi ita laudans:tanq̄ spiritales diuitias nullus sibi præter ipsam conferre possit:& tanq̄ nisi ex ipsa esse non possint:non vult eam in domino gloriari : sed sic gloriari quasi non acceperit. In quo libro q̄uis nec ipsius nec tuæ reuerētiæ nomen expssit:tū a rofe virginis vt ad eam scriberet:a se postulatū eē cōmemorat. In quadā vero epl̄a sua idē Pelagius:vbi & nomē suum aptissime ponit:nec nomen sacræ virginis tacet: dicit ad eam se scripsisse:& eiusdē sui operis testimonio probare nititur se gratiam dei:quā vel tacere vel negare asseritur:apertissime confiteri. Sed vtrum ipse sit liber:in quo de spiritalibus diuitiis illa verba posuit:vel vtrum ad vestram peruenerit sanctitatem:rescriptis vestris petimus nos dignemini facere certiores.

Sapien.8.
Hebræ.11.
Abachuc.2.
Gal.5.
Ro.14.

Sancti Augustini ad Anastasium:de periculoso mundi blandimento:& de effectu & operatione legis pertractantis. Epistola.CXLIIII.



Omino fratri sancto & desyderabili Anastasio: Augustinus in dño salutem K
Salutandi syncēritatem tuā fidissima occurrit occasio:honor abiliū seruorū dei:fratrū nfor; Lupicini & Cōcordialis:p quos etiā si nō scriberē possent charitas tua oia q̄ apd nos agunt addiscere. Scio'eñ quātū nos in Christo diligas:qa & tu scis,quātū ī illo vicissim diligaris a nobis. Et ideo nō dubitaui re cōtristari potuisse:si eos vidisses sine lr̄is meis:quos a nobis pfectos & tanta nobis familiaritate cōiūctos ignorare nō posis. Simul etiā qa rescriptorū debitor sui. Nā ex quo sumpsi epistolā tuā:mi nūc primū/rescripsisse me nescio. Tantis eñ curis obstricti & distēti sum⁹:vt etiā hoc nesciā. Vobis aūt queadmodū sit:& vtrū vobis aliquā requiē(quātū in hac terra pōt)dñs pstiterit:valde nosse cupim⁹:qm̄ si glorificat vnū membrū:cōgaudēt oīa membra:atq; ita pleriq; cōtingit:vt dū aliquos fratres nros in quātulacūq; reqe cōstitutos i' mediis nr̄is anxietatib⁹ cogitam⁹:nō pua expte recreamur:tāq̄ & nos in ipsis qetius trāqlliusq; viuam⁹:q̄uis etiā cū molestiæ i hui⁹ vitę fragilitate crebrescūt:æternā reqem nos desyderare cōpellūt. Mūdus qppe iste piculosior est blād⁹ q̄ molest⁹:& magis cauēd⁹ cū se illicit diligi:q̄ cū admonet cogitq; cōtēni. Nā cū oia q̄ in illo sūt:cōcupiscētia sint carnis & cōcupiscētia oculorum & ambitio sæculi:sępe etiā his q talib⁹ spiritalia /inuisibilia / ęterna preponūt:inserit se terrenę suauitatis affect⁹:& delectationib⁹ suis nostra comitat officia. Quāto eñ sūt charitati futura meliora:tāto sunt īfirmitati violētiora pñtia. Etvtinā hi q ea videre & gemere nouerūt:vicere & euadere mereāt. Qd sine dei gratia nullo mō voluntas īplet humana:qa nec libera dicēda est:q̄diu est vincērib⁹ & vincendis cupiditatib⁹ subdita. L
A quo eñ qs deuict⁹ est:huic & seru⁹ addict⁹ est. Et si vos fili⁹ liberauerit:ait ipse dei filius:tūc vere liberi eritis. Lex itaq; docēdo & iubēdo qd̄ sine gratia impleri nō pōt:homini demōstrat suam infirmitatem:vt quærat demonstrata infirmitas saluatorē:a quo sanata voluntas possit quod infirma nō posset. Lex igitur adducit ad fidem:fides impetrat spiritum largiorem:diffū

1.Corin.12.
1.Joannis.2.
2.sentē.dis.26.ca.nā vr.
2.Petri.2.
Ioan.8.

dic spiritus charitatem: implet charitas legē. Ideo lex pędagogus vocatur: sub cui⁹ minacissi Gal.3.
ma seueritate qui inuocauerit nomen domini saluus erit. Quomodo autem inuocabūt in quē Ro.10.
non crediderūt? Proinde ne litera sine spiritu occidat: spiritus viuificans credētibus & inuo Ro.5.
cantibus datur: charitas vero dei diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui
datus est nobis: vt fiat quod idem aplus dicit: Plenitudo legis charitas. Ita bona est lex illi qui Ro.13.
ea legitime vtitur. Vtitur autem legitime: qui intelligens quare sit data: per eius com minati
onem confugit ad gratiam liberantem. Huic gratię qua iustificatur impius: quisquis ingra-
tus velut ad legem implendam de suis viribus fidit: ignorans dei iustitiam & suam volens cō Ro.10.
stituere: iustitiae dei non est subiectus. Ac per hoc fit ei lex non absolutionis adiurorium: sed
vinculum criminis. Non quia lex malum est: sed quia peccatum sicut scriptum est per bonum
talibus operatur mortem. Per mandatum enim grauius delinquit: qui per mandatum scit q̄
M malum scit qd admittit. Inaniter autem putat victorem se esse peccati: qui poenae timore nō
peccat: quia etsi non impletur foris negotium malae cupiditatis: ipsa tamen mala cupiditas in
tus est hostis. Et quis coram deo innocens inuenitur: qui vult fieri quod vetatur: si subtrahas
qd timetur? Ac per hoc in ipsa voluntate reus est: qui vult facere quod non licet fieri: sed ideo
non facit quia impune non potest fieri. Nam quantum in ipso est: mallet non esse iustitiam pec
cata prohibentem atq; punientem. Et vtiq; si mallet non esse iustitiam: quis dubitauerit q;
eam si posset auferret? Ac per hoc quomodo iustus est iustitiae talis inimicus: vt eam si pote-
stas detur praecipientem auferat ne comminantem vel iudicantem ferat? Inimicus ergo iusti-
tiae est qui poenae timore non peccat: amicus autem erit si eius amore non peccet. Tunc enim
vere timebit peccare. Nam qui gehennas metuit: non peccare metuit sed ardere. Ille au-
tem peccare metuit: qui peccatum ipsum sicut gehēnas odit. Ipse est timor domini castus per Psal.18.
manens in saeculum saeculi. Nam ille timor poenae tormentum habet: & non est in charitate:
eumq; perfecta charitas foras mittit. Tantum porro quisq; peccatum odit quantum iustiti- 1.Joannis.4.
am diligit: qd non poterit lege terrente per literam: sed spiritu sanante per gratiam. Tunc Ro.6.
fit quod apostolus admonet: Humanū dico propter infirmitatē carnis vestrae. Sicut em̄ exhi-
buistis mēbra vestra deseruire immunditiae & iniquitati ad iniustitiā: sic nunc exhibete mē-
bra vestra deseruire iustitiae i sanctificationē. Quid em̄ est sicut illud: ita & hoc: nisi queadmo
dū ad peccandū nullus vos cogebat timor: sed ipsius libido voluptasq; peccati: sic ad iuste vi-
N uēdū nō vos supplicii met⁹ vrgeat: sed ducat delectatio charitasq; iustitiae? Et hęc quidē quā
tū mihi videt nōdū est pfecta: sed quodammodo adulta iustitia. Neq; em̄ frustra pręmitteret:
Humanū dico propter infirmitatem carnis vestrae: nisi quia plus aliquid dicēdū fuit: si iā illi
ferre potuissēt. Pl⁹qppe seruitutis debet iustitiae q̄ pctō solēt hoīes exhibere. Nā poena corpis
etsi non a voluntate: tamē reuocat ab opere peccati. Nec facile quisq; est qui palam committat
qd per illicitā & immūdā pcipiat voluptatē: si cruciatus vindictę certū est cōtinuo secuturos.
Iustitia vero sic amāda est: vt ab eius operibus etiā poenae corporis nos cohibere non debeant:
atq; inter manus etiam crudelium inimicorum luceant opera nostra corā hoībus: vt quibus Matthaei.5.
placere possunt: glorificent patrē nostrū qui in caelis est. Hinc est q; ille fortissim⁹ iustitiae di-
lector exclamat: Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio: an angustia: an psecutio Ro.8.
an fames: an nuditas: an periculū: an gladius? Sicut scriptum est: Quoniā pp̄ter te mortifica- Psal.43.
mur tota die: deputati sumus vt oues occisionis. Sed in his omnib⁹ supuincimus per eum qui
dilexit nos. Certus sum enim quia neq; mors: neq; vita: neq; angelus: neq; principatus: neq; p̄
sentia: neq; futura: neq; virtus: neq; altitudo: neq; profundum: neq; creatura alia poterit nos
separare a charitate dei: quae est in Christo Iesu domino nostro. Vide quemadmodum non vt
cunq; ait: Quis nos separabit a Christo: sed ostendens vnde cohaereamus Christo: Quis nos
(inquit) separabit a charitate Christi. Charitate igitur Christo non poenae timore cohaere-
mus. Deinde commemoratis eis quae videntur habere violentiam: nec tamen habet valenti-
am separandi: ita conclusit: vt eandem diceret charitatem dei quā dixerat Christi. Et quid
est a charitate Christi: nisi a charitate iustitiae? De illo quippe dictum est: Qui factus est Hiere.9.
nobis sapientia a deo: & iustitia: & sanctificatio: & redemptio vt quemadmodum scriptum 1.Corin.1.
est: Qui gloriatur in domino glorietur. Sicut ergo ille est iniquissimus: quem nec poenae cor-
porales deterrent ab immundis operibus sordidęq; voluptatis: ita ille iustissimus qui nec poena
rum corporalium terrore reuocatur a sanctis operibus luminosissimae charitatis. Quae cha Ro.5.
ritas dei (quod perpetua cogitatione tenendum est) diffunditur in cordibus nostris per spi-

ritum sanctum qui datus est nobis: vt qui gloriatur in domino glorietur. Cum ergo nos huius charitatis q̄ lex verissime implet: pauperes egentesq; sentimus: non de inopia nostra diuitias eius
Psal.35. exigere: sed orando petere: quærere & pulsare debemus: vt ille apud quem est fons vitæ: det no bis inebriari ab vbertate dom⁹ suæ: & voluptatis suæ potare torrēte: quo māducati atq; vegetati
Ro.5. nō solū tristitia non absorbeamur: verumetiā gloriemur i tribulatiōib⁹: sciētes q̄a tribulatio patientiam operatur: patientia probationem: probatio spem. Spes vero non confundit: nō q̄a per nos ipsos hoc possumus: sed quoniam charitas dei diffusa est in cordibus nostris p spiritū sanctum qui datus est nobis. Delectauit me ista saltem per literas loqui tecum quæ cum p̄ O
sente non potui. & hoc non propter te: qui non alta sapiens consentis humilibus: sed propter quosdam qui nimium arrogant humanæ voluntati: quam lege data putant ad eam implendā sibi posse sufficere: nulla super doctrinam legis gratia sanctæ inspirationis adiutam. Per quorum disputationem infirmitati hominum misere atq; indige suadetur: vt nec orare debeam⁹ ne intremus in tentationem. Non quia hoc audent aperte dicere: sed eorum sententiam velint
Matthæi.9. nolint hoc vtiq; sequitur. Nam vt quid nobis dicitur: Vigilate & orate ne intretis in tentationem? Vt quid etiam secundum hanc exhortationem cum doceret orare: præcepit vt dicam⁹ Ne nos inferas in tentationem: si hoc non impletur ex adiutorio gratiæ diuinæ: sed id totum est in arbitrio voluntatis humanæ? Quid plura? Saluta fratres qui tecum sunt: & orate pro
Matthę.29. nobis vt salui simus secundum illam salutem de qua dicitur: Non est opus sanis medicus: sed male habentibus: Non enim veni vocare iustos: sed peccatores. Orate ergo pro nobis vt iusti simus: quod quidem homo non potest nisi norit & velit: & erit continuo qui plene voluerit: sed hoc ipsum in eo non erit nisi gratia spiritus sanetur & adiuuetur vt possit.

Sancti Augustini ad Sebastianum: Epistolæ illius qua tedium a peccatoribus delinquentibus legē dei habere se significabat: respondentis. Epistola.CXLV.



Domino sancto & desyderabili & in Christi honore suauissimo fratri Sebastiano: Augustinus in domino salutem. Quis ab animo nostro nullo modo te separatum esse permittat dulce vinculum charitatis: & indesinēter tuos sanctos mores atq; colloquia recolamus: tamē bene fecisti: & gratias agimus q̄ nobis etiam corporalis salutis tuæ nuntios apices mittēdo: nos plurimum exhilarasti. Sēsi autem in epistola tua: q̄ tedium te detinuerit a peccatoribus relinquentibus legem dei. Illo enim spiritu viuis quo dictum est
Psal.118. Vidi insensatos & tabescebam. Pia est ista tristitia: et si dici potest: beata miseria: vitiis alienis tribulari non implicari: merere non hærere: dolore contrahi non amore attrahi. Hæc est persecutio quam patiuntur omnes qui volunt in Christo pie viuere: secundum apostolicam mor dacem veramq; sentētiam. Quid enim hic magis persequitur vitam bonorum q̄ vita iniquorum: non cum cogit imitari q̄d displicet: sed cum cogit dolere quod videt? Quoniam coram pio viuens impie: et si non obligat consentientem: cruciat sentientem. Nam sæpe & diu impiorum corporibus a sæcularibus potestatibus: & quorumlibet vexationibus parcitur: piorum
2.Timot.3. autem cordibus a malis hominum moribus nunq̄ vsq; ad huius sæculi finem. Sic ergo potius impletur quod commemorauit dixisse apostolum: Quia omnes qui volunt in Christo Iesu pie viuere: persecutionem patientur: & tanto amarius: quanto interius: donec diluuium transeat
Matthę.24. vbi arca continet coruum & columbam. Sed inhære frater illi a quo audisti: Qui perseuerauerit vsq; in finem: hic saluus erit. Coniungere domino: vt crescat in nouissimis vita tua. Scio enim non deesse recreationem cordis de fratribus bonis. Huc adiunge promissiones dei fideles: magnas: certas: sempiternas ipsiusq; tolerantiæ imperturbabilem ineffabilemq; mercedē.
Psal.93. Et vide q̄ verum domino cantes: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: consolationes tuæ iucundauerunt animam meam. Mitte fratri Firmo literas nostras. Sanctitatem tuam & familiam dei quæ tuo ministerio gubernatur: fratres & sorores quæ apd nos sunt: nobiscum in domino resalutāt. Et alia manu. Incolumes pro nobis oretis dilectissimi & sancti fratres. Ego Alipius impensissime saluto syncæritatem tuam: omnesq; tibi in domino coniunctos. Atq; vt hanc tanq̄ meam epistolam deputes peto. Etsi enim aliam propriam mittere potuissem: tamen malui huic inscribere: vt vnanimitatem nostram vna etiā pagina testaret.

Sancti Augustini ad Consentium: illius quæstioni: vtrum nunc corpus domini ossa & sanguinem habeat: aut reliqua carnis liniamenta: respondentis. Epistola.CXLVI.

Q Dilectissimo fratri Consentio: Augustinus. Quantum ad oculos attinet corporales: quosdam videmus nec nouimus: quorum a nobis studia vitaque nesciunt quosdam nouimus nec videmus: quorum nobis charitas & affectus innotuit: in quibus & te annumeramus: & ideo te magis videre desyderamus: vt in his sis quos & videmus & nouimus. Nam illi qui ignoti nostris oculis ingerunt: nō solū desyderabiles nō sunt sed vix tolerabiles sunt: nisi in aliquibus signis pulchritudo in his hominis interioris appareat. Quorū autem sicut tuus nobis prius animus intelligendo q̄ videndo corpus apparuit: iam quidē nouimus eos. Sed ideo etiam videre desyderamus: vt p illud quod cōspicitur oculis: multo iucundius & familiatius eo quē iam nouimus amico interiore pfruamur. Verum & hoc de te nobis deus fortasse donabit getioribus & trāquillioribus (sicut optamus) rebus humanis: vt id honestæ charitatis sit potius q̄ molestæ necessitatis. Nunc ad ea respondeam sicut dño adiuuante potuero: quæ præter epistolam in alia chartula a me quærēda misisti. Quæris vtrū nūc corpus dñi ossa & sanguinem habeat: aut reliqua carnis liniamēta. Quid si adderes: vtrum etiam vestimēta: nonne augeretur quæstio? Qua causa? nisi quia ea quæ in vsu vitæ huius nostræ corruptibilia nouimus sine corruptione cogitare vix possumus: cum diuinorum miraculorum quædam documenta iam data sint: ex quibus liceat coniectare maiora. Nam si vestis Israelitarū p tot annos in eremo sine tritura esse potuit: si morticina pellis calceamētorū tam diu sine labe durauit: potest vbique deus quorūlibet corporū per quātū voluerit tempus incorruptam protendere qualitatem. Ego proinde domini corpus ita in cælo esse credo vt erat quando ascendit in cælum. Dixerat autē discipulis (vt in euangelio legimus) de sua resurrectione dubitantibus: & illud qđ videbant non corpus sed spiritū esse putātibus: Videte manus meas & pedes: palpate & videte quia spiritus ossa & carnem non habet: sicut me videtis habere. Sic eorū cū esset in terra cōtrectatus est manibus: sic eorū est cū iret in cęlū deductus aspectibus. Ibi vox angelica sonuit: Sic veniet quemadmodū eum vidistis euntem in cælum. Fides assit: & nulla quęstio remanebit. Nisi forte de sanguine requirendum est: quia cum dixisset: Palpate & videte: qa spūs carnē & ossa nō habet: nō addit: sanguinem. Non ergo & nos addamus inquirere: qđ ille non addidit dicere: Et de cōpendio (si placet) finita sit quęstio. Fortassis eñ accepta occasiōe sanguinis vrgebit nos molestior pscrutator & dicet: Si sanguis: cur nō & pituita: cur non & fel flauum: & fel nigrum: quibus quatuor humoribus naturam carnis tēperari etiā medicinæ disciplina testatur. Sed quodlibet quisque addat: corruptionē addere caueat: ne suæ fidei sanitatem castitatēque corrūpat. Ex consuetudine rerum expertarū: inexpta opera diuia infirmitas metitur humana: & argutule se garrire arbitratur cum dicit: Si caro & sāguis est: si sanguis & cæteri humores: si cęteri humores: ergo & corruptio. Eo modo diceret: Si flamma est & ardet: si ardet & vrit si vrit ergo virorum trium in fornace ignis ab impio rege missorum corpora incendit. Si autem hoc in tribus viris miraculum factū esse non dubitat quisquis de diuinis operibus recte sapit: cur non credatur qui fecit illa corpa nō posse igni corrumpi: fecisse illud corpus nec igne: nec fame: nec morbo: nec senio nec vlla vi alia qua solet humana corpora labefactare corruptio. Quod si quisque dicit non carni trium illorum virorum additam contra ignem incorruptionem: sed ipsi igni detractā corrumpēdi facultatē: quid veremur ne carnē facere nequiuerit nō posse corrūpi: q fecit ignē nō posse corrūpere? Nā si illā nō de carnis: sed de ignis mutatione intelligitur: multo est mirabilius: Simul enim & hominum corpora non vrebat ne posset nocere: & ligna fornacis vrebat vt posset ardere. Sed qui etiam ista non credunt: nimium de diuina potestate diffidūt: nec cum eis vel ad eos nunc sermo nobis est. Qui aūt ista credunt ex his etiam illa vtcunque coniiciant quæ fideliter quærunt. Valet igitur diuina potentia de ista visibili atque tractabili natura corporum quibusdā manentibus auferre quas voluerit q̄litates: ac per hoc valet etiam membra mortalia formæ liniamentis manentibus: corruptione vero mortalitatis emortua stabili vigore firmare: vt absit labes: assit effigies: assit motio: absit fatigatio: assit vescēdi potestas: absit esurieñdi necessitas. Qđ ergo legitur apud aplm: Caro & sanguis regnum dei nō possidebunt: Soluitur quidem quæstio etiam isto modo quē tu cōmemorasti: vt carnis & sanguinis nomine: opera carnis & sanguinis intelligantur. Verum quia non de opibus sed de mō resurrectionis loquebatur apls: & eam quæstionē disputādo versabatur: melius eo loco intelligitur caro & sanguis p corruptiōe carnis & sanguinis posita. Si eñ nomē carnis significat operationē: cur nō significat etiā corruptionē: sicut dictū est: Oīs caro fœnū? Nā & hic

Lucæ.24.
Act.1.
1.Corin.15.
Esa.40.

ipsa corruptibilitas significata est.Sequitur enim:Et omnis honor carnis vt flos foeni : foenum
Lucæ.24. aruit:flos decidit.Nunquid nam hoc etiam illi carni competit:de qua dictum est:Palpate & vide
te: quia spiritus,ossa & carnem non habet sicut me videtis habere?Nam quomodo arescat aut deci
Ro.6. dat:cum scriptum sit:Quod Christus surgens a mortuis:iam non moritur:& mors ei vltra non do
minabitur.Proinde ipsam apostolicam sententiam desup inspice: totamque consydera: cum resur
1.Corint.15. rectionem mortuorum psuadere vellet eis qui dicebant:Quia resurrectio mortuorum non est
Christi resurrectione præmissa: in exemplum inter cætera quæ ibi disseruit:intulit sibi quæsti
onem atque ait.Sed dicet aliquis:quomodo resurgent mortui:quo autem corpore venient:id est qua
li corpore.Deinde adhibens documenta seminum:Stulte(inquit)tu quod seminas non viuifica
tur nisi prius moriatur:& quod seminas non corpus quod futurum est seminas: sed nudum
granum fere tritici:aut alicuius cæterorum.Deus autem illi dat corpus quomodo voluerit:& vnicui
que seminum proprium corpus.Secundum hoc ergo dixerat:Non corpus quod futurum est se
minas:Neque enim non triticum erit ex tritico.Sed quia nemo seminat hærbam vel stipulam &
multiplicia in palea tegumenta granorum cum quibus tamen semina exurgunt:ideo ait:Sed nudum gra
num:Hinc volens ostendere:quia si deus potest addere quod non erat in nudo semine : multoma
gis potest reparare quod erat in hominis corpore. Iam vero quod adiungit:ad differentiam T
pertinet resurgentium propter diuersas glorias fidelium atque sanctorum.Non omnis(inquit)
caro eadem caro:alia quippe hominum:alia autem caro pecorum:alia volucrum: alia piscium:
& corpora cælestia:& corpora terrestria:sed alia est cælestium gloria:& alia terrestrium:& alia glo
ria solis:& alia gloria lunæ:& alia gloria stellarum.Stella enim a stella differt in gloria:sic & resur
rectio mortuorum.In his omnibus iste sensus est:Si genera carnis cum sint cuncta mortalia:diffe
runt tamen inter se pro diuersitatibus animantium:Et si corpora cum sint omnia visibilia:dif
ferunt tamen pro diuersitatibus locorum: vnde alia est cælestium gloria:alia terrestrium:Et
si in locis sublimibus cum sint cuncta cælestia : differunt etiam ipsa claritatibus luminum:non
mirum est quod in resurrectione mortuorum distabit gloria meritorum.Hinc iam venit ad illud
1.Corint.15. quod communiter habet omnis caro quæ ad vitam resurgit æternam:& dicit:Seminatur in
corruptione:surget incorruptione:seminatur in incontumelia:surget in gloria : seminatur in
infirmitate:surget in virtute:seminatur corpus animale:surget corpus spiritale.In his verbis
apostoli nunquid fas est putare melius corpora nostra resurrectura quam Christi? cum de illo
sit propositum exemplum: quod fideliter intendere & per eius gratiam sperare debeamus:
Ac per hoc nullo modo potuit corpus Christi cum corruptione surgere:si nostrum in incorru
ptione resurrecturum promittitur:nec potuit illud sine gloria:si nostrum resurget in gloria.Quæ
autem ibi gloria vbi adhuc corruptio? Nimis itaque absurdum est:vt credamus illud corpus:&
in infirmitate esse seminatum:id est mortificatum:& in infirmitate resurrexisse:cum corpus no
2.Corin.13. strum seminetur in infirmitate:resurgat in virtute:Et dicat idem apostolus de Christo: Etsi
crucifixus est ex infirmitate sed viuit in virtute dei.Quis vero tam absurde sapiat:vt credat
illud corpus animale seminatum:animale,resuscitatum:si nostrum seminatur animale:resurget spi
ritale? Constat itaque neque vllo modo dubitandum est:corpus Christi:quod licet corruptionem putre V
Psal.15. dinis in sepulchro non viderit:vnde scriptum est:Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem:cla
uis tamen & lancea prorsus potuit:nunc omnino in incorruptione consistere:& quod in contumelia pas
sionis mortisque seminatum est:nunc esse in gloria vitæ æternæ:& quod ex infirmitate potuit cruci
figi:nunc in virtute regnare:& quod erat corpus animale:quoniam ex Adam sumptum est:nunc esse spi
ritale:quoniam spiritui iam inseparabiliter copulatum est.Cum enim vellet apostolus de corpore ani
mali adhibere testimonium scripturarum:illud posuit quod in Genesi legitur:Si est(inquit) cor
1.Corin.15. pus animale:est & spiritale:sicut scriptum est:Factus est primus Adam in animam viuentem
vel in animam viuam.Recolis certe quemadmodum scriptum sit:Et insufflauit deus in faciem eius fla
Gen.2. tum vitæ:& factus est homo in animam viuam.Dictum est autem etiam de animalibus:Producat
Gen.1. terra animam viuam.Intelligitur ergo corpus animale dici simile cæteris animalibus propter
mortis dissolutionem & corruptionem:quæ quotidie cibo reficitur: & postea superata ani
mantis compago dissoluitur.Spiritale autem corpus:quod iam cum spiritu immortale est:quamuis
nonnulli arbitrentur tunc fieri corpus spiritale cum iam & ipsum corpus mutabitur in spiritum
et quod homo erat ex corpore & spiritu:vtrumque ac totum spiritus erit:quasi dixerit apostolus:Seminatur cor
pus:surget spiritus.Dixit autem seminatur corpus animale:surget corpus spiritale.Proinde sicut animale
corpus non est anima sed corpus:ita & spiritale corpus non spiritum debemus putare sed corpus

Quis porro audeat opinari: vel Christi corpus non spiritale resurrexisse: vel si spiritale surre
xit: iam non corpus fuisse sed spiritum: cum hanc opinionem discipulorum refellat: vbi cum
eum videntes existimarẽt se spiritũ videre: ait: Palpate & videte: quia spiritus ossa & carnẽ nõ Luca.24.
habet sicut me videtis habere? Iam igit̃ illa caro spiritale erat corpus: nec tñ spiritus erat sed
corpus: nulla vlterius morte ab aĩa resoluendũ atq; separandũ: sicut corpus animale: quale ani
matum est dei flatu cũ factus est homo in animam viuã: etiam ipsum ex animali spiritale sine
mortis interuentu futurum nisi transgressio praecepti prius commisso peccato infligeret poe
nam: q̃ deus seruatae iustitiae daret coronam. Vnde dominus Christus per nos ad nos ve
nit: cum peccatores iustus inuenit: per stratum quodammodo humilitatis nostrae: sed non cũ
morbo iniquitatis nostrae. Nam per animale nobis: hoc est per mortale corpus apparuit: q vri
q; si voluisset: cũ corpore immortali primitus aduenisset. Sed qa nos humilitate filii dei sanari
oportebat: vsq; ad nostram infirmitatem descendit: & fidei nostrae meritum ac praemium vir
tute suae resurrectionis ostendit. Ideo sequit̃ apostolus & dicit: Nouissimus Adam in spiritum 1.Corin.15.
viuificantem: siue intelligatur primus Adam qui de puluere anteformatus est: nouissim⁹ aũt
Adam qui de virgine procreatus est: siue in vnoquoq; homine vtrunq; cõpleat̃: vt prim⁹ Adã
sit in corpore mortali: nouissimus Adã idem ipse in corpore immortali: tñ inter animam vi
uentem & spiritum viuificantem: hoc interesse voluit: vt illic sit corpus animale: hic spiritale.
Aĩa quippe in corpore animali viuit qdẽ: sed non viuificat vsq; ad auferendam corruptionem
In corpore vero spiritali: quoniam perfecte adhaerens domino / vnus spiritus est: sic viuificat
vt spiritale corpus efficiat: absumens omnem corruptionem: nullam metuens separationem.
Proinde sequitur: Sed nõ prius quod spiritale est: sed qd̃ animale: postea spiritale. Primus hõ 1.Corin.15.
de terra terrenus: secundus homo de caelo caelestis. Qualis terrenus tales & terreni: & qualis
caelestis tales & caelestes. Sicut portauimus imaginem terreni: portemus & imaginem eius q
de caelo est. Quid est: Qualis terrenus tales & terreni: nisi mortales ex mortali? Et qd est: Qua
lis caelestis tales & caelestes: nisi immortales per immortalem? Illud per Adam: hoc per Chri
stum. Dominus enim ad hoc terrenus factus est cum esset caelestis: vt eos qui terreni erant: fa
ceret caelestes: hoc est ideo ex immortali mortalis factus est assumendo serui formam: non do
mini mutando naturam: vt eos qui mortales erant / faceret immortales in patiendo do
minicam gratiam: non seruilem iniuriam retinendo. Cum igitur de resurrectione cor
poris apostolus disputans doceret nostra corpora futura ex corruptibilibus incorruptibilia:
ex corruptibilibus gloriosa: ex infirmis fortia: ex animalib⁹ spiritalia: hoc est ex mortalib⁹ im
mortalia: subiecit vnde agitur: atq; ait: Hoc autem dico fratres: quia caro & sanguis regnum
dei possidere non possunt. Et ne quisq̃ putaret secundum substantiam carnis hoc apostolum
definisse: aperuit quid diceret subiungendo: Neq; corruptio incorruptionem possidebit. Tã
q̃ diceret: quod dixi: Caro & sanguis regnum dei non possidebunt: ideo dixi: quia corruptio
incorruptionem non possidebit. Hoc ergo loco: nomine carnis & sanguinis / corruptionem
mortalitatis intelligi voluit. Deniq; tanq̃ ei diceretur: quõ caro erit & caro non erit? Caro
quippe erit: quoniam dominus post resurrectionem ait: Palpate & videte: quia spiritus ossa
et carnem non habet sicut me videtis habere. Caro autem non erit: quoniam caro & sanguis
regnum dei non possidebũt: Exponit qd dixerit adiiciens: Ecce mysteriũ vobis dico: Oẽs qdẽ
resurgemus: vel sicut graeci codices habent: Omnes quidem dormiemus: non tamen omnes
immutabimur. Hanc mutationem vtrum in deterius: an in melius intelligi voluerit: inferi
ora demonstrant. In atomo (inquit) hoc est in puncto temporis quod diuidi nõ potest: In ictu
oculi: hoc est in summa celeritate: In nouissima tuba: hoc est in nouissimo signo quod dabi
tur: vt ista compleantur. Cantat enim tuba (inquit) & mortui resurgunt incorrupti: &
nos commutabimur. Ergo istam commutationem in melius sine dubitatione oportet intel
ligi: quia omnes & iusti & iniusti resurrecturi sunt. Sed sicut dominus in euãgelio loquitur:
Qui bene fecerunt in resurrectionem vitae: qui male egerunt in resurrectionem iudicii: Iudi Ioan.5.
cium appellans poenam sempiternam: sicut alio loco: Qui non credit (inquit) iam iudicatus Ioan.3.
est. Proinde illi qui ad iudicium resurrecturi sunt: non commutabunt̃ in illam incorruptelam
quae nec doloris corruptionẽ pati põt. Illa nãq; fideliũ est atq; sanctorũ. Isti vero ꝑpetua corru
ptione cruciabũtur: quia ignis eorum non extinguetur: & vermis eoꝝ nõ morietur. Quid si Esa.66.
bi ergo vult ista distinctio: Et mortui resurgent incorrupti: & nos cõmutabimur: nisi quia om
nes incorrupti resurgent? Sed ex his etiã iusti immutabũt̃ in illã incorruptelam: cui oino nul

la possit nocere corruptio:ac per hoc qui in ea:non commutabuntur. Incorrupti quidem re-
surgent integritate membrorum:sed tamen corrumpendi dolore pœnarum:cum audierint
Matthei.25. Ite maledicti in ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius. A quo auditu malo iu
Psal.111. stus nō timebit. De illa vero cōmutatione iustorum cum dixisset:Nos commutabimur: tan y
q̃ quæreremus:quomodo istud fiat:vel qualis illa commutatio futura sit: adiungit & dicit:
Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelam:& mortale hoc induere immortalita
1.Corin.15. tem. Non(vt opinor)dubitandū est secundum hoc dictum: Caro & sanguis regnum dei non
possidebunt:quia non ibi erit corruptio & mortalitas carnis & sanguinis. Secundum has enī
qualitates hoc loco carnem & sanguinem nuncupauit. Quocirca : vt aliquid exempli gratia
Thessal.3. ponam:quod interim occurrit:sicut scriptum est:Ne forte tentauerit vos qui tentat:& inanis
sit labor vester:atq; hic intelligitur diabolus:tanq̃ deus omnino non tentet: de quo alio loco
Iacobi.1. scriptura dicit:Ipse autem neminem tentat. Nec contraria et ista sententia ei qua dicitur:Tē
Deute.13. tat vos dominus deus vester. Sed soluitur quæstio:cum vocabulum tentationis diuersas in-
telligentias habet:eo q̄ alia sit tentatio deceptionis:alia tentatio probationis : secundum illā
non intelligitur qui tentat nisi diabolus:secundum hanc vero tentat deus. Ita cum dicitur:
Caro possidebit regnum dei:& caro non possidebit regnū dei:etiam huius nominis intelligen
tia discernatur:& nulla erit quæstio:quoniam caro secundum substantiam:secundum quam
Lucæ.24. dictum est:Spiritus ossa & carnem non habet sicut me videtis habere: possidet regnum dei.
Caro autem cum secundum corruptionem intelligitur:non possidebit. Hoc enim expositum
1.Corint.15. est cum diceretur:Caro & sanguis regnum dei non possidebunt : in eo q̄ continuo additum
est:Neq; corruptio incorruptionem possidebit: sicut satis quantum arbitror disseruimus.
Q; quæris:vtrum singillatim a creatore deo corporum liniamenta formentur:non moue- Z
bit:n quantum potest humana mens potentiā diuinæ operationis intelligat. Quomodo enim
Ioannis.5. negare poterimus deum etiam nunc operari cuncta quæ creantur:cum dominus dicat:Pater
meus vsq; nunc operatur? Vnde illa cessatio septimi diei ab ipsis naturis condendis intelligen
da est facta:non ab earum administratione quæ conditæ referuntur. Cum ergo natura rerum
a creatore administratur:& per ordines præfinitis locis & temporibus suis cuncta nascantur
Hieremię.1 deus vsq; nunc operaſ. Nam si deus nūc ista nō format:quomodo legitur:Priusq̃ te formarem
Matthei.6. in vtero noui te? Quomodo etiam accipi potest: Q; si fœnum agri quod hodie est & cras in cli x
banum mittitur deus sic vestit:nisi forte credendum est fœnum a deo vestiri:& a deo corpo-
ra non formari? Cum enim dixit:vestit:non de præterita ordinatione : sed de præsenti opera-
tione satis indicat. Vnde est etiam illud apostoli de seminibus : quod supra commemoraui.
Non(inquit) corpus quod futurū est seminas:sed nudum granum fere tritici aut alicuius
1.Corin.15. cæterorum. Deus autem illi dat corpus quomodo voluerit. Non dixit: dedit aut disposuit:
sed dat : vt creatorem intelligas efficaciam sapientiæ suæ rebus q̃ quotidie suis temporibus
Sapien.8. oriuntur/condendis adhibere. De qua sapientia dictum est:Pertendit a fine vsq; in finem for-
titer : & non dixit:disposuit:sed disponit omnia suauiter. Multum est autem vel tenuiter sa-
pere: quomodo commutabilia & temporalia non commutabilibus & temporalibus creato-
ris motibus: sed æterna & stabili virtute condantur. De illo sane quod percontandum &
putasti:vtrū baptizati omnes si absq; pœnitentia diuersis criminibus irretiti de corpore ex
ierint: veniam quolibet tempore consecuturi sint : librum non paruæ quantitatis iam scri-
10.de Genē. psi : quem si describere curaueris: fortasse nihil vlterius hinc requires. Vis etiam per me
ad literā ca. scire : vtrum dei flatus ille in Adam idem ipse sit anima? Breuiter respondeo : aut ipse
23. est : aut ipso anima facta est. Sed et si ipse est:factus est. De anima quippe loquitur per Esai
7.de Genē. am prophetam deus vbi dicit: Omnem flatum ego feci. quod sequentia satis indicant. Sequi
ad literā ca. tur enim:Propter peccatum modicum quid contristem illum? Id est ipsum flatum:& cætera
2.&.3.&.4. quæ nisi de anima humana intelligi nequeunt. In hac enim quæstione maxime cauendum est
et.5. ne anima non a deo facta natura : sed ipsius dei substantia tanq̃ vnigenitus filius : quod est
verbum eius : aut aliqua eius particula esse credatur: tanq̃ illa natura atq; substantia qua
deus est quicquid est:commutabilis esse possit. Quod esse animam nemo non sentit qui se ani
mam habere sentit. Cum ista dictarem:perlator iam ventum expectans:me vehementer vt na
uigaret: vrgebat. Itaq; si quid hic incondite atq; inculte dictum legeris:vel si totum ita esse p-
spexeris:doctrinæ da operam:linguæ veniam.

Sancti Augustini ad Proculianum: ostendentis qua ratione bonũ sit cum se inuicem ab errore reuocare conentur: idq; se agere asserentis: & quãtum illum diligat exponentis: atq; petentis ne in responsionibus sibi datis aliquid contumeliose in se dictũ existimet: Ipsum praeterea rogantis & obsecrantis: vt promissionis suae meminerit: vt sic veritate discussa errores & dissensiones tollantur. Epistola.CXLVII.

9 Omino honorabili & dilectissimo Proculiano: Augustinus. Propter imperitorum hominum vanitates: diutius apud te de titulo epistolae meae disputare non debeo. Cum enim nos reuocare inuicem ab errore conamur: q̃uis ante plenissimã discussionem causę quibusdã videri possit quis nostrũ erret incertum: seruimus tamẽ inuicem nobis si bono animo nobiscum agimus: vt a peruersitate discordię liberemur. Q đ me syncero corde agere: & cum tremore Christianae humilitatis etiam si pleris q; hominibus apertũ non est: videt tamen ille cui nulla corda clauduntur. Quid autem in te honorare non dubitẽ facile intelligis. Non enĩ errorẽ schismatis (vnde omnes homines quantũ ad me attinet cupio sanari) dignum honore aliquo existimo. Sed te ante omnia: ꝙ ipsius nobis humanae societatis vinculo stringeris: & ꝙ nonnulla in te praeminent placidioris mẽtis indicia: quibus nullo modo desperandum est facile te posse veritatem cum fuerit demonstrata cõplecti: sine vllo aestu dubitationis honorandũ puto. Dilectionis autẽ tantũ tibi debeo: quantũ nobis imperat ipse qui nos dilexit vsq; ad crucis opprobrium. Sed ne mireris ꝙ apud beniuolentiam tuã diu tacui: non putabam in hac te esse sententia: quã mihi frater Euodius cui fidem non habere non possum: gaudens indicauit. Nam cum forte cõtigisset: vt in vnã domũ cõueniretis: & sermo inter vos de spe nostra, hoc est de Christi hęreditate ortus esset: ait dixisse benignitatẽ tuam: velle te & bonis viris sedentibus conferre nobiscum. Q đ te multũ gaudeo nostrae humilitati offerre dignatũ. Neq; vllo modo possum tantã occasionẽ benigni animi tui deserere: vt quantũ vires dñs praebere dignabitur: quaerã tecũ atq; discutiam: quae causa: quae origo: quę ratio in ecclesia Christi: cui dixit: Pacẽ meã do vobis: pacẽ meã relinquo vobis: tam lugẽdae atq; plã- Ioan.14.
A gendae discessionis extiterit. Audiui quidem de memorato fratre te fuisse conquestũ: ꝙ nescio quid tibi cõtumeliose responderit: Q đ quęso te ne illam cõtumeliã deputes: quã certum mihi est non de superbo homine pcessisse: Noui enim fratrem meum: sed si quid in disputando pro fide sua: & p ecclesiae charitate dixit fortasse feruẽtius: qđ tua grauitas nollet audire: nõ illa cõtumacia: sed fiducia nominanda est. Collatorem enim & disputatorẽ: nõ assentatorẽ & adulatorẽ se esse cupiebat. Nã hoc est oleũ peccatoris: quo propheta nõ vult impinguari caput. Ita enĩ dicit: Emendabit me iustus in misericordia: & arguet me: oleum autẽ peccatoris Psal.140.
nõ impinguet caput meũ. Mauult enĩ seuera misericordia iusti emendari: q̃ leni adulationis vnctione laudari. Vnde etiã illud propheticũ est: Qui vos felices dicunt: in errorem vos mit- Esa.3
tunt. Ideoq; de homine quẽ falsae blãditiae faciunt arrogantẽ: recte etiã vulgo dicitur: Creuit caput. Impinguatũ est enim oleo peccatoris: hoc est: non aspera veritate corrigentis: sed leni falsitate laudantis. Neq; hoc in eam partem peto accipias: quasi ego te a fratre Euodio tanq̃ a iusto emendatũ intelligi velim. Vereor enĩ ne me quoq; aliquid contumeliose in te dicere existimes: qđ vehementer caueo quantum possum: Sed iustus est ille qui dixit: Ego sum veritas. Ioan.14.
Itaq; de cuiuslibet hominis ore nobis verũ cũ aliqua asperitate sonuerit: nõ ab illo homine qui forte peccator est: sed ab ipsa veritate: hoc est a Christo qui iustus est emẽdamur: ne nostrum caput blandę: sed perniciosę adulationis vnctio: hoc est oleũ peccatoris: impinguet. Q̃q̃ etiã si frater Euodius aliquantũ pro suae cõmunionis defensione turbatior: aliquid elatius animo cõmotiore dixisset: aetati hoĩs & necessitatis causa te oporteret ignoscere. Istud tamẽ qđ promittere dignatus es: peto memineris: vt sedentibus quos ipse delegeris: dummodo verba nr̃a non inaniter vẽtilentur: sed stilo excipiant: vt & trãquillius & ordinatius disseramus: et si qđ forte a nobis de memoria lapsum fuerit: recitatione reuocetur: & rem tam magnam: & ad salutẽ omniũ ptinentẽ cũ concordia requiramus. Aut si placet nullo medio interposito: prius nobiscũ: siue p ep̃las: siue per collocutionẽ atq; lectionẽ vbi placuerit conferamus: ne forte intẽperãtes nõnulli auditores malint quasi nostrũ expectare certamen: q̃ de nostra salute in nostra collocutione cogitare: vt qđ fuerit inter nos terminatum: postea p nos populus nouerit. Aut si per ep̃las agi placet: ipsae plebibus recitẽtur: vt aliquãdo nõ plebes: sed plebs vna dicatur. Prorsus sicut volueris: sicut iusseris: sicut tibi placuerit: libẽter amplector. Et de animo

beatissimi & venerabilis mihi patris Valerii nunc absentis tota securitate polliceor: hoc est cum magna letitia cogniturum. Noui enim quantum diligat pacē: & nulla vani fastus inanita te iactetur. Rogo te quid nobis est cum veteribus dissensionibus: & hucusq vulnera illa durauerūt: quę animositas hominū superborū nostris mēbris inflixit: quorū vulnerū putrefactio ne etiam dolorē pdidimus quo solet medicus implorari! Vides quanta & q̄ miserabili fœdita te Christianæ domus familiaeq turbatae sint. Mariti & vxores de suo lecto sibi consentiunt: & de Christi altari dissentiunt. Per illum sibi iurant: vt inter se pacem habeant: & in illo habere nō possunt. Filii cum parentibus vnam domū habēt suam: & domū dei non habēt vnā. Succedere in eoꝝ hęreditatē cupiunt: cū quibus de Christi hęreditate rixantur. Serui & domini cōmunem deū diuidūt: qui formā serui accepit: vt oēs seruiendo liberaret. Honorāt nos vestri: honorant vos nostri. Per coronā nostrā nos adiurant vestri: per coronā vestrā vos adiurant nostri. Omniū verba suscipimus: neminem offendere volumus: quid nos solus Christus offendit: cuius mēbra laniamus! Et hostes quidē causas suas seculares apud nos finire cupientes: quādo eis necessarii fuerimus: sic nos sanctos & dei seruos appellant: vt negotia terrae suae peragāt: aliqū agam⁹ & negotiū salutis nostræ: & salutis ipsoꝝ: nō de auro: nō de argēto: non de fundis & pecorib⁹: p qbus reb⁹ quotidie submisso capite salutamur: vt dissensiones hominum terminemus: sed de ipso capite nostro tam turpis inter nos & perniciosa dissensio est. Quātū libet capita submittāt: qui nos salutant: vt eos cōcordes in terra faciamus: de cœlo vsq ad crucē submissum est caput nostrū in quo concordes non sumus. Rogo te atq obsecro: si est in te aliqua humanitas: quā multi predicāt: hic appareat bonitas tua: si nō propter honores trāsitorios simulatur: vt cōtremiscant in te viscera misericordiæ: & velis aliqū rem discuti instando nobiscū orationib⁹: & oīa pacifice cōferēdo: ne miseræ plebes q̄ nostris honorib⁹ obsequūtur: premant nos obsequiis suis in iudicio dei: sed potius nostra non ficta charitate nobiscum reuocatę ab erroribus & dissensionib⁹: in veritatis & pacis itinera dirigantur. Opto te corā oculis dei beatū esse: dñe honorabilis & dilectissime.

Sancti Augustini ad Valeriū: petentis vt de periculis officii epī aut p̄sbyteri aut diaconi cogiteta: indonietatē q suā ipsius humiliter recognoscētis: & vt tēpus sibi cōcedat & in orationibus adiuuet donec magis reddatur instructus orantis. Ep̄la. CXLVIII. A

40. dist. ante omnia.



Omnino beatissimo & venerabili: & in conspectu dñi syncera charitate charissimo patri Valerio Augustinus p̄sbyter in dño salutē. Ante oīa peto: vt cogitet religiosa prudētia tua nihil esse in hac vita: & maxime hoc tpe facilius & lætius & hominibus acceptabilius epī aut p̄sbyteri aut diaconi officio: si pfunctorie atq adulatorie res agat: sed nihil apud deū miseri⁹ & tristius & dānabilius. Itē nihil esse in hac vita: & maxime hoc tpe difficilius: laboriosius: periculosius epī aut p̄sbyteri aut diaconi officio: sed apud deū nihil beatius: si eo modo militetur quo noster imperator iubet. Quis autē iste sit modus: nec a pueritia: nec ab adolescētia mea didici: & eo tpe quo discere cœperā: vis mihi facta est merito peccatoꝝ meoꝝ. Nā qd aliud existimē nescio: vt secūdus locus gubernaculoꝝ mihi traderet: qui remū tenere nō nouerā. Sed arbitror dñm meū ppterea me sic emēdare voluisse: q multorū peccata nautaꝝ anteq̄ expertus essem qd illic agitur: quasi doctior & melior reprehēdere audebā. Itaq postq̄ missus sum in mediū: tunc sentire cœpi temeritates rep̄hēsionū mearū: q̄q & antea periculosissimū iudicarē hoc ministeriū. Et hinc erant lachrymæ illę quas me fundere in ciuitate ordinatiōis meæ tpe nōnulli fratres animaduerterūt: & nescientes causas doloris mei: quibus potuerant sermonib⁹ qui oīno ad vulnus meū nō ptinerēt: tamē bono animo consolati sunt. Sed valde multo amplius expertus sum q̄ putabam: non quia nouos aliquos fluctus aut tēpestatē vidi: quas ante nō nouerā: vel nō audierā: vel nō legerā: vel nō cogitauerā: sed ad eas euitandas: aut pferendas solertiā & vires meas omnino non nouerā: & alicuius momenti arbitrabar. Dñs aūt irrisit me: & rebus ipsis ostendere voluit meipsum mihi. Qd si nō damnādo: sed miserando fecit (Hoc enī spero certe) vel nunc cognita ægritudine mea: debeo scripturarū eius medicamenta oīa perscrutari: & orando ac legēdo agere: vt idonea valitudo animæ meę ad tā periculosa negotia tribuat: qd ante nō feci: quia & tempus nō habui. Tunc enī ordinatus sum: cū de ipso actionis tpe ad cognoscēdas diuinas scripturas cogitaremus: & sic nos disponere vellemus: vt nobis otiū ad hoc negotium posset esse. Et qd verū est nondū sciebā quid mihi deesset ad tale opus quale me nunc torquet & cōterit. Q si ppterea

ĩn re ipsa didici quid sit homini necessariũ: qui populo ministrat sacramentũ & verbũ dei: vt
iam non mihi liceat assequi: qđ me nõ habere cognoui: iubes ergo vt pereã pater Valeri. Vbi
est charitas tua? Certe diligis me: certe diligis ipsam ecclesiã: cui me sic ministrare voluisti: &
tñ certus sum ꝙ & me & ipsam diligis. Sed putas me idoneũ: cũ ego melius me nouerim: qui
D tamen nec ipse me nossem nisi experiendo didicissem? Sed dicit fortasse sanctitas tua: Vellẽ
scire quid desit instructiõi tuæ. Tam multa aũt sunt: vt facilius possim enumerare: quę habeã
ꝙ quę habere desydero. Audeo enim dicere: scire me & plena fide retinere: quid pertineat ad
salutẽ nostrã. Sed hoc ipsum quõ ministrẽ ad salutẽ alioꝝ: nõ quęrens qđ mihi vtile est: sed qđ
multis vt salui fiant? Et sunt fortasse aliqua: immo nõ est dubitandũ: esse in sanctis libris cõscri
pta cõsilia: qb⁹ cognitis & apprehensis possit homo dei reb⁹ ecclesiasticis ordinatiõib⁹ mini
strare: aut certe inter manus iniquoꝝ vel viuere conscientia saniore vel mori: vt illa vita non
amittat: cui vni Christiana corda hũilia & mãsueta suspirãt. Quõ aũt hæc fieri põt: nisi quẽ
admodũ ipse dñs dicit: petẽdo: qrẽdo: pulsando: id est orãdo: legẽdo: plãgẽdo? Ad qđ negotiũ
mihi paruũ tps velut vsq ad pascha impetrari volui p fratres a tua syncerissima & venerabi
li charitate: & nũc p has pces volo. Quid enĩ respõsurus sum dño iudici? Nõ poterã ista iam
qrere cũ ecclesiasticis negotiis impedirer. Si ergo mihi dicat: Serue nequã: si villa ecclesię calũ
niosum aliquẽ pateret: cui⁹ fructibus colligẽdis magna opa impẽdit: neglecto agro quẽ riga
ui sanguine meo: si qd agere p ea posses apud iudicẽ terrę: nõne oĩbus consentientibus: nõnul
lis etiã iubentibus & cogentib⁹ pergeres: & si cõtra te iudicaret: etiã trãs mare pficisceteris:
atq hoc modo vel annuã vel amplius absentiã tuã nulla querela reuocaret: ne alius posside
ret terrã: nõ animæ sed corpori pauperũ necessariã: quorũ tam famẽ viuæ arbores meæ mul
to facilius mihiq gratius si diligenter colerent explerent? Cur ergo ad discendã agriculturã
meã: vacationẽ tpis tibi defuisse causaris? Dic mihi quid respõdeã rogo te? An forte vis dicã:
Senex Valerius dũ me oĩbus rebus instructũ esse credidisset: quãto amplius me dilexit: tanto
minus ista discere permisit? Attende oĩa ista senex Valeri: obsecro te per bonitatẽ & seuerita
tem Christi: p mĩam & iudiciũ eius: p eũ q tantã tibi inspirauit erga nos charitatẽ: vt te nec p
lucro aĩæ nostræ audeamus offendere. Sic aũt mihi deũ & Christũ testẽ facis innocẽtiæ & cha
ritatis: & syncęri affect⁹ quẽ circa nos habes: quasi ego nõ de his iurare oĩb⁹ possum. Ipsam er
go charitatẽ & affectũ imploro vt miserearis mei: & cõcedas mihi ad hoc qđ rogaui tps quã
tũ rogaui: atq adiuues me oratiõib⁹ tuis: vt nõ sit inane desyderiũ meũ: nec infructuosa ec
clesiæ Christi atq vtilitati fratrũ & cõseruoꝝ meoꝝ absentia mea. Scio ꝙ illã charitatẽ p me
orãte maxime in tali cã nõ aberit dñs: & eam sicut sacrificiũ suauitatis accipiens: fortassis bre
uiore tempore ꝙ postulaui: me saluberrimis cõsiliis de scripturis suis reddet instructum.

Sancti Augustini ad Profuturũ: eidẽ malã corporis sui valitudinẽ exponentis: & qm id
dño placeat: recte secũ agi cõfitẽtis: diesq & noctes suas orationib⁹ illi⁹ cõmẽdãtis: De
scãdalis pterea & mœrorib⁹ conqrẽtis: & ad vigilandũ inter hæc ne cuiusꝗ odium cor
dis intima teneat: diligenter admonentis. Epistola.CXLIX.

E 
Ratri Profuturo Augustinus. Scdm spiritum quantũ domino placet: atq
vires ipse prębere dignat: recte sumus: Corpore autẽ ego in lecto sum. Nec
ambulare enĩ nec stare nec sedere possum: ragadis vel exochadis dolore &
tumore. Sed etiã sic qm id dño placet: quid aliud dicendũ est: nisi quia re
cte sum⁹? Potius enĩ si id nolumus quod ille vult: nos culpãdi sumus: ꝙ ille
nõ recte aliquid vel facere vel sinere existimãdus est. Nosti hæc omnia: sed
quia mihi es alter ego: quid libentius tecũ loquerer: nisi qđ mecũ loquor?
Commendamus ergo sanctis orationibus tuis & dies & noctes nostras: vt oretis pro nobis:
ne diebus intẽperanter vtamur: vt noctes æquo animo toleremus: vt etiã si ambulemus in me
dio vmbrę mortis: nobiscũ sit dñs ne timeamus mala. Qꝫ senex Megalius defunctus sit: iam
vos audisse quis dubitet? Erãt aũt a depositiõe corporis eius cũ hęc scriberẽ: dies ferme vigin
tiquatuor. Vtrũ iam videris (disponebas enĩ successorem primatus eius) si fieri potest nosse
volumus. Non desunt scandala: sed neq refugium: Non desunt mœrores: sed neq consolati
ones. Atq inter hęc ꝙ vigilandũ sit: ne cuiusꝗ odiũ cordis intima teneat: neq sinat vt orem⁹
deum in cubiculi nostro clauso ostio: sed aduersum ipsum deum claudat ostium: nosti opti
F me frater. Subrepit autem: dum nulli irascẽti ira sua videtur iniusta. Ita enim inueterascens
ira fit odium: dũ quasi iusti doloris admixta dulcedo: diutius eam in vase detinet: donec totũ

acescat vasq; corrumpat. Quapropter multo meli⁹ nec iuste cuiq̃ irascimur: q̃ velut iuste ira
scendo in alicuius odium ira & occulta facilitate delabimur. In recipiendis enim hospitibus
ignotis ista solemus dicere: multo esse melius malũ hominem perpeti: q̃ forsitan per ignoran
tiam excludi bonũ: dũ cauemus ne recipiatur malus. Sed in affectibus animi contra est. Nam
incomparabiliter salubrius est etiam iræ iuste pulsanti non aperire penetrale cordis: q̃ admit
tere non facile recessuram: & peruenturam de surculo ad trabem. Audet quippe impudẽter
etiam crescere citius q̃ putatur. Non enim erubescit in tenebris cũ super eã sol occiderit. Re-
colis certe qua cura & quanta sollicitudine ista scripserim: si recolis quid mecum nuper in iti
nere quodam locutus sis. Fratrẽ Seuerũ & qui cũ eo sunt salutamus. Etiã fortasse ipsis scri-
beremus si per festinationẽ perlatoris liceret. Peto autẽ vt apud eundẽ fratrẽ nostrũ Victorẽ:
cui ago etiam apud tuam sanctitatem gratias: q Cõstantinam dum pergeret indicauit: petẽ
do adiuues ꝓpter negotiũ qđ ipse nouit: De quo grauissimũ põdus ꝓ hac re multũ depcantis
Nectarii maioris patior ꝑ Calamam remeare ne grauetur. sic eñ ꝓmisit mihi. Vale.

Sancti Augustini ad Helpidium gratũ habere contestantis: ꝙ se quia errare crediderit
reuocare ab errore conatus sit: illiq; optantis vt deus eum nosse faciat quod nosse se pu
tat: & ne in contumeliæ partem accipiat ꝙ tantæ sibi cognitionis munus optauerit pe-
tentis: atq; ex subiuncta ratione filium non esse factum demonstrantis.

Epistola.CL.



Omino eximio meritoq; honorabili & desyderabili Helpidio: Augustin⁹. G
Quis nostrum erret in fide vel cognitione trinitatis: alia quæstio est. Gra
tum sane habeo ꝙ me q̃uis incognitum facie: tamẽ quia errare credidisti:
reuocare ab errore conatus es. Huius tibi beniuolẽtiæ mercedẽ retribuat
deus: & nosse te faciat qđ nosse te putas. Res eñ ardua est vt existimo: &
quæso te ne in vllam cõtumeliæ partẽ acceperis: quod tibi tantæ cognitio
nis munus optaui. Vereor enim ne inopinatæ scientiæ præiudicium si non
præcepta vera: quę nequaq̃ ad te mihi arrogauerim: aut certe bona vota nostra: quę mihi etiã
indocto habere de te licet: Non enim perite: sed amice exhibenda sunt: repellat ab auribus tu
is: potiusq; mihi succenseas ꝙ non tibi iam sicut sapienti gratulatus: q̃ gratias agas ꝙ tibi sa-
pientiam deprecatus sum. Verũtamen si ego portãs episcopalis nominis sarcinam: libentissi-
me amplector beniuolentiam tuam: ꝙ me Bosono & Iasoni vt scribis doctissimis viris etiam
trans mare mittere dignatus es: ad reportandos ex eorũ disputationibus vberes fructus. Q:
deniq; ad detegendas totius erroris caligines: libellum cuiusdam episcopi vestri ingenio & vi
ribus elaboratum ad me perferendum sollicita benignitate curasti: quanto est æquius te bo-
no animo accipere: ꝙ ea quæ nullo humano ingenio & viribus dari possunt: a domino deo ti-
bi vt concedantur optaui! Ap'lus enim inquit: Non spiritum huius mundi accepimus: sed H
1.Corin.2. spiritum qui ex deo est: vt sciamus quæ a deo donata sunt nobis: quæ & loquimur non indo-
ctis humanæ sapientiæ verbis: sed doctis spiritu spiritalibus spiritalia cõparantes. Animalis
autẽ homo nõ ꝑcipit quæ sunt spũs dei. Stultitia est enim illi. Magis ergo tecum si fieri posset
mallem quærere quousq; appellandus sit animalis homo: vt si eum iam transcendimus: recte
fortasse illa quæ supra humanã mentẽ atq; intelligentiam incõmutabiliter manent: aliqua ex
parte nos attigisse gaudeamus. Cauendũ est eñ ne ꝓpterea videaẽ stultũ: cũ filiũ patri audi
mus æqualẽq; hominẽ animalẽ adhuc agimus: de quo dictum est: ꝙ stultitia sunt illi quę sũt
spiritus dei. Cũq̃ sane maiestas illa supra cũcta sublimis a spiritalib⁹ cogitari possit: a nullo au
tem possit effari: videre tamẽ quantũ arbitror facile est: nõ esse factũ ꝑ quẽ facta sunt omnia:
Ioan.1. & sine quo factũ est nihil. Si enim per seipsum factus est: erat anteq̃ fieret: vt fieri per se posset.
Quod certe tanto absurdius dicitur: quanto vanius cogitatur. Si autem non per se factus est:
non est per quem facta sunt omnia: qm̃ quicquid factum est: per ipsum factum est. Omnia eñ
per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Miror parum attendi quæ tam expresse euã
gelista voluit intimare: vt neminẽ dissimulare permitteret. Non eñ satis fuit dicere: Omnia
per ipsum facta sunt: nisi adderet: Et sine ipso factũ est nihil. At ego q̃uis tardus: & nondum
detersa caligine saucium mentis oculum gerens ad intuendam patris & filii incõparabilem
ineffabilemq; præstantiam: tamen hoc tota facilitate complector: quod nobis in euangelio ꝓ-
pterea præseminatum est: vt hinc comprehenderemus illam diuinitatẽ: sed vt hinc admone
remur: non oportere nos de temeraria cõprehensione iactare. Si eñ oia per ipsum facta sunt:

quicqd nõ ꝑ ipsum factũ est: nõ est factũ: Ipse aũt per se factus nõ est. Nõ est igitur factꝰ: & oĩa
ꝑ ipsum facta esse ab euãgelio credere cogimur. Ab eodẽ ergo cogimur eũ factũ esse nõ crede-
re. Item si sine ipso factum est nihil: ipse ergo nihil est: aut factum nõ esse: nõ autem sine se fa
ctum esse: restat vt fateamur: aut nõ sine se factũ esse: aut qa sine se factus est. Quod si opinari
sacrilegũ est: nõ possumꝰ dicere: Si eñ ipse se fecit: iã erat anteq̃ fieret. Si aũt ad se faciendũ al
teri a quo factꝰ est: adiutoriũ ꝓbuit: nihilominꝰ vt se adiuuãte ipse fieret: iã erat anteq̃ fieret.
Relinq̃t itaq; vt sine se factꝰ sit. Quicqd aũt sine illo factũ est: nihil est. Aut nihil est igit̃: aut fa
ctꝰ nõ est: sed nõ est nihil: factꝰ igit̃ nõ est. Aut si factꝰ nõ est: & tñ filius est: sine dubio natꝰ est.
Quomodo (inquis) potuit de solo patre nasci filius aequalis ei de quo natꝰ est? Iam hoc enarra
re non possum: & cedo ꝓphetiae dicenti: Generationẽ eius quis enarrabit? Qđ si tu de hu- Esa.53.
mana generatione qua per virginem natus est accipiendum putas: ipse te discute: & interro-
ga animam tuam: verũ si in humana generatione defecit: audeat enarrare diuinam. Noli
ergo inquis dicere aequalẽ. Cur nõ dicã qđ dixit apostolus? Nõ rapinã (inquit) arbitratus est Phil.2.
esse aequalis deo. Etsi enim aequalitatem illam non explicauit humanae menti nondum purga
I tae: posuit tamen in verbo qđ in re possit inueniri purgata. Demus itaq; operam mundan-
do cordi nostro: vt inde exurgat acies: qua ista videre valeamus. Beati eñ (inquit) mũdicor Matthei. 5.
des: qm̃ ipsi deũ videbũt. Itaq; excedẽtes animalis hominis caliginosas imagines: ad serenita
tẽ illã synceritatẽq; veniemꝰ: qua videre possimꝰ: qđ dici nõ posse videamus. Nam libello quẽ
dignatus es mittere: si mihi sic otiũ facultasq; tribuat̃ ad singula respondere. arbitror te co-
gniturũ tanto minus quẽq; vestiri lumine veritatis: quãtomagis sibi videtur nudã deprome
re veritatẽ. Quis eñ ferat vel alia omittã: & hoc solũ interim cõmemorem: qđ maxime inge
mui: cũ aplus Paulus dicat: Videmꝰ nunc per speculũ in aenigmate: tunc autẽ facie ad faciẽ: 1.Corin.13.
istum iam dicere omni integumento reiecto nudã se depromere veritatẽ: q si diceret nudam
videmus veritatem: nihil esset cęcius ista arrogantia visionis. Non autem dixit videmus: sed
depromimꝰ: vt nõ solũ iam veritas intẽtioni mẽtis patere: sed etiã potestati linguę subiacere
videatur. Multa sunt quae de trinitatis ineffabilitate dicant̃: vt ipsa nõ dicatur: Alioquin non
est ineffabilis: sed vt illis dictis illa dici nõ posse intelligatur. Verum iam vt arbitror modũ
excessit epistola mea: cum per tuam me admonueris breuiter scribere. Sed quia institutione
veterum te excusare dignatus es: non tibi absurdus videbor si modo quarundam epistolarũ
Ciceronis: quia eius quoq; in literis tuis mentionem fecisti: non te pigeat recordari.

Sancti Augustini ad Nebridium: de eo q̃ se beatum appellauerit: ampla ac subtili dispu
tatione differentis. Epistola.CLI.



K NEbridio Augustinꝰ. Verũ nescio quo (vt ita dicã) blãdiloqo tuo factũ putẽ:
an vere res ita se habeat incertũ apud me ẽ. Nã repẽte accidit: nec satis de-
liberatũ est: quatenꝰ debeat cõmitti fidei. Expectas qd istud sit qđ cẽses: ꝑ-
pe ꝑsuasisti mihi non qdẽ beatũ esse me. Nã id solius sapientis ꝓdiũ est. Sed
certe quasi beatũ vt dicimus hoiem: quasi hoiem in cõparatiõe illius quem
Plato nouerat: aut quasi rotũda: & quasi quadra ea q̃ videmꝰ: cũ lõge ab eis
absint: q̃ paucoꝝ animꝰ videt. Legi eñ literas tuas ad lucernã iam coenatꝰ:
proxima erat cubitio: sed non ita etiam dormitio. Quippe diu mecũ in lecto sitꝰ cogitaui atq;
has loq̃las habui: Augustinꝰ ipse cũ Augustino. Nõne verũ ẽ qđ Nebridio placet beatos nos
esse? Nõ vtiq;. Nã stultos adhuc esse nec ipse audet negare. Quid si etiam stultis beata vita cõ
tingit? durũ: quasi vero parua: vel alia vlla miseria sit q̃ ipsa stultitia. Vnde ergo illi visum est:
an lectis illis libellis etiã sapientẽ me ausus est credere. Nõ vsq; adeo temeraria est lętitia gesti
ens: pręsertim hoĩs cuius quanti põderis consyderatio sit bene nouimus. Illud igitur scripsit
quod nobis putauit dulcissimũ fore: quia & illi dulce factũ est: quicquid posuimꝰ in his literis
L & scripsit gaudẽs: nec curauit qd cõmittendũ gaudẽti calamo esset. Quid si soliloqa legisset 1.Retrac.4.
laetaretur multo exundantius: nec tamẽ reperiret plus aliquid qđ me appellaret q̃ beatũ. Ci-
to ergo summum nomen effudit in me: nec sibi aliquid reseruauit: quod de me laetior assere-
ret. Vide laetitia quid faciat. Sed vbi est ista beata vita: vbi: vbinam? O si ipsa esset: repelle-
ret atomos epicuri. O si ipsa esset: sciret nihil deorsum esse praeter mundũ. O si ipsa esset: nos-
set extrema sphaerae tardius rotari q̃ medium: & alia similia quae similiter nouimꝰ. Nunc ve-
ro qũo vel qualiscũq; beatus sum: qui nescio cur tantus mundus sit: cum rationes figurarum
per quas est nihil prohibeant esse quãto quis voluerit ampliorẽ: aut nõ mihi diceretur: Imo

nō cogeremur cōfiteri corpora in infinitum secari:vt a certa velut va s in quantitatem certā
certus corpusculorū numerus surgeret. Quare cū corpus nullū minimum esse finitur:quo pa
cto esse sinamus esse amplissimum:quo amplius esse nō possit? Nisi forte illud quod Alipio ali
qū dixi: occultissime habet magnā vim:vt qm̄ numerus:ille intelligibilis infinite crescit: non
tamen infinite minuitur. Nam nō eū licet vltra monadē resoluere. Cōtra sensibilis. Nā quid
est aliud sensibilis numerus:nisi corporeorū vel corporum quantitas minui quidem infinite
sed infinite crescere nequeat? Et ideo fortasse merito philosophi in rebus intelligibilibus diui
tias ponunt: in sensibilibus egestatem. Quid enim ærumnosius q̄ minus atq; minus semper
posse fieri? Quid ditius q̄ crescere quantū velis:ire quo velis: redire cum velis: quousq; velis
& hoc multum amare quod minui non potest? Quisq; nanq; intelligit istos numeros:nihil sic
amat vt monadem. nec mirum: cum per eā fiat vt cęteri amentur. Sed tamē cur tātus est mū
dus: Poterat enim esse vel maior vel breuior: Nescio. Tale est enim: Et cur hoc loco potius q̄ il
lo. Nec in ea re debet esse quæstio: vbi quicquid esse quæstio esset. Vnum illud multum mo-
uebat q; infinite corpora secarentur. Cui fortasse responsum est: de vi contraria intelligibi-
lis numeri. Sed expecta: videamus quid sit hoc nescio quid quod suggeritur menti. Certe sen
sibilis mundus:nescio cuius intelligibilis imago esse dicitur. Mirum autē est qđ imaginibus
videmus quæ specula referunt. Nam q̄uis ingentia specula sint:nō reddunt maiores imagi-
nes q̄ sunt corpora etiā breuissima obiecta. In paruis autem speculis:sicut in pupillis oculorū:
etsi magna facies sese opponat:breuissima imago pro modo speculi formatur. Ergo & imagi
nes corporū minui licet si specula minuātur: augeri si augeantur non licet. Hic profecto ali
quid latet:sed nunc dormiendum est. Neq; enim Nebridio beatus quærendo videor:sed for- M
tasse aliquid inueniendo. Id autem aliquid quid est? an illa ratiocinatio cui tanq̄ vnicę meæ
blandiri soleo:& ea me nimis oblectare:vnde constamus ex animo & corpore? Quid horum
melius? videlicet animus. Quid laudatur in corpore? nihil aliud video q̄ pulchritudinem.
Quid est corporis pulchritudo? congruentia partium cum quadam coloris suauitate. Hæc
forma vbi vera melior:an vbi falsa? Quis dubitet & vbi vera est esse meliorem? Vbi ergo ve-
ra est? in animo scilicet. Animus igitur magis amandus q̄ corpus. Sed in qua parte animi est
ista veritas? In mente atq; intelligentia. Quid huic aduersatur? sensus. Resistendum ergo sen-
sibus totis animi viribus liquet. Quid si sensibilia nimium delectant? Fiat vt non delectent.
Vnde fit? Consuetudine his carendi appetendiq; meliora. Quid si moritur animus: ergo mo
ritur veritas:aut non est intelligentia veritas: aut intelligentia non est in animo: aut potest
mori aliquid in quo aliquid immortale est? Nihil autem horum fieri posse soliloquia nostra iā
continent:satisq; persuasum est. Sed nescio qua consuetudine malorum territamur atq; titu
bamus. Postremo etiam si moritur animus:quod nullo modo posse fieri video: non esse tamē
beatam vitam in lętitia sensibilium hoc otio satis exploratum est. His rebus fortasse atq; ta-
libus Nebridio meo si non beatus:at certe quasi beatus videor: videar & mihi. Quid inde per
do:aut cur parcam boni opinioni? Hæc mihi dixi. Deinde oraui vt solebā atq; dormiui. Hoc
placuit scribere tibi. Delectat em̄ me q; mihi gratias agis si nihil te qđ in buccam venerit ce-
lem:& gaudeo:quia sic tibi placeo. Apud quem ergo libentius me partiam q̄ cui displicere nō
possum? At si in potestate fortunæ est:vt hominem amet homo:vide q̄ beatus sim: qui de for-
tuitis tā multū gaudeo:& talia bōa (fateor) desydero mihi vbertim accrescere. Fortunæ autē
bona verissimi sapientes:quos solos beatos fas est vocari:nec timeri voluerunt:nec cupi:an cu
piri: tu videris: & velle accidit. Nam volo me declinationis huius gnarum facias. Cum enim
adiungo verba similia incertior fio. Nam ita est cupio:vt fugio:vt sapio:vt iacio:vt capio:sed
vtrum fugiri an fugi:vtrū sapiri an sapi:sit modus infinitus ignoro. Possem attendere iaci &
capi:ni vererer ne me caperet & pro ludibrio iaceret:quo vellet:qui iactum & captum: aliud
fugitum cupitum sapitum esse conuinceret. Quæ item tria: vtrum penultima longa:an infle
xa:an graui breuiq; pronuntianda sint: similiter nescio. Prouocauerim te ad epistolam lon-
giorem:peto vt paulo diutius te legam. Nam quæro tantum differere: quantum voluntati
est legere te.

Syluani ac cęterorum episcoporum: de concilio Zertensi ad Donatistas: reddentiū cau
sam cur ad eos adhuc veritati acquiescere nolentes scripserint: episcopos ipsorum esse
mendaces ex narratione eorum quæ in concilio gesta fuerunt: comprobantium.

Epistola. CLII.

N 
Yluanus senex: Valentinus: Aurelius: Innocētius: Maximin⁹: Optatus: Au
gustinus: Donatus: & cæteri episcopi de concilio Zertensi ad Donatistas.
Cũ in auribus nostris fama crebresceret: hoc vobis vestros epos dicere: co 2.Retra. 40
gnitorē prēmio fuisse corruptum: vt contra eos sentētia proferretur: vos
autem ista facile credere: acpropterea multos vestrũ adhuc nolle acquiesce
re veritati: placuit nobis cogēte dñi charitate: ex cōcilio nostro hęc ad vos
scripta dirigere: quibus primitus admoneremini illos vobis victos atq; cō
uictos haec mendacia iactare: qui etiam in suo mandato qđ pro illa collatione fecerunt: & suis
nominibus atq; subscriptionibus firmauerunt: nos illic traditores & persecutores suos esse di
centes: in falsitate atq; mendacio manifestissimo detecti atq; conuicti sunt: ita vt volentes glo
riari de multitudine coepiscorũ suorũ: inter aliquorũ absentium nomina etiā mortui nomen
insererent. Et cum quæreretur vbi esset: subita ꝑturbatione cæcati: ipsi eũ confiterentur in
itinere defecisse. Et cum interrogarent: quomodo potuerit apud Carthaginē subscribere qui
in itinere iam defecerat: vehementius perturbati: alio mēdacio se obligauerũt: respondentes
eum a Carthagine redeuntē fuisse defunctũ. De quo mendacio exire omnino minime potue-
runt. Ecce quibus creditis: vel de antiqua traditione: vel de cognitoris corruptione: qui mā
datum suũ vbi nobis obiecerunt crimen traditionis: non potuerunt conscribere sine crimine
O falsitatis. Proindeque quæ maxime necessaria credidimus: his literis tanq̃ breuiario collecta inse
ruimus: ne forte ad magna gestoꝝ volumina vel peruenire nō facile possitis: vel ea legere labo
riosum puteris. Carthaginem venimus: & nos & episcopi vestri: & quod prius nolebant &
indignũ esse dicebant: in vnum conuenimus. Electi sunt ex nobis & ex ipsis: septem hinc: & se-
ptem inde: qui pro causa omnium loquerētur. Electi sunt alii septem hinc: & septem inde: cũ
quibus vbi opus erat cōsiliũ pertractarent. Electi sunt quatuor hinc: & quatuor inde: qui ge-
stis conscribendis custodes essent: ne infalsatũ aliquid ab aliquo diceretur. Dati sunt etiā a no
bis & ab ipsis: notarii quatuor hinc: & quatuor inde: vt bini cũ exceptoribus iudicis alterna-
rent: ne aliquis nostrũ se dixisse aliquid causaretur qđ nō fuisset exceptũ. Huic tātæ diligen-
tiæ etiā illud est additum: vt & nos & ipsi quēadmodum ipse iudex verbis nostris subscribere
mus: ne quisq̃ diceret in illis gestis aliquid vel postea fuisse corruptum. Cũ eñ adhuc viuenti
bus eis qui subscripserunt: innotuerint eadē gesta omnibus locis in quibus oportet vt innote
scant: sic etiam ad posteros confirmata veritas ꝑdurauit. Nolite ergo esse ingrati tantę mi-
sericordiæ dei: quę per istam diligētiam vobis ministrata est. Nulla excusatio iam remansit:
nimiũ dura: nimium diabolica sunt hominũ corda: quæ adhuc tātæ manifestationi veritatis
obsistunt. Ecce epī partis vestræ: quos omnes elegerunt: vt pro omnibus loquerentur: conati
sunt quantũ potuerũt: vt omnino ipsa causa nō ageretur: propter quam tantus numerus epi
scoporũ vtriusq; partis de vniuersa Africa: & de tam longinquis locis Carthaginē venerat.
Et cum omnis anima suspensa expectaret in tanta collectione quid ageretur: illi vehementer
instabant vt nihil ageretur. Quare hoc: nisi quia causam suam malā sciebāt: & facillime se pos
se conuinci si ageretur dubitare nō poterant? Ipse ergo animus eorum quo timebant ne causa
ageretur: iam victos eos esse mōstrabat. Si enim extorquerent qđ volebant: vt iam collatio ip-
sa non fieret: nec disputationibus nostris veritas appareret: redeuntes a Carthagine: quid vo
bis erant responsuri: quid demonstraturi? Credo prolaturi erant gesta & dicturi vobis. Nos
instabamus vt causa ageretur: illi instabant vt non ageretur. Vos expectatis videre quid ege
rimus. Ecce legite vbi eos vicimus: vt nihil ageremus. Forte & vos respōderetis: si cor habe-
P retis: Nihil ergo acturi vt quid istis: vł potius qui nihil egistis vt quid redistis? Deniq; post
ea q̃ non potuerunt efficere qđ conati sunt: id est vt causa non ageretur: ipsa actio demōstra-
uit quid timuerint quando in omnibus victi sunt. Cōfessi sunt enim cōtra ecclesiam catholi-
cam quæ toto terrarũ orbe diffunditur: nihil se habere qđ dicerent: quia diuinis sanctarũ scri
pturarum testimoniis oppressi sunt: quibus ecclesia designatur incipiens ab Hierusalem cre
uisse per loca in quibus apostoli prædicauerunt: & nomina eorũdem locorũ in suis epistolis
& actis conscripserunt: & inde diffundi per cæteras gentes: contra istam ecclesiam se non ha-
bere causam manifesta voce professi sunt: vbi est euidentissima in nomine dei nostri victoria.
Cum eñ confirmant ecclesiam cui nos cōmunicare: ipsos autem nō cōmunicare manifestũ
est: olim se victos esse testātur: & vobis si sapiatis apertissime indicant: quid dimittere & quid
tenere debeatis. Nō in ea falsitate: qua vobis non cessant adhuc vsq; mentiri: sed in illa verita

23.q.4.ſi qs a catholica. te:qua victi/ coacti ſunt confiteri. Quiſquis ergo ab hac catholica eccleſia fuerit ſeparatus: quãtũlibet laudabiliter ſe viuere exiſtimet: hoc ſolo ſcelere ꝙ a Chriſti vnitate diſiunctus eſt: nõ habebit vitã:ſed ira dei maneat ſup eũ. Quiſquis autẽ in hac eccleſia bene vixerit: nihil ei
Gal.6. præiudicant aliena peccata:quia vnuſquiſq; in ea ꝓpriũ onus portabit: ſicut apoſtolus dicit:
1.Corin.11. Et quicunq; in ea corpus Chriſti mãducauerit indigne:iudiciũ ſibi manducat & bibit. Nam etiã hoc ipſe apoſtolus ſcripſit. Cũ aũt dicit: Iudiciũ ſibi manducat: ſatis oſtendit quia nõ alteri iudicium manducat ſed ſibi. Hoc nos egimus & oſtendimus & obtinuimus: quia cõmunio malorũ nõ maculat aliquẽ participatione ſacramentorũ: ſed conſenſione factoꝝ. Nam ſi in factis malis non eis quiſq; conſentiat: portat malus cauſam ſuã: & perſonã ſuã: nec præiudicat alteri: quẽ in cõſenſione mali operis/ ſociũ nõ habet criminis. Hoc etiã ipſi voce apertiſſima coacti ſunt confiteri: nõ tunc qñ iſta dicebamꝰ: ſed poſtea cũ aliud ageret. Nam cũ ventũ Q
fuiſſet ad cauſam etiam Cęciliani: quã nos ab eccleſiæ cauſa diſtinguebamus: vt ſi forte malus eſſet inuentus: ipſum anathematizaremus: nõ tamẽ ꝓpter ipſum eccleſiam Chriſti relinqueremus: cui per malã ſuã cauſam præiudicare non poſſet. Cũ ergo etiã ad ipſam Cęciliani cauſam ventũ fuiſſet: & legiſſent illi cõciliũ Carthaginenſe: vbi recitabant ſeptuaginta plus minus epiſcopoꝝ ſententias cõtra Cęcilianũ abſentẽ prolatas: Reſpondimus eis: ſic nõ obeſſe illud epiſcopoꝝ cõciliũ abſenti Cęciliano: quẽadmodũ nõ obfuit pluriũ epõꝝ partis Donati cõcilium abſenti Primiano: qñ eum in Maximiani cauſa plus minus centũ epiſcopi dãnauerant. Tunc illi nominata cauſa Maximiani: vnde ſciunt ſe etiam quos dãnauerant in honore integro ſuſcepiſſe: & baptiſmũ in ſacrilego Maximiani ſchiſmate datũ ſe confirmaſſe: & nõ deſtruxiſſe: & in ſua Vagaitana ſententia qua eos dãnauerũt: quibuſdã qui in ipſo ſchiſmate fuerunt dilationẽ dediſſe: & dixiſſe ꝙ eos nõ polluerint ſacrilegi ſurculi Maximiani plantaria. Iſta ergo cauſa poſtea q̃ eorũ aures percuſſit: expauaſcentes & perturbati & obliti vnde ſuperius cõtra nos cõtendebant: cõtinuo dixerunt: Nec cauſa cauſæ: nec pſona perſonæ pręiudicat: & cõfirmauerũt verbis ſuis qđ nos antea de eccleſia dicebamus: quia nõ ſolũ catholicę trãſmarinę cõtra quã ſe cõfeſſi ſunt nõ habere qđ dicerent: verũetiã catholicæ Africanæ: quæ illi vnitatis cõmunione coniungit: cauſa & perſona Cęciliani qualiſcũq; fuiſſet præiudicare nõ poſſet: ſi Maximianus qui cũ cæteris ſociis ſuis Primianũ dãnauit: ſi etiam Felicianus: qui ſimul Primianum dãnauit: & poſtea in cauſa Primiani a Donati parte dãnatus eſt: nõ pręiudicat parti Donati: cui modo epũs ſicut antea fuerat receptus adiungitur: ſic etiã ipſis ſociis ſuis Maximianus nõ pręiudicat quibꝰ iſti dilationẽ dederunt: dicentes eos ab illo cũ quo fuerũt nõ fuiſſe pollutos: qa nec cauſa cauſæ præiudicat: nec pſona perſonæ. Quid ergo quæritis amplius? Multis quidẽ verbis ſuperfluis geſta onerauerũt: & quia nõ potuerunt efficere vt cauſa non ageretur: hoc fecerunt multũ loquendo: vt qđ actũ eſt difficile legeretur. Sed debent vobis etiã iſta eoꝝ pauca verba ſufficere: ne ꝓpter neſcio quæ neſcio quorũ hominum crimina oderitis vnitatẽ catholicæ eccleſiæ: quia ſicut ipſi dixerunt: relegerunt: ſubſcripſerunt: nec cauſa
Cęcilianus. cauſæ præiudicat: nec perſona perſonæ. Nam & in ipſa cauſa Cęciliani: quã licet ad eccleſiæ cauſam non pertinentẽ tamen defendendã ſuſcepimus: vt etiam ibi calũniæ manifeſtarentur ipſorũ: apertiſſime victi ſunt: nihilq; eorũ quę in Cęcilianum intendebat probare potuerunt.

Inſuper etiã de criminibus traditionis: nos epiſcopalia geſta ꝓtulimus: vnde recitauimus R
aliquos eorũ epiſcoporum qui ſententias in abſentem dixerant Cęcilianũ: manifeſtiſſimos fuiſſe traditores: cõtra ipſa geſta illi qui non habebant qđ dicerent: falſa eſſe dixerunt: ſed nullo modo probare potuerunt. Inſuper etiam cõfeſſi ſunt: vel potius ꝓ magna gloria ꝓfeſſi ſunt: Cęcilianum apud Conſtantinũ imperatorẽ a ſuis pręceſſoribus accuſatũ: Et addiderũt mendaciũ: ꝙ illis accuſantibus fuerit ab imperatore dãnatus. Ecce & hinc victi ſunt: vnde vobis ſolent nebulas erroris offendere: cõcitãtes nobis inuidiã: & in odiũ veſtrũ nos adducẽtes: qa eccleſiæ cauſam apud imperatores agimus. Ecce maiores eoꝝ de quorũ nominibus gloriant: eccleſiæ cauſam egerunt apud imperatorẽ perſecuti ſunt accuſando Cęcilanũ: apud imperatorẽ damnatũ dixerunt: iã nõ vos inducãt vaniſſimis & mendaciſſimis verbis: redite ad cor veſtrũ: timete dñm: cogitate veritatẽ: relinquite falſitatẽ. Quicquid enĩ iã paſſi fueritis imperialibus legibꝰ: qđ nõ ꝓ iuſtitia: ſed ꝓ iniqtate patimini: nõ poteritis dicere ideo nos eſſe iniuſtos: qa ſic vobiſcũ agi nõ debuit vt imparor vos ab iſta iniqtate cõpeſceret. Epĩ enĩ veſtri cõfeſſi ſũt maiores ſuos ſic egiſſe cũ Cęciliãn quõ vobiſcũ agi nõ vultis. Et tñ ꝙ Cęcilianũ apđ Iperatorẽ pſecuti fuerint: etiã ipſis cõfitentibus & ꝓfitentibus ſatis cõſtitit, ꝙ aũt Cęcilianus

fuerit ab imperatore dānatus;omnino non cōſtitit:immo etiā cōſtitit eū accuſantibus:& per-
ſequētibus maioribus eorū:& bis numero prius ab epiſcopis: & ab ipſo poſtea imperatore fuiſ
ſe purgatū.Hoc etiā ipſi cōfirmauerūt talia poſtea quaſi pro cauſa ſua proferēdo:vt magis cō
tra ipſos eſſe inuenirētur:& pro cauſa Cęciliani etiā illa quæ ꝓtulerūt recitarētur. Quoſcūq;
S ergo accuſare voluerunt:nullis certis documētis probare potuerunt.Quicqd autē nos & pro
eccleſiæ cauſa & pro Cęciliani cauſa diximus : & verbis ſuis & lectionib⁹ a ſe prolatis etiā ipſi
cōfirmauerunt. Nam protulerūt primo codicem Optati:vnde quaſi ꝓbarent Cęcilianum Optatus.
ab imperatore dānatū.Qui codex cū cōtra illos legeretur: & magis oſtēderet Cęcilianū fuiſſe
purgatum:ab oībus riſi ſunt.Sed quia ipſe riſus nō potuit ab exceptoribus excipi: verbis ſuis
apud acta riſos ſe eſſe teſtati ſunt.Iterum recitauerūt & protulerūt libellū imperatori Cōſtan Cōſtātin⁹.
tino a ſuis maiorib⁹ datū: vbi queſti ſunt ꝙ eos memoratus imperator grauiter pſequeretur:
ac ſic eodem libello manifeſtarūt ſe apud imperatorē a Cęciliano fuiſſe ſuperatos:falſumq; eſ-
ſe qđ dixerunt:eū ab imperatore dānatum. Tertio protulerunt literas eiuſdē Cōſtantini ad
vicariū Verinū datas:vbi eos grauiter deteſtatur: & ꝓpterea dicit de exilio relaxandos & fu- Verinus.
rori ſuo dimittēdos:quia iam deus in illos coeperat vindicari. Ac ſic etiā iſtis imperatoris li-
teris confirmauerūt ſe falſum dixiſſe ꝙ Cęcilianus ab imperatore dānatus ſit:cum potius im-
perator ipſos a Cęciliano victos eſſe mōſtrauerit:quādo eos vehementer execratus:ideo iuſſit
vt de exilio dimitterētur:vt deo iudice ſicut etiā coeperat punirētur. Poſtea Felicis Abtungē
ſis ordinatoris Cęciliani in mediū cauſam miſerūt: dicētes eundem Felicem fuiſſe traditorē a
quo Cęcilianus fuerat ordinatus. Et eiuſdē Conſtantini imperatoris pro Cęciliano cōtra ſeip
ſos literas protulerūt:vbi ad procōſulem ſcripſit:vt ad comitatū ſuum mitteret Vigentium.
Iſte autē Vigentius confeſſus fuerat in cognitione Heliani procōſulis falſum ſe feciſſe aduer-
ſus Felicem Cęciliani ordinatorē.Dicebant ergo iſti nō ſine cauſa voluiſſe imperatorē vt ad ſe
mitteretur Vigētius:niſi quia Cęciliani adhuc cauſa pēdebat:& conabātur immittere ſuſpi-
tionem vaniſſimā : ꝙ poſtea ꝗ̄ Vigētius ad comitatū directus eſt:tūc imperator contra Cęci-
lianum potuerit iudicare:& illud iudicium ſuum qđ nos recitaueramus: vbi inter partes co-
gnouerat:Cęcilianūq; purgauerat:ſententia poſteriore ſcindere.Sed dicebatur eis vt hoc po-
tius legerent:& nihil omnino proferebāt.Illæ autem literæ imperatoris:quib⁹ ad ſe mitti iuſ-
ſit Vigentium:quas contra ſeipſos pro Cęciliano recitauerunt:hoc continent:ꝙ Helianus ꝓ-
conſul in cauſa Felicis audientiam præbuerit competētem: eundēq; Felicem a crimine tradi-
tionis innocentē fuiſſe conſtiterit: Sed Vigētium ad comitatū ſuum propterea iubere tranſ-
mitti : vt illis qui ibi erant & diurnis diebus eum interpellare non deſinebant:apparere & in-
timari poſſet: & fruſtra eos Cęciliano inuidiam cōparare:& aduerſus eum violenter inſurge-
re voluiſſe. Quis eos crederet iſta cōtra ſe recitaſſe pro nobis:niſi dei omnipotentis nutu fa
ctum eſſet:vt non ſolum verba eorum geſtis tenerentur:ſed etiā manus ſubſcribentium lege-
rentur! Nam & ordine conſulum & dierum qui geſtis expreſſus eſt:ſi quis nunc diligenter
aduertat:inueniet primo Cęcilianum epiſcopali iudicio fuiſſe purgatum.Deinde non multo
poſt Felicis Abtūgenſis cauſa ab Heliano proconſule examinata eſt: vbi eum cōſtitit innocen
tem.In qua cauſa ad comitatum mitti iuſſus eſt Vigētius: & longe poſtea ipſe imperator cau
ſam inter partes cognouit atq; finiuit . In qua cognitione Cęcilianum innocentē: illos autem
calumnioſiſſimos iudicauit.In quo ordine conſulum & dierum ſatis oſtenditur fallaciter eos
& calumnioſe dixiſſe: ꝙ imperator miſſo ad comitatū Vigentio: iudicium ſuum mutauit: &
Cęcilianum quem prius purgauerat poſtea condemnauit. Non ſolum autem nihil de hac
re legere potuerunt: & contra ſeipſos tanta legerunt: ſed etiam per ordinem conſulū euiden-
tius conuincūtur:poſt cauſam Felicis:proconſulari iudicio terminatam:in qua iuſſum eſt:vt
ad comitatum Vigentius mitteretur:nec paruo interuallo:ſed longe poſtea memorati impe-
T ratoris iudicio inter partes habito: Cęcilianum fuiſſe purgatum. Non ergo vobis dicant:
quia præmio corrupimus iudicem . Quid enim aliud ſolent victi homines dicere ! Aut ſi ali-
quid dedimus iudici:vt contra illos pro nobis pronuntiaret: ipſis quid dedimus:vt contra ſe
pro nobis tanta non ſolum dicerent:verumetiam recitarent! An forte volunt vt eis apud vos
gratias agamus:quia cum dicant iudicem præmio a nobis eſſe corruptum : ipſi tamen multa
quæ pro nobis contra ſeipſos dixerunt & recitauerunt:gratis nobis omnia pręſtiterunt! Aut
certe ſi propterea dicant ꝙ nos vicerint: quia melius egerunt cauſam Cęciliani ꝗ̄ nos:hoc pla
ne credatis illis. Nos enim duas lectiones pro illo ſufficere putaueramus : illi autem quatuor

protulerunt. Sed quid vos pluribus literis oneremus? Si vultis nobis credere credite: & teneamus pariter vnitatē quā iubet & diligit deus. Si autem nobis non vultis credere: gesta ipsa legite: aut vobis vt legātur admittite: & an vera sint quæ scripsimus ipsi vobis probate. Si autem nihil horum facere vultis: & manifestissima veritate cõuictam partis Donati falsitatē adhuc sequi desyderatis: mūdi erim⁹ a pœna vestra quādo vos sero postea pœnitebit. Si vero id qđ vobis præstitit deus nō contēpseritis: & post causam tam diligenter actam: & tā diligenter manifestatā peruersam consuetudinē relinquentes: paci Christi quæ in sacrilegio schismatis ad iudicium habetis: vtilia & salubria vobis erunt: cum in catholica pace habueritis caput
1.Petri.4. Christum: vbi charitas cooperit multitudinē peccatorum. Hæc ad vos scripsimus octauodecimo kalen. Iulias: piissimo Honorio augusto imperante: vt quando possunt ad quosq; vestrū istæ literæ peruenirent.

Publicolæ ad beatum Augustinū: ab eo vt in lege ac diuersis causis instruatur exquirentis: quæstionesq; singulas ad quas sibi singillatim respondere postulat: per capitula signatis. Epistola.CLIII.



Deut.32. Dilecto & venerabili patri Augustino episcopo: Publicola. Scriptum est: Interroga patrem tuum & indicabit tibi: seniores tuos & dicent tibi. Vnde & mihi exquirendā legem de ore sacerdotis iudicaui in causa tali. Quæ qualis sit: p literas expono: simul etiā vt & ego instruar in diuersis causis. V

Singulas autē questiones & diuersas p capitula signari feci: ad quas singillatim dignare respōdere. In arzutib⁹ vt audiui decurioni q militi præest vel tribuno: solent iurare barbari: iurantes per dęmones suos qui ad deducēdas bastagas pacti fuerint vel aliqui ad seruādas fruges ipsas: singuli possessores vel conductores solent ad custodiendas fruges suscipere: quasi iam fideles epistolam decurione mittente vel singuli transeuntes per ipsas transire. Mihi disceptatio in corde nata est: si ille possessor: qui susceperit barbarum: cuius fides per dæmonum iurationem firma visa est non coinquinatur: vel ipse vel illa quæ custodit: vel ille qui deducitur a deductore barbaro. Sed hoc debes scire: quia qui iurat barbarus a possessore pro seruandis frugibus accipiat aurum vel a viatore deductor: sed tamen cum hoc velut in mercedē quæ solet dari a possessore vel a viatore: iuramētum etiā illud in medio est mortale datū decurioni vel tribuno: Qđ perturbat me ne polluat illum qui suscipit barbari iuramentū: vel illa quæ custodit barbarus. Quacūq; enim conditio ne etiam auro dato & obsidibus datis: vt audiui tamē iuramentū iniquū medium intercessit.

Dignare autē mihi definitiue rescribere & non suspense. Q; si ipse scribas dubitanter: ego maiores dubitationes incidere possum q̄ anteq̄ interrogassem. Hoc etiam audiui: quia ipsi homines conductores qui præsunt rei meæ: iuramentū per dæmones suos iurantibus barbaris accipiunt pro reseruandis frugibus. Si ergo cum illi iurant per dęmones suos vt custodiāt fruges: non polluunt ipsas fruges: vt si inde māducauerit christian⁹ sciens: vel deprædatio ipsarum rerum fuerit: coinquinetur: significare dignare. Item ab alio audiui q; conductori non iuratur a barbaro: & alter dixit: quia iuratur conductori. Si etiā falsum mihi dixit ille: quia dixit iurari conductori: si iam pro hoc qđ solū audiui non debeo vti de ipsis frugibus: vel de precio ipsarū propter auditū solum: quia dictū est. Si autē quis dixerit hoc immolatitiū est ido lis: nolite manducare propter illū qui indicauit: si tamen etiam hæc causa similis est causæ de immolatitio? Q; si ita est: quid debeo de ipsis frugibus: vel de pretio ipsarū facere? Si debeo requirere de vtroq; qui mihi dixit: quia non iuratur cōductori: aut qui dixit quia iuratur cō ductori: & dictū vniuscuiusq; pbare per testes: qui verū dixit de illis duobus: & tādiu non cōtingere de ipsis frugibus: vel de pretio q̄diu mihi probatū fuerit si verum dixit ille qui dixit quia non iuratur conductori? Si barbarus qui per iuramētum suum iurat malū: fecerit illum Christianū conductorē vel tribunū qui militi præest iurare sibi per fidē illis seruandā pro custodiendis frugib⁹: per ipsum iuramentū mortale per qđ ipse iurat: si solus ille christian⁹ coinquinat⁹ sit an nō & illa quorū causa iurat? Aut si paganus qui militi præest iurauerit barbaro pro fide illi seruāda p mortale iuramentū: si nō coinquinat pro quib⁹ iurat? Si quē mise ro ad arzuges si licet ei iuramētū accipere a barbaro illud mortale: et si nō coinqnatur si susce perit tale iuramentum christianus? Si de area trituratoria tritici vel cuiuscunq; leguminis: aut torculari: de qua dæmoni oblatū est: si licet inde māducare christianū scientē: Et de luco si X
licet ad aliquē vsum suū christianū scientē ligna tollere? Si quis vadēs ad macellū vt emat car

nem quę nō sit immolatitia:& cogitatiōes duas habuerit inde:ꝙ immolata sit:& nō sit immolata:& illā tenuerit cogitationē quia nō immolat:& sit imolata cogitabit:si māducauerit peccat? Sic qui bonā rem de qua dubitat an bona aut mala sit si faciat vt putat bonā: cū tamē putasset & malā:si peccatū ascribat ei? Si quis dixerit ꝙ immolatitiū est mentiens:& postea dixerit iterū quia mētitus est:& ad fidē vere mentitus est:si licet christianū inde māducare aut vēdere:& de pretio vti ex eo qḋ audiuit? Si christianus aliquis ambulās passus necessitatē: victus fame vnius diei:vel bidui:vel multorū dierū:vt iam durare nō possit:ita occurrerit vt in ipsa necessitate famis in qua sibi videt iam mortē proximare:inuenerit cibū in idolio positum: vbi nullus sit hominū:& non possit inuenire aliū cibum:debet mori aut exinde cibari? Si christianus videat se a barbaro vel a romano velle interfici: debet eos ipse christian⁹ interficere ne ab illis interficiat? Vel si licet sine interfectione eos repellere vel impugnare:quia dictū est:Nō resistere malo? Si murū possessioni debet christian⁹ facere ꝓpter hoste:et si ille christian⁹ qui fecerit murū causa nō existit homicidii:cū inde aliqui cœperint pugnare: & interficere hostes? Matth.5.

Y Si licet de fonte bibere:vel de puteo:vbi de sacrificio aliqd missum est? Si de puteo qui in tēplo est:& desertū factū est:debet christian⁹ bibere? Si in tēplo qḋ colitur idoli pute⁹ ibi sit vel fons: & nihil ibi factū sit in eodē puteo vel fonte si debet haurire aquas inde christianus & bibere? Si christian⁹ debet in balneis lauare:vel in thermis in qbus sacrificat simulacris? Si christian⁹ debet in balneis quib⁹ in die festo suo pagani loti sunt lauare:siue cum ipsis siue sine ipsis? Si in solio vbi descenderūt pagani ab idolis venientes in die festo suo: & aliquid illic in solio sacrilegii sui fecerint:& scierit christian⁹:si debet in eodē solio descēdere? Si christian⁹ inuitat⁹ ab aliquo appositā habuerit carnē in escam:de qua dictū fuerit illi quia immolatitia est:& nō manducauerit eā:postea autē ab aliquo translatā ipsam carnē aliquo casu inuenerit venalē & emerit eā: aut appositā habuerit ab aliquo alio inuitatus & nō cognouerit eā & manducauerit si peccat? Si de horto vel de possessione idolorū vel sacerdotū eorum debet christian⁹ sciens olus emere vel aliquem fructum:& inde edere? Sane de iuramēto vel de idolis vt laborē nō patiaris in requirēdo:quæ dn̄s donabit:inuenerim⁹:ante oculos tuos volui ꝓponere:Si qḋ autē aliud apertius aut meli⁹ in scripturis inueneris:dignare mihi significare. Vnde quę inuenim⁹:hęc sunt vbi Laban dixit ad Iacob:Deus Abraam & deus Nachor. quē autē deum nō significauit scriptura. Gen̄.31. Et iterū ad Abimelech quādo venit ab Isaac vbi iurauit:vel qui cum illo erāt:Sed quale iuramentū nō significauit scriptura. Gen̄.26. Iterum de idolis vbi ad Gedeon dictū est a dn̄o in libro Iudicū:vt de vitulo quē occiderat holocaustum faceret. Iudic.6. Et in Iesu naue de hiericho: vt omne aurū:argentū:& æramentū inferret in thesauris dn̄i:& sanctū vocatū est de ciuitate quę anathema est. Iosue.6. Et qḋ est illud:qḋ in Deuteronomio positum est: Non inferes abominationē in domū tuā:& anathema eris sicut hoc ipsum est? Deut.7. Dominus te seruet:saluto te:ora pro me.

Sancti Augustini ad Publicolam:singulis quęstionibus illius in superiori epistola annotatis:vere ac subtiliter satisfacientis. Epistola.CLIIII.

Z HOnorabili & dilectissimo filio Publicolæ: Augustinus in domino salutem. Aestus animi tui posteaq̄ didici literis tuis: etiā mei cōtinuo facti sunt: nō ꝙuo me oīa talia ꝓmouerint qualib⁹ indicasti te esse ꝓmotū: sed quomodo tibi auferrētur hi æstus (fateor) æstuaui:maxime quia petis vt definitiue tibi rescriberē:ne in maiores dubitationes incideres q̄ anteq̄ interrogasses. Hoc eñ video nō esse in mea potestate. Nā quomodolibet scripsero quę mihi videnť esse certissima:si tibi nō persuasero:ꝓculdubio eris incertior. Nō autē sicut mihi adiacet suadere:eo modo adiacet etiā ꝑsuadere cuilibet. Verūtamē ne tuæ dilectioni negarē operulam meā:post aliquātam deliberationē rescribēdum putaui. Mouet te 22.q.1.mo certe:vtrū eius fide vtendū sit:qui vt eā seruet per dæmonia iurauerit. Vbi te volo prius cōsy uet. derare:vtrū si quispiā per deos falsos iurauerit:se fidē seruaturū:& eam nō seruauerit:nō tibi 3.sentē.dist. videatur bis peccasse? Si enim tali iuratione ꝓmissam custodierit fidē:ideo tantū peccasse iudi 39.ca.post caretur:quia per tales deos iurauit:illū autē nemo recte reprehēderet quia fidē seruauit. Nūc hęc. vero quia & iurauit per quos non debuit:& contra pollicitā fidē fecit qḋ non debuit:bis vtiq; peccauit. Ac per hoc qui vtit fide illius quē constat iurasse per deos falsos:& vtitur nō ad malam sed ad licitā & bonam: non peccato eius se sociat ꝙ per dæmonia iurauit:sed bono pacto eius ꝙ fidem seruauit. Neq; hic eandē fidem dico seruari:qua fideles vocātur qui baptizantur in Christo. Illa enim longe alia est lōgeq; discreta a fide humanorū placitorū atq; pactorū.

22.q.1.§.sed Verũtamen sine vlla dubitatiõe minus malũ est per deũ falsum iurare veraciter: q̃ per deũ
quęritur. verũ fallaciter. Quãto enim per qđ iuraᵗ magis est sanctũ: tantomagis est pœnale periurium.
3.sentẽ.dist. Alia ergo quęstio est: vtrũ nõ peccet q p falsos deos sibi iurari fecit: q̃ ille qui ei iurat p deos fal &
39.ca.post sos quos colit. Cui quęstioni possunt illa testimonia suffragari: quę ipse cõmemorasti de Laban
hęc. & Abimelech: si tamen Abimelech per deos suos iurauit: sicut Laban per deũ Iacob. Hęc (vt
dixi) alia quæstio est: quæ me merito fortassis moueret: nisi illa exẽpla occurrissent de Isaac &
22.q.1.in Iacob: & siqua alia possunt inueniri. Si tamen illud nõ adhuc mouet qđ in nouo testamẽto di
nouo. ctũ est: Ne oĩno iurem9. Qđ quidẽ mihi ppterea dictũ videᵗ: nõ quia verũ iurare peccatũ est:
Matth.5. sed quia peierare immane peccatũ est: A quo nos longe esse voluit qui oĩno ne iuremus admo
nuit. Sed tibi aliud videri scio: vnde nũc disputãdũ nõ est: vt illud potius agam9 vnde me cõ
22.q.1.q̃uis. sulẽdũ putasti. Proinde sicut nõ iuras: ita nec aliũ si hoc placet iurare cõpellas: Q̃uis dictũ sit
ne iuremus: nusq̃ autẽ in scripturis sanctis legi meminerim ne ab alio iurationem accipiam9.
Alia vero quęstio est: vtrũ ea pace debeam9 vti: quę inter alios inuicẽ iurãtes facta est. Qđ
si noluerim9: vbi viuamus in terris: nescio vtrũ inuenire possim9. Neq̃ eñ tantũmodo limiti:
sed vniuersis puinciis pax cõciliatur iuratione barbarica. Vnde & illud sequeᵗ: vt non fruges
tantũ quę ab eis custodiunᵗ qui p deos falsos iurauerũt: sed vbiq̃ inquinata sunt oĩa: quæ ipsa
pace inueniuntur: quã iuratio illa cõfirmat. Qđ si absurdissimũ est dicere: nec illa te moueant
26.q.2.si de quę mouebãt. Item si de area vel torculari tollatur aliqđ ad sacrificia dæmoniorũ sciẽte chri 9
area. stiano: ideo peccat si fieri pmittit: vbi prohibẽdi potestas est. Q̃ si factũ nõ comperit: aut phibẽ
di potestatẽ nõ habuit: vtitur mũdis reliquis fructib9 vnde illa sublata sunt: sicut fontib9 vti-
mur de quib9 haurire aquã ad vsũ sacrificiorũ certissime scimus: Eadẽ ẽ etiã ratio lauacrorũ.
Neq̃ eñ spiritũ deducere de aere dubitamus: in quẽ scimus ire fumũ ex aris oĩbus & incensis
dęmoniorũ. Vnde apparet illud esse phibitũ: ne in honorẽ alienoꝶ deorũ aliqua re vtamur:
aut vt existimemur sic eã accipiẽdo: vt q̃uis aĩo contẽnamus: eos tamẽ qui nostrũ animũ igno
rãt ad hęc honorãda ædificem9. Et cũ tẽpla: idola: luci: et si qđ huiusmodi: data potestate ver
tũtur: q̃uis manifestũ est cũ id agim9 nõ ea nos honorare sed poti9 detestari: ideo tamẽ in vsus
nostros priuatos dũtaxat & pprios nõ debemus inde alud vsurpare: vt appareat nos pietate
ista destruere nõ auaritia. Cũ vero in vsus coẽs nõ pprios ac priuatos vel in honorẽ dei veri cõ
uertũrur: hoc de illis fit qđ de ipsis hominib9 cum ex sacrilegis & impiis in verã religionẽ mu
tãtur. Hoc deus intelligiᵗ docuisse illis testimoniis quę ipse pposuisti: cũ de luco alienorũ deo-
Iudic.6. rum iussit ligna ad holocaustũ adhiberi: Et de Hiericho vt omne aurũ: argentũ: & æramẽtum
Iosue.6. inferretur in thesauros dñi. Quapropter etiã illud qđ in Deuteronomio scriptũ est: Nõ con
Deut.7. cupisces argentũ vel aurũ illorũ: nec accipies inde tibi: ne excedas ppter illud qm̃ abominatio
est domino deo tuo: & nõ cõferes execramentũ in domũ tuam: & eris anathema. Sicut & illud
est: Et offensione offendes & coinquinatiõe inqnaberis: abominatiõe illa qa anathema est. Satis
apparet aut ipsos priuatos vsus in talibus esse phibitos: aut ne sic inde aliquid inferatur in do
mũ vt honoretur. Tũc enim est abominatio & execratio: nõ cum talibus sacrilegiis honor aper
tissima destructione subuertitur. De escis autẽ idolorum nihil amplius nos debere obserua- A
re q̃ qđ præcepit Apostolus: certus esto. Et ideo de hac re verba eius recole: quæ si obscura es-
sent: pro modulo nostro exponeremus. Non autẽ peccat qui cibum postea nesciens mãduca
uerit quẽ prius tanq̃ idolothytũ respuit. Olus vel quilibet fruct9 in quolibet agro natus: eius
Psal.23. est qui creauit: Quia dñi est terra & plenitudo eius: Et omĩs creatura dei bona est. Sed si illud
1.Timo.4. qđ in agris nascitur: cõsecratur idolo vel sacrificatur: tũc inter idolothyta deputandũ est. Ca
uendum est enim ne si putauerimus nõ vescendũ olere qđ nascitur in horto templi idoli: cõse
quens sit vt existimemus nõ debuisse apostolos apud Athenas cibũ sumere: qa ciuitas erat Mi
neruæ eiusq̃ numini consecrata. Hoc & de puteo responderim vel fonte qui in tẽplo est. Plus
aũt mouet reuera si aliqđ sacrificiorũ in fontẽ vel puteũ piiciatur. Sed eadem ratio est aeris
q omnẽ eaꝶ fumũ recipit: de quo supra dixim9. Aut si hoc ideo putaᵗ distare: qa illud sacrifici
um de quo fum9 aeri cõfunditur: non fit ipsi aeri sed idolo alicui vel dæmonio. Aliqñ autem
sic mittunᵗ sacrificia in aquas: vt ipsis aquis sacrificeᵗ. Nõ ideo vtiq̃ solis huius luce nõ vti-
mur: qa ei sacrilegi vbi possunt sacrificare non cessant. Sacrificaᵗ etiã ventis: qbus tñ vtimur
ad tantas nostras cõmoditates: cũ eorũdẽ sacrificiorum suorum fumũ ipi quodãmõ haurire
& vorare videantur. Si qs dubitat de aliqua carne: vtrũ immolatitia sit: & nõ est immolatitia
si eã cogitationem tenuerit q̃ immolatitia non sit & ea vescatur: non vtiq̃ peccat: qa nec est: nec

ſam putatur immolatitia:etſi antea putabaẜ.Neqꝫ enim nō licet corrigere cogitationes a falſi
tate in veritatē. Si quis autē bonū putauerit eſſe qđ malū eſt:& fecerit hoc putādo:vtiqꝫ pec
B cat:Et ea ſunt oīa peccata ignorātię:quādo quiſqꝫ bene fieri putat qđ male fit. De occidēdis 23.q.5.de
hominibꝰ ne ab eis quiſqꝫ occidatur:Nō mihi placet conſilium:niſi forte ſit miles:aut publica occidēdis.
functiōe teneatur:vt nō pro ſe hoc faciat ſed pro aliis:vel pro ciuitate:vbi etiā ipſe eſt:accepta
legitima poteſtate ſi eius cōgruit perſonæ.Qui vero repellūtur aliquo terrore ne male faciāt:
etiā ipſis aliquid fortaſſe præſtatur.Hinc autē dictū eſt:Non reſiſtamus malo ne nos vindicta
delectet:quæ alieno malo animū paſcit: non vt correctionē hominū negligamus. Vnde nec
reus eſt mortis alienæ qui cū ſuæ poſſeſſioni murū circūduxerit:aliquis ex ipſorum vſu pcuſ-
ſus intereat.Neqꝫ enim reus eſt chriſtianus ſi bos eius aliquē feriendo:vel equus calcem iacien
do aliquē occidat. Aut ideo nō debēt chriſtiani boues habere cornua:aut equus vngulas:aut
dentes canis! Aut vero qm̄ apoſtolus Paulus ſatiſegit: vt in tribuni notitiā perferretẜ:inſidias Actuū.21.
ſibi a quibuſdā perditis pręparari:& ob hoc deductores accepit armatos:ſi in illa arma ſcelera-
ti hoīes incidiſſent:Paulus in effuſiōe ſanguinis eorū ſuū crimē agnoſceret! Abſit vt ea quæ
propter bonū ac licitū facimus aut habemꝰ:ſi quid per hæc pręter noſtrā voluntatē cuiq̄ mali
acciderit:nobis imputeẜ. Alioquin nec ferramēta domeſtica & agreſtia ſunt habēda: ne qs eis
vel ſe vel alterū interimat.Nec arbor aut reſtis:ne quis ſe inde ſuſpēdat.Nec feneſtra facienda
eſt:ne per hāc ſe quiſqꝫ pręcipitet. Quid plura cōmemorem:cū ea cōmemorādo finire non poſ
ſim! Quid enim eſt in vſu hoīm bono ac licito: vnde nō poſſit etiā pernities irrogari! Reſtat
ni fallor vt dicamus aliqđ de illo viatore chriſtiano:quē cōmemoraſti victū famis neceſſitate:
ſi nihil vſpiam inuenerit niſi cibū in idolio poſitū vbi nullus alius eſt hoīm:vtrū ei ſatius ſit fa
me emori q̄ illud in alimētum ſumere. In qua quęſtione:qm̄ nō eſt cōſequēs: vt cibus ille ido
lothytū ſit.Potuit em̄ vel ab eis q ibi ab itinere diuertētes corpꝰ refecerāt:obliuiōe ſeu volūta
te dimitti:vel illic ob aliā cauſam quālibet poni.Breuiter reſpōdeo. Aut certū eſt eſſe idolo-
thytū:aut certū eſt nō eſſe:aut ignoraẜ.Si ergo certū eſt eſſe:meliꝰ chriſtiana virtute reſpuiẜ:
Si autē vel nō eſſe ſcitur vel ignoraẜ:ſine vllo cōſciētię ſcrupulo in vſum neceſſitatis aſſumiẜ.

Beati Auguſtini ad Marcianū: ex diffinitione amicitię pbātis illū nūc ſe verū habere ami-
cū quē ante nō habuerat:rationēqꝫ reddētis:cur ille prius amicus nō fuerit:Eūdē pręterea ex-
hortātis vt ea pcepta teneat quibꝰ ipſorū amicitia vera ac ſempiterna eſſe poſſit. Eplā. CLV.

C Omino merito ſuſcipiēdo & in Chriſto dilectiſſimo ac deſyderātiſſimo fra
tri Marciano:Auguſtinꝰ in dn̄o ſalutē. Abripui vel potiꝰ obripui:& quo-
dāmodo furatus ſum memetipm̄ multis occupationibꝰ meis: vt tibi ſcribe
rem antiquiſſimo amico:quē tamē nō habebā q̄diu in Chriſto non tenebā.
Noſti qppe vt diffinierit amicitiā romani (vt ait quidā) maximꝰ author
Tullius eloquii.Dixit em̄ & veriſſime dixit: Amicitia eſt rerū humanarū & Tullius.
diuinarū cū beniuolētia & charitate cōſenſio. Tu autē mi chariſſime ali-
quādo mihi cōſentiebas in rebus humanis:cū eis more vulgi frui cuperē:& mihi ad ea capeſ-
ſenda quorū me poenitet fauēdo velificabas:immo vero vela cupiditatū mearū cū cæteris tūc
dilectoribꝰ meis inter præcipuos aura laudis inflabas. Porro in rebus diuinis quarū mihi illo
tēpore nulla luxerat veritas: vtiqꝫ in maiore illius diffinitionis parte noſtra amicitia claudica
bat.Erat em̄ rerū tantūmodo humanarū:non etiā diuinarū:q̄uis cū beniuolentia & charitate
cōſenſio.Et poſteaq̄ illa cupere deſtiti:pſeuerāte quidē beniuolētia:ſaluū me eſſe cupiebas ſalu
te mortali:& ea rerū proſperitate felicē quā mundus optare cōſueuit.Etiam ſic itaqꝫ aliquā-
tum tibi erat mecū rerū humanarū beniuola & chara cōſenſio. Nūc ergo quātum de te gau
deo:quibus explicem verbis:quādo eū quē quoquo modo habui diu amicum:habeo iam verū
amicū! Acceſſit enim etiā rerum conſenſio diuinarū:quoniā qui mecū temporalē vitā quon
dam iucundiſſima benignitate duxiſti: nūc ſpe vitæ æternæ mecum eſſe coepiſti. Modo vero
etiam de rebus humanis inter nos nulla diſſenſio eſt:qui eas rerū diuinarū cognitione penſa-
mus:ne plus eis tribuamus:q̄ modus earū iuſtiſſimus poſtulat. Nec eas in aliquo contemptu
abiiciendo:creatori earum domino rerū cæleſtiū atqꝫ terreſtriū faciamus iniuriā.Ita fit vt in-
ter quos amicos nō eſt rerū cōſenſio diuinarū:nec humanarū plena eſſe poſſit ac vera.Nec eſſe
eſt enim vt aliter q̄ oportet humana æſtimet:qui diuina contēnit. Nec hominē recte diligere
nouerit:quiſqs eū nō diligit qui hoīem fecit.Proinde nō dico nūc mihi pleniꝰ amicus es q eras
ex parte:ſed quātū ratio indicat:nec ex parte eras quādo nec ī rebꝰ humanis mecū amicitiā ve

ram tenebas. Rerũ quippe diuinarũ ex quibus recte humana pensantur: socius mihi nondum eras: siue quãdo nec ipse in eis eram: siue posteaq̃ ego eas vtcũq; sapere coepi: a quibus tu longe abhorrebas. Nolo autẽ succenseas: nec tibi videatur absurdũ: q̃ vllo tẽpore cũ in vana huius D mundi æstuarẽ: quis me multũ amare videreris: nondũ eras amicus meus: quãdo nec ipse mihi amicus erã: sed potius inimicus. Diligebã quippe iniquitatẽ: & reuera: quia diuina sententia
Psal.10. est: quia scriptũ est in sanctis libris: Qui diligit iniquitatẽ odit animã suã. Cũ ergo odissem animã meam: verũ amicũ quomodo habere poterã ea mihi optantẽ in quib⁹ ipse meipsum patiebat inimicũ: Cum vero benignitas & gratia saluatoris nostri illuxit mihi: non secundũ merita mea sed secundũ ipsius misericordiã: tu ab hac alienus: quomodo esse posses amicus meus: qui vnde beatus esse possem penitus ignorabas: & nõ in hoc me amabas in quo mihi ipse iam fueram vtcũq; amicus effectus! Gratias itaq; deo q̃ te mihi amicũ facere tandẽ aliquãdo dignatur.

Nunc eñ nobis est rerũ humanarũ & diuinarũ cũ beniuolẽtia & charitate cõsensio i Christo Iesu dño nostro verissima pace nostra: qui duob⁹ præceptis cuncta præconia diuina cõclu
Matth.22. sit dicẽs: Diliges dñm deum tuũ ex toto corde tuo: & ex tota anima tua: & ex tota mẽte tua: & diliges ꝓximũ tuum tanq̃ teipsum. In his duobus præceptis tota lex pendet & ꝓphetæ. In illo primo rerum diuinarũ: in hoc secũdo rerum humanarũ est cũ beniuolẽtia & charitate cõsensio. Hæc duo si mecũ firmissime teneas: amicitia nostra vera ac sempiterna erit: & nõ solũ inuicem nos: sed etiã ipsi dño sociabit. Quod vt fiat: exhortor grauitatẽ & prudẽtiam tuã: vt iam etiã fideliũ sacramẽta pcipias. Docet enim ætatẽ & congruit quantũ credo moribus tuis. Memẽto quid mihi dixeris ꝓfecturo: comicum quidẽ de Terẽtio recolẽs versum: sed tamẽ aptissi
Terentius. mũ & vtilissimũ. Nũc hic dies aliã vitam affert: alios mores postulat. Q̃d si veraciter dixisti: sicut de te dubitare nõ debeo: iam profecto sic viuis vt sis dign⁹ baptismo salutari remissionẽ præteritorũ accipere peccatorũ. Iam oĩno nõ est cui alteri præter dñm Christũ dicat gen⁹ hu
Virgilius. manũ: Te duce siqua manẽt sceleris vestigia nostri: Irrita ꝑpetua soluẽt formidine terras. Q̃d ex iteo: id est ex sibyllino carmine se fassus est trãstulisse Virgili⁹: q̃m fortassis etiã illa vates aliquid de vnico saluatore in spiritu audierat q̃d necesse habuit confiteri. Hæc tibi dñe merito suscipiende & in Christo dilectissime ac desyderantissime frater: siue pauca: siue forsitã multa sint: vtcũq; occupatissim⁹ scripsi: tua mereri scripta desydero: & te nomẽ dedisse inter cõpetentes vel daturũ esse: iã iamq; cognoscere. Dñs deus noster i quẽ credidisti: & hic & in futuro sæculo te cõseruet dñe merito suscipiẽde & in Christo dilectissime ac desyderãtissime frater.

Beati Augustini ad Probam: dicta illius approbãtis: & eã q̃ mala huius mundi tolerabiliora duxerit spe futuri cõmendantis: sibiq; a domino futuræ vitæ præmia & præsentis solatia poscentis. Epistola.CLVI.

DOminæ insigni & merito illustri & præstãtissimæ filiæ Probæ: Augustinus. E Est qdẽ ita vt dicis q̃ in corpore corruptibili anima cõstituta terrena quadã cogitatione constringitur: & tali onere quodãmodo depressa curuatur: vt in
Sap.9. imo multa q̃ in summo vnũ facilius cõcupiscat & cogitet. Nã hoc etiã sancta scriptura ita dicit: Corpus eñ q̃d corrũpitur aggrauat animã: & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ. Sed ideo venit saluator
Luc.13. noster qui mulierẽ illã in euãgelio ꝑ decẽ & octo annos curuã (quę fortasse hoc significabat verbo salutis) erexit: vt aĩa christiana nõ frustra audiat: Sursum cor: Nec frustra respõdeat: se habere ad dominũ. Q̃d intuens recte facis: mala huius mũdi tolerabilia ducere spe futuri. Sic eñ vsu quondã bono cõuertũtur in bonũ dũ nõ augẽt nostrã cõcupiscẽtiã
Roma.8. sed exercẽt patientiã. De quã re Apostol⁹ ait: Scim⁹ q̃m diligẽtib⁹ deũ oĩa cooperantur in bonũ. Oĩa inquit: Nõ solũ ergo illa quę appetuntur vt suauia: verũ etiã illa quę vt molesta vitantur: quãdo alia sic sumim⁹ ne capiamur: alia sic ferim⁹ ne frãgamur: Et secũdum ꝓcepta diuina in om
Psal.33. nibus gratias agim⁹ ei de quo dicim⁹: Benedicã dñm in omni tẽpore: semp laus ei⁹ in ore meo:
Psal.118. Et bonũ est mihi q̃m humiliasti me: vt discã iustificatiões tuas. Neq; eñ reuera si fallacis ꝓsperitatis semp hic trãquillitas arrideret: aĩa humana portũ illũ veræ certæq; securitatis appeteret: dña insignis & merito illustris & præstãtissima filia. Reddẽs itaq; debitũ præstantię tuę salutationis obsequiũ: agensq; grãs q̃ salutis nostrę religiosissimã curã geris: posco tibi a dño futurę vitę pręmia: præsentisq; solatia: oĩmq; vestrũ in quorũ cordibus ꝑ fidẽ habitat Christ⁹: me dilectioni orationiq; cõmendo. Et alia manu. Deus verus & verax veraciter cõsoletur cor tuum: & protegat salutem tuam: domina insignis & merito illustris ac præstantissima filia.

Beati Augustini ad Optatũ: de origine animæ differẽtis: & se de questione per eundẽ mota:
vtrum videlicet animæ sicut corpora propagatione nascãtur: an creator omnipotẽs sine vlla
propagatione nouas faciat singulas: nunq̃ fuisse ausum definitã proferre sententiã cõfitentis:
Docẽtis præterea quẽadmodũ sine periculo origo animæ possit latere: astruentisq; neminem
iuxta sanã fidem a cõtagione mortis & obligatione peccati liberari posse nisi per vnũ mediato
rem dei & hominũ: hominẽ Christũ Iesum: Cur etiã creentur illi quos creator præsciuit ad dã
nationẽ: non ad gratiã pertinere: subtiliter explanãtis: Et ad questionẽ principalẽ redeũdo dif-
fuse de ea disputãtis: Optatũ quoq; diligẽter admonẽtis: ne minus cautus nouã incurrat hæ-
resim: ac postremo quid illũ de agitata questione diffinitũ audire velit aperiẽtis. Epla.CLVII.
F DOmino beatissimo & syncæra dilectione desyderabili fratri & coepiscopo
Optato: Augustinus in dño salutẽ. Quis tuę sanctitatis nullas ad meip
sum datas acceperim literas: tamẽ quia illæ quas ad Mauritaniã cæsarien-
sem misisti: me apud Cęsareã pręsente venerũt: quo nos iniũcta nobis a ve-
nerabili papa Zozimo apostolicæ sedis episcopo ecclesiastica necessitas tra-
xerat: factũ est vt ea quę scripsisti etiã ipse plegerẽ: tradente mihi eandẽ epi-
stolã tuã famulo dei sancto Renato: ĩ Christo nobis fratre charissimo: Quo 2.Retra.56
petẽte & mihi licet aliis occupato vehemẽter instãte: ad ea sum respõdere cõpulsus. Acces-
sit huc etiã alterius sancti & cũ debito honore nominãdi fratris nostri: & quãtũ ab illo cõperi ne
cessarii tui Muressis cũ in supradicto oppido remoraremur aduẽtus. Qui mihi retulit etiã si-
bi missas de hac re literas venerationis tuę: Et me de hac ipsa q̃stione cõsuluit vt q̃d inde senti
rem: vel meis vel suis rescriptis ad te faceret puenire: vtrũ scilicet animę vt corpora ppagatio
ne nascãtur: sintq; ex illa vna quę primo homini creata est: An creator oĩpotẽs q vtiq; vsq; nũc
operaẽ sine vlla ppagatione nouas faciat singulas pprias. De qua re anteq̃ aliquid admoneã
syncęritatẽ tuã: scire volo in tã multis opusculis meis nunq̃ me fuisse ausum de hac questione
definitã proferre sentẽtiã: & ĩpudẽter referre in literas ad alios informãdos: q̃d apd me nõ fue
rit explicatũ. Quarũ autẽ rerũ atq; causarũ cõsyderatione pmouear: vt in neutrã assertionẽ
meus inclinetur assensus: sed adhuc ĩter vtrãq; disceptẽ: nimis longũ est hac epistola exprimere:
Nec tã necessariũ: vt hoc omisso nõ possit de hac questione q̃d satis est deputari: etsi nõ ad au-
ferendã cunctationẽ: certe ad cauendã temeritatẽ. Illud enim vbi vel maxime fides christia
na cõsistit: q; per hominẽ mors & p hominẽ resurrectio mortuorũ. Sicut enim in Adã oẽs mo- 1.Corin.15.
riuntur: ita & in Christo oẽs viuificabunẽ: Et q; per vnũ hominẽ peccatũ in hũc mundũ intra Roma.5.
uit: & per peccatũ mors: & ita in oẽs hoĩes ptransiit in quo oẽs peccauerunt: Et q; iudiciũ qui-
dem ex vno in condẽnationẽ: Et q; per vnius delictũ in oẽs hoĩes ad condẽnationẽ: & per vnius
iustificationẽ in oẽs hoĩes in iustificationẽ vitę: Et si qua alia testimonia declarãt neminẽ nasci
ex Adã: nisi vinculo delicti & dãnationis obstrictũ: neminẽq; ĩde liberari nisi renascẽdo p Chri
stum: tã incõcusse tenere debemus: vt sciamus eũ qui hoc negauerit: nullo modo ad Christi fidẽ:
& ad eã quæ per Christũ datur pusillis & magnis dei gratiã pertinere. Vnde si origo aĩæ la
teat: dũ tamẽ redẽptio clareat: periculũ nõ est. Neq; eĩn in Christũ credimus vt nascamur: sed
G vt renascamur quomodocũq; nati fuerimus. Hactenus autẽ dicimus sine periculo latere aĩæ
originẽ: vt nõ tamẽ eã partẽ dei esse credamus: sed creaturã: Nec de deo natã: sed ab illo factam:
atq; in eius genus adoptandã: mirabili dignatiõe gratię: nõ parili dignitate naturæ: Nec eã cor
pus esse sed spiritũ: Nõ creatorẽ vtiq; sed creatũ. Nec ideo venisse in hoc corpus corruptibile
quo grauaẽ: q; illuc eã vitæ in cęlestibus vel in quibuslibet aliis partibus mũdi antea malæ gestæ
merita cõpulerũt. Nõdũ eĩn natos apostolus: cũ de Rebeccę geminis loqueref: nihil egisse dicit Roma.9.
boni vel mali: vt nõ ex operibus quibus nullis alter distinguebaẽ ab altero: sed ex vocante diceref
minori seruiturũ esse maiorẽ. His igiẽ firmissime cõstitutis si tam reconditũ atq; abditũ est in
occultis operibus dei: vt nec scripturarũ diuinarũ manifesto eloquio declaref: vtrũ ppterea ni-
hil boni vel mali nondũ nati egisse credẽdi sint: q̃a nõ ex aliis ppagatas: sed mox ex nihilo crea
tas aĩas singuli accipiũt? An quia cũ essent originaliter in parẽtibus: adhuc ipsi nulli erãt q suas
& pprias vitas agerẽt? Illa tamẽ sit fides salua qua credimus nullũ hoĩm: siue maioris siue par 3.sentẽ.dist.
uulæ quãlibet & recẽtis ætatis liberari a cõtagiõe mortis antiquę & obligatiõe peccati q̃d pri 25.ca.1.
ma natiuitate cõtraxit: nisi per vnũ mediatorẽ dei & hoĩm: hoĩem Christũ Iesum. Cuius hoĩs 1.Timoth.2
eiusdẽq; dei saluberrima fide: etiã illi iusti salui facti sunt: q priusq̃ veniret ĩ carnẽ: crediderũt
in carnẽ venturũ. Eadẽ nãq; fides est & nostra & illorũ: q̃m hoc illi crediderunt futurũ q̃d nos

2.Corin.4. credimus factū. Vnde dicit apostol⁹ Paul⁹: Habētes autē eundē spiritū fidei: secūdū q̄ scriptū
Psal.115. est: Credidi ppter qd̄ locut⁹ sum: & nos credimus ppter qd̄ & loquimur. Si ergo eundē spiritum fidei & illi habebāt qui venturū in carnē Christū prænūtiarūt: quem etiā illi qui eum venisse nūtiarunt: sacramenta esse potuerūt pro temporū diuersitate: ad vnitatē tamē eiusdem
Actuū.15. fidei cōcordissime recurrētia. Scriptū est in actibus apostolorū loquēte apostolo Petro: Nunc ergo qui tentatis deū imponere iugū supra collum discipulorū: qd̄ neq̧ patres nostri neq̧ nos portare potuim⁹: sed per gratiā domini Iesu credim⁹ nos saluos fieri quēadmodū & illi. Si ergo & illi: id est patres portare iugū legis veteris nō valētes: per gratiā domini Iesu saluos se fie
Abachuc.2 ri crediderunt: manifestū est q̧ hęc gratia etiā antiquos iustos viuere fecit ex fide. Iustus enim
Roma.5. ex fide viuit. Lex autē subintrauit vt abundaret delictū: vt superabundaret gratia: per quā sanaretur delicti abundantia. Si enim data esset lex quæ viuificare posset: oīno ex lege esset iusti
Gal.3. tia. Cui tamē bono lex data sit: consequēter adiunxit dicens: Sed cōclusit scriptura omnia sub peccato: vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credētibus. Danda itaq̧ fuerat lex quæ manifestius sibi ipsum ostēderet hominē: ne superbus animus humanus a seipso se posse esse iustū
Roma.10. putaret: Et ignorās dei iustitiā: id est quę homini ex deo est: & suā volēs cōstituere: id est quasi
Roma.7. suis viribus partam: iustitiæ dei subiectus non fieret. Oportebat itaq̧ vt addito mandato cuius vox est: Non concupisces: superbo peccatori etiam præuaricationis crimen accederet: atq̧
3.sentē.dist. ita gratiæ medicinā nō sanata per legē sed cōuicta infirmitas quæreret. Proinde cū oēs iu-
25.ca.1. sti: hoc est veraces dei cultores: siue ante incarnationē: siue post incarnationē Christi: nec vixerint: nec viuāt nisi ex fide incarnationis Christi: in quo est gratiæ plenitudo: pfecto qd̄ scriptū
Actuū.4. est: Nō esse aliud nomē sub cælo: in quo oportet saluos fieri nos: ex illo tēpore valet ad saluādū
1.Corin.15. genus humanū: ex quo in Adam vitiatū est genus humanū. Sicut enim in Adam oēs moriuntur: ita & in Christo oēs viuificabūtur. Quia sicut in regno mortis nemo sine Adam: ita in regno vitæ nemo sine Christo. Sicut per Adam omnes iniusti: ita per Christū omnes iusti. Sicut per Adam oēs mortales in pœna facti sunt filii sæculi: ita & per Christū omnes immortales in gratia fiunt filii dei. Cur autē creentur etiā illi: quos creator præsciuit ad damnationē non ad gratiā pertinere: Beatus Apostolus tanto succinctiore breuitate: quāto maiore authorita- H
Roma.9. te cōmemorat. Deū enim dicit volentē ostēdere irā: & demōstrare potentiā suam: attulisse in multa patientia vasa iræ quæ perfecta sunt in perditionē: Et vt notas faceret diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ: quē superius dixerat tanq̄ figulū luti ex eadē massa facere aliud vas in honorē: aliud in contumeliā. Merito autē videretur iniustum: q̧ fiunt vasa iræ ad perditionem: si non esset ipsa vniuersa ex Adam massa damnata. Q; ergo fiunt inde nascendo vasa iræ: pertinet ad debitam pœnam. Q; autem fiunt renascēdo vasa misericordię: pertinet ad indebitam gratiā. Ostendit ergo deus iram suam: non vtiq̧ animi perturbationē: sicut est quæ ira hominis nuncupatur: sed iustam fixāq̧ vindictā: quæ de stirpe inobedientiæ ducitur
Iob.14. propago peccati atq̧ supplicii. Et homo natus ex muliere (sicut in libro Iob scriptum est) breuis est vitæ & plenus iracundiæ. Eius enim rei vas est qua plenus est: vnde iræ vasa dicuntur. Ostendit & potentiā suam: qua bene etiā vtitur malis: multa illis naturalia & tēporalia bona largiens: eorūq̧ malitiam ad exercēdos & cōparatione admonēdos bonos: ac cōmendans vt in eis discant agere gratias deo: q̧ ab eis: non suis meritis qui in eadem massa paria fuerūt: sed illius miseratione discreti sunt. Quod maxime apparet in paruulis: de quibus cum per Christi gratiam renascūtur: & istam vitam in illa tenera ętate finientes: in æternā transeunt & beatā: dici nō potest q̧ libero discernūtur arbitrio ab aliis infantib⁹ qui sine hac gratia in ipsius massæ damnatione moriuntur. Si autē hi soli crearent̄ ex Adam: qui essent per gratiā recreandi: & pręter illos qui in dei filios adoptātur: nulli alii homines nascerētur: lateret beneficium qd̄ donaretur indignis: quia nullis ex eadem damnabili stirpe venientibus debitū supplicium redderetur. Cum vero attulit in multa patiētia vasa iræ: quę perfecta sunt in perditionem: non solum ostendit iram: & demonstrauit potentiā suam redhibendo vindictā: & bene vtendo bonis: sed etiam notas fecit diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ. Ita enim quid præstetur sibi dicit gratis iustificatus: dū nō suo merito sed gloria largissimæ dei misericordię discernitur a damnato: cum quo eadē iustitia fuerat & ipse damnandus. Tam multos autē creando nasci voluit: quos ad suam gratiā non pertinere pręsciuit: vt multitudine incomparabili plures sint eis quos in sui regni gloriam filios promissionis prædestinare dignatus est: vt etiam ipsa reiectorum multitudine ostenderetur q̄ nullius momenti sit apud deum iustum: quan-

talibet innumeroſitas iuſtiſſime damnatorum: Atq; vt hinc quoq; intelligant qui ex ipſa dā-
natione redimuntur: hoc fuiſſe debitum maſſæ illi vniuerſæ: qđ tam magnæ parti eius reddi-
tum cernerent. Non ſolum in eis qui originali peccato multa addūt malę voluntatis arbitrio
verumetiam in tam multis paruulis: qui tantūmodo vinculo peccati originalis obſtricti: ſine
gratia mediatoris ex hac luce rapiuntur. Tota quippe iſta maſſa iuſtæ damnationis reci-
peret debitū: niſi ex ea faceret non ſolum iuſtus: ſed etiā miſericors figulus: alia vaſa in honorē
ſecundū gratiā: non ſecundū debitū: dū & paruulis ſubuenit: quorū nulla merita dici poſſunt
& maiores præuenit: vt habere aliqua merita poſſint. Quę cum ita ſint: ſi aſſertio tua nec co
I tendit vt nouas animas dicas propter innocentiā nouitatis ſuæ anteq̄ ad peccandū libero vtā-
tur arbitrio damnationi originali obnoxias eſſe non poſſe: ſed eas fide catholica cōfiteris: etiā
ſi in illa tenera ætate de corpore exierint: in damnationem perditionis ituras: niſi ſacramento
mediatoris: qui venit quęrere & saluū facere quod perierat: liberentur: quære vbi: vel vnde: vl' Lucæ.19.
quando cœperint damnationis meritum habere: ſi nouę ſunt: ita ſane vt deum non facias nec
aliquam naturam quam non condidit deus vel peccati earum vel innocentium damnationis
authorem. Et ſi inueneris quod te quærere admonui: qđ ipſe adhuc (fateor) nō inueni: defen
de quantum potes atq; aſſere animarum infantiū eiuſmodi eſſe nouitatem: vt nulla propaga-
tione ducantur: & nobiſcum quod inueneris fraterna dilectione communica. Si autem non in
ueneris: quare vel quomodo fiunt animæ infantium peccatrices: & nihil in ſeipſis habētes ma-
litiæ: a quo cogantur ex Adam trahere vnde damnentur: cum eas credas nō ex illa prima pec
catrice propagatas: ſed nouas atq; inſontes includi carne peccati: nec ſic iam temere in aliam
ſententiam tua deflectatur aſſenſio: vt eas ex illa vna credas propagando traduci: ne forte ali⁹
K inuenire poſſit: qđ ipſe non poſſis: aut aliquando inuenias qđ nunc non poteris. Nam & illi q
animas ex vna propagari aſſerunt: quā deus prio homini dedit: atq; ita eas ex parētibus trahi
dicunt: ſi Tertulliani opinionem ſequuntur: profecto eas non ſpiritus ſed corpora eſſe conten
dunt: & corpulentis ſeminibus exoriri. Quo peruerſius quid dici poteſt? Neq; hoc Tertulli-
anum ſomniaſſe mirandum eſt: qui etiam ipſum creatorē deum non eſſe niſi corpus opinatur
Qua dementia repulſa a corde atq; ore chriſtiano: quiſq; animā ſicuti eſt: non eſſe corpus ſed
ſpiritum confitetur: & tamen in filios ex parentibus duci: in eo quidem nullis coartatur angu
ſtiis: q omnes animas etiā paruulorum quos eccleſia non vtiq; in falſa ſed in vera peccatorum
remiſſione baptizat: vera fides prædicat trahere originale peccatū propria primi hominis vo-
luntate cōmiſſum: & in omnes poſteros generatione tranſmiſſum: ac ſola regeneratione pur-
gandum. Sed cum conſyderari & pertractari cœperit quid dicatur: mirum ſi vllus ſenſus cō-
prehendit humanus quonam modo tanq̄ lucerna de lucerna accendatur: & ſine detrimento
alterius alter inde ignis exiſtat: Sic anima de anima parentis fiat in prole: vel traducatur in p
lē: vtrum incorporeum ſemen animę: ſua quadā occulta & inuiſibili via ſeorſum ex patre cur
rat in matrem cum fit conceptus in fœmina: An quod eſt incredibilius in ſemine corporali la
teat. Cum autem fluunt irrita ſine vllis conceptibus ſemina: vtrū ſemen aīæ non ſimul exeat:
an ſumma celeritate atq; atomo temporis vnde exierat recurrat: an pereat. Et ſi perit: quo-
modo ipſa cuius mortale ſemen eſt immortalis eſt anima. An īmortalitatem tunc accipit: qñ
formatur vt viuat: ſicut iuſtitiam quando formatur vt ſapiat: & quo pacto eam deus fingat ī
homine etiam ſi anima ſeminaliter trahatur ex anima: ſicut fingit in homine corporis mem-
bra: q̄uis corpus ſeminaliter trahatur ex corpore. Si vero etiam non ſpiritalis creatura fingere Pſal.32.
tur a deo: non ſcriptum eſſet: Qui fingit ſpiritum hominis in ipſo. Et in eo qđ legitur: Qui fin
xit ſingillatim corda hominum: ſi per corda ſignificatæ ſunt animæ: fingi eas poſſe quis dubi-
tet? Sed quæritur vtrum ex vna anima hominis primi: ſicut fingit ſingillatim facies hominū
L ex vno tamen corpore hominis primi. Cum hæc atq; huiuſmodi de hac re multa quærūtur
quæ nullo ſenſu cordis explorari poſſunt: & a noſtra experientia longe remota ſint: atq; in ab-
ditiſſimis naturæ finibus latent: non erubeſcendum eſt homini, cōfiteri ſe neſcire quod neſcit:
ne dum ſe ſcire mentitur: nunq̄ ſcire mereatur. Quis autem negat nō vnius tantū ſed oīs aīæ
creatorē deū atq; factorē: niſi q ei⁹ elogiis apertiſſime refragať? Sine vlla q̄ppe ābiguitate p pro-
phetā dicit: Oēm flatum ego feci: aīas videlicet ītelligi volēs: qđ verba cōſequētia manifeſtāt.
Nō itaq; vnū: quē facto ex terra hoi prio īſpirauit: ſed oēm flatū ipſe fecit: ipſe adhuc facit. Quæ
riť tñ vtrū oēm flatum ex illo vno flatu: ſicut omne corpus hois ex vno illo corpore faciat: an
vero noua q̄dē corpa faciat ex vno: aīas aūt nouas ex nihilo. Quis ei cōgrua ſuis originib⁹ ge

nera rerũ etiã de feminibꝰ facit:nisi q ipa semina sine feminibꝰ fecit! Sed vbi res naturaliter ob
scura nostrũ modulum vincit:& apte diuina scriptura nõ subuenit:temere hinc aliqd defini-
re humana coniectura præsumit. Secundum vitas autem quas proprias habere incipiunt:no
uos homines dicimus nasci siue anima siue corpore. At vero secũdum originale peccatum ve
teres nascuntur:ideo baptismate renouantur. Aliquid ergo certum de aię origine nondum M
in scripturis canonicis comperi. Nam hi qui nouas sine vlla propagine asserũt aĩas fieri: inter
testimonia quibus id nituntur oñdere: ponunt etiam illa duo quæ paulo ante cõmemoraui:
Qui fingit spiritum hoĩs in ipso: Et qui finxit singillatim corda hoĩm: De quibus vides quem
admodum possit a resistentibus responderi. Vtrum eñi cum fingit ex alio fingat:an ex nihilo:
incertum est. Illud tamen inter cætera testimonium videtur esse præcipuũ: qđ in libro Salo
Eccl's.12. monis ecclesiaste legitur: Et reuertet̃ puluis in terrã sicut erat:& spũs reuertet̃ ad deum q de-
dit eum. Sed facillime respondetur: Corpus in terram: de qua factum est primum hoĩs corpus
& spiritus ad deum: a quo facta est prima hominis anima. Sicut enim nostrum corpus (inquĩ
unt) q̃uis ex primo illo corpore propagatum sit: & tamen redit vnde ipsum primum corpus
effectum est: Sic aĩa nostra q̃uis ex illa anima ꝓpagata non ad nihilũ qa ĩmortalis est: sed ad il-
lum redit a quo ipsa prima aĩa facta est. Ac per hoc illud qđ scriptum est de spũ cuiusq; hoĩs:
ꝙ redeat ad deum q dedit eum: non soluit istam obscurissimã quæstionem: qa siue ex illo vno
Vbi supra. siue nullo alio: deus vtiq; dedit eum. Itemq; illi q ꝓpaginẽ aĩarũ inconsyderata temeritate de-
fendunt: inter alia testimonia quæ suæ causæ suffragari arbitrantur: nullũ quasi manifestiꝰ &
Geñ.46. expressius pro se pñt putare ꝓferẽdũ q̃ id qđ in Genesi scriptum est: Omnes aũt aĩæ quę intro
ierunt cum Iacob in egyptum q exierunt de femoribus eius. Hoc enim velut euidẽtissimo te-
stimonio pñt credi aię in filios ex parentibus propagari: quoniam satis aperte dictum videtur
aĩas etiam de femoribus Iacob: non sola exisse corpora filiorum: Vt eo modo etiã illud intelligi
velint a parte totum: qđ dixit Adam: cum illi mulier eius oñderet̃: Hoc nunc os ex ossibꝰ me-
Geñ.2. is: & caro de carne mea. Non ei dixit: Et aĩa de aĩa mea: sed ita fieri põt vt carne noĩata vtrũq; ĩ
intelligat̃: sicut hic aĩas noĩauit: & tñ etiam corpora in filiis intelligi voluit. Sed hoc testimo
niũ certe quasi tã clarum atq; manifestum enodandæ huic quæstioni non sufficeret: nec si ita
legeretur genere fœminino: q̃ exierunt de femoribus eius: vt aĩas intelligeremus quę exierũt.
Ideo autem non sufficeret: qm̃ & aĩæ nomine corpus solũ posse significari: modo quodã locu
tionis ostendit̃: quo significat̃ per id qđ continetur illud qđ continet: sicut ait quidã: Vina co-
ronant: cum coronarentur vasa vinaria. Vinum eñi continetur & vas continet. Sicut ergo ap
pellamꝰ ecclesiã basilicã qua cõtinetur ppl'us: q vere appellat̃ eccl'ia: vt noĩe ecclesię: id est popu
li q continetur: significemus locum qui continet: Itaq; ꝙ animæ quæ corporibꝰ continent̃ in-
Numeri.19 telligi corpora filioꝝ ꝑ noĩatas aĩas pñt. Sic eñi melius accipit̃ etiã illud: ꝙ lex inquinari dicit
eũ qui intrauerit super aĩam mortuã: hoc est sup defuncti cadauer: vt noĩe aĩæ mortuæ: mor-
tuum corpus intelligatur qđ animam continebat: qa & absente populo: id est ecclesia: locus ta-
men ille nihilominus ecclesia nuncupatur. Hæc respõderent̃: si (vt dixi) fœminino gñe posi-
tũ esset: quæ exierunt de femoribus Iacob: id est quæ animæ. Nunc vero cum masculinum ge
nus sit positum: id est qui exierunt de femoribus Iacob: quis non ita intelligere malit: omnes
animæ eorum qui exierunt ex femoribus eius: id est animæ hominũ: vt etiam sic possint secũ-
dum corpꝰ tm̃modo exisse homines de femoribus patris: quorum erant illæ animę: ꝑ quarum
numerum intelliguntur tot homines. Vellẽ aũt legere libellũ tuũ cuius mentionẽ fecisti in N
literis tuis: ne forte aliqua ibi testimonia non ambigua posuisti. A me autem cum q̃sisset ami-
cus mihi charissimus & diuinarum studiosissimus literarũ: qd de hac quęstione sentirem: eiq;
remota verecũdia: hic astꝰ meos & ignorãtiã fassus essẽ: scripsit inde longe trãs mare ad doctis
simum virum: cui rescripsit ille: vt potius me consuleret: nesciens qđ iam fecerat: nec aliqd a
me certũ ac definitum audire potuerat. Significauit tamen in eadem breui epistola sua: se po-
tius fieri q̃ ꝓpagari aĩas credere: Simul etiam admonẽs aĩarũ ꝓpaginẽ: quia ipse in oriente est
occidẽtalẽ ecclesiam solere sentire. Hac ergo maiore occasione cõperta: scripsi ad eũ nõ breuem
librũ: consulens eum & petens vt prius me doceat: & tunc ad me mittat quos doceam. Qui li-
ber meus non doctoris sed inquisitoris: & potius discere cupientis apud me legi potest: mitti
vero vspiam nõ debet vel cuiq̃ foris dari nisi cũ rescripta dño adiuuante percepero: id qđ ille
sentit promptissime ac libentissime defensurus: si me docere potuerit quomodo animę non ex
Adam veniant: & tamen ex illo iustam sortem damnationis inueniãt: nisi ad remissionem pec

catorū renascēdo pueniāt. Absit ei vt credam⁹ vel aīas puulorꝝ ī lauacro regñationis falsā acci
pe pc̄tōrū mūdationē: vel deū eē: aut aliquā naturā quā nō cōdidit de⁹ illi⁹ ex q̄ mūdanť ingna
tionis authorē. Donec ergo aut ille rescribat: aut ego si de⁹ voluerit aliquo mō discā: si nullā de
illa peccatrice originē ducit: q̄ causa sit aīæ subeūdi originale pc̄tm̄: qđ necesse est eē in oīmbus
O paruulis: Et qꝫ eā nec deus cogit insontem: qa peccandi author non est: Nec vlla mala natura:
qa non est: nihil tale audeo prędicare. Te aūt si libenter vel patienter admittis charissime fra
ter: admoneo: ne hæresim nouā minus caut⁹ incurras: q̄ antiquissimę fidei stabilita moliť fun-
damenta cōuellere aduersus dei gratiā disputando: quā dn̄s Christus pusillis & magnis inef-
fabili bonitate largiť. Cuius vel auhtores vel certe acerrimi notissimiqꝫ suasores: cū Pelagius
& Cęlestius extitissent: conciliorū ep̄alium vigilantia in adiutorio saluatoris q suā tueť eccle-
siā: etiā a duobus venerabilibus antistitibus ap̄licæ sedis: papa Innocentio: & papa Zizimo: nisi
correcti etiam egerint poenitentiam: toto christiano orbe damnati sint. De qbus exempla recē
tiū scripturarū: siue q̄ specialiter ad Afros: siue q̄ vniuersaliter ad oēs ep̄os de memorata sede
manarunt: ne forte ad vestram sanctitatē nōdum puenerint: vobis curauim⁹ mitti ab eis fra-
trib⁹ qbus & has literas vt tuæ venerationi dirigerēt dedimus. Hi autē nō ideo sunt hæretici
qa dicunt aīas originē de illa prima peccatrice non ducere: qđ vel aliq̄ fortasse ratione vera di-
ci pōt: vel sine fidei labe nesciri. Sed hinc conantur efficere: vnde oīno aptissimi hæretici iudi-
canť: aīas paruulorū nihil mali ex Adam trahere: qđ sit lauacro regenerationis expiandū. Nā
Pelagii de hac re argumentatio: quæ inter alia eius dānabilia etiā literis ap̄licę sedis adiuncta
est: ita se habet: Si aīa inqt ex traduce non est: sed sola caro tantū habet traducē pc̄ti: sola ergo
poenā mereť. Iniustū est eñ vt hodie nata aīa: non ex massa Adā tā antiquū pc̄tm̄ portet alie-
P num: qa nulla ratione cōcediť: vt deus q ꝑpria peccata dimittit: vnum imputet alienū. Si er
go ita potes aīarum asserere sine vlla ꝓpagine nouitatē: vt ratione iusta & a fide catholica nō
aliena: etiā si pc̄tō primi hoīs ostēdanť obnoxiæ: assere qđ sentis vt potes. Si aūt nō eas aliter po
tes a propagatione facere alienas nisi vt simul facias ab omni peccati vinculo liberas: cohibe te
ab huiusmodi disputatione oī modo. Nō est eñ falsa etiā in paruulorum baptismate remissio
peccatorum: nec verbotenus diciť sed veraciter agitur. Nā vt iā verbis vtar quæ in ipsa epi-
stola beatissimi ātistitis Zizimi leguntur: Fidelis dn̄s in verbis suis: eiusqꝫ baptism⁹ re ac ver-
bis: id est opere: confessione: & remissione vera peccatorū: in omni sexu: ętate: cōditione generis
humani eandē plenitudinem tenens. Nullus eñ nisi q peccati seru⁹ est liber efficiť: nec redem
ptus dici pōt: nisi qui vere per peccatum fuerit ante captiu⁹: sicut scriptū est: Si vos filius libe Ioan.8.
rauerit vere liberi eritis. Per ipsum eñ renascimur spiritaliter: Per ipsum crucifigimur mun-
do: Ipsius morte mortis ab Adā oībus nobis introductæ atqꝫ trāsmissæ vniuersæ aīæ: illud ꝓ-
pagatione cōtractum chirographum rumpiť: in quo nullus oīno natorū anteq̄ per baptismū
liberetur non teneť obnoxius. In his enim verbis apostolicæ sedis: tam antiqua atqꝫ fundata
certa & clara est catholica fides: vt nefas sit de illa dubitare christiano. Quoniam ergo morte
Christi: non vnius aut aliquarum sed vniuersæ animæ propagatione contractū mortis chiro
graphum rumpiť si potes aīas sic alienas a propagatione defendere: vt tñ hoc chirographo
qđ sola Christi morte rumpendum est rectissima ratione demonstrenť obstrictę: ne sua propa-
gatione: sed carnis hoc debito iuste appareant obligatæ: non solum nemine prohibente defen-
de: verumetiam id nobis qūo tecum defendere possimus ostende. Si autē aliter non potes qđ
de aīarū nouitate sentis asserere: nisi vt eas dicas peccato primi hoīs non teneri: aut ꝑ propaga
tionē nō suā: sed carnis (authore deo: vel nescio qua mali natura) innocētissimas fieri peccatri
ces: melius origo aīæ latet: dum tamen eam nō dubitemus dei esse creaturam: q̄ vel deus pec-
cati author dicitur: vel contra deum aliena mali natura introducatur: vel baptisma paruulo-
Q rum in irritum ducitur. Vt autem & a me tua dilectio de hac quæstione aliquid audiat de-
finitum: non parui æstimandum: immo præcipue necessarium atqꝫ retinēdum quomōlibet se
origo habeat animarum: siue ex illa vna: siue ex nulla alia propagentur: Mediatoris tamē ani-
mam nullum ex Adam traxisse peccatum dubitare fas nō est. Si eñ nulla propagať ex altera:
vbi oēs teneť ꝓpagata carne pc̄ti: q̄ntominus credēdū est ex ꝓpagatiōe peccatricis aiam veni
re potuisse: cuius caro venit ex virgine: non libidine cōcepta: sed fide: vt esset in similitudine
carnis pc̄ti non in carne peccati. Si aūt pc̄tō primę aię peccatricis ideo cæterę tenētur obnoxię:
quia ex illa sunt propagatæ: profecto illa quam sibi vnigenitus coaptauit: aut peccatum inde
non traxit: aut oīno inde non tracta est. Neqꝫ enim non potuit animam sibi trahere sine pecca

to:qui soluit nostra peccata:aut qui nouam creauit ei carnem quam sine parente fecit ex terra:non potuit nouam creare carnem quam sine viro sumpsit ex foemina? Hoc sicut potui:non qdē ad me datis:sed tñ ad charissimos nostros sanctitatis tuæ literis:nō peritia quā desyderasti:sed sollicita dilectione respondi. Si gratāter accipis:& admonitionē fraternā etiā vtilē:nō errādo sed prudenter consyderando:cum ecclesię pace conseruas:deo gratias. Si autem me ista nō dum nosse miraris:vel etiam nec miraris:& a me aliquid certum de origine aiarū salua ista fide q̄ certissima atq; clarissima est:in tua charitate docere non renuis: multo vberi⁹ deo gratias. Memor nostri dño semper viuas:domīe beatissime & syncera dilectiōe desyderabilis frater.

Beati Augustini ad Marcellinū:q̄ ratione gesta per eū p̄missa vehemēter expectet apientis ac dubitatiōi illi⁹ rñdēdo vt poena sceleratorū p̄ter suppliciū mortis fit:rogātis & exhortātis vt sic catholicæ ecclesię mansuetudo & lenitas appareat:seq; q; libros de baptismo puulorū & epistolā quādā ad ipsum nō miserit excusantis:& tandem ecclesiam in Numidia cōstitutā sibi commendantis. Epistola.CLVIII.



Domino merito insigni multūq; charissimo ac desyderātissimo filio Marcellino:Augustin⁹ in dño salutē. Gesta q̄ p̄misit p̄stātia tua vehemēter expecto:& i ecclīa Hipponēsi:iāiāq; cupio recitari:ac si fieri potuerit p oēs ecclesias etiā i nfa dioecesi cōstitutas:vt audiāt hoīes pleneq; agnoscant:cōfessores inīqtatis nō dei timore extorquēte poenitentiā:sed iudiciaria diligētia crudelissimorū pectorū apiēte duritiā: siue illorū q̄ de homicidio & de excæcato ac debilitato presbyteri corpore cōfessi:Siue illorū q̄ si illa scire potuissent:q̄uis sibi dicerēt displicere:negare nō ausi sūt refugiētes catholicā pacē:velut ne criminib⁹ polluant alienis:& i illo schismatis sacrilegio iter sceleratorū tā imaniū tātā multitudinē pdurātes:Siue etiā illorū q̄ se ide nō recessuros etiā demōstrata sibi catholica veritate: & Donatistarū puersitate dixerūt:Nō est leue qd de⁹ agi voluit p operā tuā. Vtinā tales eorum causas crebras sic audias & facinora eorū atq; isana ptinacia sic sępe pdat: eadēq; publicata gesta oīm notitia pferāt. Q̄d aūt scripsisti eximietas tua dubitare te:vtrū i Theo ppria debeas eadē gesta iubere pponi:fiat si pōt illud frequēs cōfluere multitudo. Alioqn alius locus celebrior puidēd⁹ ē:nō tñ vllo mō ptermittēdū. Poena sane illorū q̄uis de tātis scelerib⁹ cōfessorū:rogo

23.q.5.poena. te vt p̄ter suppliciū mortis sit:& ppter conscietiā nfam:& ppter catholicā cōsuetudinē cōmēdādā. Ipse ei fruct⁹ ad nos puenit cōfessionis illorū:qa iuenit ecclīa catholica vbi suā erga atrocissimos inimicos seruet atq; exhibeat lenitatē. In tāta qppe crudelitate q̄cquid p̄ter sanguinē vī dicta poesserit:magna lenitas apparebit. Q̄d etsi mō qbusdā nfis illa attrocitate cōmotis videtur indignum:& quasi dissolutionis & negligentię simile:transactis tamen motibus animorū qui recentioribus factis solent turbulentius excitari:egregie luculenta bonitas apparebit: & ob hoc magis eadem gesta legere atq; ostendere delectabit: dñe merito insignis multūq; charissime ac desyderātissime fili. Ibi est sanctus frater & coeps me⁹ Bonifaci⁹: & per diaconū Peregrinū:q cum illo præxit:cōmonitoriū direxi:quod sic habe tanq; præsentiā meā. Et qd vobis in commune pro ecclesię vtilitate placuerit:hoc adiuuante dño fiat:qui potens est misericorditer opitulari in tantis malis. Mō Macrobi⁹ eps eorū stipat⁹ cuneis pditorū vtriusq; sexus: hac atq; illac circūit:aperuit sibi basilicas quas possessorū quātuluscunq; timor clauserat. Præsente autem procuratore viri charissimi sceleris spondeo quem tuę dilectioni cōmendaui multumq; commendo:vtcunq; eorum frangebatur audacia:nunc vero posteaq̄ Carthaginem profectus est:etiā in fundis ipsius basilicas aperuit:populos cōgregat. Cum ipso etiā est ille Donatur diaconus rebaptizatus:qui cum fuerit colonus ecclesiæ:versatus est in illa cęde præcipuus:qui tales non cum eo sunt quando & ille cū ipso est:si procōsul vel simul ambo in illos estis sententiam prolaturi. Et forte ille persistit velle gladio vindicari:q̄q̄ sit christianus:& quātū aduertere potuimus:non sit ad hæc cruenta procliuis:tamen si necesse fuerit etiā gestis iubeallegari epistolas tuas:quas de hac re singulas vobis mittendas putaui. Soleo enim audire in potestate esse iudicis mollire sententiam & mitius vindicare q̄ leges. Si autem nec literis meis ad hoc consenserit:hoc saltem præstet vt in custodiam recipiantur:atq; hoc de clemētia imperatoris impetrare curabimus:ne passiones seruorum dei:quę debēt esse in ecclesia gloriosæ:inimicorum sanguine dehonestentur. Scio enim in causa clericorum Anaunensium qui occisi a gentilibus nunc martyres honorantur:imperatorē rogatū facile concessisse:ne illi qui

2.Retra.33. eos occiderant & capti iam tenebantur:poena simili punirentur. Libros de baptismo puulorū

cum iam codicē ipſum præſtantiæ tuæ miſiſſem:cur abs te rurſus acceperim oblitus ſum:ni
ſi forte cum inſpicerem:mendoſos eos reperi & emendare volui:qđ mirabiliter impeditus ad
hucuſq; non cœpi. Epiſtolam quoq; ad te ſcribendam:& his adiungendam:quā cū ibi eſſem
iam dictare cœperam:paulo addito ſic eſſe imperfectā ſcias. Si autem rationem omnium die
rum & lucubrationum aliis neceſſitatibus impēſarum tibi poſſem reddere: grauiter cōtriſta
tus mirareris quanta me diſtendant quæ differri oīno non poſſunt:& negare illa non permit
tunt:in quæ me petendo & admonendo argues volentem:& ineffabiliter / quia nō poſſum / do
lentem. Cū em̄ ab eorum hominum neceſſitatibus aliquantulū vaco: qui me ſic angariant:
vt eos nullo modo liceat euitare:nec contēnere oporteat:non deſunt quæ dictanda præpono:
ſic in articulis temporū conſtituta:vt dilationē tēporum non ferāt: Sicut mihi fuit breuiatio 2.Retra.39.
geſtorum collationis noſtræ ſatis operoſa:cum viderem neminem ſe velle tanto aggeri litera-
rum legendo cōmittere:Sicut mihi fuit etiam epiſtola ad ipſos laicos Donatiſtas de hac eadē 2.Retr.42.
collatione nſa quā mō aliquot lucubrationibus terminaui:Sicut epiſtolæ duæ nō breues:vna
ad dilectionem tuam:altera ad virum illuſtrē Voluſianum:quas vos accepiſſe iā credo: Sicut 2.Retra.36.
nunc in manibꝰ habeo librum ad Honoratum noſtrū de q̄ſtionibus q̄buſdā q̄nq;:quas mihi ꝓ
poſuit:& per literas intimauit:cui non continuo reſpondere / vides q̄ minime oporteat. Cha-
ritas em̄ q̄ tanq̄ nutrix fouet filios ſuos:non ordine amandi ſed ordine ſubueniendi infirmio-
res fortioribus anteponit:quos tales vult eſſe:quales iam illi ſunt quos non contemnendo ſed
de his confitendo interim præterit. Tales ergo mihi neceſſitates dictādi aliq̄d qđ me ab eis di
ctationibus īpediat:q̄bus magis inardeſco: deeſſe nō p̄nt: cū paululū ſpatii vix daſ inter acer-
uos occupationū:q̄bus nos alienæ vel cupiditates vel neceſſitates angariatos trahūt. Et q̄d fa-
ciam prorſus neſcio. Audiſti vnde mecū dominum depreceris:ſed etiā ꝙ tā inſtāter: & iā cre-
bro me admones:nolo ceſſes:non nihil agens. Cōmēdo etiā ego excellentiæ tuæ eccleſiā in Nu
midia conſtitutam: ꝓpter cuius neceſſitates ſanctus frater & coepiſcopus meus Delphinus a
fratribus & coepiſcopis meis ibi collaborantibus & compericlitantibus miſſus eſt. Nec de hac
re plura ſcribo:cum ipſo præſente ſis auditurus. Cetera in cōmonitoriis inuenies: q̄ ad preſby
terꝫ miſi:ſiue mō ſiue per diaconū Peregrinū:ne mihi ea totiēs iterare neceſſe ſit. Semꝑ ī Chri-
ſto cor tuum vigeat: dn̄e merito inſignis multūq; chariſſime ac deſyderantiſſime fili. Filium
noſtrum Rufinum Circenſem principalem commendo eximietati tuę.

Sancti Auguſtini ad eūdē Marcellinū ſollicitudinē ſibi afferētis incuſſā:ne ipſe Circūcellio
nes & clericos ꝑtis Donati cenſeat tāta ſeueritate plectēdos:vt q̄lia fecerūt:talia patiāſ: eūq; ꝑ
dei miſericordiā obteſtātis vt hoc nec faciat nec fieri omnino permittat:ac pluribus argumē-
tis id ſuadentis: Ac poſtremo ad ꝓcōſulē quoq; literas ſe dediſſe ſignificantis. Epl'a.CLIX.

Omino eximio & merito inſigni atq; chariſſimo filio Marcellino: Auguſti
V nꝰ in dn̄o ſalutē. Circuncelliones illos & clericos partis Donati: quos de 23.q.5.circū
Hipponenſi eccleſia ad iudiciū ꝓ factis eorū publicæ diſciplinæ cura dedu celliones.
xerat:a tua nobilitate comperi auditos:& plurimos eorū de homicidio qđ
in Reſtitutum catholicum preſbyterū cōmiſerūt:& de cęde Innocētii alte
riꝰ catholici preſbyteri atq; de oculo eiꝰ effoſſo & digito ꝑciſo fuiſſe confeſ
ſos. Vnde mihi ſollicitudo maxima incuſſa eſt:ne forte ſublimitas tua cen-
ſeat eos tāta legū ſeueritate plectēdos:vt q̄lia fecerūt:talia patiāſ. Ideoq; his lr̄is obteſtor fidē
tuā quā habes in Chriſto:ꝑ ipſiꝰ dn̄i Chriſti miſericordiā:vt hoc nec facias:nec fieri oīno ꝑmit
tas. Quis ei ab eorū īteritu diſſimulare poſſumꝰ: q nō accuſantibꝰ nr̄is: ſed illorū notoria:ad
quos tuēdæ publicę pacis vigilātia ꝑtinebat:præſentati videantur examini: nolumus tamen
paſſiones ſeruorum dei quaſi vice talionis paribus ſuppliciis vindicari. Non quo ſceleſtis
hominibus licentiam facinorum prohibeamus auferri:ſed hoc magis ſufficere volumus:vt vi
ui & nulla corporis parte truncati:vel ab inquietudine inſana ad ſanitatis otium legum coertione
dirigantur:vel a malignis operibus alicui vtili operi deputentur. Vocatur quidem & iſta
damnatio: Sed quis non intelligat magis beneficium q̄ ſupplicium nuncupandum: vbi nec
ſęuiendi relaxetur audacia:nec pœnitendi medicina ſubtrahatur! Imple chriſtiane iudex pii
patris officium:ſic ſuccenſe iniquitati: vt conſulere humanitati memineris. Nec in pecca
torum atrocitatibus exerceas vlciſcendi libidinem: ſed peccatorum vulneribus curandi ad
X hibeas voluntatem. Noli perdere paternam diligentiam: quam in ipſa inquiſitione ſeruaſti:
quādo tātorum ſcelerum confeſſionem:non extendente eculeo:non ſulcantibus vngulis:non

vrentibus flammis:sed virgarum verberibus eruisti.Qui modus coertionis & a magistris artium liberalium:& ab ipsis parentibus:& sæpe etiam in iudiciis solet ab episcopis haberi.Noli ergo atrocius vindicare quos lenius inuenisti:Inquirendi q̃ puniendi necessitas maior est. Ad hoc enim & mitissimi homines facinus occultatum diligenter atq; instanter examinant vt inueniant quibus parcant.Vnde plærunq; necesse est:exerceatur acrius inquisitio:vt manifesto scelere sit vbi appareat mansuetudo.Omnia quippe bona opera amant in luce constitui:nõ propter humanã gloriam:sed vt videãt(ait dominus)bona opera vestra:& glorificẽt patrem vestrũ qui in cœlis est. Et ideo non sufficit apostolo monere:vt mansuetudinẽ seruaremus: sed vt eam etiam notam omnibus faceremus:Mansuetudo(inqt)vestra nota sit oĩbus hoĩbus. Et
Matth.5. alio loco:Mansuetudinẽ ostentantes ad oĩs hoĩes. Vt nec illa sancti Dauid:quando inimico si
Phil.4. bi in manus tradito clementer pepercit:prçclarissima lenitas emineret:nisi potestas pariter ap
Titum.3. pareret. Non te ergo exasperet vindicandi potestas:cui lenitatem non excussit examinandi necessitas.Noli facinore inuento quærere percussorem:in quo inueniendo noluisti adhibere tortorem.Postremo p ecclĩæ vtilitate missus es.Hoc ecclesiæ catholicæ:aut vt modum dispẽsationis meæ non supergredi videar:hoc ecclesię ad Hipponensium regionum diœcesim ptinẽti prodesse:hoc expedire contestor.Si non audis amicum petentẽ:audi epm consulẽtẽ: Quis qm̃ christiano loquor:maxime in tali causa:non arroganter dixerim:audire te episcopum conuenit iubentem:domine eximie & merito insignis atq; charissime fili. Vnde scio quidem causas ecclesiasticas excellentiæ tuæ potissimum iniunctas:Sed quia credo istam curam ad virum clarissimum atq; spectabilem proconsulem pertinere:ad eũ quoq; literas dedi:quas rogo vt ipse illi tradere & allegare si opus est non graueris: atq; ambos obsecro:ne importunam arbitremini:vel intercessionem:vel suggestionem:vel sollicitudinem nostram:& passiones catholicorum seruorum:quæ infirmis ad edificationem spiritalem vtiles esse debent:haud reciproca inimicorum a quibus passi sunt poena decoloretis:sed potius refracta iudiciaria seueritate:& vestrã fidem quia filii estis ecclesię:& ipsius matris mansuetudinem commendare minime negligatis. Deus omnipotẽs prçstantiam tuam bonis omnibus augeat:domine eximie & merito insignis atq; charissime fili.

Sancti Augustini ad Apringiũ:beniuolẽtiã illi⁹ in primis captãtis:ac deinde eũ deprecãtis & obsecrantis:vt circumcellionibus & clericis Donatistis:pto quibus & in superiori epistola ad Marcellinum scripsit: paria non retribuantur:& ne vel ipsi,vel illi quorum homicidium patefactum est multentur:pulchrisq; rationibus,hoc suadentis. Epistola.CLX.



Omino insigni & merito sublimi ac prçstantissimo filio Apringio:Augustinus.Non dubito in hac potestate quam tibi de⁹ homini in hoĩes dedit: cogitare diuinum iudicium:vbi & iudices stabunt rationẽ de suo iudicio redditurì.Christiana quippe fide te imbutũ scio:vnde mihi ad excellẽtiam tuã maior fiducia tribuitur:non solũ petendi:verumetiam monendi propter illum dominum in cuius familia nobiscum cælesti iure censeris:in quo spem vitæ æternæ pariter habemus:& quem pro vobis in sacrosanctis mysteriis inuocemus. Proinde domine insignis & merito sublimis ac pstantissime fili:Primũ quęso vt non tibi videar importunus irruere actibus tuis:ea sollicitudĩe quam me pcipue gerere oportet p ecclesia mihi credita:cuius vtilitatibus seruio:cui nõ tã pesse q̃ pdesse desydero.Deinde obsecro vt qđ moneo vel rogo:non dedigneris accipere:non cuncteris acquiescere. Circuncelliones quosdã & clericos Donatistas cura eorũ q disciplinę publicę inseruiunt pmissa notaria ad iudicia legesq; perduxit.Hi cum audirentur a viro clarissimo & spectabili tribuno & notario fratre tuo:filio meo Marcellino:non tormentis vngularũ atq; flãmarũ: sed virgarum coerciti:horrenda facinora in fratres & compresbyteros meos a se perpetrata confessi sunt: quo scilicet vnum eorum exceptum insidiis trucidauerint: alterum e domo raptum:oculo effosso digitoq; amputato truncauerint. Hęc cũ cõperissem illos fuisse confessos:ideoq; minime dubitarẽ sub iura tua securos esse vẽturos:has ad tuã nobilitatem literas acceleraui: quibus deprecor:& per misericordiam Christi obsecro:quo sic de tua maiore atq; certiore felicitate gaudeam⁹:vt eis paria non retribuãtur:q̃q̃ lapidis ictibus digitum præcidere:oculumq; cõuellere leges puniendo non possunt qđ isti sæuiendo potuerunt.Vnde securus sum de his q hoc se fecisse cõfessi sunt:q; hanc vicissitudinem nõ reportabunt:sed ne vel ipsi vel illi quorũ homicidiũ patefactũ est p tuę pstãtis sentẽtiã:multentũ:hoc timeo:quod ne fiat:& christianus iudicem

Y

Z

rogo:& christianum episcopus moneo. De vobis quidem dixisse Apostolum legimus: q non fine causa gladium geratis & ministri dei sitis vindices in eos qui male agunt. Sed alia causa est prouinciae:alia est ecclesiae. Illius terribiliter gerenda est administratio:huius clementer cō mendanda est mansuetudo. Si apud iudicem non christianum mihi sermo esset:aliter agerem:nec tamen etiam si ecclesię causam desererem:& quantum admittere dignaretur instarē: ne passiones seruorum dei catholicorum:quae prodesse debent ad exempla patientiae: inimicorum suorum sanguine foedarentur. Et si nollet acquiescere:inimico animo eum resistere suspicarer. Nunc vero quando apud te res agitur:alia mihi ratio est:alia consultatio. Rectorem te quidem pręcelsę potestatis videmus:sed etiam filiū christianę pietatis agnoscim⁹. Subdat sublimitas tua:subdatur fides tua. Causam tecum tracto communem: sed tu in ea potes:qđ ego non possum. Confer nobiscum consilium:& porrige auxilium. Diligenter actum est:vt inimici ecclesiae qui solent vaniloquio seductionis sollicitare animos imperitos tanq̄ de persecutione gloriantes:quam se perpeti iactant:horrenda facinora sua in catholicos clericos perpetrata faterentur:& suis verbis implicarentur. Legenda sunt gesta ad sanandas animas: quas pestifera suasione venenauerunt. Nunquid placet tibi:vt ad finem gestorum: si cruentum istorum supplicium continebit:legendo peruenire timeamus: vbi ponimus & ipsam conscientiā: ne malum pro malo qui passi sunt reddidisse videantur? Si ergo nihil aliud constitueretur fraenandae malitiae perditorum:extrema fortasse necessitas vt tales occiderentur vrgeret: q̄q̄ qđ ad nos attinet:si nihil mitius ei fieri posset:mallem⁹ eos liberos relaxari: q̄ passiones fratrū nostrorum fuso eorum sanguine vindicari. Nunc vero cum & aliquid fieri possit: quo & mitis commendetur ecclesia:& immitium cohibeatur audacia:cur non flectas in partem prouidentiorem lenioremq; sententiam:quod licet iudicibus facere etiam non in causis ecclesiae? Time ergo nobiscū iudicium dei patris:& commenda mansuetudinem matris. Cum enim tu facis:ecclesia facit:propter quam facis:& cuius filius facis. Contende ergo bonitate cum malis. Illi scelere immani membra de corpore viuo auulserunt: tu opere misericordi effice: vt illa quae nefandis operibus exercebant:alicui vtili operi integra eorum membra deseruiant. Illi non pepercerunt:correctionem sibi praedicantibus dei seruis: tu parce comprehensis:parce in doctis:parce cōuictis. Illi impio ferro fuderunt sanguinem christianum: Tu ab eorum sanguine iuridicum gladium cohibe propter Christum. Illi ministro ecclesiae occiso extorserunt spatium viuendi: Tu inimicis ecclesiae viuentibus relaxa spatium poenitendi. Talem te oportet esse in causa ecclesiae iudicem christianum:petentibus:admonentibus: intercedentibus nobis. Solent homines quando cum inimicis eorum conuictis lenius agit:amicitiore sententia p uocari: Sed inimicos nostros ita diligimus: vt nisi de tua christiana obedientia praesumamus a tua vera sententia prouocemus. Deus omnipotens excellentiam tuam auctiorem:feliciorem q; conseruet:domine insignis & merito sublimis ac praestantissime fili.

Beati Augustini ad Honoratum Donatistam:Consilium illius vt literis inter se res agatur approbantis:breuiter quid ab illo responderi desyderet insinuantis. Epl'a.CLXI.



Onorato episcopo partis Donati:Augustinus episcopus partis ecclesiae catholicae. Consilium tuum nobis multum placuit qđ per fratrem Herotem charissimum nobis & in Christo laudabilem virum mandare dignatus es: vt literis inter nos agamus: vbi nullus turbarum tumultus perturbare possit dispositionem nostram: quae cum tota lenitate & pace animi suscipienda & agenda est: sicut dicit apostolus: Seruum autem domini litigare non oportet:sed mitem esse ad omnes:docibilem: patientem: in modestia corripientem diuersa sentientes. Itaq; breuiter insinuamus: quid a te responderi desyderem⁹. Quoniam ecclesiam dei quae catholica dicitur:sicut de illa prophetatum est per orbem terrarum diffusam videmus:arbitramur nos non debere dubitare de tam euidentissima completione sanctae prophetię:quam dominus etiam in euangelio confirmauit:& apostoli per quos eadem ecclesia dilatata est:sicut de illa praedictum erat. Nam & ī capite sacro sancti psalterii scriptum est de filio dei: Dominus dixit ad me:filius meus es tu: ego hodie genui te: Postula a me & dabo tibi gentes haereditatem tuam:& possessionem tuā terminos terrae. Et ipse dominus Iesus Christus dicit euangelium suum in omnibus gētibus futurum. Et Apostolus Paulus anteq̄ sermo dei in Africam peruenisset:in ipso capite epistolę quam scribit ad Romanos: Per quem accepim⁹ (inqt) gratiam & apostolatum ad obediēdum fidei in oībus

Ro.13.
1.Timot.2.
Psal.2.

gentibus pro nomine eius. Deinde ipse ab Hierusalem in circuitu per totam Asiam usq; in Illyricum euangelium prædicauit: ecclesias constituit atq; fundauit: non ipse sed gratia dei cũ eo: sicut ipse testatur. Quid autem euidentius apparere põt q̃ cum in eius epistolis nomĩa etiam regionum vel ciuitatum inuenimus: ad Romanos: ad Corinthios: ad Galatas: ad Ephesios: ad Philippenses: ad Thessalonicenses: ad Colossenses scribit. Ioannes etiam scribit ad septem ecclesias: quas cõmemorat in illis partibus constitutas. In quibus etiam vniuersas ecclesias septenario numero intelligimus cõmendari: Ephesum: Smyrnam: Sardos: Philadelphiam Laodiciam: Pergamum: Thiatyram. Quibus omnibus ecclesiis nos hodie communicare manifestum est: sicut manifestum est: vos istis ecclesiis non cõmunicare. Quærimus ergo vt nobis respondere non graueris: quam causam forte noueris: qua factum est vt Christus amitteret hæreditatem suam per orbem terrarum diffusam: vt subito in solis Afris: nec ipsis omnibus remaneret. Etenim ecclesia catholica est etiam in Africa: quia per omnes terras eam deus esse voluit & prædixit. Pars autem vestra quæ Donati dicitur: non est in omnibus illis locis: in q̃bus & literæ & sermo & facta apostolica concurrerunt. Sed ne dicatis: non vocari ecclesiam nostram catholicam: sed macharianam: sicuti eam vos appellatis: nosse debes: q̃ facillime põt in illis omnibus partibus: vnde istas terras euangelium Christi perfudit: nec nomen Donati sciri: nec nomen Macharii. Vestra afit quæ Donati pars dicitur: nec vos negare potestis: & omnibus notum est: vbicunq̃ est vestra cõmunio. Dignare ergo rescribere nobis: vt sciamus quo modo fieri possit: vt ecclesiam suam Christus de toto orbe perdiderit: & in vobis solis habere cœperit. Vestrum enim est hæc ostendere. Nam nobis sufficit ad causam nostram q̃ compleri prophetiam & scripturas sanctas per orbem terrarum videmus. Hoc autem ego Augustinus dictaui: quia olim volo loqui inde tecum. Videtur enim mihi vel propter ipsam vicinitatem posse nos per literas de hac re colloqui sine aliquo tumultu: adiuuãte deo: quantũ ipsa necessitas postulat.

Apoc.2.

Sancti Augustini ad Glorium: Eleusium: Felicẽ Grammaticum: & cæteros omnes quibus hoc gratum est: Primo causam reddentis cur ad eos & ad nullos Donatistarũ primarios tales literas miserit: Ac deinde ad memoriam eis reducẽtis: quæ cum ipsis in actione de cõmunione christianæ vnitatis gesta ac recitata sint: q̃d etiã ipse respõderit aperiẽtis: Et ex his aliisq; multis quæ acta sunt: acri inuectiuoq; sermone eos rephendẽtis & confutantis: Postremoq; cuidam obiectioni ipsorum respondendo: plurimis exemplis ac testimoniis scripturarum cõprobantis: a bonis christianis etiam malos esse tolerandos. Epistola.CLXII.

DOminis dilectissimis & merito prædicandis fratribus Glorio: Eleusio: Felici Grãmatico: & cæteris omnibus quibus hoc gratum est: Augustinus. 9

24.q.3.dixit apostolus. Titum.3.

Dixit quidẽ apostolus Paulus: Hæreticum hominem post vnam correptionẽ deuita: sciens quia subuersus est eiusmodi: & peccat: & est a semetipso damnat⁹. Sed qui sententiam suam: q̃uis falsam atq; peruersam nulla pertinaci animositate defendunt: præsertim quã non audacia præsumptionis suæ pepererunt: sed a seductis atq; in errorem lapsis parentibus acceperunt: q̃runt autẽ cauta sollicitudine veritatẽ corrigi: parati cum inuenerint: nequaq̃ sunt inter hæreticos deputandi. Tales ergo vos nisi esse crederẽ: nullas fortasse vobis literas mitterẽ. Q̃q̃ & ipsum hæreticum q̃libet odiosa superbia tumidum & peruicacia malæ contentionis insanũ: sicut vitandũ monemus: ne infirmos & paruulos fallat: ita nos abnuimus quibuscũq; modis possimus corrigendum. Vnde factum est: vt etiam ad nonnullos Donatistarum primarios scriberem⁹: non cõmunicatorias literas: quas iam olim propter suã peruersitatem ab vnitate catholica quæ toto orbe diffusa est non accipiunt: sed tales priuatas: qualibus nobis vti etiã ad Paganos licet: quas illi etsi aliquando legerunt: respondere tamen eis siue noluerũt: siue (vt magis creditur) nequiuerũt. Vbi nobis satis visum est impleuisse nos officium charitatis: quã non solum nostris sed & omnibus nos debere sanctus spiritus docet: qui nobis ait per apostolũ Vos autem dominus multiplicet: & abũdare faciat in charitate: in inuicem & in omnes. Moner etiam alio loco: in modestia corripiendos diuersa sentientes: ne forte (inquit) det illis deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem: & resipiscant de diaboli laqueis captiuati ab ipso in ipsius voluntatem. Hęc prælocutus sum: ne quis me existimet impudentius vobis q̃ prudẽtius scripta misisse: & hoc modo vobiscum de negotio animę vestræ aliquid agere voluisse: qa nostræ cõmunionis non estis: cum tamen si de negotio fundi: aut alicuius pecuniariæ litis di-

1.Thessal.3.
2.Timot.2.

rimēdæ vobis aliqd scriberē: nemo fortasse rephēderet: Vsqueadeo charꝰ est hic mūdꝰ hoībꝰ:
vt sibimet ipsis viluerint. Erit ergo mihi ad defensionē testis hæc epl'a in iudicio dei: q nouit
A quo aīo fecerim: & q dixit: Beati pacifici: qa ipsi filii dei vocabunt. Ergo vt meminisse digna Matth.5.
mini: cum essemus in nostra ciuitate: & nōnulla vobiscum de communione christianæ vnitatis
tis ageremus: prolata sunt a partibus vestris gesta quædam: quibꝰ recitatum est ꝙ septuagin
ta ferme episcopi Cęcilianum quōdam nostræ cōmunionis episcopum Carthaginēsis ecclesię
cum suis collegis & ordinatoribus dānauerūt: Vbi etiā Felicis Aptūgitani causa multo præ
cæteris inuidiosius & criminosius vētilata est. Quę cū essent cūcta plecta: Respōdimus nō esse
mirandū: si hoīes qui tunc illud schisma fecerūt: nō sine cōfectione gestorū eos in quos fuerāt
ab ęmulis & perditis concitati absentes: causa incognita temere damnandos esse putauerunt.
Nos aūt alia habere gesta ecclesiastica: in quibus Secūdus Tigisitanus qui tunc agebat in Nu
midia primatum: præsentes & confessos traditores reliquit deo iudicandos: & eos in episcopa
libus sedibus sicuti erant manere permisit: quorū nomina inter damnatores Cæciliani nume
rant: cum etiam secundus ipse concilii eiusdē principatum teneret: vbi absentes quasi tradito
res per eorum sententias damnauit: quibus pręsentibus & cōfessis ignouit. Deinde diximꝰ ali
quāto post Maiorini ordinationē: quē cōtra Cęcilianū nefario scelere leuauerūt: erigētes alta
re cōtra altare: & vnitatē Christi discordiis furialibus dissipantes: eos petisse a Cōstātino tūc
imperatore iudices epōs: q de suis quæstionibus q̄ in Africa exortæ pacis vinculū dirimebāt
arbitrio medio iudicarēt. Qd' postea q̄ factum est: præsente Cæciliano & illis qui aduersus eū
nauigauerant: iudicante Melciade tunc Romanæ vrbis episcopo cum collegis suis: quos ad
preces Donatistarum miserat imperator: in Cęciliano nihil probari potuisse: ac per hoc illo in
episcopatu confirmato: Donatum qui aduersus eum tūc aderat / improbatum. Quibus pactis
rebus: cum illi omnes in pertinacia scelestissimi schismatis pmanerent: post apud Arelatū me
moratum imperatorem eandem causam diligētius examinādam termināda ꝗ curasse: Illos
vero ab ecclesiastico iudicio puocasse: vt causam Constantinus audiret. Quo postea q̄ ventum
est: vtraq parte assistēte: innocentē Cęcilianum fuisse iudicatum: atq illos recessisse superatos
& in eadem tamen peruersitate mansisse. Nec de Felicis Aptūgitani causa negligentiam con
secutam: sed ad eiusdem principis iussionem pconsularibus gestis etiam ipsum fuisse purga
tum. Sed quia hęc omnia dicebamus tantū: non etiā legebamus: minus pfecto vobis agere vi
debamur: q̄ de nostra expectabatis instantia. Qd' vbi sensimus: ad ea quę legenda pmiseramꝰ:
non distulimus mittere. Quæ oīa dum excurrimꝰ: ad ecclesiā Gelizitanam: inde ad vestrū
oppidum reuersuri bidui non pleni intermissioni venerunt: atq vt nostis quātum tēpus ami
sit: vno die recitata sunt vobis. Primo vbi Secundus Tigisitanus confessos traditores a colle
gio suo remouere non ausus est: cum quibus postea nō cōfessum sed absentē Cęcilianū aliosq
suos collegas dānare ausus est. Deinde gesta pconsularia vbi Felix diligentissimo examine p
batus est innocens. Hæc ante meridiē vobis lecta esse meministis. Post meridiē vero recitaui
mus preces eorum ad Constantinū: datisq ab eo iudicibus: gesta ecclesiastica in Romana vr
be habita: qbus illi improbati sunt: Cęcilianꝰ aūt in epāli honore firmatꝰ. Postremo Cōstātini
B ipatoris lrās qbus oīa multo maxīe testatissima claruerūt. Quid vultis ampliꝰ hoīes: qd vultis
amplius? Nō de auro & argēto vestro agit: nō terra: nō prędia: nō deniq salus corpis in discri
mē vocat: de adipiscēda vita æterna & fugiēda morte æterna cōpellamus aīas vrās. Expgiscimini
mini aliqñ: nō in vna obscura quæstione versamur: nō recōdita secreta rimamur? quibꝰ pene
trādis vel nulla vel rara humana corda sufficiūt. Res in aperto est. Quid eminet clarius: quid
cernitur citius? Dicimus temerario concilio q̄libet numerosissimo innocētes absentesq fuisse
C dānatos. Probamus hoc pcōsularibus gestis: quibꝰ ab oīni traditiōis crimine alienus iudica
tus est: quē maxīe criminosum a vestris plata cōcilii gesta sonuerūt. Dicimꝰ a traditoribꝰ con
fessis in eos q traditores dicerent dictas fuisse sentētias. Probamus hoc in eccl'iastis gestis: vbi
noīatim declarant: in qbꝰ Secūdꝰ Tigisitanꝰ ea q̄ cognouit velut cōtuitu pacis ignouit: & cū
qbus postea nō cognouit: discissa pace dānauit: Vn̄ apparuit eū etiā primo nō paci cōsuluisse
sed sibi timuisse. Obiecerat ei nāq Purpuriꝰ Liniacēsis: ꝙ etiā ipse cū detētus esset a curatore
& ordine vt scripturas traderet: dimissus ē vtiq nō frustra: nisi qa tradidit aut tradi aliquid
iussit. Hāc ille suspitionē satis pbabilē metuēs: accepto cōsilio a minore Secūdo consanguineo
suo: cōsultisq cęteris q cū eo erāt epis: manifestissima crimia deo iudicāda dimisit: atq ita pa
ci pspexisse visus est: qd' falsum erat cū sibi pspexerit. Nam si in eius corde cogitatio pacis hæ

bitaret:non apud Carthaginẽ poſtea cũ traditoribus quos præſentes atq̃ confeſſos deo dimi-
ſerat damnaret crimine traditionis: quos abſentes apud eum nemo conuicerat. Tanto magis
eñ timere debuit ne pax vnitatis violaretur:quãto erat Carthago ciuitas ampla & illuſtris:
vnde ſe per totum Africæ corp⁹ malum qđ ibi eſſet exortum tanq̃ a vertice effunderet. Erat
etiam tranſmarinis vicina regionibus:& fama celeberrima nobilis:vnde non mediocris vtiq̃
authoritatis habebat epiſcopum qui poſſet nõ curare conſpirantẽ multitudinẽ inimicorum:
cum ſe videret & Romanæ eccleſię in qua ſemp apoſtolicæ cathedrę viguit principatus:& cę
teris terris:vnde euãgeliũ ad ipſam Africã venit: p cõmunicatorias literas eſſe cõiunctũ: vbi
paratus eſſet cauſam ſuam dicere ſi aduerſarii ei⁹ ab eo illas eccleſias alienare conarent. Quia
ergo venire noluit ad hoſpitiũ collegarũ: quos a ſuis inimicis contra veritatem ſuæ cauſę per
uerſos eſſe ſentiebat vel ſuſpicabat vel vt ipſi aſſerunt ſimulabat:tantomagis Secundus ſi ve-
rę pacis cuſtos eſſe voluiſſet:cauere debuit ne damnarent abſentes q̃ iudicio eorũ omnino in-
tereſſe noluerũt. Neq̃ eñ de preſbyteris aut diaconis aut inferioris ordinis clericis:ſed de col
legis agebatur:q̃ poſſunt aliorũ collegarũ iudicio/p̃ſertim apoſtolicarum eccleſiarũ / cauſam
ſuam integrã reſeruare:vbi contra eos ſententię dictę in abſentes:nullo modo aliquid valerẽt
quando eorum iudicium non primo aditũ poſtea deſeruerũt : ſed ſuſpectũ ſemp habitũ nunq̃
adire voluerũt. Hæc res maxime ſollicitare debuit Secũdum qui tunc erat primas : ſed pro- C
pterea cõciliũ regebat vt paci conſuleret. Facile eñ fortaſſis rabida in abſentẽ ora placata vel
frenata cõprimeret:ſi diceret: Videtis fratres poſt tãtam ſtragẽ p̃ſecutionis miſericordia dei
a principibus ſæculi pacẽ eſſe cõceſſam:non debemus nos Chriſtiani & epiſcopi vnitatem di-
rũpere Chriſtianã:quã iam paganus nõ inſequit inimicus. Itaq̃ aut iſtas oẽs cauſas: quas cla-
des turbulẽtiſſimi tẽporis inflixit eccleſię:deo iudici dimittam⁹. Aut ſi aliq̃ in vobis ſunt qui
certa iſtorũ crimina ita nouerint:vt ea facile valeãt edocere:negantesq̃ cõuincere & talib⁹ cõ
municare formidãt:pergãt ad fratres & collegas noſtros trãſmarinarũ eccl'iarũ ep̃os:& ibi pri
us de iſtorũ factis & contumacia conquerant:q̃ ad iudiciũ collegarum Afrorũ male ſibi con-
ſcii venire noluerũt. Aut inde illis denũtiet vt veniãt:ibiq̃ obiectis reſpõdeant. Qđ ſi nõ fece
rint:ibi etiã eorũ prauitas & peruerſitas inoteſcet:miſſaq̃ tractatoria ſup eorũ noĩe p totũ orbẽ
terraꝝ:quacũq̃ iã Chriſti eccl'ia dilatata eſt:ab oĩbus eccleſiis eoꝝ cõmunio pręcidet: ne aliq̃s
error in cathedra eccl'ię Carthaginis oriat. Tũ demũ ſecuri ep̃m aliũ plebi Carthaginis ordi-
nabimus cũ a tota eccleſia iſti fuerint ſeparati:ne forte cũ alius modo fuerit ordinatus:non ei
cõmunicet ab eccleſia tranſmarina:q̃a iſte ab honore depoſitus non videbit quẽ iã ordinatum
fama celebrauit:& ad eum cõmeare cõmunicatorias literas fecit:atq̃ ita magnũ ſcãdalũ ſchiſ
matis in vnitate Chriſti iã pacatis tẽporibus oriat:dũ p̃propere noſtras volumus præcipita-
re ſentẽtias:& nõ cõtra Cęcilianũ:ſed contra orbẽ terrarũ q̃ ei p ignorãtiã cõmunicat : altare
alterũ erigere audeamus. Huic tã ſano rectoq̃ cõſilio q̃ſq̃s infrenis obtẽperare noluiſſet: quid
eſſet facturus:aut q̃uo aliquẽ abſentiũ collegarũ eſſet dãnaturus:cũ in poteſtate acta concilii
nõ haberet cõtradicente primate! Qꝫ ſi tãta & aduerſus primã ſedẽ ſeditio naſceretur:vt nõ-
nulli dãnare iã vellẽt quos volebãt illi differre:quãto melius a talibus inquieta & impacata
molientibus:q̃ a totius orbis cõmunione diſſentiretur! Sed quia nõ erant quę in Cęcilianũ &
ordinatores eius tranſmarino iudicio pbarent: p̃pterea nec priuſq̃ in eũ ſentẽtias dicerẽt / diſ
ferre voluerũt:nec poſtea q̃ dixerũt p̃ſeuerantet id agere:vt eccleſię trãſmarinæ in notitiam
p̃ferret:quoꝝ traditorũ in Africa dãnatorũ cõmunionẽ vitare deberet. Quia ſi id facere ten-
tauiſſent: adeſſent ſibi Cæcilianus & cæteri:& ſuã cauſam aduerſus fallaces crimiatores apđ
tranſmarinos eccleſiaſticos iudices diligentiſſima diſcuſſione purgarent. Itaq̃ conciliũ illud
peruerſum atq̃ nefarium:maxime(vt creditur)traditorũ fuit. Quibus cõfeſſis Secũdus Tigi D
ſitanus ignouerat:vt quę de traditione fama crebruerat:infamatis aliis a ſe auerterent ſuſpi-
tionẽ:vt cũ hoĩes p Africã totã credẽtes epiſcopis falſa de innocentibus loquerent:q̃ damna-
ti eſſent apud Carthaginẽ traditores:tanq̃ in nebula mẽdaciſſimi rumoris:ipſi qui vere tradi
derãt latitarẽt. Vnde videtis chariſſimi fieri potuiſſe:qđ veriſimile nõ eſſe q̃dã veſtrum dice
bant:vt ſi eſſent de ſua tradirione cõfeſſi:cauſamq̃ ſuam impetrauiſſent:deo dimitti oporte-
re:iidem iudices dãnatoreſq̃ tanq̃ traditorũ abſentiũ poſtea conſediſſent. Magis eñ amplexi
ſunt occaſionem qua poſſent alios falſa criminatione p̃fundere:& cõuerſas in eos linguas ho-
minum inquiſitione criminũ ſuorũ hoc modo declinare. Alioq̃n ſi fieri non poſſet: vt q̃ſq̃ ma
la quæ ipſe cõmitteret in alio iudicaret:nõ diceret q̃buſdã Paulus apl's: Propterea inexcuſabi

lis es o homo oīs qui iudicas. In quo eñ alium iudicas: temetipsum cōdemnas: Eadē eñ agis Ro.2.
quæ iudicas. Qđ illi omino fecerūt vt hæc verba aplīca integre in eos apteq̧ conueniāt. Non
ergo tunc Secūdus: qñ eorū crimina deo dimisit: paci vnitatiq̧ consuluit: alioquin magis hoc
apud Carthaginē puideret ne schisma fieret: vbi nullus aderat: cui cōfesso crimen donare co
gereť: Sed qđ erat facillimū: tota cōuersatio pacis eēt absentes nolle damnare. Itaq̧ iniuriam
facerēt innocētibus: etiā si eis nō conuictis neq̧ confessis neq̧ omnino præsentibus ignoscere
voluissent. Ille qppe accipit veniā cuius culpa certissima est. Quāto ergo Imaniores & certio
res fuerūt: q ea se putauerūt posse dānare: q̄ incognita nec donare potuissent! Sed illic cognita
dimissa sunt deo ne alia quærerenť: hic incognita dānata sunt vt illa tegerenť. Sed dicit aliqs:
E Cognouerūt: qđ etsi concedā: etiā sic absentibus vtiq̧ parci oportebat. Neq̧ eñ iudiciū dese
ruerāt vbi nunq̄ omino constiterāt: nec in illis solis episcopis Afris erat ecclesia: vt omne iudi
cium ecclesiasticum vitasse viderenť: qui se iudicio eorum pręsentari noluissent. Milia quippe
collegarum transmarina restabant vbi apparebat eos iudicari posse q videbanť Afros vel Nu
midas collegas habere suspectos. Vbi est eñ qđ scriptura clamat: Anteq̄ interroges ne vitupe Eccle.11.
res quenq̄: & cū interrogaueris corripe iuste. Si ergo nec vituperari: nec corripi nisi interroga
tum spiritussanctus voluit: quāto sceleratius nō vituperati aut correpti: sed omnino dānati
sunt: q de suis criminib⁹ nihil absentes interrogari potuerūt! Sed tñ isti q licet absentiū: & ne
quaq̄ iudiciū deserētiū: qa nunq̄ affuerūt: & semp sibi cuneū illū suspectū esse declarauerūt: tñ
cognita crimina dānasse dicūt: quæso vos fratres mei: quomodo cognouerūt! Respōdetis: Ne
scimus. Quādoquidē ipsa cognitio in illis gestis explicata nō est. Sed ego vobis ostendam quo
modo cognouerūt. Attēdite causam Felicis Aptūgitani: & prio legite q̄ vehementiores in eū
fuerunt. Sic ergo & cęterorū causam nouerāt: sicut huius qui postea innocētissimus diligenti
& terribili inquisitione pbatus est. Quāto itaq̧ iustius & tutius & citius innocētes eos existi
mare debemus: quorū crimina ab istis leuius accusata sunt: & parciore reprehēsione damnata
quādo ille inuētus est innocēs: in quē multo immanius sæuierunt! An forte sicut quidā dixit:
qđ quidē cū vobis diceret: displicuit: sed tñ ptermittēdū nō est. Ait eñ qdā: Nō debuit episco
pus pconsulari iudicio purgari: quasi nō ipse sibi hoc cōparauerit: ac non imperator ita quæ
ri iussertt: ad cuius curā: de qua rationē deo redditur⁹ esset: res illa maxime ptinebat. Arbitrū
eñ & iudicē causæ traditionis & schismatis: illi eū fecerāt: q ad eū etiā preces miserāt: ad quē
postea puocarunt: & tñ iudicio eorū acqescere noluerunt. Itaq̧ si culpādus est quē iudex ter
renus absoluit: cū ipse sibi hoc nō poposcisset: quāto magis culpādi sunt q terrenū regem suæ
causę iudicē esse voluerūt! Si aūt criminis nō est puocare ad impatorē: nō est criminis audiri
ab imperatore: Ergo nec ab illo cui causam delegauerit imperator. Quēdā etiā suspēsum ecu
leo in causa Felicis episcopi amicus ille voluit criminari: vt qđ etiā vngulis vexareť. Nunqđ
poterat Felix cōtradicere: ne tāta diligētia vel seueritate qrereť: cū eius causam inueniēdā co
gnitor agitaret! Quid eñ erat illud nolle sic quęri q̄ de crimīe cōfiteri! Et tñ ille ipse pconsul
inter præconum terribiles voces: & cruētas carnificum manus nunq̄ collegā damnaret absen
tē: qui iudicio eius se præsentare noluisset: cū haberet aliud qđ posset audiri. Aut si damna
F ret: certe etiā ipsis sæcularibus legibus pœnas iustas & debitas lueret. Qꝫ si gesta pconsula
ria displicēt ecclesiasticis: codice omnia vobis ordine recitata sunt. An forte nō debuit Roma
nę ecclīæ Melciades epus cū collegis transmarinis episcopis illud sibi vsurpare iudiciū: qđ ab
Afris septuaginta vbi primas Tigisitanus pcedit: fuerat terminatum: quicquid nec ipse vsur
pauit! Rogatus quippe imperator: iudices misit episcopos q cū eo sederēt: & de tota illa causa
qđ iustū videreť statuerēt. Hoc pbamus & Donatistarū precibus & verbis ipsius imperato
ris: Vtraq̧ eñ vobis lecta meministis: & inspiciēdi ac describēdi licentiam nunc habetis. Legi
te & considerate omnia: Videte quanta cura pacis atq̧ vnitatis conseruandæ vel restituēdæ
cuncta discussa sint: quēadmodū accusatorū persona tractata: & quorundā eorum quibus ma
culis improbata sit: præsentiumq̧ vocibus liquido cōstiterit: nihil eos habuisse qđ in Cæcilia
num dicerent: sed totā causam in plebē de parte Maiorini: hoc est seditiosam & ab ecclesię pa
ce alienatā multitudinē trāsferre voluisse: vt ab ea videlicet turba Cęcilianus accusareť: quā
solis tumultuosis clamoribus nulla documētorum attestatiōe: nullo veritatis examine ad su
am voluntatē animos iudicum detorquere posse arbitrabanť: nisi forte furiosa & poculo erro
ris atq̧ corruptionis ebria multitudo vera in Cæcilianum crimina diceret: vbi septuaginta
epi: sicut de Felice Aptūgitano constitit: absentes & innocētes collegas tā insana temeritate

damnarunt.Quali eñ turbę illi cōsenserant:vt aduersus innocētes nō interrogatos pferrent sententias:a tali turba etiā rursus accusari Cęcilianum volebāt.Sed plane tales inuenerant iudices:qbus illam dementiam psuaderet.Potestis eñ p vestra prudētia:& illo4 puerſitarē illic attendere:& iudicum grauitarē queadmodū ad extremū psuadere non possent:vt a plebe partis Maiorini:quę certā psonam non habebat:argueret Cęcilianus:& requisiti ab eis essent vel accusatores vel testes vel quoquo modo causę necessarii:qui simul cū eis ex Africa venerāt:& eos psentes fuisse:atq; a Donato subtractos esse diceretur. Promisit idem Donatus q eos eēt exhibiturus:qd cū non semel sed sæpius pmisisset:amplius ad illud iudicum accedere noluit:vbi iam erat tāta cōfessus:vt nihil aliud deinceps non accedēdo nisi præsens damnari noluisse videretur:cū tamen ea quæ damnanda essent:eo præsente:atq; interrogāte manifesta fuerint. Accessit aliud:vt a quibusdam aduersus Cæciliani denuntiationis libellus daretur:post qd factum queadmodum sit rursus agitata cognitio:& quę psonæ illū libellū dederint:quoq; modo nihil in Cæcilianū pbari potuerit:quid dicā cum & audieritis omnia:& quotiens volueritis:legere possitis? De numero aūt septuaginta episcoporum cum quasi grauissima opponeretur authoritas:quę fuerunt dicta meministi:& tamen viri grauissimi ab infinitis quæstionibus catena quadam inexplicabili sese nectentibus suum temperare arbitrium maluerūt nequaq̄ curantes q̄ multi essent illi episcopi:aut vnde collecti:quos videbant tanta temeritate excæcatos:vt in absentes & nō interrogatos collegas tam præcipites auderent pferre sententias:& tamen qualis ipsius beati Melciadis vltima est prolata sententia:q̄ innocens:q̄ integra q̄ prouida atq; pacifica:qua neq; collegas in quibus nihil constiterat:de collegio suo ausus est remouere:& Donato solo quem totius mali principem īuenerat maxime culpato:sanitatis recuperandę optionem liberam fecit cæteris:paratus cōmunicatorias literas mittere:etiam his quos a Maiorino ordinatos esse constaret:ita vt quibuscunq; locis duo essent episcopi:quos dissensio geminasset:eum confirmari vellet:q fuisset ordinatus prior:alteri autem eorū plebs alia regenda puideretur. O virum optimum:O filium christianę pacis:& patrē christianę plebis:Conferte nunc istam paucitatem cum illa multitudine episcoporum:neq; numerū numero:sed pondus ponderi comparare. Hinc modestiam:inde temeritatem. Hinc vigilantiā:inde cæcitatem. Hic nec māsuetudo integritarē corrupit:nec integritas māsuetudini repugnauit ibi autem & furore timor tegebatur:& timore furor incitabatur. Isti eñ conuenerant cognitione verorum criminū falsa respuere:illi falsorum damnatione vera celare. Illis ne se tandem Cęcilianus audiendum iudicandumq; cōmitteret:cū haberet tales apud quos si ea causa moueret:innocētiā suā facillime ostēderet:nō se illis oīno cōmitteret:nec si pegrinus ecclesiæ carthaginēsis subito eps esset ordinatus:& ignoraret qd ad corrūpendos aīos vel improborū vel imperitorū posset. Tūc pecuniosissima mulier quędā Lucilla:quā p disciplina ecclesiastica corripiendo idem cum esset diaconus læserat:etiam hoc idem accesserat malū ad illā pficiendam iniquitarē. Nā in illo concilio vbi a confessis traditoribus absentes atq; innocētes dānati sunt Pauci qdā erāt q crimina sua infamatis aliis tegere cupiebāt:vt hoīes a veritatis inquisitione auerteteñ falsis rumorib[9] auocati. Pauci ergo erāt q hoc negotiū maxīe curabāt:q̄uis ī eis eēt maior authoritas pter ipsius Secūdi societarē:q eis pepcerat territ[9]. Cæteri aūt Lucillę pecunia maxime aduersus Cęcilianū empti & instigati phibenť. Extāt gesta apud Zenophilū cōsulatē:vbi Nundinarius qdā diaconus a Syluano zertensi epō:quātum ipsis gestis intelligiť degradat[9]:cū ei satisfacere p aliorū epōrū literas frustra conatus esset:multa patefecit trat[9]:& in iudiciū publicū ptulit:inter quæ id quoq; commemoratū legiť:q Lucillæ pecunia corruptis episcopis in Carthaginēsi ecclesia:in Africę capite:altare contra altare leuatū est. Scio q hæc gesta vobis non legerimus:sed tempus non fuisse meministis. Inerat etiā nōnullus dolor animi de typo supbiæ veniens:q non ipsi ordinauerant Carthagini epm. Quibus oībus rebus cum eos non veros iudices:sed inimicos atq; corruptos Cæcilianus conuenisse cognosceret: quando fieri posset vt vel ipse vellet vel populus cui præsidebat permitteret:vt relicta ecclesia iret in domum priuatam:non collegarū discuciēdus examine:sed factionis & odiis muliebribus trucidandus:cum sibi præsertim videret apud ecclesiā transmarinam priuatis inimicitiis & ab vtraq; parte dissensionis alienā:incorruptū & integrū examen suæ causæ remanere. Vbi si nihil aduersarii agere vellet:ipsi se ab orbis terrarū innocentissima cōmunione præciderent. Si aūt illic eū accusare tentassent:tūc sibi adesset:tūc innocētiā suā aduersus eorum machinamēta defenderet:sicut postea factū eē didicistis. Cū tñ illi nimis sero q̄ssissent iudiciū

trãſmarinũ iã ſchiſmatis rei:iã leuati altaris horrẽdo ſcelere maculati.Primo eñ facerẽt ſi ve-
ritate niterent̃:ſed falſis rumoribus temporis diuturnitate firmatis:quaſi vetuſta fama ꝑdicã
te ad iudiciũ venire voluerũt. Aut qd̃ magis credẽdũ eſt:dãnato prius ſicut libuit Cæciliano
quaſi ſecuri ſibi videbant̃ ꝑſidẽtes numero ſuo:nec audẽtes alibi cõmouere cauſam tã malam:
vbi nulla corruptione operãte poſſet veritas inueniri. Sed poſteaq̃ ipſis rebus experti ſunt cũ
Cęciliano ꝑmanere cõmunionẽ orbis terrarũ:& ad eũ a trãſmarinis eccleſiis cõmunicatorias
literas mitti:nõ ad illũ quẽ ipſi ſcelerate ordinauerãt:puduit eos ſemꝑ tacere: q̃a poſſet eis ob
iici:cur paterent̃ ignarã ꝑ tot gẽtes eccleſiã cõmunicare dãnatis:Et cur ſe ipſi ab innocẽtis or
bis terrarũ cõmunione ꝑciderẽt:cum tacẽdo finerent epiſcopo quẽ Carthaginẽſibus ordinaſ
ſent a toto orbe nõ cõmunicari?Elegerũt ſicut dicit̃ ad duas fraudes agere cauſam cũ Cęcilia
no apud eccleſias trãſmarinas:parati ad vtrũq;:vt ſi eũ potuiſſent quacunq; verſutia falſę cri
minationis euincere:ſatiarẽt pleniſſime cupiditatẽ ſuã.Si aũt nõ poſſent:in eadẽ quidẽ ꝑuerſi
tate durarẽt:ſed iam tamen quaſi haberent qd̃ dicerent:malos iudices ſe eſſe ꝑpeſſos:quæ vox
eſt omniũ malorũ litigatorum:cũ fuerint etiã manifeſtiſſima veritate ſuꝑati. Quaſi nõ eis ad
hoc dici poſſet & iuſtiſſime dici:Ecce putemus illos epõs q̃ Romę iudicarũt:nõ bonos iudices
fuiſſe:reſtabat adhuc plenariũ eccleſiæ vniuerſale cõciliũ:vbi etiã cũ ipſis iudicibus cauſa poſ
ſet agitari:vt ſi male iudicaſſe conuicti eſſent:eorũ ſentẽtię ſoluerent̃.Qd̃ verũ fecerint ꝓbẽt:
Nos eñ nõ factum eſſe facile ꝓbamus:ex eo ꝙ totus orbis nõ eis cõmunicat:Aut ſi factum eſt
l etiam ibi ſunt victi:qd̃ ipſa eorũ ſeparatio manifeſtat. Sed tamẽ q̃d poſtea fecerint:imperato
ris literis ſufficientiſſime oſtendit̃.Iudices eñ eccleſiaſticos tãtę authoritatis epõs:quorũ iu-
dicio & Cęciliani innocentia & eorũ improbitas declarata eſt:nõ apud alios collegas:ſed apud
imperatorem accuſare auſi ſunt ꝙ male iudicarunt.Dedit ille aliud Arelatẽſe iudicium: alio
rum ſcilicet epiſcoporum:non quia iam neceſſe erat ſed eorum peruerſitatibus cedens: & om
ni modo cupiens tantã impudẽtiam cohibere.Neq; enim auſus eſt Chriſtianus imperator ſic
eorum tumultuoſas & fallaces quęrelas ſuſcipere:vt de iudicio epiſcoporum qui Romæ ſede
rant ipſe iudicaret:ſed alios vt dixi epiſcopos dedit:a quibus tamen illi ad ipſum rurſum im-
peratorem ꝓuocare maluerunt.Qua in re illos quẽadmodum deteſtetur audiſtis : atq; vtinã
ſaltem ipſius iudicio inſaniſſimis animoſitatib⁹ ſuis finem poſuiſſent:atq; vt eis ipſe ceſſit: vt
de illa cauſa poſt epiſcopos iudicaret:a ſanctis antiſtitibus poſtea veniã petitur⁹: dũ tñ illi q̃d
vlterius dicerẽt nõ haberẽt:ſi eius ſentẽtiæ non obtẽperarẽt: ad quẽ ipſi ꝓuocauerũt:ſic & illi
aliquãdo cederẽt veritati.Iuſſit eñ ille vt ei partes ad agendã cauſam Romam occurrerent.
Quo cum Cęcilianus neſcio qua cauſa non occurriſſet:interpellat⁹ ab eis præcepit vt Medio-
lanũ ſequerent̃.Tunc ſe aliqui eorũ ſubtrahere cœperũt:fortaſſe indignati:q̃a nõ eſt eos imita
tus Cõſtantinus:vt iã ſtatim atq; velociter Cęcilianũ damnaret abſentẽ. Qd̃ vbi cognouit ꝓ
uidus imperator:reliquos ab officialibus cuſtoditos fecit Mediolanum ꝑuenire. Quo cũ etiã
Cęcilianus peruениſſet:ipſum quoq; ſicut ſcripſit exhibuit:cognitaq; cauſa:qua diligẽtia:qua
cautela:qua prouiſione:ſicut eius indicant literæ:Cęcilianum innocentiſſimum:illos impro-
biſſimos iudicauit.Et adhuc baptizant extra eccleſiam:& ſi poſſint rebaptizant: eccleſiam ſa-
crificant in diſſenſione & ſchiſmate:& pacis nomine populos ſalutant:quos a pace ſalutis ex-
terminant:cõſcinditur vnitas Chriſti:blaſphemat̃ hęreditas Chriſti: exufflat̃ baptiſma Chri
ſti:& nolũt in ſe iſta ꝑ ordinarias humanas poteſtates flagellis tẽporalibus emẽdari:ne in ęter
nas pœnas ꝓ tantis ſacrilegiis deſtinentur.Nos eis obiicimus furorem ſchiſmatis: rebaptiza
tionis inſaniam ab hæreditate Chriſti:quæ per omnes gentes diffuſa eſt nefariam ſeparatio-
nem.De codicibus non tantum noſtris:ſed etiam eorum recitamus eccleſias ; quarum nomi-
na hodie legunt:& quibus hodie non communicant.Quæ cum recitant̃ in conuenticulis eo-
rũ:lectoribus ſuis dicunt:Pax tecũ:& cũ ipſis plebibus quibus ipſę literę ſcriptæ ſunt pacem
non habent:& ipſi nobis obiiciunt:vel falſa crimina mortuorum:vel etiã ſi vera:tamen aliena
k non intelligentes in his quæ nos eis obiicimus oẽs illos teneri. In his vero quæ nobis obii
ciunt:paleam vel zizaniam meſſis dominicę reprehendi:Ad frumenta autem crimen non per
tinere:Neq; conſyderantes:quia quibus mali placent in vnitate:ipſi cõmunicant malis:q̃bus
autem diſplicent & eos emendare non poſſunt:neq; ante tempus meſſis audeant zizania era-
dicare: ne ſimul eradicẽt & triticum:non factis eorum:ſed altari Chriſti communicãt. Ita vt
non ſolum non ab eis maculentur:ſed etiam diuinis verbis laudari prædicariq; mereant̃:quo
niã ne nomẽ Chriſti ꝑ horribilia ſchiſmata blaſphemet̃:ꝓ bono vnitatis tolerant quod pro bo

no æquitatis oderũt. Si habẽt autes audiãt quid spiritus dicat ecclesiis:Sic eñ in Apocalypsi
Apoc.2. Ioannis legitur:Angelo(inqt)ecclesiæ Ephesi scribe:Hæc dicit qui tenet septẽ stellas in dextera sua:qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorũ:Scio opa tua & laborẽ & patientiã:& qa nõ potes sustinere malos:& tẽtasti eos qui se dicũt aplos esse & non sunt: & inuenisti eos mẽdaces:& patiẽtiã habes & sustinuisti eos ppter nomẽ meũ & nõ defecisti.Qđ si de angelo superiorũ cælorũ:& nõ de præpositis ecclesię vellet intelligi:nõ cõsequenter diceret:Sed habeo aduersum te q̃ charitatẽ tuã primã reliqsti.Memor esto itaq̃ vnde excideris:& age pœnitentiam:& prima opera fac.Sin aũt:venio tibi & mouebo cãdelabrũ tuũ de loco suo nisi pœnitentiam egeris.Hoc superioribus angelis dici nõ põt:q̃ ppetuã retinẽt charitatẽ:vnde q deficerunt & lapsi sunt:diabolus est & angeli eius.Ergo primã charitatem dicit:quia sustinuit pseudoaplos ppter nomẽ Christi:quã iubet vt repetat & faciat priora opa sua.Et obiiciuntur nobis crimina malorũ hominũ:nõ nostra sed aliena:& ipsa partim incognita:quę si etiam vera & præsentia videremus:& zizaniis ppter frumẽta parcẽtes:p vnitate toleraremus:non solũ nulla reprehẽsione:sed etiã nõ parua laude nos dignos diceret:quicunq̃ scripturas sanctas nõ corde surdus audiret.Tolerat Aaron multitudinẽ idolũ exigentẽ & fabricantẽ & adorantẽ.Tolerat Moyses aduersus deũ tot milia murmurãtia & totiẽs offendẽtia sanctũ nomẽ eius Tolerat Dauid Saulem persecutorem suum:sceleratis moribus cælestia deserentẽ:magicis artibus inferna quærentẽ:occisum vindicat:christũ etiã domini ppter sacramentum venerandę vnctionis appellat.Tolerat Samuel nefandos filios Heli:peruersos filios suos:quos populus qa tolerare noluit:diuina veritate accusatus:diuina seueritate correptus est. Tolerat deniq̃ ipsum populũ superbum contemptorẽ dei.Tolerat Esaias in quos tam multa vera crimina iaculaẽ.Tolerat Hieremias a quibus tãta ppetitur.Tolerat Zacharias pharisęos & scribas:quales illo tempore fuisse scriptura testaẽ.Scio me multos ptermisisse: Legãt qui volunt: legant qui possunt eloqa cælestia:inueniẽt omnes sanctos dei seruos & amicos semp habuisse quos in suo populo tolerarẽt:cum quibus tñ illius tẽporis sacramẽta cõmunicãtes:nõ solũ nõ inquinabanẽ:sed etiã laudabiliter sustinebãt:Studẽtes(sicut ait Apostol⁹)seruare vnitatẽ spũs in vinculo pacis.Attẽdant etiã post domini aduentũ:vbi multo plura huius tolerãtiæ per totũ orbem inueniremus exempla:si omnia scribi & in auctoritatẽ redigi potuissent:tñ hæc ipsa quę habemus aduertite.Tolerat ipse dñs Iudã:diabolum:furẽ & venditorẽ suũ.Sinit accipere inter innocẽtes discipulos/qđ fideles nouerunt/ptetiũ nostrũ.Tolerãt apostoli pseudoaplos:& sua quęrẽtes nõ quę Iesu Christi.Paul⁹ nõ sua quęrẽs:sed q̃ Iesu Christi:cũ gloriosissima tolerãtia cõuersaẽ.Postremo qđ pauloante cõmemoraui:diuina voce laudaẽ sub angeli noie præpositus ecclesię:q̃ cũ odisset malos:eos tñ tẽtatos & viuẽtes p noie dñi tolerauit. Ad summã seipsos interrogẽt:Nõne toleranẽ ab eis cędes & incẽdia circũcellionum: veneratores pcipitatorum vltro cadauerũ:& sub incredibilibus malis vnius optati p tot annos totius Africę gemitus?Parco iam dicere singulorũ p Africã regionẽ & ciuitatum & fundorum tyrãnicas potestates & publica latrocinia.Melius eñ vobis hęc vosipsi dicitis:siue in aurẽ: siue palã: sicut libitũ fuerit.Quocũq̃ eñ oculos verteritis:occurret qđ dico:vel potius qđ taceo. Neq̃ hinc istos quos ibi diligitis accusamus.Non eñ vobis displicent:qa tolerãt malos:sed qa intolerabiliter mali sunt ppter schisma:ppter altare cõtra altare: ppter separationem ab hæreditate Christi toto orbe diffusa:sicut tãto ante pmissa est. Violatã pacẽ:conscissam vnitatem:iterata baptismata:exufflata sacramẽta:quæ in sceleratis quoq̃ hoibus sancta sunt:plãgimus & lugemus.Quę si paruipẽdũt:intueanẽ exẽpla qbus demõstratũ est quãti hęc pẽderit deus.Qui fecerunt idolũ:vsitata gladii morte perẽpti sunt:Qui vero schisma facere voluerũt:hiatu terræ principes deuorati:& turba consentiẽs igne cõsumpta est.Diuersitate pœnarum:diuersitas agnoscitẽ meritorum. Tradunẽ in psecutione sancti codices:cõfitenẽ traditores & deo dimittunẽ.Non interroganẽ innocẽtes & ab hoibus temerariis damnanẽ.Probaẽ integer certis indiciis:qui inter absentes dãnatos multo vehemẽtius cæteris criminatus est.Iudiciũ episcoporum ad imperatorẽ appellaẽ:iudex eligiẽ imperator:iudicãs cõtemnitur impator. Quæ tunc acta sunt legistis:quæ nũc agantur videtis:si de illis in aliquo dubitatis:ista iam cernite.Certe non chartis veteribus:non actis publicis:nõ gestis forẽsibus aut ecclesiasticis agam⁹.Ma
Psal.2. ior liber noster orbis terrarũ est:in eo lego cõpletũ:qđ in libro dei lego pmissum: Dñs(inqt) dixit ad me:filius meus es tu:ego hodie genui te:Postula a me & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam:& possessionem tuam terminos terræ.Huic hæreditati qui non communicat: quoslibet

Eph.4. [marginal note beside "Studẽtes(sicut ait Apostol⁹)"]

bet libros teneat:exhęredatum se esse cognoscat.Hāc hæreditatem quisquis expugnat:alienū se esse a familia dei satis indicat.Certe de traditione diuinorū librorum vertitur quæstio: vbi hæreditas ista promissa est.Ille ergo credatur testamentum tradidisse flammis qui contra voluntatem litigat testatoris.Quid tibi fecit O pars Donati:qd tibi fecit ecclesia Corinthiorū? Qd aūt de ista dico:de omnibus talibus & tam longe positis intelligi volo. Quid vobis fecerunt quæ nec omnino quid feceritis: nec quos infamaueritis nosse potuerunt? An quia Lucillā Cęcilianus in Africa læsit:lucem Christi orbis amisit? Tandem sentiant qd fecerunt: Merito certe annorum interuallo in oculos eorum reuolutum est opus ipsorum. Quæri te p quā fœminā Maximianus q dicit̃ esse Donati ꝓpinquus sese a Primiani cōmunione ꝑciderit: & quēadmodū cōgregrata episcoporum factione:Primianū dānarit absentē:& aduersus eum episcopus ordinatus sit:quēadmodum Maiorinus per Lucillam congregata episcoporū factio
H ne Cęcilianum dānauit absentē:& contra eum episcopus ordinatus est!An forte qd a cæteris Afris suæ cōmunionis episcopis contra factionem Maximiani Primianus purgatus est: valere vultis:& qd a transmarinis vnitatis episcopis aduersus factionem Maiorini Cęcilian⁹ purgatus est:valere non vultis!Rogo fratres mei:qd magnū peto: quid difficile a vobis intelligi cupio!Multū quidē interest & incomparabiliter distat:vel authoritate vel numero Africana ecclesia:si cum cæteris orbis partibus conferatur:& longe minor est etiam si vnitas hic esset longe omnino:minor est comparata cæteris christianis omnibus gentibus:q̃ pars Maximianī comparata parti Primiani:Peto tamen & iustū esse arbitror:vt tantum valeat consilium Secundi Tigisitani qd Lucilla conflauit aduersus absentem Cęcilianū & apostolicam sedem:totumq; orbem Cęciliano cōmunicantē:quantū valet consiliū maximianēsium:qd similiter fœmina nescio q̃ conflauit aduersus absentē Primianū: & cęteram per Africam multitudinē Primiano cōmunicantem.Quid apertius cernitur!Quid æquius postulatur! Videtis hæc oīa & nostis & gemitis:& tamē videt & deus q & vos in tā pestifera & sacrilega præcisione nulla res cogit remanere:si p adipiscendo spiritali regno:carnalem superetis affectum & amicitias hominum:quæ in iudicio dei nihil ꝓderunt p deuitandis sempiternis pœnis:non timeatis offendere.Ecce ite consulite:quid contra hæc nostra possint respōdere cognoscite:si ꝓferūt chartas ꝓferimus chartas:Si falsas nostras esse dicunt:hoc nos de suis dicere non indignent̃. Nemo delet de cælo constitutionem dei:Nemo delet de terra ecclesiam dei: Ille totum orbem ꝓmisit:ista totum orbē repleuit:& malos habet & bonos: Sed nec ī terris amittit nisi malos nec in cælum admittit nisi bonos.Erit autem vobis hic sermo quē de munere dei nouit ipse quanta & pacis & vestra dilectione deprompsimus correctio si velitis:testis vero & si nolitis.

Sancti Augustini iterum ad Eleusium:Glorium & Felicem:narrantis quę in disputatione habita cum Fortunio Tubursicii episcopo acta sint:eosq; exhortantis & obtestantis vt illum promissi sui commoneant:ac grauiter instent:vt res cœpta peragatur:Simul etiam vt turbulentis turbis deuitatis:ad aliquam villam non magnam conueniant:suadentis.

Epistola.CLXIII.

M Dominis dilectissimis & prędicabilibus fratribus Eleusio: Glorio & Felici: Augustinus.Fortunium quem Tubursicii habetis episcopum per eādem ciuitatem q̄q̄ festinantissime cum ad Zertensem ecclesiam pergeremus: experti sumus:ita omnino vt de illo soletis benignissime polliceri:Eam ipsam quippe vestram de illo nobis sermocinationem cum ei renunciaremus volētes eū videre nō abnuit. Venimus itaq; ad eū:qa ætati eius id a nobis deferendū videbatur potius q̃ exigēdū:vt ipse ad nos veniret prior.Perreximus ergo comitātibus nō paucis:quos forte aggregatos nobis illud tēpus inuenerat.Cum aūt apud eū consedissemus rumore dispso:nō parua ꝑterea turba cōfluxit:sed in tota illa multitudine ꝑpauci apparebāt:q vtiliter ac salubriter agi causam illā:& tātā reiq; tātę q̄stionem prudēter & pie discuti cuperēt.Cęteri vero magis ad spectaculū quasi altercationis nostræ ꝑ pe theatrica consuetudine q̃ ad instructionē salutis Christiana deuotione conuenerant.Quapropter nec silentiū nobis ꝑbere nec intente atq; nobiscū modeste saltē & ordinate colloq potuerūt:exceptis vt dixi paucis:quorū religiosa & simplex apparebat intentio. Itaq; libere pro sui cuiusq; animi motu īmoderate loquētiū oīa strepitu turbabant̃:nec euincere siue nos siue ipse rogādo:interdum etiā obiurgādo potuimus:vt nobis modestum silētium ꝑberetur.Res

tamē vtcūq; agi cœpta est: & aliquot horas in alterno sermone ptraximus: quātū vocibus in-
terquiescentibus varie tumultuantiū finebamur. Sed in ipso disputatiōis exordio: cū videre-
mus ea quæ dicebant subinde labi de memoria vel nostra vel eorū quorū salutē maxime cura
bamus: & vt esset nobis cautior modestiorq; tractatio: simul vt vos atq; alii fratres q absentes
erāt qd inter nos actū esset legēdo cognosceretis: postulauimus vt a notariis verba nostra ex-
ciperent: vbi diu ab illo vel ei cōsentiētibus reluctatū est: postea tamen ipse cōcessit. Sed nota-
rii qui aderāt: atq; id strenue facere poterāt: nescio qua causa excipere noluerūt. Egimus saltē
vt fratres q nobiscū erāt: q̄q̄ in hac re taedius possent / exciperēt: pollicētes nos ibi easdē tabu-
las relicturos. Consensum est. Cœperunt verba nostra excipi: & aliqua ab inuicē ad tabulas di
cta sunt. Postea inordinatas pstrepētiū interpellationes: & ppterea nostrā quoq; turbulētiorē
disputationē notarii nō valētes sustinere: cesserūt: nobis sane nō desistētibus: & vt cuiq; facul
tas dabatur multa dicētibus. Ex quibus omnibus verbis nostris quātū recordari potui: causā N
totius actionis dilectionē vestram fraudare nolui. Potestis eīm ei literas meas legere vt vel ap-
probet vera me scripsisse: vel ipse vobis si qd melius recolit incunctāter insinuet. Primo enim
vitā nostrā quā vobis beniuolentius fortasse q̄ verius narrātibus se comperisse dicebat: prędi
care dignatus est: Adiungens se dixisse vobis: nos omnia quæ de nobis insinuaueratis: bene fa
cere potuisse: si in ecclesia faceremus. Deinde quęrere cœpim⁹: quęnā illā esset ecclesia vbi vi-
uere sic oporteret: vtrū illa quę sicut sancta tanto ante scriptura pdixerat: se terrarū orbe dif-
funderet: an illa quā pars exigua vel Afrorū vel Africę contineret. Hic primo asserere conat⁹
vbiq; terrarū esse cōmunionem suam: Quęrebā vtrū epistolas communicatorias quas forma
tas dicimus: possem quo vellem dare: & affirmabam (qd manifestum erat omnibus) hoc modo
facillime illam terminari posse quæstionem. Parabā autē: vt si consentiret ad illas ecclesias a
nobis tales literæ mitterentur: quas in apostolicis auctoritatibus pariter legeremus illo iā tē
pore fuisse fundatas. Sed qa res aperte falsa erat: permixtis verbis cito inde discessum est. Inter
quę verba euangelicā illā domini admonitionē cōmemorauit qua dixit: Cauete a pseudo pro
Matth.7. phetis: multi ad vos veniēt in vestitu ouium: intus autē sunt lupi rapaces: Ex fructibus eorū
cognoscetis eos. Quę verba domini cum diceremus eadem de illis a nobis posse recitari: ven-
tum inde est ad exaggerationem psecutionis: quā sæpe suam partē pertulisse dicebat. Hinc vo
lens ostendere suos esse christianos: quia persecutionē paterentur. Inter quæ verba cū ego pa-
Matth.5. rarem ex euangelio respondere: idem capitulum cōmemorauit prior: vbi dominus ait: Beati
qui psecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cælorum. Quo
loco ego gratulatus: subieci statim id ergo esse quærendum: vtrū illi persecutionem propter
iustitiam passi fuerint. In qua quęstione discuti cupiebam: qd quidem omnibus clarum erat:
vtrum eos in vnitate ecclesię cōstitutos: an schismate iam diuisos machariana tempora inue-
nerint: vt qui videre vellent: vtrum propter iustitiam psecutionē passi fuerint: id potius attē
derent: vtrū se recte a totius orbis vnitate pręciderint. Qd si iniuste fecisse inuenirentur: ma-
nifestū esset eos ppter iniustitiam potius q̄ ppter iustitiam passos psecutionē: & ideo nume-
ro beatorum adiungi non posse: de quibus dictum est: Beati qui persecutionem patiunt pro-
pter iustitiam. Ibi commemorata est famosior q̄ certior codicum illa traditio. Sed respondeba M
tur a partibus nostris: principes illorum potius fuisse traditores. Q; si in hac re nostrorum li
teris nollent credere: nec nos cogi oportere vt literis credamus ipsorum. Sed tamen seque- O
strata ista dubia quæstione: quærebam quomodo se isti iuste separassent ab innocentia cæte-
rorum christianorum: qui per orbem terrarum successionis ordinem custodiētes: in antiquis
simis ecclesiis constituti penitus ignorarent qui fuerint in Africa traditores: qui certe nō pos
sent cōmunicare: nisi eis quos sedere in sedibus episcopalibus audiebant. Respondit: tam diu
transmarinarū partium ecclesias mansisse innocētes: donec consensissent in eorū sanguinem:
quos macharianā psecutionem pertulisse dicebat. Vbi ego possem quidem dicere: nec inuidia
machariani temporis innocentiam transmarinarum ecclesiarum contaminari potuisse: quan
doquidem nullo modo probaretur auctoribus fecisse etiam quæ fecerat. Sed de cōpendio quę
rere malui: si Macharii sæuitia: ex quo in eā consensisse dicebant transmarinæ ecclesiæ: suam
innocentiam perdiderunt: vtrum saltē probaretur vsq; ad illa tempora Donatistas cum orien-
talibus ecclesiis cęterisq; orbis partiū in vnitate mansisse. Tūc ptulit quoddā volumē vbi vo
lebat ostēdere Sardicēse cōciliū ad epos Afros: q erāt cōmuniōis Donati: dedisse lrās. Qd cū le
geretur: audiuim⁹ Donati nomē inter cęteros epos qbus illi scripserāt. Itaq; flagitare cœpim⁹

vt doceret: vtrū ipſe eſſet Donatus de cuius parte iſti cognominant. Fieri eñ potuiſſe vt alicui
Donato alterius hæreſis epō ſcripſerint: cū maxime in illis nominibus nec Africæ meurio fa-
cta fuerit. Quomodo ergo poſſet probare Donatū partis Donati epm̄ noīe illo accipiendū eſ-
ſe: qñ ne id quidē probare poſſet: vtrū ad Africanarū ſpecialiter eccl'iarū epōs illæ literæ miſſæ
fuerint. Q̄q̄ eñ Donati nomē Afrū eſſe ſoleat: nō tñ repugnaret a vero: vt vel partiū illarum
aliquis vocaret noīe Afro: vel aliquis Afer in illis partibus conſtitueret eps. Neq; eñ in eis vl'
R diē vel cōſulē inuenimus: vt ſaltē conſyderatis tēporibus certi aliquid deduceret. Sane quo-
niā neſcio quādo audieramꝰ Arrianos cū a cōmunione catholica diſcrepaſſent: Donatiſtas in
Africa ſibi ſociare tentaſſe: ad aurem mihi hoc ipm̄ frater Alipius ſuggeſſit. Tūc accepto ipſo
volumine: eiuſdē concilii ſtatuta conſyderans: legit Athanaſiū epm̄ Alexandrinū catholicū:
cuius maxime aduerſus Arrianos acerrimarū diſputationū cōflictus eminuit: & Iuliū eccl'iæ
Romanæ epm̄: nihilominus catholicū: illo cōcilio Sardicēſi fuiſſe improbatos. Vnde apd̄ nos
cōſticit arrianorū fuiſſe cōciliū: quibꝰ iſti epī catholici vehemētiſſime reſiſtebant. Itaq; ad dili
gentiorē etiā temporū diſcuſſionē: voluimꝰ ipm̄ volumē accipere atq; afferre nobiſcum. Qui
noluit dare dicēs: ibi nos habere illud: qñ aliquid in eo conſyderare vellemus. Rogaui etiā vt
manu mea notari pmitteret: fateor: timēs ne mihi forte cauſa exigente cū perēdū eſſet: pro il-
P lo aliud pferret: neq; hoc voluit. Deinde mihi cœpit inſtare: vt ad interrogationē ſuā breui-
ter reſponderē: quęrens a me quē iuſtū putarē: eū qui pſequeret: an eū qui perſecutionē pate-
retur. Cui reſpōdebā: nō recte ita interrogari. Fieri eñ poſſe vt ambo iniqui ſint: fieri etiā poſ
ſe vt iniquiorē iuſtior perſequat. Nō ergo eſſe cōſequēs: vt ideo ſit quiſq; iuſtior quia perſecu
tionē patit: q̄uis id plærūq; iuſtiori contingat. Deinde cū viderē in hoc eū multū immorari
vt iuſtitiā ſuæ partis ex eo certā vellet intelligi: quia perſecutionē paſſa fuerit: quæſiui ab eo
vtrū iuſtū & chriſtianū putaret epm̄ Mediolanēſis eccl'iæ Ambroſiū. Cogebat vtiq; negare ꝙ
ille vir chriſtianus eſſet & iuſtus: quia ſi fateret: ſtatim obiiceremus ꝙ eū rebaptizandum eſſe
cēſeret. Cū ergo eloqui cogeret: quibꝰ ille nō eſſet habendus chriſtianus & iuſtus: cōmemora
ui quantā perſecutionē pertulerit: circūdata etiā militibꝰ armatis eccl'ia. Quæſiui etiā: vtrū
Maximianū: quia & is apd̄ Carthaginē ſchiſma fecerat: & iuſtū & chriſtianū putaret. Nō po-
terat niſi negare. Cōmemoraui ergo etiā illū talē perſecutionē pertuliſſe vt eccl'ia eius vſq; ad
fundamēta dirueret. His igitur exemplis ei ſi poſſem perſuadere moliebar: vt iam defineret
dicere perſecutionis perpeſſionē / chriſtianę iuſtitiæ certiſſimū eſſe documētū. Narrauit etiā
in ipſa ſchiſmatis nouitate maiores ſuos cū cogitarēt culpā Cæciliani: ne ſchiſma fieret: quo-
quo modo velle ſopire: dediſſe quendā interuētorē populo ſuę cōmunionis apud Carthaginē
cōſtituto: anteq̄ Maiorinus aduerſus Cęcilianū ordinaret. Hūc ergo interuentorē in ſuo con
uēticulo a noſtris dicebat occiſum. Qd̄ (fateor) nunq̄ antea prorſus audierā: cū tā multa ab
eis obiecta crimina refellerent & redarguerent a noſtris: atq; in eos plura & maiora iacerent.
Q Sed tamē poſtea q̄ hoc narrauit: rurſus a me inſtanter cœpit quęrere: quē iuſtū putarē: eum
ne qui occidit: an eū qui occiſus eſſet: quaſi iam mihi pbauiſſet: ita vt narrauerat eſſe cōmiſſū
Dicebā ergo prius: vtrū verū eſſet / eſſe quęrendū. Nō eñ temere credi oportere quæcūq; di-
cunt: & tñ fieri potuiſſe vt vel ambo æque mali eſſent: vel etiā peiorē quiſq̄ malus occideret.
Reuera eñ fieri pōt vt ſceleratior ſit rebaptizator totiꝰ hoīs q̄ ſoliꝰ corporis interēptor. Vn-
de etiā illud qd̄ a me poſtea quęſiuit: iā quęrendū nō erat. Ait eñ etiā malū non debuiſſe occi
di a chriſtianis & iuſtis: quaſi nos eos q hęc in catholica faciūt iuſtos vocemus: q̄ tamen nobis
ab iſtis dici facilius q̄ probari ſolēt: cū tā multas violentiſſimas cædes & ſtrages plęriq; ipſorū
& epī & preſbyteri & quilibet clerici cōgregatis turbis hoīm furioſiſſimorū: nō catholicis tm̄
ſed nōnunq̄ etiā ſuis / vbi poſſunt / inferre nō ceſſent. Quæ cū ita ſint: diſſimulans tñ ab ſcele
ratiſſimis factis ſuorū q̄ ipſe plus nouit: vrgebat vt dicerē: quis iuſtorū vel malū aliquē occide
rit! Qd̄ etiā ſi ad cauſam iā nō pertinebat: fatebamur eñ hæc vbicunq; ſub nomīe chriſtiano
fierent: nō fieri a bonis. Sed tamē vt admoneret quid eſſet quęrendū: reſpondimus: quęrentes
vtrū Helias iuſtus ei videret fuiſſe. Qd̄ negare non potuit. Deinde ſubiecimꝰ: q̄ multos pſeu
doprophetas ſua manu peremerit. Hic reuera vidit qd̄ vidēdū erat: alia licuiſſe tūc iuſtis. Hęc
eñ prophetico ſpū / authoritate dei faciebant: q proculdubio nouit cui etiam proſit occidi.
Exigebat ergo vt docerē iā noui teſtamenti tēporibus: qui iuſtorū aliquē occiderit: etiā ſce-
leratū & impiū. Tūc reditū eſt ad ſuperiorē tractatū: quo volebamus oſtendere: neq; nos illis
debere obiicere ſuorū ſcelera: neq; illos nobis: ſiqua inuenirent talia facta noſtrorum. De nouo

em̃ testamento ostendi quidẽ nõ posse: ꝗ iustus quisꝙ̃ interfecerit aliquẽ: sed tamẽ illud ꝓbari
posse ip̃o exemplo dñi: sceleratos ab innocentibus fuisse toleratos. Traditorẽ em̃ suũ q iam pre
tium eius acceperat: vsq; ad vltimũ pacis osculũ: inter innocẽtes secũ esse perpessus est. Quib⁹
non tacuit esse inter illos tanti sceleris hominẽ: & tamẽ primũ sacramentũ corporis & sangui
nis sui: nondũ illo excluso cõmuniter omnibus dedit. Quo exemplo cũ ꝓpe oẽs mouerentur:
tentauit dicere: ante passionem dñi cõmunionẽ illã cũ scelerato nõ obfuisse aplis: quia nondũ
habebãt baptismũ Christi: sed baptismũ Ioannis. Quod postea q̃ dixit: cœpi ab eo quærere: R
quẽadmodũ ergo scriptũ esset: ꝙ Iesus baptizauerit plures q̃ Ioannes: cũ ip̃e nõ baptizaret sed
discipuli ei⁹: hoc est ꝑ suos discipulos baptizaret: Quõ ergo dabãt qđ nõ acceperãt: qđ ipsi ma
xime solẽt dicere? An forte Christus baptismo Ioannis baptizabat? Deinde in hac sententia
multa quęsiturus erã: quõ ab ip̃o Ioanne tunc quęsitũ sit de baptismo dñi: Et respõderit: ꝙ il
le haberet spõsam: & ille esset sponsus. Nunquid ergo fas erat vt baptismo Ioannis baptizaret
sponsus: id est baptismo amici vel serui? Deinde quomodo poterãt eucharistiã accipere non
Ioan.13. dũ baptizati: aut quõ Petro volenti vt totũ se lauaret: responderit: Qui lotus est semel: nõ eũ
oportet iterũ lauari: sed est mundus totus? Perfecta em̃ mundatio nõ in Ioannis sed in nomis
dñi baptismo est: q eo se indignũ exhibuerit: sacramenta in eo nõ ad salutẽ sed ad perniciẽ per
manebũt. Tamen cũ ego ista quæsiturus essem: etiã ip̃e vidit de baptismo discipulorũ dñi nõ
sibi fuisse quęrendũ. Inde itum in aliud: multis vt poteramus vtrinq; sermocinantibus: inter
quæ dictũ est ꝙ adhuc eos nostri persecuturi essent: Nobisq; dicebat videre se velle quales nos
essemus in illa persecutione prębituros: vtrũ consensuri essemus tali sæuitiæ: an nullũ cõmo
daturi consensum. Nos dicebamus: deum videre corda nostra: quæ ipi nõ possent: & illos te
mere sibi adhuc ista metuere: q̃ si contigerint: a malis contingere: quibus deteriores ipi habẽt
nec tñ ideo nos a catholica cõmunione segregare debere: si quid forte nobis inuitis: vel etiam
si valuerimus contradicentibus factũ fuerit: cũ tolerantiã pacificã didicerimus: dicẽte aposto
Ephe.4. lo: Sufferentes inuicẽ in dilectione: studentes seruare vnitatẽ spũs in vinculo pacis. Quã pacẽ
atq; tolerantiã: illos nõ tenuisse dicebamus q schisma fecerunt: vt nũc inter suos qui mitiores
eorũ sunt grauiora tolerent ne scindaẽ qđ scissum est: cũ leuiora nollent pro ipsa vnitate tole
rare. Dicebamus etiã nondũ fuisse tẽporibus veterũ pacẽ vnitatis: & tolerantiã tanta cõmẽ
datione prędicatã: sicut exẽplo dñi & noui testamenti charitate: & tñ ꝓphetas illos & sanctos
viros dicere solere in populũ scelera eorũ: cũ tñ se ab illius populi vnitate & a cõmunione pa
riter accipiendorũ sacramentorũ q̃ tũc fuerũt diuellere nõ tentassent. Inde nescio quõ ventũ
est ad cõmemorationẽ beatæ memoriæ Genethlii epi: qđ nescio quã cõstitutionẽ datã contra
illos cõpresserit & effectũ habere nõ siuerit: Laudabãt illũ oẽs & benignissime pręferebant. In
ter quas laudes a nobis subiectũ est ꝙ etiã ip̃e tñ Genethlius: si in eorũ man⁹ incidisset rebapti
zandus censereẽ. Et hæc iã stantes loquebamur: quia discedendi tp̃s vrgeret. Ibi plane ille se
nex dixit: iã formã esse factam: vt quisqs ad eos fideliũ a nobis venerit baptizeẽ: qđ eũ inuitũ
& cũ dolore dicere quantũ poterat apparebat. Sane cũ etiã ip̃e multa mala suorũ apertissime S
gemeret atq; ostenderet: ꝙ totius ciuitatis eius testimonio ꝓbabaẽ q̃ esset remotus a talibus
factis: & q̃ ipis suis dicere soleat modesta conquæstione ꝓferret: nosq; cõmemoraremus illud
Ezechielis prophetę: vbi apte scriptũ est: Nec filii culpã patri: nec patris culpã filio eius impu
Ezech.18. tandã: vbi dictũ est: Sicut em̃ aia patris mea est: ita & anima filii mea est. Anima em̃ quęcunq;
peccauerit sola morieẽ: placuit omnib⁹ in talibus disputationib⁹ violenta facta malorũ hoim
nobis ab inuicẽ obiici nõ debere. Remanebat ergo schismatis quęstio. Itaq; hortati eũ sum⁹ vt
etiã atq; etiã placito & pacato aio annitaẽ nobiscũ: vt diligenti examinatione tãta inqsitio ter
minũ sumat. Vbi ille benigne cũ diceret: nos solũ ista quęrere: nolle aũt nostros hæc quęri: Ea
facta pollicitatiõe discessimus: vt exhiberemus ei plures collegas nros: certe vel decem: q tan
ta beniuolentia & lenitate & tã pio studio id quęri vellẽt: quãtũ in nobis eũ iã animaduertisse
atq; approbare sentiebamus. Hoc etiã de suorũ numero & ip̃e pollicitus est. Vñ vos hortor
& obtestor per dñi sanguinem: vt eũ promissi sui commoneatis & nauiter instetis: v res cœ
pta peragatur: quã prope ad finẽ peruenisse iam cernitis. Quãtũ em̃ arbitror difficillime po
testis inuenire in episcopis vestris: tam vtilem animum & voluntatem q̃ in isto sene perspexi
mus. Postero em̃ die ip̃e ad nos venit: & hęc iterũ quęrere cœperamus: Sed quia ordinandi
episcopi necessitas nos inde iamiamq; rapiebat: diutius cũ illo esse nequiuimus. Iam enim mi
seramus ad maiorem cælicolarum: quem audieramus noui apud eos baptismi institutorem

instititisse: & multos illo sacrilegio seduxisse: vt cum illo quantum ipsius tpis patiebant angu stiae aliqd loqueremur. Quem posteaq̃ venturũ comperi: videns nos aliud suscepisse negotiũ cũ & ipm nescio q̃ necessitas pfectionis vrgeret: benigne a nobis placiteq̃ discessit. Videt au tẽ mihi vt turbulẽtas turbas & impedimentũ potius q̃ adiumentũ afferentes omnino deuite mus: & vere ex aio amico atq̃ trãquillo susceptũ tã magni negotiũ dño opitulãte peragam⁹ ad aliquã villã nos cõuenire debere: placuit nõ magnã: vbi nullius nostrũ esset ecclesia: quam tamẽ villã cõmuniter possident hoies & nostrae cõmunionis & ipsius: sicuti est villa Titiana. Siue ergo in Tyburticẽsi: siue in Tagastẽsi talis locus: vel ille quẽ commemoraui: vel aliqs ali us inuentus fuerit: faciamus codices canonicos presto esse. Et siqua pferri potuerint ex vtra q̃ parte documenta: vt postpositis caeteris: nulla si dño placuerit interpellante molestia: quot quot diebus potuerimus ad hoc vacantes: & vnusquisq̃ nostrorũ apud suũ hospitẽ dominum deprecantes: adiuuante ipso cui pax christiana gratissima est: rem tantã & bono aio coeptam ad inquisitionis terminum perducamus. Rescribite sane: quid de hac re vel vobis vel illi vi deatur.

Sancti Augustini ad Emeritũ: diligenter ab eo inquirẽtis originẽ schismatis: & causam cur factũ sit: instanterq̃ ac iterato petentis vt quid sibi videat respondere non grauetur.

Epistola.CLXIIII.



T Esyderabili & dilecto fratri Emerito: Augustinus. Ego cũ audio queq̃ bo no ingenio preditum: doctrinisq̃ liberalibus eruditum: q̃q̃ nõ ibi salus aie constituta sit: tñ in quaestiõe facillima sentire aliud q̃ veritas postulat: quo magis miror: eo magis exardesco nosse hoiem & cũ eo colloqui: vel si id nõ possim: saltẽ literis q̃ longissime volãt attingere mentẽ eius: atq̃ ab eo vicis sim atringi desydero: Sicut te esse audio talẽ virũ: & ab ecclia catholica: q̃ si cut sancto spiritu praenũtiata est: toto orbe diffunditur: discerptum doleo atq̃ seclusum: quã ob causam nescio. Nam certũ est magnae parti Romani orbis: ne dicã eti am barbaris gentibus: quibus quoq̃ debitorẽ se dicebat Apl's: quorũ christianae fidei cõmu nio nostra cõtexitur: ignotã esse partẽ Donati: nec eos omnino scire: vel quãdo vel quib⁹ cau sis exorta sit ista dissensio. Quos vtiq̃ oẽs christianos ab eis criminib⁹ q̃ Afris obiicitis nisi in nocentes esse fatearis: cogeris dicere omniũ malis factis obnoxios: cũ apud vos perditi: vt miti us dixerim: latẽt vos oẽs esse pollutos. Nõ em neminẽ de vestra cõmunione pellitis: aut tunc primũ pellitis: cũ primũ illud vnde pellendus est fecerit: an nõ aliquãto tpe latentẽ & postea p ditũ cõuictũq̃ damnatis? Quaero igit: vtrũ vos cõtaminauerit eo tpe quo latebat? Respõde bis nullo modo. Nullo ergo tpe contaminaret etiã si semper id lateret. Nam & mortuorũ non nulla saepe commissa pduntur: nec fraudi est christianis qui eis communicauere viuentibus. Cur ergo vos tam temeraria atq̃ sacrilega direptione praecidistis a cõmunione innumerabi lium ecclesiarũ orientaliũ: quas semp latuit: & adhuc latet: qd in Africa gestũ esse aut docetis aut fingitis? Alia em quaestio est: vtrũ illa vera dicatis: quae quidẽ nos multo pbabiliorib⁹ do cumentis falsa esse conuincimus: & in vestris magis ea ipsa quae obiicitis tũc pbata declaram⁹

V Sed hec vt dixi alia questio est: tũc aggrediẽda & discutiẽda cũ opus fuerit. Illud nũc attẽdat vigilãtia mentis tuae: neminẽ contaminari posse ignotorum/ignotisq̃ criminib⁹. Vnde mani festum est a cõmunione orbis: cui seu falsa seu vera crimina q̃ Afris intenditis: prorsus ignota sunt: & ignota semp fuerũt: sacrilego schismate vos esse separatos. q̃q̃ & illud nõ est tacẽdum etiã cognitos malos bonis non obesse in ecclia: si eos a cõione phibendi aut potestas desit: aut aliqua ratio cõseruandae pacis impediat. Qui sunt em q apud pphetã Ezechielẽ: & añ vasta tionẽ perditorum signari meruerunt: & cum illi vastarent euadere illaesi: nisi vbi manifestissi me ostenditur: qui moerent & gemũt pctã & iniquitates populi dei quę fiunt in medio eorũ? Quis aũt qd ignorat: gemit & moeret? Ex eadẽ ratione etiã Paulus apl's falsos fratres tolerat Nõ em de incognitis ait: Oẽs em sua quaerũt: nõ q̃ Iesu Christi: quos tamẽ secũ fuisse mani festat. Ex quo aũt genere sunt q vel thurificare idolis vel codices diuinos tradere q̃ mori ma luerunt: nisi ex eorũ qui sua quaerũt: nõ quae Iesu Christi? Multa testimonia scripturarum p tereo: ne longiorẽ q̃ necesse est epistolã faciã: & eruditioni tuę plura per teipsum consyderãda permitto. Quod tñ satis est: video. Obsecro si tam multi iniqui i vno pplo dei eos quos testa bantur: non fecerunt tales quales ipsi erant: si multitudo illa falsorum fratrum apostolũ Pau lum in vna cum eis ecclesia constitutum: nõ fecit sua quaerentẽ: nõ q̃ Iesu Christi: manifestũ ẽ

2. Retra. ca. 46. & 51.

Phil. 2.

non hoc effici hominem:quod est malus quisq̃:cũ quo ad altare Christi acceditur:etiam si nõ
sit incognitus:si tantũ nõ approbet & a bona cõscientia displicẽdo separetur. Manifestum est
igitur non esse aliud cum fure concurrere:nisi vel furari cum eo vel furtum eius corde placi-
to accipere. Hoc nos dicimus:vt quæstiones infinitas atq; superfluas de factis hominũ q̃ ra-
tionẽ nostrã nihil impediũt auferamus. Sed & vos nisi hoc sentiatis:tales eritis omnes qua-
lis Optatus in vestra communione vobis non ignorantibus fuit.Quod absit ab Emeriti mo-
ribus aliorũq; taliũ quales apud vos esse non dubito longe a factis illius alienos. Neq; eñ vo-
bis obiicimus:nisi schismatis crimen:quã etiã hæresim male perseuerãdo fecistis. Quanti au X
Numeri.16. tem diuino iudicio pendat hoc facinus:lege quod te legisse non ambigo. Inuenies Dathan &
Abiron:hiatu terræ deuoratos:cæterosq; oẽs q eis consenserant:igne de medio eorũ existente
consumptos.Illud ergo scelus ad exemplum deuitandũ dñs deus præsenti supplicio denota-
uit:vt cũ talibus patientissime parcit:quali vltimo iudicio reseruet ostenderet. Neq; eñ re
prehendimus rationes vestras:si eo tpe quo vesana potentia furere iactabat Optatus:cũ eius
accusatores:sed & totius Africæ gemitus congemiscentibus vobis:si tamẽ talis es:qualem te
prędicat fama:quod scit deus me & credere & velle.Non ergo reprehendim⁹ si eo tpe ne mul
tos secũ excõmunicatos traheret:& cõmunionẽ vestrã schismatis furore præcideret:eũ excõ-
municare noluistis. Sed hoc ipm est qđ vos arguit in iudicio dei:frater Emerite: quia cũ vi-
deretis tam magnũ malũ esse:diuidi partẽ Donati:vt Optatus potius in cõmunionem tole-
randus existimaretur:q̃ illud admitteret:permanetis in eo malo qđ in diuidenda eccl'ia Chri
sti a vestris maioribus perpetratũ est. Hic fortasse respondendi angustia tentabis defendere
Optatũ. Noli frater: noli obsecro:non te decet: etsi aliquẽ alium forte deceat: si tamen quicq̃
decet malos:Emeritũ certe non decet defendere Optatũ:sed fortasse nec accusare.Ita fit sane.
Vtere voce media & dic: Vnusquisq; sarcinã suã portat.Tu quis es q iudices seruũ alienum?
Ro.14. Si ergo ad testimoniũ totius Africæ:immo vero terrarũ omniũ quaq̃ versum Gildonis fa-
ma feruebat(Simul eñ & ille notus erat)non ausi estis vnq̃ de Optato iudicare:ne temere de
incognitis iudicaretis:nos tandẽ possumus aut debemus de his qui ante nos vixerunt: ad ve
strum tantũmodo testimoniũ temerariã de incognitis ferre sententiã:cũ parũ sit q vos igno
ta criminamini:nisi & nos ignota iudicemus? Non eñ Optatũ etiã si forte falsa periclitat iui
dia:sed te defendis cum dicis:Ignoro qualis ille fuerit.Quãtomagis ergo quales fuerint Afri
quos ignotiores arguis:orientalis orbis ignorat?A quibus tamen ecclesiis quarũ noia habes i
libris & recitas:nefaria dissensione disiungeris:si tã Vagadẽsem epm vestrum famosissimũ &
pessime diffamatũ: nõ dico Cæsariẽsis:sed Sitisensis collega eius eiusdẽq; tpis ignorabat:quo
modo traditores Afros quicunq; fuerint:ecclesia Corinthiorũ:Ephesiorũ:Colossensium:Phi
lippensium:Thessalonicensium:Antiochenoꝝ:Ponti:Galatiæ:Cappadociæ:cæterarumq; or
bis partiũ ab apostolis in Christo ædificatarũ:aut nosse potuit: aut damnari a vobis meruit:
quia nõ potuit:& tñ eis nõ cõmunicatis:& dicitis nõ esse christianos:& eos rebaptizare cona
mini.Quid dicã:quid querar:aut quid exclamem?Si cum homie cordato loquor:indignatio-
nis huius aculeos tecũ participo.Nã vides pfecto q̃ dicerẽ si vellẽ credere.An forte fecerũt in
ter se maiores vestri conciliũ & dãnauerunt pręter se totũ orbe christianũ?Ita ne ad hoc pdu-
cta est rerũ existimatio:vt cõciliũ:Maximianẽsiũ q de vestra præcisione præcisi sunt:quia vo-
bis comparati paucissimi sunt nõ valeat aduersus vos:& vestrũ cõciliũ valeat aduersus gen-
tes:hæreditatẽ Christi & possessionẽ eius terminos terrę?Miror si habet in corpore sanguinẽ
qui de hac re nõ erubescit. Rescribe ad ista quęso:A nonnullis enim quibus nõ potui non cre Y
dere:audiui te rescripturũ si tibi scriberẽ.Iam etiam pridem misi vnam epistolã:quã vtrũ acce
peris vel ei responderis: & forte ego tuã non acceperim: nescio. Nunc interim peto ad hęc re
spondere ne graueris:qđ tibi videt.Sed noli te in alias tollere quæstiones: Hinc eñ caput est
ordinatissimæ inquisitionis:cur schisma factũ sit.Nam & terrenæ potestates cũ schismaticos
Ro.13. persequunt:ea regula se defendũt:qua dicit apl's.Qui potestati resistit:dei ordinationi resistit
Qui aũt resistũt: ipi sibi iudiciũ acquirunt.Principes eñ non sunt timori bono operi sed ma-
lo.Vis aũt nõ timere potestatẽ?Bonũ fac & habebis laudem ex illa.Dei eñ minister est tibi in
bonũ.Q; si malũ feceris:time.Nõ eñ frustra gladiũ portat.Dei enim minister est: vindex in
irã ei qui malę agit. Tota igitur quęstio est:vtrum nihil mali sit schisma:aut vtrum schisma
non feceritis:vt p bono opere potestatibus resistatis non pro malo: vnde vobis acquiratis iu-
Matth.5. dicium.Propterea prouidentissime dominus non ait:Beati qui persecutionem patiũtur tan-

tum:sed addidit:propter iustitiam.Si ergo iustitia est quã operati estis in illa dissensione in q̃ etiã permanetis:sc̃dm ea q̃ supra dixi:nosse abs re cupio.Si aũt iniquitas est orbẽ christianum damnare inauditum:vel quia nõ audiuit quæ vos audistis:vel quia nõ ei probatum est quod temere credidistis:aut sine certo documento accusastis:& ideo rebaptizare velle tot ecclesias ipsius domini:cum hic adhuc esset in carne:& apostolorum eius prædicatione ac labore fundatas:quia vobis licet:aut nescire Afros collegas vestros malos simul viuentes:simul sacramẽta tractantes:aut etiam scire:sed tolerare ne pars Donati diuidatur:illis aũt in orbe remotissimo constitutis nõ licet nescire quod vos de Afris aut nostis:aut creditis:aut audistis:aut fingitis:quæ tanta est peruersitas amplecti suam iniquitatẽ: & potestatũ accusare seueritatem! At enim & malos christianos nõ licet persequi Esto non liceat: Sed nunquid hoc potestatib⁹ ad hoc ipsum ordinatis fas est obiicere!An aplm̃ delebimus!Aut nõ habẽt codices vestri quæ paulo añ cõmemoraui!Sed vos(inquies)talibus cõmunicare nõ debetis.Quid ergo! Vos Flauiano quondam vicario partis vestræ homini:quia legibus seruiens:nocẽtes quos inuenerat occidebat:nõ cõmunicastis!Sed a vobis(inqes)Romani principes aduersum nos prouocant Immo a vobis aduersum vos ip̃os:qui eccl̃iam cuius illi sicut tanto ante prędictum est: iã mẽbra sunt(De Christo enim dictum est:Et adorabunt eũ omnes terræ)& pręcisione laniare au sis estis:& rebaptizare pertinaciter audetis. Nostri aũt aduersus illicitas & priuatas vestrorũ violentias quas & vos ibi qui talia non facitis doletis & gemitis:a potestatib⁹ordinatis tuitionem petunt:non qua vos persequantur: sed q̃ se defendãt.Sicut apostolus Paulus aduersus iudæos coniurantes vt eum necarent anteq̃ esset Romanũ imperiũ christianum:egit vt sibi tuitio etiã armatorũ daret.Sed illi principes qualibet occasione cognoscẽtes vestri schismatis nefas:constituunt aduersus vos pro sua sollicitudine ac potestate q̃d volunt. Nõ eñ frustra gladium portant:dei eñ ministri sunt:vindices in iram in eos qui male agunt.Postremo etiam si aliqui nostrorũ nõ christiana moderatione ista faciunt:displicet nobis. Sed tamẽ non propter eos relinquimus catholicã ecclesiam:si eam ante vltimũ rẽpusventilationis palea purgare nõ possumus:qñ & vos propter Optatum:cum eum pellere nõ audebatis:partẽ Donati non reliquistis. At eñ quare nos adiũgi vobis vultis si scelerati sumus! Quia viuitis adhuc & corrigi potestis si velitis.Cum enim nobis coniungimini:hoc est ecclesiæ dei:hæreditati Christi: cuius possessio sũt termini terræ:vos corrigimini vt in radice viuatis. De ramis enim fractis sic ait Apostolus:Potens est eñ deus iterum inserere illos. Vos ergo mutamini ex ea parte q̃ dissentiebatis:q̃uis sacramenta q̃ habebatis cum eadẽ sint in omnib⁹:sancta sint. Quapropter vos mutari volumus a peruersitate:id est vt denuo radicet vestra præcisio. Nam sacramenta quæ non mutastis sicut habetis:approbantur a nobis:ne forte cum vestram prauitatem corrigere volumus:illis mysteriis Christi:quæ in vestra prauitate deprauata nõ sunt sacrilegã faciamus iniuriã. Neq; eñ & Saul deprauarat vnctionẽ quã acceperat:cui vnctioni tantũ honorẽ rex Dauid pius dei seruus exhibuit.Propterea ergo vos nõ rebaptizamus: qui radicem vobis reddere cupimus:formã tñ præcisi sarmenti si nõ mutata est approbamus. Quæ tñ q̃uis integra:nullo modo est sine radice fructuosa. Alia questio est de persecutionibus quas vos dicitis pati in tanta mansuetudine & lenitate nostrorũ:cũ vere illicite ac priuatim vestri faciãt grauiora.Alia de baptismate:q̃d nõ quærimus vbi sit:sed vbi prosit.Nam vbicunq; est ip̃m ẽ: sed non etiam ille qui hoc accipit vbicunq; est ipse est.Itaq; priuatã hominũ impietatẽ detestamur in schismate:baptismum vero Christi vbiq; veneramur: quia si desertores secum imperatoris signa traducant:illis vel damnatione punitis:vel indulgentia correctis: salua signa recipiunt si salua manserunt.Et si quid de hac re diligentius quærendũ est:alia est vt dixi questio Hoc eñ obseruandũ est in his rebus q̃d obseruat eccl̃ia dei. Queritur aũt vtrũ vestra: an nostra sit eccl̃ia dei.Quapropter illud querẽdum est:a capite cur schisma feceritis: Si nõ rescripseris ego apud deũ quãtũ credo facilẽ causam habeo:quia viro quem audiui excepto schismate bonum & liberaliter instructũ:pacificãtes l̃ras misi.Tu videris quid illi respondeas: cuius nunc laudanda patientia:in fine vero timenda sententia est. Si aũt rescripseris ea cura qua tibi scriptum vides:aderit mĩa dei:vt aliquãdo error qui nos dirimit:& amore pacis & ratione veritatis intereat.Memento q; de Rogatẽsibus non dixerim:qui vos Firmianos appellare dicũtur sicut nos Macharianos appellatis. Neq; de Rusicazẽsi ep̃o vestro:qui cũ Firmo pact⁹ perhibet incolumitatem suorum:vt ei portæ aperirentur:& in vastationem darẽtur catholici: & alia innumerabilia.Desine ergo locis communibus exaggerare facta hoĩm:vel audita vel cognita

Psal.71.

Actu.23.

Ro.11.

Vides em̄ q̄ de vestris taceā: vt de origine schismatis/vbi tota causa est/res agat. Dñs deus inspiret tibi cogitationē pacificā desyderabilis & dilecte frater.

Sancti Augustini: Fortunati: & Alipii ad Generosum: petētiū vt ad Donatistarū presbyterū qui epistolā ad eū dederat: hęc rescripta perferat: Eidēq̄ recitet quæ apud diuersos gesta sunt: vt ea audiens taceat: & veritati insidiari definat.

Epistola.CLXV.



Dilectissimo & honorabili fratri Generoso: Fortunat⁹: Alipius: Augustinus in dño salutē. Qm̄ nobis notā esse voluisti epistolā quā ad te Donatistarū presbyter dedit: q̄q̄ eā tu quoq̄ catholic⁹ aīo derideris: tñ vt ei potius si nō desperate desipit consulas: hęc ad eū rescripta petimus perferas. Ille em̄ ordinē christianitatis ciuitatis vestræ tibi vt insinuaret iussisse sibi angelum scribit: cū tu teneas christiamtatē nō ciuitatis tuæ tātum: nec Africæ vel Afrorū sed totius orbis terræ: quæ annūtiata est & annuntiat oīb⁹ gentib⁹ &
Vnde illis parū est quos præcisos esse non pudet: nec sibi subuenisit: vt cū possunt redeāt ad radicem: nisi etiam secū alios præcidere: & sicut ligna arida in ignē destinare conent. Quapropter si tibi ipe angelus astitisset quē sibi ille propter te astitisse (quantum arbitramur) astuta nouitate confingit: & hęc ipsa tibi dixisset: q̄ iste mandato illius tibi se insinuare dicit: oporteret te apostolicæ sentētiæ memorē fieri qui ait: Licet si nos aut angelus de cælo vobis euāgelizauerit preter id qd̄ euāgelizauimus vobis: anathema sit. Euāgelizatū est em̄ tibi per vocem ipius dñi Iesu Christi: q̄ oībus gentibus annūtiabit euāgeliū eius: & tūc finis erit. Euāgelizatū tibi est p̄ pphericas & aplicas lras: q̄ Abraæ dictæ sunt pmissiones & semini eius qd̄ ē Christus: cū ei diceret deus: In semine tuo bñdicent oēs gentes. Has ergo pmissiones tenenti: si tibi angelus de cælo diceret: Dimitte christianitatē oībis terræ & tene partē Donati: cuius ordo tibi exponit in epl'a epi tuę ciuitatis: anathema esse deberet: q̄a te a toto præcidere: & in partē cōtrudere conaret & alienare a pmissis dei. Si em̄ ordo eporum sibi succedentium cōsyderādus est: quāto certius & vere salubriter ab ipso Petro numeramus: cui totius eccl'ię figurā gerenti dñs ait: Sup hāc petrā ædificabo eccl'iam meā: & portę inferoꝝ nō vincēt eā. Petro enim successit Linus: Lino Clemēs: Clemēti Anacletus: Anacleto Euaristus: Euaristo Alexanders Alexādro Sixtus: Sixto Thelesphorus: Thelesphoro Igin⁹: Igino Anicetus: Aniceto Pius: Pio Soter: Soteri Eleutherius: Eleutherio Victor: Victori Zepherin⁹: Zepherino Calixt⁹: Calixto Vrbanus: Vrbano Pontianus: Pōtiano Antherus: Anthero Fabianus: Fabiano Corneli⁹: Cornelio Lucius: Lucio Stephanus: Stephano Sixtus: Sixto Dionysius: Dionysio Felix: Felici Euticianus: Euticiano Gaius: Gaio Marcellin⁹: Marcellino Marcellus: Marcello Eusebius: Eusebio Melciades: Melciadi Syluester: Syluestro Marcus: Marco Iulius: Iulio Liberius: Liberio Damasus: Damaso Siricius: Siricio Anastasius. In hoc ordine successionis nullus Donatista eps inuenit. Sed ex trāsuerso ex Africa ordinatū miserūt: q̄ paucis p̄sidēs Afris in vrbe Roma Mōtēsiū: vel Cuzupitaꝝ vocabulū ppagauit. In illū aūt ordinē eporum: q̄ ducit ab ipso Petro vsq̄ ad Anastasiū: q̄ nūc eādē cathedrā sedet: etiā si q̄s q̄ traditor p illa tpa subrepsisset: nihil præiudicaret eccl'iæ & innocētib⁹ christianis: Quib⁹ dñs puidēs ait de prepositis malis: Quę dicūt facite: q̄ aūt faciūt facere nolite: Dicūt em̄ & nō faciūt: Vt certa sit spes fidelis: q̄ nō in hoie / sed in dño collocata/nunq̄ tempestate sacrilegi schismatis dissipet: Sicut isti dissipati sunt q̄ legunt in codicibus sanctis: eccl'ias quibus apl'i scripserunt: & nullū in eis habent epm. Quid autē peruersius & insanius q̄ lectoribus easdē epl'as legentib⁹ dicere: Pax tecū: & ab earū ecclesiaꝝ pace separare: quib⁹ ipæ epl'æ scriptæ sunt! Tamē ne sibi etiā de Constantinensi: hoc est ciuitatis vestræ eporū ordine blandiat: recita illi gesta apud Numatiū Felicē Flauium procuratorē tunc eiusdē ciuitatis vestræ: Diocletiano octauo: & Maximiano septimo: Consulibus.xi.kl' Iunias: Quibus liquido constitit ita Paulū epm tradidisse: vt Syluanus tunc eius subdiaconus fuerit: & cum illo tradiderit proferens instrumenta dñica etiā quę diligēter fuerant occultata capitulatam argenteam: & lucernā argēteā: ita vt ei diceret Victor quidam: Mortuus fueras si nō illas inuenisses. Quē iste Syluan⁹ manifestissimum traditorem pro magno commemorat in epistola: qua scribit a Secundo Tigisitano primę sedis Episcopo episcopum tūc ordinatum. Quiescat ergo superba eorum lingua: & cognoscat crimina sua ne delyrans loquat aliena. Recita illi etiā si voluerit gesta ecclesiastica eiusdem Secundi Tigisitani in domo Vrbani Donati habita: vbi confessos traditores iudici deo dimisit Donatum masculitanum: Marinū

Margin notes: Gal.1. Gal.3. Gen.12. Matth.16. Matth.23. 9 A

ab aquis Cibilitanis: Donatū Calamēsem: cū quib⁹ confessis traditorib⁹ memoratū traditorē Syluanū eis ordinauit epm. Recita illi gesta apud Zenophilū consulatē: vbi Nūdinarius quidā diaconus iratus Syluano q ab eo fuerit excōmunicat⁹: hæc oīa iudiciis pdidit: q certis documentis & tespōsionibus testiū & recitatione gestorū & multarū eplārū luce clarius cōstite
B rūt. Multa sunt alia q̄ illi tecites: si nō cōtenriose agere: sed prudēter audire voluerit. Preces Donatistarū ad Cōstātinū: vt pper ipam cām iter Afros epos dirimendā iudices ex gallia epos mitteret. Literas etiā eiusdē imperatoris vbi epos misit ad vrbē Romā. Gesta quoq in vrbe Roma vbi ab epīs quos ille miserat causa cognita atq discussa ē. Itē q alias lras vbi declarat memoratus imperator eos apud se de collegarū suorū iudicio id est eporū quos ad vrbem Romā miserat fuisse conquestos: Vbi etiā alios epos voluit apud Arelatū iudicare: Vbi isti & ab ipsorū iudicio ad eūdē imperatorē appellauerūt: Vbi postremo causam inter partes ipē cognouit: vbi eos vehementissime detestat innocētia Cęciliani fuisse supatos. Quæ si voluerit: audiet & tacebit & desinet insidiari veritati: Q̄q̄ nos nō tā de istis documētis psumamus: q̄ de scripturis sanctis vbi hæreditas Christi vsq ad terminos terræ pmissa est in omnib⁹ gentib⁹: vnde isti nefario schismate separati: iactāt crimina in paleā messis dnīcæ. Quæ necesse est vsq ad finē permixta toleret: donec vltimo iudicio tota area ventilet. Vñ manifestū est ista crimina seu vera seu falsa nō ptinere ad frumēta dnīca: q p totū agrū: id est istū mundū: vsq in finē sæculi oportet crescere: sicut nō falsus angelus in huius errore: sed dns in euāgelio loquitur. Ideoq in christianos innocētes q pet totū orbē malis christianis tanq paleę suę vel zizaniis permixti sunt: multa falsa crimina & vana iactātib⁹ his miseris Donatistis merito deus teddidit vt Maximianistas apd Carthaginē schismaticos suos Primiani dānatores extra Primianū baptizatores: post Primianū rebaptizatores: vniuersali cōcilio suo dānauerint: vt ex eorū numero post nō paruū tps quosdā in honoribus epatus sui: Felicianū Musticanū & Pretextatū Af
C suritanū cogente Optato Gildomano susciperent cū oib⁹ quos dānati extra baptizauerūt. Q̄ si ab eis quos ore pprio tanq sceleratos & sacrilegos dammauerūt: & quos illis primis schismaticis quos viuos terra obruit cōpararūt: nō maculant: cū eis rursus in honore suo receptis cōmunicant: euigilent aliqñ: cogitēt quāta cæcitate & quāta insania dicāt orbē terrarum ignotis Afrorū criminibus esse maculatū: & hæreditatē Christi q̄ pmissa exhibita est in oib⁹ gētibus: pctis Afrorū p cōtagionē cōmunicatiōis fuisse deletā: qñ se nolūt deletos & maculatos videri dū eis cōicant quorū crimina cognita iudicarūt. Quapropter cū Paulus apls itē q dicat Quia ipē sathanas trāsfigurat se in angelū lucis: vñ nō eēt mirū: si ministri ei⁹ trāsfigurāt se sicut ministros iustitiæ: Si vere iste aliquē angelū vidit erroris nuntiū: & de vnitate catholica christianos separare cupiētē: ipē passus est angelū sathanę trāsfigurantē se velut angelū lucis. Si aūt mentit & nihil tale vidit: ipē est minister sathanæ: transfigurans se velut ministrū iustitiæ. Et tñ ista oīa cōsyderās si nimiū puersus & pertinax esse noluerit: potuerit ab omni vel aliena vel ppria seductiōe liberari. Nos em̄ p occasionē tuā sine aliquo odio cōuenim⁹: hoc circa eū seruātes qd apls dicit: Seruū aūt dnī litigare nō oportet: sed mitē esse ad oēs: docibilem patientē: in modestia corripientē diuersa sentiētes: ne forte det illis de⁹ pniam ad cognoscēdā veritatē: & resipiscāt de diaboli laqueis captiuati ab ipō in ipsius volūtate. Si ergo aliqd asperę diximus: nō ad amaritudinē dissensionis: sed ad correctionem dilectionis valere cognoscat. Incolumis viuas in Christo dilectissime & honorabilis fratet. 2.Cor.11.

Sancti Augustini epī catholici ad Donatistas: causas pter quas catholici ab eis odio habentur refellentis ac cōfutātis: eosq ad amorē charitatis & vnitatis inuitantis: Demonstrantis præterea: q vbi in scripturis Christus agnoscit: ibi etiam ecclesia agnoscatur.

Epistola.CLXVI.

D 
Vgustinus eps catholicus: Donatistis. Charitas Christi: cui omnem hoiem quātū ad nram pertinet volūtatē lucrari volum⁹: tacere nos nō pmittit. Si pp terea nos odistis: qa pacē vobis catholicā prędicamus: nos dno seruimus dicēti: Bri pacifici qm ipi filii dei vocabunt. Et in psalmo scriptū est: Cū his qui oderūt pacē erā pacific⁹: cū loquebar eis debellabāt me gratis. Propterea mādauerunt nobis quidā presbyteri partis vræ dicētes: Recedite a plebibus nostris: si nō vultis vt interficiamus vos. Quāto iustius eis nos dicimus: immo vos nō recedite: sed accedite pacati ad plebes non nras: sed illius cuius oēs sumus Aut si non vultis & impacati estis: vos potius recedite a plebibus pro quibus Christus suum 2.Retra.4 o Matth.5. Psal.119.

sanguinē fudit.Quas ideo vultis vestras facere ne Christi sint:q̄uis eas sub eius noīe posside-
re conemini:tanq̄ si seruus furet̄ oues de grege dn̄i sui: & quęcūq; ex illis natæ fuerint chara
cterē dn̄i sui eis infigat:ne furtū eius possit agnosci. Sic eñ fecerunt maiores vestri:sepataue-
runt ab ecclesia Christi populos habentes baptismū Christi: & quicunq; illis accreuerunt:ba-
ptismo Christi eos rebaptizauerūt.Sed dn̄s & fures punit si nō se correxerint: & oues ab erro-
re reuocat ad gregē:nec in eis suū exterminat characterē.Dicitis nos traditores: Q d̄ nec ma
iores vestri in maiores nostros potuerunt:nec vos in nos probare vllo modo poteritis. Quid
vobis vultis faciamus: qui quādo vobis dicimus vt causam nostrā & vestrā patienter audia-
tis:non nostis nisi superbire & insanire.Nā vtiq; ostenderemus vobis:q̄a potius illi traditores
fuerunt qui Cæcilianum & socios eius quasi traditionis crimine damnauerunt: & dicitis:Re
cedite a plebibus vestris quas docetis vt vobis credant & Christo nō credant. Vos eñ eis di-
citis propter traditores:quos non ostenditis:remāsisse ecclesiam Christi in sola Africa partis
Donati:quod non de lege:nō de propheta:nō de psalmo:nō de aplo:nō de euāgelio: sed de cor
Lucæ.24. de vso & de parentū vestrorū calūniis recitatis.Christus aūt dicit:Prædicare in noīe suo poe-
nitentiā & remissionē pctōrū per oēs gentes:incipientib⁹ ab Hierusalē.Cui ecclīæ ex ore Chri
sti manifestatæ:vos non cōicatis: & alios in vestrā perditionem trahentes: liberari non vultis.
Si aūt ideo vobis displicemus quia per imperatorū iussiones ad vnitatē cogimini:hoc vos feci E
stis:quia vbicūq; vellemus prędicare veritatē:vt eā quisq; securus audiret & volens eligeret:
nūq̄ permisistis per violentias & terrores vestros.Nolite stridere: & perturbare aīas vr̄as:pati
enter si fieri potest cōsyderate quod dicimus: & recolite facta circūcellionū vestrorū: & cleri-
corū qui duces eorū semper fuerūt: & videbitis quæ causa vobis hoc excitauerit. Vnde iniu-
ste queri mini:quia vobis omnia ista vt iuberentur coegistis.Nam vt longe præterita & mul-
ta nō reperam⁹:saltē recentia facta vestra cogitate: Marcus presbyter Casphalianensis a nemie
coactus: p̄pria voluntate catholicus factus est:quare illū vestri persecuti sunt & pene occidis-
sent:nisi dei manus per homines supuenientes violentias eo₄ compressisset Restitutus Victo
rianensis ad catholicā nullo cogente se transtulit:quare raptus est de domo sua:cęsus:in aqua
volutatus:burda vestitus: & nescio quot dies in captiuitate retentus est:nec libertati proprię
fortasse restitutus esset:nisi iā pene p̄pter ipsam causam Proculianus sibi exhibitionē videret
imminere.Marcianus Vrgensis catholicā vnitatē p̄pria voluntate delegit:quare subdiaconū
eius cū ipse fugisset prope vsq; ad mortē cæsum:clerici vestri lapidibus obruerunt:quorū do-
mus pro suo scelere euersæ sunt.Quid amplius dicamus! Modo Præconē misistis qui clama-
ret Siniti:quisquis Maximiano cōmunicauerit:incendet̄ domus eius:qui anteq̄ ipse ad catho
licā conuersus esset & nondū de transmarinis remeasset: ad quid aliud presbyterū Siniti mi-
seramus:nisi vt nulli molestus nostros visitaret & in domo iuris sui positus pacem catholicā
volētib⁹ prędicaret:quem vos inde cum graui iniuria proiecistis! Quid aliud agebamus:quā
do vnus uostrum Calamēsis episcopus Possidius ibat ad fundum Figulinēsem: nisi vt nostri
q̄uis pauci q illic erant visitarent̄: & audito verbo dei ad vnitatē Christi qui vellēt conuerte-
rentur! Cui ambulanti viā suā:latronū more insidiati sunt: & quia in eorū insidias cadere nō
potuit:eū aperta violentia in fundo Liuetensi pene viuū cum domo quo fugerat incenderant
nisi tertio suppositas flammas coloni eiusdem fundi propter periculum suæ salutis extingue
rent: Et tamen cum Crispinus propter hoc factum in proconsulari iudicio conuinceretur hę
reticus:eiusdem episcopi Possidii intercessu decem libras auri non est exactus. Cuius beniuo
lentiæ & mansuetudini ingratus:ad imperatores catholicos ausus est appellare: Vnde hāc in
vos iram dei de qua murmuratis:multo importunius & vehementius prouocauit. Videtis
quia vos contra pacē Christi violēter insurgitis: & patimini non pro ipō:sed pro iniquitatib⁹
vestris.Quæ est ista dementia:vt cum male viuitis:latronum facta faciatis: & cum iure puni
mini:gloriam martyrum requiratis! Si ergo vos priuata vestra audacia tam violenter cogi F
tis homines:aut ire in errorē:aut permanere in errore:quātomagis nos debemus per ordina-
tissimas potestates:quas deus secundū suā prophetiā subdidit Christo:resistere furoribus ve
stris:vt miseræ animæ de vestra dominatione liberatæ eruantur de vetustissima falsitate & as
suescant in apertissima veritate.Nam quos a nobis nolentes dicitis cogi:multi etiam se cogi
volunt:quod nobis antea & postea confitentur:vt vel sic euadant oppressiones vestras: & ta-
men quid est melius proferre veras imperatorum iussiones pro vnitate:an falsas indulgētias
propter peruersitatem:quod vos fecistis: & mendacio vestro subito totam Africam implestis!

In quo facto nihil aliud oſtẽdiſtis niſi partem Donati ſemper de mendacio pręſumentẽ: omni
vento iactari & circũferri:ſicut ſcriptum eſt:Qui fidit in falſis hic paſcit vẽtos.Sicut enĩ vera Prouer.10.
fuit iſta indulgẽtia:ſic vera ſunt crimina Cęciliani:& traditio Felicis Aptungenſis ꝑ quẽ or-
dinatus eſt:& quicquid aliud cõtra catholicos dicere cõſueſtis:vt a pace eccleſię Chriſti infe-
lices ſeparetis & infeliciter ſeparemini. De nulla quidẽ nos hoĩs poteſtate pręſumimus: q̃uis
vtiq; multo ſit honeſtius pſumere de imꝑatoribꝰ q̃ pſumere de circũcellionibꝰ:pſumere de le
gibus:q̃ pſumere de ſeditionibꝰ.Sed meminimus ſcriptũ eſſe:Maledictꝰ oĩs q ſpẽ ſuã ponit in Hiere.17.
hoĩem. Vnde ergo pſumimus:ſi vultis noſſe:illũ cogitate:de quo ꝓpheta ꝓnuntiauit dicens: Pſal.71.
Adorabũt eũ oẽs reges terræ:oẽs gẽtes ſeruiẽt illi. Et ideo hac eccleſię poteſtate vtimur: quã
ei dñs & promiſit & dedit.Imperatores enĩ ſi in errore eſſent:qđ abſit: ꝓ errore ſuo cõtra ve- 11.q.3. impe-
ritatem leges darẽt ꝑ quas iuſti & ꝓbarentur & coronarẽtur non faciẽdo qđ illi iuberent:quia ratores.
deus ꝓhiberet.Sicut iuſſerat Nabuchodonoſor:vt aurea ſtatua adoraretꝰ:qđ qui facere nolue Daniel.3.
rũt:deo talia prohibẽti placuerũt. Quãdo aũt imꝑatores veritatẽ tenẽt:ꝓ ipſa veritate cõ-
tra errorẽ iubẽt.Quod quiſquis contẽpſerit:ipſe ſibi iudiciũ acqrit.Nã inter hoĩes pœnas lu
it:& apud deum frontem nõ habebit q hoc facere noluit:qđ ei per cor regis ipſa veritas iuſſit
Sicut ipſe Nabuchodonoſor poſtea miraculo ſalutis triũ puerorũ cõmotus atq; mutatus: ꝓ Vbi ſupra.
veritate cõtra errorẽ edictũ propoſuit:vt quicũq; blaſphemarẽt deum Sidrac/Miſac/& Abde
nago:in interitum irent:& domus eorum in diſperſionem:Et non vultis vt tale aliquid con-
tra vos iubeant imperatores Chriſtiani:cum ſciant a vobis in eis quos rebaptizatis Chriſtũ
exufflari.Si iuſſiones regum non pertinent ad prædicandam religionem & ſacrilegia prohi-
benda:quare ad edictum regis talia iubẽtis etiam ipſi vos ſignatis? An ignoratis verba regis
eſſe:Regi Nabuchodonoſor oſtendi ſigna & oſtenta: quæ fecit mihi dominus deus excelſus:
Placuit mihi in conſpectu meo annuntiare:q̃ magnũ & potens ſit regnum eius: regnũ ſempi-
ternum & poteſtas eius in ſecula ſæculorũ? An cum hoc audieritis:non rñdetis amen?Et hoc
dicto clara voce ad edictum regis vos in ſancta ſolennitate ſignatis? Sed modo quia nihil ali-
ud imperatores poteſtis:nobis inde vultis facere inuidiam.Si autẽ aliquid poſſetis:quanta fa
G ceretis:qñ nihil poteſtis & nõ ceſſatis? Scitote ꝙ primi maiores veſtri cauſam Cęciliani ad
imperatorem Conſtantinum detulerunt.Exigite hoc a nobis:probemus vobis: et ſi non pro-
bauerimus:facite de nobis quicquid potueritis.Sed quia Cõſtantinus non eſt auſus de cauſa
epiſcopi iudicare:eam diſcutiendã atq; finiendã epiſcopis delegauit. Quod & factũ eſt in vr-
be Roma præſidente Melciade epiſcopo illius eccleſiæ cum multis collegis ſuis.Qui cum Cę
cilianũ innocentẽ pronuntiaſſent:& Donatũ qui ſchiſma Carthagini fecerat:ſententia ꝑcuſ-
ſiſſent:iterũ veſtri ad imperatorẽ venerunt:de iudicio epiſcoporum in quo victi fuerant mur
murarunt.Quomodo enim poteſt malus litigator laudare iudices:quibus iudicantibus vi-
ctus eſt? Iterũ tamen clementiſſimus imꝑator alios iudices epõs dedit apud Arelatũ Galliæ
ciuitatẽ:& ab ipſis veſtri ad ipſum imperatorẽ appellarunt:donec etiam ipſe cauſam cogno-
ſceret:& Cęcilianũ innocentẽ:illos calumnioſos pronuntiaret.Nec ſic toties victi quieuerũt:
ſed de Felice Aptungitano per quem Cęcilianus fuerat ordinatus/quotidianis interpellatio-
nibꝰ ipſi imperatori tædiũ fecerũt:dicentes eũ eſſe traditorẽ: Et ideo Cęcilianum epiſcopum
eſſe nõ poſſe ꝙ a traditore fuerit ordinatus:donec & ipſe Felix iuſſu imperatoris cauſa cogni
ta ab Heliano proconſule innocens probaretur. Tunc Conſtantinus prior contra partem do
nati ſeueriſſimã legem dedit. Hunc imitati filii eius talia pręceperunt.Quibus ſuccedẽs Iu
lianus deſertor Chriſti & inimicus: ſupplicantibus veſtris: Rogatiano & Pontio libertatem
perditionis parti Donati permiſit.Deniq; tunc reddidit Baſilicas hæreticis:quãdo tẽpla dæ
moniis:eo modo putans Chriſtianũ nomen poſſe perire de terris:ſi vnitati eccleſię de qua la-
pſus fuerat inuideret:& ſacrilegas diſſenſiões liberas eſſe ꝑmitteret.Hæc erat eius prędican-
da iuſtitia:quã ſupplicantes Rogatianus & Pontius laudauerunt dicẽtes homini apoſtatę:ꝙ
apud eũ ſola iuſtitia haberet locum. Huic ſucceſſit Iouinianus: qui quĩ cito mortuꝰ eſt: nihil
de rebus talibus iuſſit.Deinde Valentinianus:legite quæ cõtra vos iuſſerit. Inde Gratianus
& Theodoſius:legite quando vultis quæ de vobis conſtituerint.Quid ergo de filiis Theodo
ſii miramini:quaſi aliud in hac cauſa ſequi debuerunt:q̃ Conſtantini iudiciũ per tot Chriſti
H anos imperatores firmiſſime cuſtoditũ? Ad Cõſtantinũ autẽ (ſicut diximus) ſic vobis quan-
do vultis ſi cauſam ignoratis oſtendemus:maiores veſtri cauſam Cęciliani vltro detulerunt
Defunctus eſt Conſtantinus:ſed iudicium Conſtantini cõtra vos viuit:quoniã veſtri cauſam

miserunt:apud quê iudices episcopos reprehenderunt:ad quê iudicibus episcopis appellaue runt:qm tædiosissime de Felice Aptungitano interpellauerût: a quo toties conuicti & confu si redierunt:&,a pernitie furoris & animositatis suæ nõ recesserût: eamq; vobis posteris suis hæreditariã reliquerût:vt tam impudenter de iussionibus Christianorũ imperatorum facia tis inuidiã:cũ si vobis liceret:nõ quidê iam Cõstantinũ Christianũ:quia veritati fauit:cõtra nos interpellaretis:sed apostatam Iulianũ ab inferis excitaretis:quasi vero si aliquid tale con tingeret:esset magnũ malũ nisi vobis.Quæ est enim peior mors animę q̃ libertas erroris?Sed iam tollamus ista omnia de medio:amemus pacê:quã omnis doctus & indoctus intelligit prę ponendã esse discordię:diligamus & teneam⁹ vnitatê.Hoc iubêt imperatores: quod iubet & Christus:quia cum bonum iubent:per illos non iubet nisi Christus. Et nos etiam per Aposto

i.Corin.i. lum obsecrat:vt idipsum dicamus omnes:& non sint in nobis schismata:neq; dicamus: Ego quidê sum Pauli: ego aũt Apollo: ego vero Cephe:ego autê Christi:sed simul omnes nõ sim⁹ nisi Christi:qa nec diuisus est Christus.Nec Paulus crucifixus p nobis:quãto minus Dona tus?nec in nomine Pauli baptizati sumus:quantominus in Donati? Hoc dicunt & impera tores:qa Christiani catholici sunt:non idolorũ serui sicut vester Iulianus.Non hęretici sicut quidã fuerunt:& ecclesiã catholicã persecuti sunt:quando veri Christiani nõ pro hęretico er rore poenas iustissimas sicut vos:sed pro catholica veritate passiones gloriosissimas pertule runt. Attendite q̃ manifestissima veritate per cor regis quod in manu dei est: ipse deus dixe I rit in ista ipsa lege quam cõtra vos prolatã dicitis.Est autem si intelligatis prolata pro vobis. Attendite quid habeant verba principis.Nam si in eis qui primo initiari sunt idcirco religio baptismatis iudicatur infirmaxq; hi a quibus accipitur peccatores putentur:toties renouari necesse erit traditũ sacramentũ:quoties indignus fuerit inuentus collati baptismatis admini strator:& fides nostra nõ ex nostræ voluntatis arbitrio:neq; ex diuini muneris gratia: sed ex meritis sacerdotũ & clericorum qualitate pendebit. Faciant mille concilia episcopi vestri: huic vni sententiæ respondeant: & ad quod volueritis consentimus vobis. Videte enim q̃ peruerse & impie dicaẽ:quod dicere soletis:quia si bonus sit homo: ipse sãctificat eum quê ba ptizat:si autê malus sit & nesciat ille qui baptizatur:tũc deus sanctificat.Hoc si verũ est: opera re ergo debêt homines vtq; a malis ignoratis baptizenẽ:potius q̃ a notis bonis: vt magis a deo q̃ ab homine possint sanctificari.Sed absit a nobis ista dementia. Quare ergo nõ verũ dicim⁹ & recte sapimus:quia semper dei est illa gratia & dei sacramentum:hominis autê solum mini sterium:qui si bonus est:adhæreret deo & operatur cum deo:si autem malus est: operatur p illum deus visibilem sacramenti formam:ipse autê donat inuisibilem gratiam. Hoc sapiam⁹ K oẽs:& non sint in nobis schismata.Concordate nobiscũ fratres:diligimus vos:hoc vobis volu mus quod & nobis. Si propterea nos grauius odistis: quia errare vos & perire non permit

23.q.6.qd er rauerat. timus:hoc deo dicite quem timemus:minantẽ malis pastoribus & dicentẽ: Quod errauerat non reuocastis:& qd perierat non inquisistis. Hoc vobis p nos deus ipse facit: siue obsecrando

Ezechie.34. siue minando:siue corripiendo:siue damnis:siue laboribus:siue per suas occultas admonitio nes vel visitationes:siue per potestatum tẽporaliũ leges.Intelligite quid vobiscũ agatur: peri re vos non vult deus in sacrilega discordia alienatos a matre vestra catholica. Nihil in nos aliquando probare potuistis:vestri episcopi conuenti a nobis:nunq̃ nobiscũ pacifice conferre voluerunt:quasi fugientes cum peccatoribus loqui. Quis ferat istam superbiam?quasi Pau lus apostolus nõ contulerit cũ peccatoribus & cum valde sacrilegis?Legite actus aplorũ: & vi dete:quasi ipse dñs non cum Iudæis a quibus crucifixus est sermones de lege habuerit:eisq; cõ gruenter responderit? Postremo diabolus est primus omniũ peccatorũ:qui conuerti ad iusti tiam nunq̃ poterit:& tñ nec ipse dñs de lege dedignatus est ei respõdere:vt intelligatis istos ideo nobiscũ nolle cõferre:quia causam suam perditã norunt. Nos ignoramus quid aduer L sus ipsos hoies iactãt q calũniosis dissensiõibus gaudẽt.In scripturis didicim⁹ Christũ:in scri pturis didicim⁹ ecclesiã.Has scripturas cõiter habem⁹:quare nõ in eis & Christũ & ecclesiã

Gal.3. cõiter retinem⁹?Nos vbi agnouim⁹ eũ de quo dicit aplus:Abrahæ dictę sunt pmissiões & se mini ei⁹.Nõ dicit & seminib⁹:tanq̃ in multis:sed tanq̃ in vno:& semini tuo: qd est Christus.

Gen.22. Ibi agnouim⁹ ecclesiã: de qua dicit deus ad Abraam:In semine tuo benedicenẽ oẽs gẽtes. vbi

Psal.2. agnouim⁹ Christũ in psalmo de eo pphetantẽ:Dñs dixit ad me fili⁹ me⁹ es tu ego hodie ge nui te.Ibi agnouim⁹ ecclesiã in eo qd sequtur:Postula a me & dabo tibi gẽtes hęreditatẽ tuã &

Psal.49. possessionẽ tuos terminos terrę. Vbi agnoscim⁹ Christũ in eo qd scriptũ est:De⁹ deorũ dñs

locutꝰ eſt.Ibi agnouimꝰ & eccleſiã in eo qđ ſequit̃:Et vocauit terrã a ſolis ortu vſq; ad occaſũ.
Vbi agnouimus Chriſtũ in eo qđ ſcriptũ:Et ipſe tanq̃ ſponſus pcedẽs de thalamo ſuo: exul- Pſal.18.
tauit vt gigas ad currendã viã.Ibi agnouimꝰ eccleſiã in eo qđ paulo ſuperius dicitur: In oẽm
terrã exiuit ſonus eoꝝ:& in fines orbis terræ verba eoꝝ: In ſole poſuit tabernaculũ ſuum: Ip-
ſa eſt eccleſia in ſole poſita:hoc eſt in manifeſtatione oĩbus nota vſq; ad terminos terræ. Vbi
agnouimus Chriſtũ in eo qđ ſcriptũ eſt:Foderũt manus meas & pedes meos:dinumerauerũt Pſal.21.
oĩa oſſa mea:Ipſi vero cõſyderauerũt & aſpexerunt me:& diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: &
ſuper veſtimentũ meum miſerunt ſortem. Ibi agnouimus & eccleſiã in eo quod paulo poſt in
pſalmo ipſo dicit̃:Cõmemorabunt̃ & cõuerrent̃ ad dñm vniuerſę fines terrę:Et adorabũt in
conſpectu eius vniuerſæ patriæ gentium:Quoniã dñi eſt regnũ & ipſe dominabitur gẽtium.
Vbi agnouimus Chriſtum in eo qđ ſcriptũ eſt: Exaltare ſuper cælos deos. Ibi agnouimus & Pſal.106.
eccleſiam in eo qđ ſequitur:Et ſup oẽm terrã gloria tua. Vbi agnouimus Chriſtũ in eo qđ
ſcriptũ eſt:Deus iudicium tuum regi da:& iuſtitiam tuam filio regis.Ibi agnouimus & eccle- Pſal.71.
ſiam in eo qđ pſalmo ipſo dicitur:Et dñabitur a mari vſq; ad mare:& a flumine vſq; ad termi
nos orbis terrarũ.Corã illo procidẽt Aethiopes & inimici eius terrã lingẽt:Reges Tharſis &
inſulę munera offerent: reges Arabũ & Saba dona adducẽt:Et adorabũt eũ oẽs reges terræ:
oẽs gentes ſeruiẽt illi. Vbi agnouimus Chriſtũ in eo qđ ſcriptũ eſt:Lapidẽ de monte ſine ma- Danielis.2.
nibus præciſum fregiſſe oĩa regna terraꝝ:vtiq; illa q̃ de culturis dæmonũ pſumebãt.Ibi agno
uimꝰ & eccleſiã in eo qđ dictũ eſt:Lapidẽ ipm̃ creuiſſe: & factũ mõtẽ magnũ & repleuiſſe oẽm
terrã. Vbi agnouimus Chriſtũ in eo qđ ſcriptũ eſt: Præualebit dñs aduerſus eos: & extermi-
nabit oẽs deos gentiũ terrę.Ibi agnouimus & eccleſiã in eo qđ illic ſequit̃: Et adorabunt in cõ
ſpectu eius vnuſquiſq; de loco ſuo oẽs inſulę gentiũ. Vbi agnouimus Chriſtũ in eo qđ ſcriptũ
eſt:Deus ab Africo veniet & ſanctus de mõte vmbroſo:operiet cælos virtꝰ eiꝰ.Ibi agnouimꝰ Abachuc.3.
eccleſiã in eo qđ ſequit̃:Et laudis eiꝰ plena eſt terra.Ab Africo eñ poſita eſt Hierl'm:Sicut le-
gitur in libro Ieſu naue:vnde nomẽ Chriſti diffuſum eſt:& ibi eſt mõs vmbroſus:mõs oliueti Ieſue.18.
vnde aſcẽdit in cælũ ſi cooperiret cælos virtꝰ eiꝰ: & impleret̃ eccleſia per omnẽ terrã laudis
eius. Vbi agnouimꝰ Chriſtum in eo qđ ſcriptũ eſt:Sicut ouis ad immolandũ ductus eſt:& ſi Eſa.53.
cut agnus corã tondẽte ſe fuit ſine voce:ſic nõ aperuit os ſuũ.& cætera q̃ illic de eius paſſione
dicunt̃.Ibi agnouimus & eccleſiã in eo qđ illic dicit̃:Lætare ſterilis quæ nõ paris: erũpe & ex- Eſa.54.
clama quæ non parturis:qm̃ multi filii deſertę magis q̃ eius quæ habet virum.Dixit eñ dñs:
Dilata locum tabernaculi tui & aulas tuas confige:non eſt quod parcas:Porrige longius fu-
niculos:& palos validos confirma : etiam atq; etiam in dexteram atq; ſiniſtram extende. Se-
men enim tuum hæreditabit gentes: & ciuitates quę deſertæ erant inhabitabis: Non eſt qđ
metuas: præualebis enim: nec erubeſcas ꝙ deteſtabilis fueris.Confuſionem enim in perpetu-
um obliuiſceris: ignominiæ non eris memor: quoniam ego ſum dominus qui feci te: : domi-
nus nomen ei: Et qui eruit te: ipſe deus iſrael vniuerſæ terrę vocabitur. Non nouimus quid
M de traditoribꝰ dicatis:quos nunq̃ conuincere:nunq̃ oſtẽdere potuiſtis. Non dico quia veſtri
potius in tali crimine detecti & cõfeſſi manifeſtant̃. Quid ad nos pertinet de ſarcinis alienis:
niſi vt quos poſſumus corrigamus vel correptione vel quacũq; diſciplina in ſpũ manſuetudi
nis & diligentia charitatis?Quos aũt corrigere nõ valemꝰ:etiã ſi neceſſitas cogit pro ſalute
cæteroꝝ vt dei ſacramenta nobiſcũ cõmunicẽt: peccatis tamen eorũ nõ cõmunicemꝰ; qđ nõ
fit niſi cõſentiendo & fauẽdo.Sic eos in iſto mũdo in quo eccleſia catholica p oẽs gẽtes diffun-
ditur:quẽ agrũ ſuũ dñs dicit:tanq̃ zizania inter triticũ:vel in hac vnitatis area tanq̃ paleam
permixtã frumẽto:vel intra retia verbi & ſacramẽti tanq̃ malos piſces cũ bonis incluſos vſq;
ad tẽpus meſſis aut ventilatiõis aut littoris toleramꝰ: ne ppter illos eradicemꝰ & triticũ: aut
grana nuda ante tempus de area ſeparata non in horreũ mittenda purgemus:ſed volatilibus
colligenda proiiciamus:aut diruptis per ſchiſmata retibus:dum quaſi malos piſces cauemꝰ:
in mare pernitioſæ libertatis exeamus.Propter hoc eñ his atq; aliis ſilitudinibꝰ dñs ſeruorũ
ſuoꝝ tolerantiã cõfirmauit:ne dũ ſe boni putãt maloꝝ pmixtiõe culpari:p humanas & teme
rarias diſſenſiões aut paruulos perdãt aut paruuli pereant.Qđ vſq; adeo cæleſtis magiſter ca
uendũ præmonuit:vt etiã de prępoſitis malis plebem ſecurã faceret:ne propter illos doctri-
næ ſalutaris cathedra deſereret̃:in qua cogunt̃ etiã mali bona dicere.Neq; enim ſua ſunt quę
dicunt ſed dei:qui in cathedra vnitatis doctrinam poſuit veritatis. Proinde ille verax & ip-
ſe veritas de prępoſitis ſua mala facientibus: & dei dona dicentibus:ait: Quæ dicunt facite: Mat.23.

quę aut faciūt facere nolite: Dicūt eñ & nō faciūt. Nō vt ip̄ diceret: Quę faciūt: facere nolite: nisi manifestasset mala q̄ faciūt. Nō ergo pp̄ter malos in mala dissensiōe pergam⁹: quis vsos maiores nō execratores maloꝝ: sed accusatores innocētiū fuisse: si velitis possimus ostēdere. Sed quicūq̄ illi & qualescūq̄ fuerint: portāt sarcinas suas. Ecce scripturę cōes: ecce vbi nouimus Christū: ecce vbi nouim⁹ ecclesiā. Si Christū ipsū tenetis: ipsam eclesiā quare nō tenetis? Si in ipsū Christū quē legitis & nō videtis: tñ pp̄ter veritatē scripturaꝝ creditis: quare ecclesiā negatis: quā & legitis & videtis? Hęc vobis dicēdo & ad hoc bonū pacis & vnitatis & charitatis cōpellendo: inimici vobis facti sumus: & mādatis q̄a occiditis nos q̄ veritatē vobis dicimus: & in errore vos perire quantum possumus: non permittemus. Vindicet nos deus de vobis: vt ipsum errorē vestrū in vobis occidat: & nobiscum de veritate gaudeatis.

Sancti Augustini ad Festū: vt Christianę veritatis assertores illā cōstanter manifestent suadētis: & Donatistas de p̄secutiōe quā p̄inigtate sua patiunt: nō solū gloriātis: verū etiā honorē martyrū q̄rentes: cū eoꝝ errorib⁹ ac p̄tinacia condemnantis. Significantis quoq̄ homines qui in regione Hipponensi sunt: adhuc esse Donatistas: nec apud eos literas suas quicq̄ valuisse. Epistola.CLXVII.



Domino dilectissimo & honorabili ac suscipiēdo filio Festo: Augustinus in dño salutē. Si p̄ errore hoīes & dānabili dissensiōe & cōuicta modis oībus falsitate tāta p̄sumūt: vt eoꝝ salutē reqrenti catholicę ecclesiæ tā audacter insidiari minariq̄ nō cessent: quātomagis æquū est: & oportet eos q̄ pacis & vnitatis Christianæ asserūt veritatē: oīb⁹ etiā dissimulātib⁹ & cohibētibus manifestā satagare instāter atq̄ impigre: non solū p̄ eoꝝ munimine q̄ iā catholici sunt: verūetiā p̄ eoꝝ correctione q̄ nōdū sūt. Nā si p̄tinacia insupabiles vires hr̄e conat: quātas decet hr̄e cōstantiā q̄ in eo bono q̄d p̄seueranter atq̄ infatigabiliter agit: & deo placere se nouit: & p̄culdubio nō pōt holb⁹ prudētib⁹ displicere. Quid aūt infelicius atq̄ puersi⁹: sicut Donatistę faciūt: q̄ se p̄secutionē p̄peti glorianť: q̄ de coertiōe iniq̄tatis suę: nō solū nescire cōfundi: sed etiā velle laudari: ignorātes cæcitate mirabili: vł aīositate dānabili se scire dissimulātes q̄ martyres veros nō faciat pœna sed causa? Et hoc q̄dē aduersus eos dicerē: quos sola caligo hęretici erroris inuolueret: p̄ quo sacrilegio pœnas dignissimas luerēt: nectñ vlla quēq̄ violēta insana lędere auderēt. Aduersus aūt istos q̄d dicā: quoꝝ tā p̄niciosa puersitas: vel dānoꝝ terrore coercet: vel docet exilio: q̄ vbiq̄ diffusa sit ecclesia sicut futura p̄dicta est: quā maluit oppugnare q̄ agnoscere? Et si ea q̄ misericor dissimā disciplinā patiunt: cōpenť eis factis q̄ furiosa temeritate cōmittūt: q̄s nō videat q̄ magis p̄secutores vocādi sunt? Q̄ q̄ filii mali eo tm̄ quo p̄dite viuūt: etiā si nullas violēter inferant manus: parentū pietatē graui⁹ p̄sequunť: q̄ cū illos pr̄ aut mr̄. quāto ampli⁹ diligūt tāto amplius ad bonā vitā fine vlla dissimulatiōe cōpellūt. Extāt publicoꝝ munimētoꝝ firmissima documēta: q̄ potes legere si volueris: imo peto & hortor vt legas: q̄b⁹ p̄bať q̄ maiores eoꝝ q̄ primi se ab ecclesię pace diuiserūt: vltro p̄ Anulinū, tūc p̄cōsulē apud Cōstātinū imp̄atorē accusare ausi sunt Cęcilianū. In quo vtiq̄ iudicio si vicissent: q̄d erat Cęcilian⁹ ab ip̄atore passur⁹: nisi q̄d in istos post ea q̄ victi sunt p̄nūtiauit? Sed videlicet si eis accusantib⁹ atq̄ supantib⁹ Cęcilian⁹ eiusq̄ collegæ pellerenť sedib⁹ quas tenebāt: vel etiā in sua cōspiratiōe durātes graui⁹ punireť. Neq̄ eñ poterat victos & resistētes regia cēsura contēnere. Tūc isti p̄uisionē suā & p̄ ecclesia sollicitā curā p̄dicādā laudib⁹ ventilarent. Nūc aūt q̄a ipsi supati sunt: q̄a ea q̄ intēdebāt p̄bare minime potuerūt: si q̄d p̄ sua inigtate patiunť p̄secutionē vocāt: nec tm̄ furorē p̄ditū minime rep̄rimūt: Verū etiā honorē martyrū q̄rūt: quasi vero Christiani catholici ip̄atores aduersus eoꝝ p̄tinacissimā iniquitatē aliud sequanť q̄ Cōstātini iudiciū: apud quē vltro Cęciliani accusatores fuerūt. Cuius auctoritatē oīb⁹ trāsmarinis ep̄is p̄tulerūt: vt nō ad illos: sed ad illū ecclesię cām deferrēt: vt ab eo datū in vrbe Roma ep̄ale iudiciū: in quo primū victi sunt: rursus apud illū accusarēt: vt ab altero apud Arelatū daro ep̄ali iudicio ad illū appellarēt: apud quē tñ nouissime superati in sua puersitate p̄manserūt. Puto q̄ ipse diabolus si authoritate iudicis quē vltro elegerat totiēs vinceretur: non esset tam impudēs vt in ea causa p̄sisteret. Sed hæc humana iudicia deputenť: & circunuenire ac falli vel etiam corrūpi potuisse dicātur. Cur ergo adhuc accusať Christian⁹ orbis terraꝝ: & nescio q̄b⁹ traditoꝝ criminib⁹ infamať: q̄ vtiq̄ nec potuit nec debuit nisi electis iudicibus potius q̄ victis litigatorib⁹ credere? Habēt apud deū illi iudices causam suam siue bonā siue malam. Quid fecit ecclesia toto orbe diffusa: quæ non

ob aliud ab istis rebaptizanda censet: nisi q in ea causa in qua qd veri eet iudicare nō potuit: eis potius q iudicare potuerūt q̄ eis q nec supari cesserūt credendū putauit? O magnū crimē oīm gentiū quas in semine Abrae bñdicēdas pmisit de⁹: & sicut pmisit exhibuit: que cū vna voce dixerint: quare nos vultis rebaptizare: Rñdet eis: quia nescitis q fuerint in Africa sancto rū codicū traditores: & in eo qd nesciebatis iudicib⁹ magis q̄ accusatorib⁹ credere voluistis. Si crimen alienū non grauat quēq: quid pertinet ad orbē terrarū qd in Africa quisq cōmisit? Si crimē incognitū nō grauat quēq: vnde potuit orbis terrarū cognoscere: vel crimē iudicum vel reorū: iudicare qui cor habetis. Hec est heretica iustitia: vt quia orbis terrarū non damnat crimen incognitū: pars Donati damnat orbē terrarū inauditū. Sed sane sufficit orbi terrarū tenere pmissiōes dei: & in se videre cōpleri: qd pphete tanto ante precinerūt: in eisdē scriptu ris agnoscere ecclesiā: vbi & rex ei⁹ Christus agnoscit. Vbi eī de Christo talia predicta sunt: qualia cōpleta in euāgelio legim⁹. Illic pdicta sunt de ecclesia qualia cōpleri toto orbe iam cer nimus. Nisi forte quēq prudentiū pmouebit: qd de baptismo solent dicere: Tūc esse verū ba ptismū Christi: cū ab hoie iusto dat: cū & hic teneat orbis terrarū euidētissimā & euāgelicā ve ritatē: vbi Ioānes ait: Qui me misit baptizare in aqua: ipse mihi dixit: Super quē videris spm̄ descendentē quasi colūbā & manentē sup eū: ipse est qui baptizat in spiritu sancto. Vnde secu ra ecclesia spem non ponit in homine: ne incidat in illam sententiā in qua scriptum est: Maledi ctus omnis qui spem suā ponit in homine: sed spem suam ponit in Christo: Qui sic accepit for mam serui: vt non amitteret formā dei. De quo dictū est: Ipse est q baptizat. Proinde hō quili bet minister baptismi eius: qualēcūq sarcinā portet: non iste sed sup quē colūba descēdit: ipse est qui baptizat. Illos aūt vana sentiētes: tanta absurditas sequitur: vt quo ab eo fugiāt nō in ueniant. Cum eī fateantur ratum & verū esse baptismū: qn̄ baptizat apud eos aliquis crimi nosus cuius crimina latent: dicimus eis: Quis tunc baptizat? Nec habēt quid respondeant: ni si deus. Neq eī pnt dicere q hō adulter quēq sanctificet. Quib⁹ respōdemus: Si ergo cū ba ptizat hō iust⁹ manifest⁹: ipse sanctificat: cū aūt baptizat hō iniquus occultus: tūc nō ipse sed deus sanctificat: optare debēt q baptizant ab occultis malis hoib⁹ poti⁹ baptizari q̄ a manife stis bonis. Multū eī eos melius deus q̄ quilibet hō iust⁹ sanctificat. Qd absurdū est: vt quisq baptizandus optet ab occulto adultero potius baptizari: q̄ a manifesto casto. Restat vtiq vt qlibet ministrorū hoim accesserit: ideo ratus sit baptism⁹: qa sup quē descēderit columba ipse baptizat. Et tñ cū tā perspicua veritas aures & corda hoim feriat: tāta quosdā male cōsuetu dinis vorago submersit: vt oīb⁹ authoritatib⁹ rationibusq resistere q̄ cōsentire malint. Resi stūt aūt duob⁹ mōis: aut sęuiēdo aut pigrescēdo. Quid igit hic faciat ecclię medicina: salutē oīm mfna charitate cōgrēs: tanq̄ inter phreneticos & lethargicos aestuans? Nunqd cōtēnere nūqd desistere vel debet vel pōt? Vtrisq fit necesse ē molesta: qa neutris est iimica. Nā & phre netici nolunt ligari: & lethargici nolunt excitari: Sed perseuerat diligentia charitatis: phre neticū castigare: lethargicū stimulare: ambos amare. Ambo offenduntur: sed ambo diligunt: ambo molestati: qdiu ęgri sunt indignant: sed ambo sanati gratulant. Deniq non sicut pu tāt & sicut iactāt tales eos suscepim⁹ quales fuerūt: sed oīno mutatos: qa esse catholici nō inci piūt nisi heretici esse destiterint. Neq eī sacramēta eorū nobis inimica sunt: quę in illis nobis sunt cōia: qa nō humana sunt sed diuina. Proprius eorū error auferēdus est quē male imbibe rūt: nō sacramēta q̄ similiter acceperūt: q ad pœnā suā portāt & habent: quāto indignius ha bēt: sed tñ habēt. Errore itaq derelicto: separatiōis prauitate correcta: ab heresi ad ecclesię pa cē trāseunt: quā nō habebāt: sine qua illis pernitiosum fuerat qd habebāt. Sed cū trāseūt ficti sunt: nō est hoc iā nostrū sed dei iudiciū. Et tñ quidā cū ficti putarent: qm̄ iussionis ad nos ter rore trāsierūt: tales posterius in nonnullis tentationibus inuenti sunt: vt quibusdam veteri bus catholicis preferrent. Num ergo nihil agit cū instanter agit? Neq eī solis humanis ter roribus murus durę cōsuetudinis expugnatur: sed etiā diuinis authoritatib⁹ atq rationib⁹ fides & intelligentia mentis instruit. Quę cū ita sint: nouerit benignitas tua hoies vestros q regione Hipponēsi sunt: adhuc esse Donatistas: nec apud eos quicq̄ valuisse tuas literas. Cur autē nō valuerint: nō opus est scribere. Sed mitte aliquē tuorū: vel domesticorū: vel amicorū: cuius hoc fidei possis iniungere: qui non ad ea loca: sed ad nos primitus veniat illis omnino nescientibus: & nobiscū primitus consilio pertractato: qd agendū dño adiuuante visum fue rit agat. Neq eī tm̄ pro eis agimus cū hoc agimus: sed etiā pro nostris iam factis catholicis: quibus illorū vicinitas sic infesta est: vt contemni a nobis nullo modo possit. Et hoc quidem

breuiter scribere poterã: sed volui te habere aliqd lfaꝝ nostraꝝ: quo ratione curę meæ: nõ solū ipse cognosceres: sed etiã cuicũꝗ dissuadẽti ne tuoꝝ correctiõi operã instãter impẽdas: nobisꝗ detrahenti ꝙ talia velimus: habeas qđ rñdeas. Quod si superfluo feci ꝙ iã ista vel didiceras: vel ipse cogitaueras: aut onerosus fui ꝙ curis publicis tam occupato prolixam epłam ingessi: peto des veniã: dũ tñ qđ suggessi & rogaui nõ spernas. sic te tueaꝛ mĩa dei.

Sancti Augustini ad Eusebiũ: detestantis sacrilega eorum facta: qui in dissensione pacis Christianæ perseuerãt: facinusꝗ cuiusdã iuuenis matrẽ ꝓpriã cędẽtis: & in partẽ Donati se transferentis: cũ magno animi dolore execrãtis: & tandẽ petẽtis vt de causa presbyteri ipsius Proculiani diligẽter perquirat: & faciat vt tota quæstio dissensionis cum Proculiano placide pertractetur. Epistola.CLXVIII.



Omino meritoꝗ suscipiẽdo eximio atꝗ honorabili fratri Eusebio: Augustinus. Scit deus cui manifesta sunt arcana cordis humani: quantũ pacẽ diligo Christianã: tñ me moueri sacrilegis eoꝝ factis: q in ei⁹ dissensiõe indigne atꝗ impie ꝑseuerãt: Eũꝗ motũ animi mei esse pacificũ: Neꝗ me id agere vt ad cõmunionẽ catholicã quisꝗ cogaꝛ inuitus: sed vt oib⁹ errantibus apta veritas declareꝛ: & ꝑ nostrũ ministeriũ deo iuuãte manifestata se ãplectẽdã atꝗ sectandã satis ipsa ꝑsuadeat. Quid eñ execrabili⁹ ꝗ̃ sorte: vt alia taceã: ꝗ̃ id qđ nũc accidit! Corripiꝛ ab ep̃o suo iuuenis: crebris cędib⁹ matris insan⁹: & impias man⁹ nec illis dieb⁹ cũ etiã seueritas legũ scelerarissimis parcit: a viscerib⁹ vñ nat⁹ est reuocis. Minaꝛ eidẽ matri se in partẽ Donati trãslaturũ: & eã quã incredibili furore solet cędere: ꝑempturũ. Minaꝛ ei: trãsit ad ptẽ Donati: rebaptizaꝛ furẽs: & in maternũ sanguinẽ fremẽs albis vestib⁹ cãdidaꝛ. Cõstituitur intra cãcellos eminẽs atꝗ cõspicu⁹: & oim gemẽtiũ oculis matricidii mediator tanꝗ̃ renouat⁹ opponiꝛ. Hęccine tãdẽ tibi placẽt vir grauissime! Nequaꝗ̃ hoc de te crediderim. Noui cõsyderationẽ tuã. Cędiꝛ mater carnalis in mẽbris quib⁹ genuit & nutriuit ingratũ. Prohibet hęc ecclesia mater spiritalis. Cędiꝛ & ipsa in sacramẽtis ꝗbus genuit & nutriuit ingratũ. Nonne tibi videtur dixisse patricidaliter frendens: quid faciam ecclesiæ quæ me prohibet cædere matrem meam! Inueni quid faciam. Iniuriis quibus potest etiam ipsa feriatur: fiat in me aliquid vnde membra eius doleant: Vadam mihi ad eos qui nouerunt exufflare gratiam: in qua ibi natus sum: destruere formam quam in vtero eius accepi. Ambas matres meas sæuis cruciatibus torqueam. Quæ me posterior peperit: efferat prior. Ad huius dolorem spiritaliter moriar: ad illius cædem carnaliter viuam. Quid aliud expectamus vir honorabilis Eusebi: nisi vt in miseram mulierem senectute decrepitam: viduitate destitutã: a cuius cędibus in catholica probibebaꝛ: iam Donatista secutus armeꝛ! Quid enim aliud furibundo corde cõcepit cũ diceret matri: Transferã me in partem Donati: & bibã sanguinem tuum! Ecce iam conscientia cruentus: veste dealbatus perficit partem pollicitationis suæ. Restat pars altera vt matris sanguinem bibat. Si ergo placent ista: vrgeatur a clericis & sanctificatoribus suis: vt intra octauas totum quod vouit exoluat. Potens est quidem dextera domini quæ furorẽ illius a misera vidua & desolata compescat: & eum quibus modis nouit a tam scelerata dispositione deterreat. Veruntamen ego tanto animi dolore percussus: quid facerem nisi saltem loquerer! An vero ista illi faciunt: & mihi dicitur tace! Auertat a me de⁹ hanc amentiam. Et cum ipse mihi imperet per apostolum suum: & dicat ab ep̃o refelli oportere docẽtes quę nõ oportet: ego illorũ indignatiõib⁹ territ⁹ taceã! Q₃ eñ publicis gestis hęrere volui tam sacrilegum nefas: ad hoc vtiꝗ volui: ne me quisꝗ̃ maxime in aliis ciuitatibus vbi opportunum fuerit: ista deplorantem fingere aliquid arbitretur: quãdo etiã apud ipsam Hipponem iam dicitur: non hoc Proculianũ mandasse: qđ publicũ renũtiauit officiũ. Quid autẽ modestius agere possumus: ꝗ̃ vt tam grauem causam: per te tamen agam virum & clarissima dignitate præditũ: & cõsyderãtissima voluntate trãquillũ! Peto igitur sicut iã petiui per fratres nostros bonos atꝗ honestos viros: quos ad tuã eximietatem misi: vt quærere digneris: vtrũ Proculiani presbyter Victor nõ hoc ab ep̃o suo mandatũ acceperit: quod officio publico renũtiauit. An forte cũ & ipse Victor aliud dixerit: falsũ illi apud acta ꝑsecuri sint: cũ sint cõmunionis eiusdẽ! Aut si consentit vt ipsam totam quæstionẽ dissensionis nostræ placite pertractemus: vt error qui iam manifestus est: manifestius innotescat: libenter amplector.

Audiui eñ ꝙ dixerit: vt sine tumultu populari assint nobiscum. Dein ex vtraꝗ pte graues & honesti viri: & scđm scripturas quid in vero sit perquiramus. Nam illud qđ rursus eũ di-

Marginal: S; Titũ.1.; T

xisse nõnulli ad me pertulerunt:Cur nõ ierim Constantinã:quã doibi plures ipsi erant:vel me debere ire Milenã: quod illic (sicut perhibent) concilii proxime habituri sunt. Ridiculum est dicere, ꝙ ad me pertineat cura propria nisi Hipponensis ecclesiæ. Mihi tota huius quæstionis ratio maxime cum Proculiano est. Sed si forte imparẽ se putat: cuius voluerit collegę sui imploret auxiliũ. In aliis eñi ciuitatib⁹ tñ agimus qd ad ecclesiã pertinet: quãtũ vel nos permittunt vel nobis imponũt earundẽ ciuitatũ episcopi fratres & consacerdotes nostri: Qñ q̃ & iste qui se tot annorũ episcopum dicit: quid in me tyrone timeat: quo minus mecũ velit conferre sermonem: non satis intelligo. Sed doctrinam liberalium literarũ: quas forte ipse aut non didicit: aut minus didicit: quid hoc pertinet ad eã quęstionẽ quæ vel de sanctis scripturis vel documentis ecclesiasticis: aut publicis discutienda est: in quibus ille per tot annos versaẽ: vnde in eis deberet esse peritior? Postremo est hic frater & collega meus Samsucius episcopus Turẽsis ecclesiæ: qui nullas tales didicit quales iste dicitur formidare. Ipse assit: agat cum illo. Rogabo eum & vt cõfido in nomine Christi facile mihi concedet: vt suscipiat in hac re vicem meã: & eũ dñs ꝑ veritate certantẽ: q̃uis sermone impolitũ: tñ vera fide eruditũ sicut confidimus adiuuabit. Nulla ergo causa est: cur ad alios nescio quod deferat: ne ĩter nos quod ad nos pertinet peragamus. Nec tñ vt dixi etiã illos defugio: si eorũ ipse poscit auxilium.

Sancti Augustini iterum ad Eusebium: dicta illius in se negantis: Et quid rogauerit ab eo ac etiam nunc roget cõmemorantis: ad excusationem præterea illius qui iuuenem matrẽ suam cędentẽ a cõmunione non prohibuit: respondentis: Et per additionem quorundam execrabilium casuum crimen eiusdem exaggerantis: atq; vt hęc Proculiano non ita faciat deprecantis. Epistola.CLXIX.

V  Omino eximio meritoq; suscipiendo & dilectissimo fratri Eusebio: Augustinus. Non ego recusanti voluntati tuę iudicium (sicut dicis) inter episcopos subeundũ molestus exhortator aut deprecator imposui. Quod quidẽ etiã si suadere voluissem: possem fortasse facile ostendere q̃ valeas iudicare inter nos in tam manifesta atq; aperta causa: Et quale sit illud quod facis: vt non auditis partibus iam ferre non dubites pro vna parte sententiã qui iudicium reformidas. Sed hoc vt dixi interim dimitto. Nihil autem rogaueram aliud honorabilem benignitatem tuam: quod quæso tandem in hac saltem epistola digneris aduertere: nisi vt quæreres a Proculiano: vtrum hoc ipse dixerit Victori presbytero suo: qui ab eo sibi dictum publicum officium renuntiauit. An forte qui missi sunt: non quod a Victore audierunt: sed falsum gestis prosecuti sunt. Deinde quid illi de tota ipsa quæstione inter nos discutienda videretur. Arbitros autem non iudicem fieri eum qui rogatur vt interroget aliquem: & quod ei responsum fuerit rescribere dignetur. Hoc ergo etiam nunc rogo vt facere non graueris: quia literas meas sicut etiam expertus sum non vult accipere: Quod si voluisset: non vtiq; per tuam eximietatem id agerem. Cum autem id non vult: quid possum mitius agere q̃ vt per te talem virum & qui eum diligis interrogetur aliquid vnde me tacere mea sarcina prohibet? Qñ autem mater a filio cæsa tuæ grauitati displicuit: Sed ille dixisti si sciret: a communione sua tam nefarium iuuenem prohibitur⁹ esset: Breuiter respondeo: Modo cognouit: modo prohibeat. Addo etiam aliud: Subdiaconus quon- 24.q.1.subdiaconus.
X dam Spaniensis ecclesiæ vocabulo primus: cum ab accessu indisciplinato sanctimonialium prohiberetur: atq; ordinata & sana præcepta contemneret: a clericatu remotus est: & ipse irritatus aduersus disciplinam dei: transtulit se ad illos & rebaptizatus est. Duas etiam sanctimoniales cum colonis suis de fundo catholicorum Christianorum: siue idem transtulit: siue illum secutæ: etiam ipsę tamen rebaptizatę sunt: Et nunc cum gregibus circumcellionum, inter vagabundos greges fœminarum: quæ propterea maritos habere noluerunt: ne habeant disciplinam indetestabilis vinolentiæ bacchationibus superbus exultat: gaudens latissimam sibi apertam esse licentiam malæ conuersationis: vnde in catholica prohibebatur. Et hoc fortasse Proculianus ignorat. Ergo per tuam grauitatem atq; modestiam eidem in notitiam perferatur. Iubeat eum qui non ob aliud illã cõionem delegit: nisi qa in catholica clericatũ amiserat: propter inobedientiã & perditos mores a sua communione remoueri. Etenim ego si domino placet / istum modum seruo: vt quisquis apud eos propter disciplinam degradatus ad catholicam transire voluerit: in humiliatione pœnitentię recipiatur: quo & ipsi eum forsitan cogerent si apud eos manere voluisset. Ab eis vero consydera quæso te: q̃ execrabiliter fi-

nomina in libris sanctis habent & recitant: Isti autem foris positi/& ab illa communione sepa-
rati sunt: quis non intelligat eos habuisse causam bonam qui eam apud medios iudices obtine-
re potuerunt? Aut si causam bonam habebant: & eam transmarinis ecclesiis probare non po-
tuerunt: quid illos læsit orbis terrarum: vbi episcopi collegas suos qui apud eos obiectis cri-
minibus coniuncti non erant: temere damnare non possent? Itaqꝫ innocentes rebaptizantur
et Christus in innocentibus exufflatur. Si autem iidem Donatistę Afrorũ collegarum suorũ
vera crimina nouerant: & neglexerunt ea demonstrare & probare transmarinis ecclesiis: ipsi
se ab vnitate Christi sceleratissimo schismate præciderũt: non habent quod excusent: & vos
nostis maxime quia tam multi scelerati apud eos emerserunt & tolerauerunt illos per tot an-
nos ne partẽ Donati conscinderent: & non dubitauerunt illo tempore falsas suspitiones suas
obiiciẽtes/pacẽ Christi vnitatemqꝫ dirumpere. & vos videtis. Sed nescio quæ carnalis cõsue-
tudo frater Seuerine ibi vos tenet: & olim doleo: olim gemo: maxime prudentiam tuam cogi-
tans: & olim te videre desydero vt de hac re tecum loquerer. Quid enim prodest vel salus vel
consanguinitas temporalis: si ęternam Christi hæreditatem salutemqꝫ perpetuam in nostra
cognitione contemnimus? Hæc me interim scripsisse suffecerit: quæ duris cordib⁹ valde pau-
ca sunt & prope nulla: animo autem tuo quẽ bene noui valde multa sunt & valde magna. Non
enim mea sunt qui nihil sum: nisi ꝙ expecto misericordiam dei: sed ipsius dei omnipotẽtis: quẽ
quisquis in hoc sæculo contempserit patrem: inueniet in futuro iudicem.

Sancti Augustini ad Donatistas: inuectiua eos argutione ꝙ se ab vnitate totius orbis nefario
schismatis sacrilegio diuiserint reprehendẽtis: manifestisqꝫ sanctarum scripturarum testimo-
niis conuincentis. Epistola.CLXXI.

Vobis Donatistæ: catholica ecclesia dicit: Filii hominũ vsqꝫquo graues cor- 2.Retra.40.
& de: vt quid diligitis vanitatem: & quęritis mendacium? Vt quid vos a toti- Psal.4.
us orbis vnitate nefario schismatis sacrilegio diuisistis? Attẽditis falsa quæ
vobis dicuntur ab hominibus: aut mentientibus: aut errantibus de traditi-
one codicum diuinorum: vt in hæretica separatione moriamini: & non attẽ-
ditis qđ vobis ipsi codices dicũt: vt in catholica pace viuatis. Quare ape-
ritis aures ad sermonem hominum dicentium quod nunq̃ probare potue-
runt: & surdi estis aduersus sermonem dei dicentis: Dominus dixit ad me: filius meus es tu: Psal.2.
ego hodie genui te: Postula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam & possessionem tuam
terminos terræ. Abrahæ dictæ sũt pmissiões & semini ei⁹: Nõ dicit & seminib⁹ tãq̃ ĩ mltis sed Gal.3.
tãq̃ in vno: & semini tuo: quod est Christus. In semine (inquit) tuo benedicẽt omnes gẽtes. Eri- Geñ.12.
gite oculos cordis: & consyderate totum orbem terrarum: quomodo in semine Abrahæ bene-
dicentur omnes gentes. Tunc ab vno credebatur quod nondum videbatur: iam vos videtis
& adhuc inuideris. Passio domini pretium est orbis terrarum. Ille totum orbem redemit: &
vos cum toto orbe ad lucrum vestrum non cõcordatis: sed potius ad damnum vestrum in par-
te litigatis: vt totum perdatis. Audite in psalmo: quo pretio redempti sumus. Foderunt (in- Psal.21.
quit) manus meas & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi vero consyderauerũt
& conspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea: & super vestimentum meum miserunt
sortem. Quare diuisores vestimentorum domini esse vultis: & tunicam illam charitatis de-
super textam: quam nec persecutores eius diuiserunt: tenere cum toto orbe non vultis? In psal-
mo ipso legitur: quia potius orbis eam tenet. Commemorabuntur (inquit) & conuertentur Vbi supra.
ad dominum vniuersi fines terræ: Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ patriæ gentium:
Quoniam ipsius est regnum: & ipse dominabitur gentium. Aperite aures cordis & audite:
quia deus deorum domin⁹ locutus est: & vocauit terram. a solis ortu vsqꝫ ad occasum: ex Sion Psal.49.
species decoris eius. Si hoc non vultis intelligere: audite euangelium: iam per os proprium
loquente ipso domino & dicente: Quia oportebat de Christo compleri omnia quæ de illo scri- Lucæ.24.
pta sunt in lege & prophetis & psalmis: & prædicare in nomine eius poenitentiam & remissio-
nem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab Hierusalem. Quod in psalmo dixit: Vo-
cauit terram a solis ortu vsqꝫ ad occasum: hoc in euãgelio: Per omnes gentes. Et quod in psal-
mo dixit: Ex Sion species decoris eius: hoc in euangelio dixit: Incipientibus ab Hierusalem.

Fingitis vos ante tẽpus messis fugere pmixta zizania: quia vos estis zizania. Nã si frumenta
essetis: permixta zizania toleraretis: & a segete Christi vos non divideretis. De zizaniis quidem
dictum est: Quoniam abundabit iniquitas: refrigescet charitas multorum. Sed & de tritico Matth.24.

Vbi supra. dictum est:Qui perseuerauerit vsq; in finem:hic saluus erit.Quare creditis creuisse zizania
et mundum repleuisse:triticum autem decreuisse:& in sola Africa mansisse? Christianos vos
Matthæi.13. dicitis: & Christo contradicitis? Ipse dixit:Sinite vtraq; crescere vsq; ad messem:Non dixit
crescant zizania:decrescant frumenta.Ipse dixit:Ager est hic mundus:nō dixit:ager est Afri
ca. Ipse dixit:Messis est finis sæculi:non dixit:messis est pars Donati. Ipse dixit:Messores
angeli sunt:non dixit:messores principes circuncellionum sunt. Sed quia pro zizaniis
triticum accusastis:vos esse zizania demonstrastis:& quod est grauius/ante tempus vos
a tritico separastis. Maiores enim vestri in quorum sacrilega præcisione perseueratis 9
quidam gestis municipalibus codices sanctos & instrumenta ecclesiæ persecutoribus tradi
derunt:Quidam eos fatentes dimiserunt & eis communicauerunt:& vtriq; Carthagi-
nem furiosa factione conuenerunt.De crimine traditiōis:de quo ipsi inter se iam consenserāt
inauditos damnauerunt.Episcopum contra episcopum ordinauerunt:Altare contra altare
erexerunt. Postea literas ad imperatorem Constantinum vt inter Afros episcopi transmari-
ni iudicarent:miserunt.Datis iudicibus quos postulauerant:& Romę iudicantibus:non obtē
perauerunt.Episcopos apud imperatorem:tanq̄ male iudicauerint arguerunt.Ab aliis rursus
episcopis ad Arelatum missis ad ipsum imperatorem appellauerunt.Ab ipso auditi & calum
niatores inuenti:in eodē scelere permāserunt. Euigilate ad salutem:amate pacem:redite ad
vnitatem. Hæc vobis quemadmodum gesta sunt(quando vultis)omnia recitamus. Ille com
municat malis qui consentit factis malorum:non qui tolerat in agro dominico zizania vsq; ad
messem:vel paleam vsq; ad vltimam ventilationem.Si malos odistis:vos ipsi mutamini ab sce
lere schismatis. Si malorū permixtionem timeretis:Optatū inter vos in apertissima iniqui-
tate viuentem per tot annos non teneretis:Quem cum modo martyrem dicitis:superest vt
eum propter quem mortuus est Christum dicatis.Postremo quid vos offendit orbis Christi- A
anus:a quo vos nefario furore p̄cidistis?Et quid apud vos p̄meruerunt Maximianistæ:quos a
vobis dānatos:& per iudicia publica de basilicis perturbatos:in suo rursus honore recepistis?
Quid vos offendit pax Christi:contra quā vos diuiditis ab eis quos infamatis? Et quid vos
promeruit pax Donati pro qua suscipitis quos dānatis? Felicianus Musticanus modo vobis
cum est.Legimus eum prius in vestro concilio dānatū:& a vobis postea in iudicio proconsu-
lis accusatū:& in Musticana ciuitate gestis municipalibus oppugnatū. Si traditio codicum
scelerata est:quā deus in regē qui Hieremiæ librū incendit morte publica vindicauit:q̄to sce
leratius est sacrilegium schismatis:cuius authores quibus Maximianistas cōparastis:aperta terra
viuos absorbuit? Quō ergo crimen traditiōis nobis obiicitis quod non probatis:& schisma
ticos vestros & dānatis & acceptatis?Si propterea iusti estis:quia persecutionē per imperato-
res passi estis:iustiores vobis sunt isti maximianistę quos per iudices ab imperatoribus catho-
licis missos vosipsi persecuti estis? Si baptismū vos soli habetis:quid apud vos facit baptismus
maximianistarū in eis quos baptizauit Felicianus damnatus:cū quibus est ad vos postea reuo
catus?Vel vobis laicis ad ista respondeant episcopi vestri si nobiscū loqui nolunt:& cogitate
pro salute vestra quale sit hoc ipsum quod nobiscū loqui nolunt.Si lupi conciliū fecerunt vt pa
storibus non respondeant:quare oues conciliū perdiderunt vt ad luporū speluncas accedāt?

Sancti Augustini ad Crispinum:illum vt ad hanc epistolā respondeat prouocantis.Et q͏ de
hac re nihil cū ipso aliisq; Donatistis nisi per literas agere velit protestātis:Facta illorum præ
terea redarguentis:& singulis illorum obiectionibus verissima dissolutione respondentis.

Epistola.CLXXII.



Via humilitatem nostrā vestri reprehendunt:ideo epistolam prenotaui:q̄d B
in tuā contumeliā fecisse videar:si non ita mihi abs te rescribatur vt expe-
cto de Carthagine promissione tua vel nostra instantia. Quid multa com
memorem:quomodolibet ea gesserimus:trāsierit:ne quod restat impediāt.
Nūc excusatio nisi fallor nulla est:adiuuante domino:ambo in Numidia
sumus:& nobis loco terrarū inuicem propinquamus. Rumor ad me detu
lit adhuc te velle mecū disputando experiri de quæstione quæ nostram di-
rimit communionem.Vide q̄ breuiter omnes auferātur ambages:ad hanc epistolā responde
si placet:& fortasse sufficiet:non solū nobis:sed & eis qui nos audire desyderant:aut si non suf
ficiet:scripta atq; rescripta:donec sufficiat:repetētur.Quid enim nobis cōmodius poterit ex-
hibere vrbium quas incolimus tanta vicinitas? Ego enim statui nihil de hac re agere vobis-

cum nisi per literas:vel ne cui nostrum de memoria quod dicitur:elabatur: vel ne fraudetur
talium studiosi:qui forte interesse non possunt. Soletis de præteritis rebus gestis quæ vultis
falsa iactare:forte non mentiendi studio sed errore. Proinde si placet de præsentibus illa metia
mur. Proculdubio te nõ fugit prioris populi temporibus & idololatrię sacrilegium fuisse cõ
missum:& a rege contemptore librum propheticum incensum:quo vtroq; crimine schisma-
tis malum non puniretur atrocius nisi grauius penderetur. Profecto enim recordaris quem
admodum schismatis authores viuos dehiscens terra sorbuerit:& eos qui consenserant:cælo
irruẽs ignis absumpserit. Sic nec fabricatum & adoratum idolum:nec sacer liber exustus me-
ruit vindicari. Cur ergo qui soletis nobis obiicere non solum in nostris non probata:sed po-
tius in vestris probata crimina eorũ qui formidine psecutiõis impulsi dñicos libros cõcremã
dos ignibus tradiderunt:Vos eos quos pro scelere schismatis plenarii concilii vestri veridico
(sicut ibi scriptum est)ore damnastis:in eodem ipso episcopatu recepistis:in quo dãnastis? Fe
licianũ dico Musticanũ & Prætextatum Assuritanũ. Neq; enim sicut ignorãtibus dicitis ex
eo numero fuerũt isti quibus vestrum concilium diem prorogauerat & pręfixerat: intra quẽ
nisi ad vestram communionem remeauissent:eadem sententia tenerentur:Sed de illo numero
isti fuerunt quos eo die sine dilatione damnastis: quo illis dilationem dedistis. Probabo si
negaueris. Concilium vestrum loquit:proconsularia gesta habemus in manibus quibus id
non semel allegastis. Aliam ergo defensionẽ para si potes:ne dum negas qd conuincam: mo-
ras faciamus. Felicianus igitur & Pręrextatus si innocentes erant quare sic damnati sunt? Si
scelerati:quare sic recepti sunt? Si probaueris innocentes:cur non credamus a multo paucio-
ribus maioribus vestris falso crimine traditionis innocentes potuisse damnari? Si a trecentis
decem successoribus eorũ:vbi etiam pro magno scriptum est plenarii concilii ore veridico:in
falso crimine schismatis innocentes damnari potuerũt :Si aũt probaueris recte fuisse damna
tos:quæ testat defensio:cur in eodem episcopatu recepti sint:nisi vt exaggerans vtilitatem sa
lubritatẽq; pacis ostendas etiam ista pro vnitatis vinculo toleranda? Quod vtinam non oris
sed cordis viribus ageres:profecto prospiceres:q̃ nullis calumniis per orbem terrarum esset
violanda pax Christi:scilicet in Africa etiam in sacrilego schismate damnatos:in eodem ipso
episcopatu recipi pro pace Donati. Item soletis nobis obiicere q̄ vos per potestates terre-
nas persequamur. Qua in re non disputo:vel quid vos p immanitate tanti sacrilegii merea
C mini:vel quantum nos Christiana tẽperet mansuetudo. Illud dico:si hoc crimen est:cur eosdẽ
Maximianistas per iudices ab eis imperatoribus missos:quos per euangelium genuit nostra
cõmunio:grauiter insectati de basilicis quas tenebant:in quibus eos inuenit ipsa cõcisio & cõ
trouersiarũ strepitu & iussionũ potẽtatu & auxiliorũ ĩpetu pturbastis. In q̃ cõflictatiõe q̃ passi
sũt p loca singula recẽtia rerũ vestigia contestãt:q̃ iussa sint chartę ĩdicãt:q̃ facta sint terrę cla
mãt:in qb⁹ etiã Optati illi⁹ tribuni vři sctã memoria pdicat. Itẽ dicere soletis q̄ nos Christi
baptismũ nõ habeam⁹:& pter vestrã cõmunionẽ nusq̃ sit. Posse hic vberi⁹ aliquãto differere
Sed cõtra vos iã nihil op⁹ est:q cũ Feliciano & Præte xtato etiã Maximianistarũ baptismũ re-
cepistis. Quotquot em̃ baptizauerũt:qñ Maximiano cõmunicabãt:cũ etiã ipsos nolatim:id est
Felicianũ & Pręrextatũ de basilicis eoq; sicut gesta testant:diuturno cõflictu iudiciorũ expel-
lere conatemini. Quotquot ergo eo tempe baptizauerũt:nũc secũ & vobiscũ habẽt:nõ solũ p
ęgritudinũ picula:sed etiã p solẽnitates paschales ĩ tot ecclesiis ad suas ciuitates ptinẽtib⁹: &
ĩ ipsis tã magnis ciuitatib⁹ foris in scelere schismatis baptizatos:quorũ nulli baptisma repeti
tũ est. Atq; vtinã pbare possetis eos quos foris in scelere schismaris Felician⁹ & Prætextat⁹ tã
q̃ inaniter baptizauerãt ab eis receptis int⁹ q̃ũ vtiliter denuo baptizatos. Si em̃ rursus bapti
zãdi erãt isti:rursus ordinãdi erãt illi. Amiserãt em̃ episcopatũ recedẽtes a vobis:si extra cõ
munionẽ vestrã baptizare nõ poterãt. Nã si discedẽtes episcopatũ nõ amiserãt:baptizare vti
q; poterãt:Si aũt amiserãt: ergo vt eis qd amiserãt redderet:redeũtes ordinari debebãt. Sed
noli timere:sicut certũ est:cũ eodẽ illos episcopatu cũ quo exierãt remeasse:ita certũ est omes
quos in Maximiani schismate baptizarũt sine vlla baptismi repetitiõe secũ vestrã cõmunionẽ
recõciliasse. Quib⁹ igit sufficim⁹ lachrymis plãgere recipi baptismũ Maximianistarũ:& exuf
flari baptismũ orbis terrarũ? Siue auditos:siue iauditos:siue iuste:siue iiuste dãnastis Felicia-
nũ:dãnastis Pręrextatũ:Dic mihi:quẽ Corinthiorũ epm audiuit:aut dãnauit aliqs vřm:quẽ
Galatarum:quem Ephesiorum:quem Colossensium:Philippensium:Thessalonicensium: cæ-
terarumq; omnium ciuitatum:de quibus dictum est; Adorabunt in conspectu eius vniuersæ

Ioannis.1. patriæ gentium! Ergo istorum baptismus acceptatur:& illorum exufflatur:qui nec istorum est nec illorum:sed illius de quo dictum est:Hic est q baptizat.Sed nõ hinc ago ad illa quæ pręsto sunt. Adverte ea quæ oculos etiam cæcos feriunt:intuere:damnati habẽt baptismum & inauditi non habent. Nominatim in scelere schismatis expressi & electi habent:& ignoti longe peregrini nunq̃ accusati nunq̃ iudicati non habent.Qui de præcisa parte Africæ rursus præcisi sunt habent:& unde ipsum euangelium in Africam venit non habent. Quid pluribus onero!ad ista responde. Attende sacrilegium schismatis vestro concilio Maximianistis exaggeratum: Attende persecutiones per iudiciarias potestates quas eis irrogastis:Attende baptismum eorum quem cum eis quos damnastis recepistis:Et responde,si potes utrum habeatis aliquid unde iniiciatis nebulas imperitis:Cur ab orbe terrarum lõge maiore scelere schismatis separemini:q̃ quod in Maximianistis vos dãnasse gloriamini.Pax Christi vincat in corde tuo.

Beati Augustini iterũ ad Crispinũ:eundem q in rebaptizandis Mappaliensibus plus hominẽ q̃ deũ timuerit reprehendentis:atq non per hominem sed Christum cui responsurus est perterrentis:& ut in ea causa ambo ipsi audiantur postulantis.

Epistola.CLXXIII.



Eum quidem timere debuisti:sed qa in rebaptizandis Mappaliẽsibus sicut homo timere voluisti: cur non valeat iussio regalis in provincia:si tñ valuit iussio provincialis in villa! Si personas cõpares:tu possessor:ille imperator.Si loca cõpares:tu in fundo ille in regno.Si causas compares:ille ut divisio resartiatur: tu ut unitas dividatur. Sed nos te de homine non terremus. Nã possemus agere ut decem libras auri secundũ imperatoria iussa p solueres. An forte propterea nõ habes unde reddas quod dare iussi sunt rebaptizatores:dũ multũ erogas ut emas quos rebaptizes!Sed nos te ut dixi de homine non terremus:Christus te potius terreat:Cui volo scire quid respondeas si tibi dicat : Crispine : carũ fuit preciũ tuum ad emendũ timorẽ Mappaliensium:& vilis mors mea ad emendũ amorẽ omniũ gentiũ.Plus valuit rebaptizandis colonis tuis quod numeratũ est de sacculo tuo:q̃ baptizandis populis meis quod manauit de latere meo. Scio te plura audire posse:si Christo aurem præbeas:& ex ipsa tua possessione admoneri q̃ impia contra Christum loquamini. Si enim humano iure præsumis firme te possidere quod emisti argento tuo:quanto firmius diuino iure possidet Christ⁹ qđ emit sanguine suo!Et ille qdẽ inconcusse possidebit totum: de quo dictũ est:Dominabitur a mari usq ad mare:& a flumine usq ad terminos orbis terrę. D

Psal.71. Sed certe qſo confidis non te pditurũ qđ in Africa videris emisse:q Christũ dicis toto orbe pdito ad solã Africã remãsisse! Quid multa!Si volũtate sua Mappaliẽses in tuã cõmunionẽ transierũt:ambos nos audiãt:ita ut scribant q̃ dicem⁹:& nobis subscripta eis punice interpretent:& remoto timore dominationis eligant qđ voluerint. Ex his eñ quæ dicemus apparebit:utrũ coacti in falsitate remaneãt:an volentes teneant veritatẽ.Si eñ hæc non intelligunt qua temeritate traduxisti non intelligentes! Si autẽ intelligunt:ambos ut dixi audiãt:& qđ voluerint faciãt. Si quæ etiã plebes a vobis ad nos transierunt:quas putas a dominis coactas hoc & ibi fiat:ambos nos audiant:& eligant quod placuerit. Si autem non vis hoc fieri:cui non appareat:nõ vos de veritate præsumere!Sed cauenda est ira dei & hic & in futuro sęculo. Adioro te per Christum ut ad ista respondeas.

Sancti Augustini ad Pascẽtium comitẽ Arrianum:Causam cur ad eũ scripserit reddentis: et ex repetitione actorum in placito præterito:ipsum reprehendentis ac confutantis:fidemq suã clare confitentis & exponentis:atq manu ppria subscribentis:& requirentis ut & ille hoc facere velit.

Epistola.CLXXIIII.



Olueram quidẽ petẽte te atq instãte ut meminisse dignaris:imo p merito ętatis ac dignitatis tuę:iubẽte te de fide Christiana :etiã psens cũ psente inquã cũ mihi facultatẽ dñs largiret cõferre sermonẽ.Sed qa tibi post prãdiũ displicuit qđ inter nos mane placuerat:ut a notariis verba nra exciperent:ne ulteri⁹ dicas qđ te audio nõ tacere:nõ me fuisse ausũ tibi dicere fidẽ meam. His literis accipe:qđ & tu legas:& cui volueris legendũ tradas:& qđ volueris vicissim scribendo ipse respondeas.Iniquũ est eñ ut quisq de alio iudicare velit & iudicari de se nolit. Et de præterito quidẽ placito nostro qđ cõdicto meridiano implere noluisti:facile existimari potest:quis nostrum fidei suæ fiduciam non habuerit : utrũ E

32.q.6.siquis

qui volebat vt diceret & timebat ne teneret: An q̃ vsq̃adeo nolebat eam disceptantiũ iudicio subtrahi: vt mandata literis vellet etiam legentiũ memoriæ cõmendari? Ne quisq̃ vel obliuione opinatus: vel dissensione irritatus diceret ab aliquo nostrum aut non esse dictum quod dictum erat: aut dictum esse quod dictum non erat. In his enim solent latebras suæ malæ defen-
F sionis inquirere: qui contẽtionis sunt cupidiores q̃ veritatis. Hoc autẽ nec a te nec a me: nec de te nec de me dici posset: si in fide condicti permanentes: vt verba nostra exciperentur & scriberentur. Præsertim quia tuipse in his verbis quibus fidem tuam pronunciasti: quotiens ea repetisti: totiẽs variasti: Quod nulla credo fraude sed obliuione factum esse. Nam primo dixisti: Credere te in deum patrem omnipotentem: inuisibilem: ingenitum: incapabilem: & in Iesum Christum filium eius: deum natum ante sæcula: per quem facta sunt omnia: & in spiritũ sanctum. Quibus ego auditis: cum respondissem: nondum a te quicq̃ dictum quod meæ fidei repugnaret: Et ideo si ea scripsisses: meli⁹ etiã possem subscribere: Ad hoc nescio quomodo res perducta est vt accepta charta: ea ipsa quæ dixeras velles etiam literis tua manu exprimere. Quod cum mihi ad legendum dedisses: animaduerti minus te scripsisse patrem: cum scripsisses deum omnipotentem: inuisibilem: ingenitum: innatum: Quod vbi non commemoraui: non post multam allegationem addidisti patrem: & incapabilem quidem: quod verbis dixeras: scripto prætermiseras: Sed nulla hinc a me facta commemoratio est. Deinde cũ dixissem me paratum esse suscribere: adhuc illa verba etiam mea esse posse: prius quæsiui ne quod in mentem venerat laberet: vtrum alicubi scripturarũ diuinarũ legeret pater ingenitus. Hoc aũt feci: quia in exordio sermonis nostri cũ Arrius & Eunomius cõmemorati essent: nõ a me sed a fratre meo Alipio: requirente: quẽnam eorum secutus esset Auxẽtius: qui abs te fuerat non parua prædicatione laudatus: exclamando anathematizasti & Arrium & Eunomium: tamen continuo flagitasti vt & nos anathematizaremus Homousion: quasi quisq̃ homo esset qui hoc vocaretur: sicut Arrius & Eunomius. Deinde vehementer exigebas: vt hoc verbum tibi in scripturis ostenderemus: & statim nobis communicares: Respondebatur a nobis: quia nos latine loqueremur & illud græcum esset: prius quærendum esset quid sit Homousion: & tunc exigendum vt in libris sanctis ostenderetur. Tu contra verbum ipsum crebro repetẽs et inuidiose ventilans: atq; in conciliis maiorum nostrorum conscriptum commemorans: vehementer vrgebas: vt ipsum omnino verbum quod est Homousion in sanctis libris ostenderemus: Nobis etiam atq; etiam reuocantibus: quia lingua nostra græca non esset: prius interpretandum & exponendum esse quid sit Homousion. Tum demũ in diuinis literis requirendum: qa et si fortasse nomen ipsum non inueniretur: res tñ ipsa inueniretur. Quid est eñ cõtentiosius: q̃ vbi de re constat: certare de nomine? Hæc ergo quia inter nos iam collocuti fueram⁹ postea q̃ ad id ventũ est vt fidem tuam sicut commemoraui scriberes: q̃q̃ nihil in eis verbis viderẽ nostræ fidei esse cõtrarium: & propterea me dicerem paratum esse subscribere: quæsiui vt dixi: vtrum scriptura dei contineret hoc verbum: q; pater esset ingenitus: Et cum scriptum esse respondisses: instantius quærebam vt ostenderes. Tunc vnus ex his qui aderant: quantũ intelligi datur fidei tuæ socius: ait mihi: Quid ergo: Tu patrem genitum dicis? Respondi: nõ dico. Et ille: Si ergo genitus non est (inquit) vtiq; ingenitus est. Cui ego: vides inquam posse fieri vt etiam de verbo quod in scriptura dei non est: reddatur tamen ratio vnde recte dici ostendatur. Sic ergo & Homousion quod in authoritate diuinorum librorũ cogebamur ostẽdere: etiam si vocabulum ipsum ibi non inueniamus: fieri posse vt illud inueniamus: cui hoc vocabulum recte adhibitum iudicetur. Quibus dictis quid hinc tibi videretur attẽdi vt audirem: Et aisti: Recte factum esse vt ingenitus pater in scripturis sanctis non diceretur: ne illi vel tali verbo fieret iniuria. Ergo inquã: nõ facta est iniuria deo: & hoc manu tua. Quo audito fateri iam coepisti: nec te hoc dicere debuisse. Sed cum admonerem vt si tibi tale videret hoc verbum vt ad dei pertineret iniuriã: deleres illud. Inde vbi scripturas cõsyderasti: credo posse id recte dici: & posse defẽdi: & rursus (aisti) prorsus ego hoc dico. Tum ego illud qd̃ iã dixerã repetiui: ita fieri posse: vt etiam Homousion neq; scriptũ in sanctis paginis inueniat: & tamen dictum in assertione fidei defendatur: sicut patrem in illis libris nusq̃ ingenitũ legim⁹: &
G tamẽ dicẽdum eẽ defenditur. Tunc a me chartã quã dederas abstulisti & conscidisti: & constituimus meridianum tẽpus: vt adessent notarii ad excipienda verba nostra: atq; inter nos ista quãtũ possem⁹ diligẽtius tractarem⁹. Venimus vt nosti ad horã cõdictã: notarios adduximus: vt & tui adeẽnt cõcedim⁹. Dixisti rursus fidẽ tuã: atq; in verbis tuis nõ audiui ĩgenitũ

patrem.Credo ꝙ cogitaueris quid inde mane dictum fuerat:& præcauere volueris. Deinde
popoſciſti vt ego etiam dicerem fidem meam. Vbi cum poſtulaſſem commemorans antemeridianum placitum noſtrum:vt ea quæ dixeras dictare potius dignareris: Tunc exclamaſti
calumniam parare nos tibi:& ideo verba tua conſcripta velle retinere. Ibi quid reſponderim
recordari non libet:atq; vtinam nec tu memineris.Seruaui tamen debitam honorificentiam
honori tuo:nec maledictum deputaui:qđ nõ a veritate:ſed a poteſtate audire meruiſſem. Tamen quia vel ipſa verba repetiui vt preſſa voce dicerem:ita ne calumniam paramus nos tibi
vt ignoſcas peto.Sed tu his auditis:rurſus fidem tuam ſono clariore repetiſti:atq; in verbis tuis non audiui deum filium:qđ nunq̃ quoties eam dixiſti tacueras. Hic ego tam modeſte vt
nuſq̃ pulſarem vt de excipiendis verbis noſtris:qđ inter nos placuerat:impleretur:etiam ipſam vtilitatem de præſenti experimento ſuggeſſi dicens:teipſum nõ potuiſſe in memoria ver
ba tua tibi vſitatiſſima retinere:quando nunq̃ ea repetere valuiſſe videbamus:cum non aliquid maxime neceſſarium parares:quantominus poſſe illos qui nos audirent ita noſtrorum
meminiſſe verborum:vt ſi quid forte vel tu de meis vel ego de tuis verbis vellem retractare
atq; diſcutere valerent ſeu dictum ſeu non dictum liquido recordari:in qua nobis difficultate facillime notariorum recitatio ſubueniret. Tunc indignanter dixiſti:melius fuiſſe vt meam famam ſemper audires:eo ꝙ longe inferiorem me expertus eſſes:q̃ tibi illa iactaſſet. Tũc
ego commemoraui:cum te ante prandium ſalutaremus:& eam famam nobis prædicaſſes:hoc
me dixiſſe:ꝙ de me illa mentita ſit. Hic ſane aiſti verum me dixiſſe. Proinde cum duo tibi de me diuerſa locuti ſint:aliud fama mea:& aliud ego:magis vtiq; gaudere debeo me poti-
Ro.3. us q̃ illam repertum eſſe veracem.Sed quia ſcriptũ eſt:Solus de⁹ verax:omnis autẽ homo mẽ
dax: Vereor ne hoc quoq; de me temere dixerim.Neq; enim in nobis ipſis vel per nos ipſos
veraces ſumus cum ſumus:ſed cũ ille in ſeruis ſuis loquitur qui ſol⁹ eſt verax.Hæc ſi vt narraui geſta eſſe recolis:vides q̃ non debeas iactare apud homines:ꝙ non auſus ſim tibi aſſerere fidem meam:Quandoquidem in fide noſtri placiti ſtare voluiſti:& vir tantus qui pro fide quã
reipublicæ debes:non times maledicta prouincialium:pro fide quam Chriſto debes: times calumnias epiſcoporum. Deinde cum diſputationi noſtræ etiam honoratos viros intereſſe cupieris: miror quomodo in ipſa deuitatione calumniæ verba tua times a notariis conſcribi:
& ex ore tuo a clariſſimis teſtibus non times audiri.Nonne conſyderas difficile eſſe vt homines ſuſpicentur te a nobis vllam formidaſſe calumniam vt verba tua excipi nolis? Sed cum
cogitaſſes retentum te fuiſſe in verbo ante prandium manu tua conſcripto:ſimul etiam cogitaſſe non tam facile te notariorum tabulas delere potuiſſe:q̃ facile illam chartulam conſcidiſti. Si autem dicis non illa ita geſta eſſe vt a me narrata ſunt: aut tu obliuione falleris
(non enim audeo dicere mentiris) aut ego vel ſimiliter fallor vel mentior. Vides ergo q̃ recte dicam ea quæ de his maxime rebus geruntur/excipi atq; conſcribi oportere:& q̃ tibi quoq; hoc ipſum recte placuerat: niſi poſtmeridianus timor antemeridianum placitum frangeret. Audi ergo iam fidem meam: potens eſt miſericordia domini dei noſtri: quæ præ- H
ſtet me quod credidi ſic loqui:vt nec eius offendam veritatem: nec humanitatem tuam.
In omnipotentem deum patrem me credere profiteor: eumq; æternum ea æternitate:hoc
eſt immortalitate:dico:quam ſolus deus habet:hoc & de filio eius vnigenito credo in forma
dei: hoc & de ſpiritusancto qui ſpiritus eſt dei patris & filii eius vnigeniti. Sed quia ipſe
Gal.4: dei patris vnigenitus filius dominus & deus noſter Ieſus Chriſtus:poſteaq̃ venit plenitudo temporis opportuni: ad diem ſalutis noſtræ formam ſerui accepit:Multa de illo in ſcripturis ſecundum formam dei dicuntur:multa ſecundum formam ſerui: Quorum (exempli gratia) duo quædam commemoro: vt ſingula ad ſingula referantur. Secundum for-
Ioannis.10. mam dei de ſe ipſe dixit: Ego & pater vnum ſumus.Secundum formam ſerui:Quoniam
Ioannis.14. pater maior me eſt. Quod autem de deo ſcriptum eſt:Qui ſolus habet immortalitatem I
1.Timot.6. Et inuiſibili ſoli deo honor & gloria: & cætera huiuſmodi: non de patre tantum accipi-
1.Timoth.1. mus:ſed etiã de filio:quod ad formã dei attinet:& de ſpiritusancto.Pr̃ eñi & filius & ſpiritusſanct⁹ vnus de⁹ eſt: & ſolus verus deus:& ſolus immortalis ſecundũ incõmutabilẽ oĩno ſubſtãtiã. Si eñi de carne diuerſi ſexus dictum eſt:Qui adhæret meretrici vnũ corpus eſt:Et de ſpi
1.Corin.6. ritu hominis qui non eſt quod dominus:conſequenter ſcriptum eſt:Qui autẽ adhæret domi
6.de trinitate.ca.3. no vnus ſpiritus eſt: quãtomagis deus pr̃ in filio:& deus fili⁹ i pr̃e:& de⁹ ſpũs pr̃is & filii vnus
deus eſt: vbi nulla eſt diuerſa natura:cum pro diuerſis modo quodam ſibi cohærẽtib⁹ dicatur

vel spiritus vnus vel corpus vnum? Et cum pro anima et corpore sibi cohærentibus dicatur: vnus homo: cur non multo maxime patre & filio sibi cohærentibus dicatur: vnus deus: cum sibimet inseparabiliter cohæreant: quomodo corpus & anima? Et cum corpus & anima sit vnus homo: q̄uis corpus & anima non sint vnum: cur non multomagis sit pater & filius vnus deus: cum pater & filius vnum sint: secundum illam veritatis vocem: Ego & pater vnū sumus? Item cum homo interior & homo exterior non sint vnum: neq̧ eiusdem naturæ est exterior cuius interior: quia exterior cum nuncupato corpore dicitur homo: interior autem in sola rationali anima intelligitur: vtrunq̧ tamen simul non homines duo: sed vnus dicitur: quātomagis pater & filius vnus deus est: cum pater & filius vnum sint? quia eiusdem naturæ vel substantiæ sunt: vel si quo alio vocabulo congruentius dicitur id quod deus est: vnde dictum est: Ego & pater vnum sumus. Itaq̧ vnus spiritus domini & vnus spiritus hominis: & non sunt vnum: & tamen ille cum cohæret domino non sunt duo: sed vnus spiritus. Et vnus homo interior & vnus homo exterior non sunt vnum: & tamen eius connexione vinculi naturalis simul vtrunq̧ non duo: sed vnus homo. Multomagis igitur cum filius dei dicat: Ego & pater vnum sumus: vnus est deus pater: & vnus est deus filius: et tamen simul vtrūq̧ non duo sed vnus deus. Quod enim fecit in multis sanctis in adoptionem filiorum vocatis cohæredibus Christi: vna fides & vna spes & vna charitas: vt esset eis vna anima & cor vnum in deum hoc precipue cogit intelligi: vna eademq̧ patris & filii natura (si ita dicēdum est) deitatis: vt pater & filius qui vnū sunt & inseparabiliter vnū sunt: & sempiterne vnum sunt: nō sunt duo dii sed vnus deus. Illi enim homines per consortium & communionem vnius eiusdemq̧ naturæ: qua omnes homines erant: vnum erant: Et si aliquando secundum diuersas voluntatum & sententiarum: opinionum morumq̧ dissimilitudines non erant vnum: Erunt autem plene perfecteq̧ vnum: cum peruentum fuerit ad eum finem vt sit deus omnia in omnibus.

Deus autem pater & filius eius: verbum eius deus apud deum: semper atq̧ ineffabiliter vnum sunt: vnde magis non duo dii: sed vnus deus. Homines autem minus intelligen-
K tes: qui propter quid dicatur: potentes volunt habere sententias: & scripturis non diligēter scrutatis: cum arripiunt defensionem cuiusq̧ opinionis: & ab ea vel nunq̄ vel difficile deflectuntur: dum docti atq̧ sapientes magis putari q̄ esse concupiscunt: ea quæ propter formam serui dicta sunt: volunt transferre ad formam dei: & rursus quæ dicta sunt ad seinuicem personæ referantur: volunt nomina esse naturæ atq̧ substantiæ. Fides autem nostra est: patrem et filium & spiritum sanctum vnum deum credere & confiteri: nec tamē eum qui filius est patrem dicere: nec eum qui pater est filium: nec eum qui spiritus patris & filii est: aut patrem aut filium nuncupare. His enim appellationibus hoc significatur: q̧ ad se inuicem referuntur: non ipsa substantia: qua vnum sunt. Nam & pater cum dicitur: non nisi alicuius filii dicitur: & filius non nisi alicuius patris intelligitur: & spiritus secundum id quod ad aliquid refertur: spirantis alicuius est: & spirans vtiq̧ spiritu spirans est. Non autem ista corporaliter sentiuntur: nec vsitato modo intelliguntur in deo: Qui potens est facere (sicut dicit Apostolus) supra q̄ petimus & intelligimus. Si autem facere: quantomagis esse? Nam hoc nomen quod spiritus dicitur: non secundum id quod refertur ad aliquid: sed secundum id aliqua natura significatur. Omnis incorporea natura spiritus in scripturis appellatur: vnde non tantum patri & filio & spiritui sancto: sed omni rationali creaturæ & animæ hoc vocabulum congruit. Vnde dominus dicit: Spiritus est deus: & ideo qui adorant deum in spiritu & veritate oportet adorare. Scriptum est etiam: Qui facit angelos suos spiritus. Dictum est & de hominibus quibusdam: Quoniam caro sunt & spiritus ambulans & non reuertens. Et apostolus ait: Nemo scit quid agatur in homine nisi spiritus hominis qui in ipso est. Item scriptum est: Quis scit spiritus filiorum hominis si ascendat ipse sursum: & spiritus pecoris si descendat ipse deorsum in terra? Dicitur etiam spiritus in scripturis secundum quandam distinctionem in ipsa vna vnius hominis anima. Vnde apostolus dicit: Vt integer spiritus vester & anima & corpus in diem domini nostri Iesu Christi seruetur. Item in alio loco: Si orauero lingua: spiritus meus orat: mens autem mea infructuosa est. Quid ergo est? Orabo spiritu: orabo & mente. Porprio autem modo quodā dicitur spiritussanctus: secundū quod refert ad patrē & filium q̧ eorum spiritussanctus sit. Nā secundū substantiā: quoniā semel dictū est: Spiritus est deus: & pater spiritus est: & filius: & ipse spiritussanctus: nec tamen tres spiritus:
L sed vnus spiritus: sicut non tres dii sed vnus deus. Quid miraris? tantū valet pax nō qualis

Ioan.10.
5. de trinitate ca.11.
Ephe.3.
14. de trinitate.ca.16.
Ioan.4.
Psal.103.
Psal.77.
1.Corin.2.
Ecclesiast.3.
1.Thessal.5.
1.Corin.14.

Phil.4. cõq; vt solet intelligi:nec talis qualis laudat in hac vita p cõcordiã charitatẽq; fideliũ:sed illa
pax dei:quæ sicut dixit Apostolus:supgredit oẽm intellectũ:Quẽ nisi nostrũ:id est ois rationa
lis creaturæ! Quapropter cõsyderantes infirmitatẽ nostrã:& audientes aplm confitentẽ &
Phil.3. dicẽtẽ:Fratres ego me non arbitror apprehẽdisse:Et q se putat aliqd scire:nondũ scit quẽad
1.Corin.8. modũ oporteat scire:cũ diuinis scripturis quãtũ possumus colloquamur sine contentione pa
cati:nõ inani & puerili animositate studentes alterutrũ vincere:vt pax Christi poti⁹ vincat
in cordib⁹ nostris:quantũ eã nobis & in hac vita percipere posse donauit:vt cogitantes quid
eadem pax inter fratres egerit:quorũ ex tam multis animis & multis cordibus fecit animam
vnam & cor vnũ:in deũ patrem debita pietate credamus:multomaxime in illa pace dei quæ
superat omnem intellectũ:& patrem & filiũ & spiritũsanctũ non esse tres deos sed vnum deũ:
tanto excellentius q̃ istorum erat anima & cor vnum:quanto illa pax quæ superat omnem in
tellectum:excellentior est ista pace quã tenebat oim illorũ cor vnũ & vna aĩa in[...]. Filium
autem hominis eundem dicimus quem filium dei:nõ tñ propter formã dei in qua est æqualis
deo patri:sed propter acceptam formam serui qua maior est pater. Et quia eundem filiũ ho
minis dicimus:propter hoc & filium dei crucifixum fatemur:non ex virtute diuinitatis:sed
ex infirmitate humanitatis:non ex suæ naturæ permixtione:sed ex nostræ susceptione. Iam M
nunc paululum intuere quæ scripturarum eloquia nos cogant vnum dominum deum confi
teri:siue tantum de patre:siue tantum de filio:siue tantum de spiritusancto:siue simul de pa
Deute.6. tre & filio & spiritusancto interrogemur.Certe scriptum est:Audi Israel:dominus deus tuus
deus vnus est.de quo dictum putas!Si tantũ de patre:nõ est dominus deus noster Iesus Chri
Ioan.20. stus.Et vbi est vox illa clangentis & clamãtis:Dominus meus & deus meus:quã Christus ipse
nõ reprehendit:sed approbauit dicens:Quia vidisti me credidisti!Porro et si filius dominus
deus est:& pater dominus deus est:& ambo iam duo domini & duo dii:quomodo erit verum
Dominus deus tuus deus vnus est! An forte pater est vnus dominus:filius autem non vnus
dominus:sed tantum dominus:sicut sunt dii multi:& domini multi:non sicut ille vn⁹ de quo
1.Corin.8. scriptũ est:Domin⁹ vn⁹ est!Quid ergo respondebimus apostolo dicẽti:Nam et si sunt qui di
cuntur dii:siue in cælo:siue in terra:sicuti sunt dii multi & domini multi:nobis tñ vnus de⁹
pater ex quo oia & nos in ipso:& vnus dominus noster Iesus Christus:per quẽ oia & nos p ip
sum! Porro si quod de vno deo patre dicitur:cogit inde filium separare:dicant qui audent
nõ posse iam intelligi deum patrem:Quia vnus(inquit)dñs noster Iesus Christus!Nã si vn⁹
vtiq; solus.Si solus:quomodo & pater:nisi quia & ipse & pater vnus deus & solus deus:nõ se
parato spiritusancto! Vnus ergo deus pater:& cum illo filius vnus deus:q̃uis non cum il
lo vnus pater. Itemq; vnus dominus Iesus Christus:& cum illo vnus dominus pater:q̃uis
nõ cũ illo vnus Iesus Christus:tanq̃ & pater sit Iesus Christus.Hoc enim nomẽ ex dispensatio
1.Corin.8. ne misericordiæ susceptęq; humanitatis assumptũ est. An forte quod ait apostolus:Vn⁹ do
minus noster Iesus Christus per quẽ omnia:non vultis adiungi quod dictum est:vnus:ad id
quod est dominus:sed ad id quod ait:per quem omnia:vt non vnus dominus:sed vnus p quẽ
omnia intelligatur:vt nõ sit pater per quẽ omnia:sed pater solus ex quo omnia:& filius solus
per quẽ omnia!Si ita est:iam tandem fatemini vnum dominum & deum nostrũ esse patrẽ & fi
Ro.11. lium.Quis enim cognouit sensum domini!Aut quis consiliarius ei⁹ fuit!Aut qs prior dedit
illi & retribuetur ei!Quoniã ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia:ipsi gloria.Neq; enim
dixit:Ex patre omnia:& p filiũ omnia:sed ex ipso & per ipsum & in ipso:quo nisi domino:de
quo ait:Quis enĩ cognouit sensum domini!Ex domino ergo & per dominũ & in domino om
nia:non alio illo & alio isto:sed vno domino:qa nõ dixit:ipsis gloria:sed ipsi gloria. Qz si qs
q̃ dicit id qđ ait aplus:Vnus dñs Iesus Christus per quẽ omnia:non intelligi vn⁹ dñs:nec vn⁹
per quẽ omnia:sed vnus Iesus Christus:qui vnus Iesus Christ⁹ etiã dñs dicit:non tamen vt
vnus dominus sit:sed vt vnus Iesus Christus:quid dicturus est cum audierit eundem aposto
lum clamantem:Vnus dominus:vna fides:vnum baptisma:vnus deus & pater omnium.
Ephe.4. Cum enim deum patrem hic commemoret vbi ait:vnus deus & pater omnium:pro
culdubio id qđ ibi dixit:Vnus dominus:quẽ nisi Iesum Christũ voluit intelligi!Si ergo sic pla
cet:definat esse dominus pater:quia vnus est & dominus Iesus Christ⁹.Qđ si absurdũ & im
piũ est opinari:discam⁹ intelligere vnitatẽ patris & filii & spiritussancti:vt qđ de vno solo deo
dictũ fuerit:nõ cõtinuo prohibeamur de filio vel de spũsancto intelligere:qa pr qdẽ nõ est fili⁹
et filius non est pater:& spũs vtriusq; nõ est pater aut fili⁹:sed tñ & pr & filius & spiritussanct⁹ I

N vnus & solus est verus dñs deus. Neq; eñ spiritussanctus si aut deus aut verus deus non eẽt:
templũ eius essent corpora nostra. Nescitis(inqt)quia corpora vestra templũ in vobis est spũs 1.Cor.6.
sancti quẽ habetis a deo? Et ne quisq̃ ipsum spũm negaret deũ: cõtinuo secutus ait: Et nõ estis
vestri: Empti eñ estis ptio magno: Glorificate ergo & portate deum in corpore vestro: cũ scili
cet cuius templũ corpora vestra esse praedixerat. Iam hoc mirabile est: si verũ est quod vos au-
dio dicere: ita esse spiritũsanctum minorẽ filio: sicut patre minor est filius. Cum eñ corpora no
stra membra sint Christi: sicut dicit Apostol9: Itemq; corpora nostra templũ sint spiritussancti:
sicut idẽ ipse dicit Apostolus: Nimiũ miror: quõ sint membra maioris: tẽplũ minoris. An forte
iam placet dicere spiritũsanctum dño Iesu Christo esse maiorẽ? Videt eñ suffragari huic opi-
nioni etiã illa sentẽtia: Qm̃ qui dixerit verbũ aduersum filiũ hominis: remittet ei: Qui autem Matth.12.
dixerit aduersus spũmsanctũ: non remittet ei neq; in hoc sęculo neq; in futuro. Periculosius eñ De verbis
O peccat in maiorẽ q̃ in minorẽ. Nec separi fas est filiũ hois a filio dei: qa ipse fili9 dei fact9 est fi- dñi ser.11.
lius hoisnõ mutãdo qd erat: sed assumẽdo qd nõ erat. Sed absit etiã talis impietas vt spũssan-
ctus maior filio esse credat. Non ergo facile in puersum moueant quae ita dicuntur quasi ostẽ-
dant alterum altero esse maiorem. Nam quaedam eti sic dicuntur vt hominib9 parũ intel-
ligẽtib9 & ipse fili9 maior patre videat. Quis eñ cũ fuerit interrogatus: qd sit maius: verũ aut
veritas: nõ poti9 respõdeat veritatẽ esse maiorẽ? Ab illa eñ vera sunt quaecũq; vera sunt. Non
aũt ita est in deo. Nã filium maiorẽ patre vtiq; non dicimus: & tamen filius dicit esse veritas?
Ego sum(inqt)via: veritas: & vita. De patre autem tantũmodo vos vultis intelligi quod ait:
Vt cognoscant te vnũ verũ deũ & quẽ misisti Iesum Christum: Vbi nos subaudimus: etiam Ie Ioan.14.
sum Christũ verum deũ: vt haec sit sententia: Te & quem misisti Iesum Christum cognoscant Ioan.17.
vnum verum deum: Ne illa consequat absurditas: vt si ppterea nõ est verus deus Iesus Chri-
stus: quia dictum est patri: Te vnũ verũ deũ: ppterea non sit dominus pater: quia dictum est de
Christo: vnus dñs. Verũtamen secũdũ prauũ intellectũ vel potius errorem: maior est deus ve-
ritas q̃ deus verus: quia verus a veritate est. Maior ergo patre filius: quia iste est veritas: ille ve
rus. Hanc peruersitatem pellit ex animo: q didicerit patrem verum deum esse gignẽdo verita
P tẽ nõ participando. Non est aũt alia substantia veri gignẽtis: & alia genitę veritatis. Sed cum
ad haec contẽplanda infirmus sit oculus cordis humani: accedit vt de contentione etiã turbu-
lent9 fit: & qñ ista cõspiciet: dicit scriptura: filiũ dei dñm & saluatorem nostrũ Iesum Christũ:
verbum dei esse & veritatẽ & sapiẽtiã: & hoies eũ ante incarnationẽ quã de Maria virgine ac-
pit sine vlla omnino susceptione corporeę creaturę p ipsam naturã & substantiã suã qua ver-
bum dei est & sapientia dei: visibilem & corruptibilem dicũt: dum sibi volunt constare qd sen-
tiunt de patre: & tñmodo esse dictum: inuisibili incorruptibili soli deo. Rogo te: verbum hois
non est visibile: nedum verbum dei? Iam vero sapientia illa de qua dictum est: Attingit vbiq; p Sap.8.
pter suam mũdiciã: & nihil inquinatũ in eam incurrit: & in seipsa manẽs innouat oia: & siqua
similia quae numerari non possunt. Si corruptibilis est: nescio qd dicam: nisi vt doleã praesum-
ptionem humanã: & mirer patientiã diuinã. Cum vero de illa dictũ sit: Candor est eñ lucis ae- Sap.7.
ternae: nec vestri vt arbitror iam dicunt lucẽ patris(quae qd est nisi eius substantia?) fuisse ali-
quando sine candore a se genito: sicut ista in diuinis & spiritalibus & incorporeis & incõmuta
bilibus credi & vtcũq; intelligi possunt. Audio enim iam eos emẽdasse. An forte falsum est hoc
eos aliquando dixisse: q fuerit aliqñ pater sine filio: tanq̃ fuerit lux aeterna sine candore quem
genuit? Quid ergo dicimus? Si natus est filius dei de patre: iam pater destitit gignere: & si de-
stitit coepit. Si autem coepit gignere: fuit aliquando sine filio: sed nunq̃ fuit sine filio: quia fili9
eius sapientia eius est: quae candor est lucis aeternę: Ergo semper gignit pater & semp nascitur
filius. Hic rursus timendum est ne putetur imperfecta generatio: si non dicimus natũ esse sed
nasci. Compatere mecum obsecro in his angustiis humanę cogitationis & linguę: & pariter
confugiamus ad spiritũ dei per prophetam dicentem: Generationẽ eius quis enarrabit? Hoc Esa.53.
vnum peto interim vt diligenter exquiras: verũ alicubi diuina scriptura de diuersis substãtiis
dixerit: q vnum sint. Si enim non inuenit dictum: nisi de his rebus quas constat esse vnius eius
demq; substantiae: quid opus est vt rebellemus aduersus veram & catholicam fidẽ? Si aũt inue
neris alicubi hoc scriptum etiam de diuersis substantiis: tunc aliud cogat inquirere: vnde ostẽ
dam recte homousion dictũ patrẽ & filium. Nam si illi q scripturas nostras: aut nesciũt: aut nõ
laboriose scrutant: & tñ filiũ eiusdem substantiae & aequalẽ patri credũt: dicãt eis q hoc nolunt
credere: cũ tñ deũ patrẽ filiũ habere vnigẽitũ credãt: Noluit de9 habere equalẽ filiũ: aut nõ po

tuit. Si noluit inuidus est: si non potuit: infirmus est: Vtrũuis aũt hoꝝ de deo sentire sacrilegũ est. Nescio vtrum possint inuenire quid dicãt si nolint res absurdissimas & stultissimas dicere. Ecce quantũ potui exposui tibi fidẽ meã: & plura qđe dici possunt & diligenti⁹ disputari. Sed Q
vereor ne ista ipsa quæ dixi oneri sint occupationibus tuis: tamen ea non solum dictata conscribi volui: sed etiam manu mea subscribẽda curaui: qđ quidem & antea volueram: si qđ inter nos placuerat seruaretur. Sed modo certe puto iam non a te debere dici timuisse me: tibi dicere fidem meam: quando nõ solum dixi: sed scriptam subscripsi: ne me quisꝗ dicat aut dixisse qđ non dixi: aut non dixisse quod dixi. Hoc fac & tu: si iudices quæris: non qui in ore tuo reuereã tur personam tuam: sed qui in literis tuis exerant libertatem suam. Si enim calumniam times: quod nullo modo auderem dicere nisi hoc ipse dixisses: licet tibi non subscribere. Nam & ego ꝓpterea nolui nomẽ tuum scribi in his meis literis: ne hoc forte noluisses. Facile est vt quisꝗ Augustinum vincat: videris vtrum veritate an clamore. Non est meum dicere nisi quia facile est vt quisꝗ Augustinum vincat: quanto magis vt vicisse videatur? Aut si non videatur: vicisse dicatur facile est. Hoc nolo magnum putes: nolo pro magno appetas. Nam cum aduerterint homines in hac re tam ingentem famam cordis tui: multi gaudebunt se inuenisse occasionem: vt a pauco euge euge tam potentem virum faciant amicum. Noli dicere quia si non faueant: vel si contrariam sententiam proferant: etiam formidare poterunt inimicum inepte quidem & stulte. Sed plærīꝗ homines ita sunt. Noli ergo attendere quomodo vincatur R
Augustinus: qualiscunꝗ vnus homo: Sed attende potius vtrum vinci possit homousion: non ipsum verbum græcum: quod facile est non intelligentibus irridere: sed illud quod scriptũ est
Ioan.10. Ego & pater vnum sum⁹: Et pater sancte serua eos in noĩe tuo quos dedisti mihi: vt sint vnum
Ioan.17. sicut & nos. Item paulopost: Non pro his autem rogo tantum inquit: sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me: vt omnes vnum sint: sicut tu pater in me & ego ĩ te: vt & ipsi in nobis vnum sint: vt mundus credat quia tu me misisti: & ego claritatẽ quã dedisti mihi dedi illis: vt sint vnum sicut & nos vnũ sumus: Ego in eis: & tu in me: vt sint consummati in vnũ. Vide quotiẽs dixit: Sint vnum sicut & nos vnum sumus: nusꝗ tamen dixit: Ipsi & nos simus
6.de trinitate ca.3. vnũ: sed sic: Vt ego & tu sum⁹ vnum: sic & ipsi in nobis sint vnũ. Quia sicut illi erãt vni⁹ eiusdẽꝗ substantiæ: quos etiã vni⁹ participationis vitæ æternæ facere volebat: ita de patre & filio ꝓpterea dictũ est: Vnũ sumus: qa vni⁹ sunt eiusdẽꝗ substãtię: & nõ participes vitę æternę: sed ipsa principaliter vita ęterna: Et poterat dicere secundum formam serui: Et ipsi vnum sumus: aut vnum sumus: nec tñ hoc dixit: quia vnam substantiam patris & suam: & vnam illoꝝ volebat ostendere. Si autem dixisset: Vt tu & ipsi vnum sitis: sicut ego & tu vnum sumus: aut vt tu & ego & ipsi vnum simus: sicut ego & tu vnum sumus: nemo nostrum recusaret posse dici vnum sunt: etiam diuersas substantias. Nunc autem vides ꝗ non ita sit: quia non ita dixit: & sæpe dicendo vehementer commendauit quod dixit. Inuenis ergo aliquid in scripturis vnum de diuersis naturis: sicut supra ostendimus: sed additur vel subauditur quid vnum: sicut ex anima & corpore dicimus vnum aĩal & vna persona & vnus homo vel est vel sunt. Sine aliqua vero adiunctione dici: vnum sunt: si inueneris in scripturis: nisi de his qui vnius substantię sunt: iustissime flagitabis vt aliud ꝓferamus vnde homousion demonstrem⁹. Sũt enim & alia multa: sed interim de hoc vno cogita deposito studio contẽtionis vt habeas propitium deũ. Non eñ bonũ hoĩ est hoĩem vincere: sed bonum est homini vt eum veritas vincat volẽtẽ: quia malum est homini vt eũ veritas vincat inuitum. Nã ipsa vincat necesse est: siue negãtẽ siue confitentẽ. Da veniã si quid liberius dixi: non ad cõtumeliã tuam: sed ad defensionẽ meã. Præsumpsi enim de grauitate & prudentia tua: qa potes consyderare: quantã mihi respondẽdi necessitatem ĩposueris: aut si & hoc nõ recte feci: & huic da veniã: huic scripturę a me dictatæ & relectæ. Ego Augustinus subscripsi.

Beati Augustini iterũ ad Pascentiũ: dicta eius falsa esse & fidem suã se dicere noluisse: astruẽtis: & ob id ne vlteri⁹ iactet ꝗ fidẽ suam dixerit &c. commonentis. Eplã.CLXXV.



SI dicis te mihi dixisse fidẽ tuã: & me tibi noluisse dicere fidẽ meam: qđ te audio non tacere: recordare obsecro ꝗ vtrūꝗ sit falsum. Nã nec tu mihi voluisti dicere fidẽ tuam: & ego tibi fidem meã non dicere nolui: sed ita dicere volui vt nemo posset dicere: aut dixisse me aliud quod non dixerim: aut nõ dixisse qđ dixerim. Diceres aũt mihi fidem tuam si hoc diceres vnde differtis a nobis. Si diceres: Credo in deũ patrẽꝗ filiũ fecit primã creaturã ante oẽs cæ S

teras creaturas:& in ipsum filium:nec ęqualẽ patri:nec similẽ:nec verũ deũ:& in spiritũ sanctũ factum per filiũ post filiũ. Hęc eñ vos audio dicere. Aut si forte falsum est ꝙ ista dicatis:hoc potius abs te volo scire. Si aũt verum qa ista dicitis:volo scire quẽadmodum ea de scripturis sanctis defendatis. Nunc autem dixisti:credere te in deũ patrẽ omnipotẽtẽ:inuisibilẽ:imortalẽ:non ab aliquo genitũ:& ex quo sunt oĩa:Et filiũ eius Iesum Christũ:deum natum ante saecula per quẽ facta sunt oĩa:Et in spiritũ sanctũ. Haec fides nõ est tua:sed vtriusꝙ nostrũ:quẽadmodum si adiungeres ꝙ eundẽ filiũ dei Iesum Christũ etiã Maria virgo peperit:qđ pariter credimus:et siqua alia cõmuniter cõfitemur. Si voluisses ergo tuam dicere:nõ istã diceres quae communis est nobis:sed illã poti⁹ in qua dissentimus a vobis:haec & praesens dicerem:si quẽadmodũ placuerat verba nostra exciperent. Sed quia hoc noluisti:dicẽs te a nobis timere calumniam & a placito cui mane consenseras post prandiũ recessisti:vt quid dicerem:quẽadmodum velles me dixisse narrares:& ego nõ haberem vnde ostenderem quid vel quẽadmodum dixerim. Noli ergo vlterius iactare ꝙ tu fidem tuam dixeris:& ego meã non dixerim:quia sunt homines q consyderent me potius habuisse fiduciam fidei meę:qui eã scribi voluerim:te autẽ non habuisse dum quasi calumniã pertimescis. Paratus ergo eras negare si tibi obiiceret ꝙ contra fidem meam aliquid dixeris. Vide ergo quid de te ipse sentire feceris. Qꝫ si obiectum non eras negaturus:cur dictum scribi noluisti:praesertim cum magnopere voluisse etiã honoratos viros nostro interesse sermoni? Cur ergo volens calumniã deuitare/notariorũ stilum timebas:& clarissimorum testimoniũ non timebas? Si aũt sic vis vt etiam ego dicam fidem meã:quomodo te dicis dixisse tuam:ego etiam breui⁹ possum dicere:Credere me in patrẽ & filiũ & spiritũsanctũ. Si autẽ proprium aliquid vnde dissentis a me vis audire:Credo in patrẽ & filium & spiritumsanctũ:nec filium dicens patrem:nec patrẽ filium:nec vtriusꝙ spiritũsanctũ vel patrem vel filium:& tamen patrem deum:& filium deũ:& spiritũsanctũ deũ solum aeternum & immortalem propria sua substãtia:sicut deus solus & aeternus & immortalis est:ea diuinitate qua ẽ ante saecula. Hoc si tibi displicet:& placet a me audire quẽadmodum de scripturis sanctis afferatur:lege etiam illud qđ prolixi⁹ conscriptum misi benignitati tuae. Si autẽ illud tibi non vacat legere:nec mihi vacat frustra verba iactare. Possum tamẽ quantũ dñs dederit facultatis vel dictanti tibi vel scribenti:ego quoꝙ vel dictãdo vel scribendo ad qđ volueris respondere. Huic scripturae a me dictatae & relectę/ego Augustinus subscripsi.

Pascentii comitis Arriani ad beatum Augustinum:sibi ꝙ in errore permaneat mẽdaciter improperantis:ac conuitiosis comparationibus eum mordentis:atꝙ ad rescripta ipsius perfide respondentis. Epl'a.CLXXVI.

T 

Prauaueram te frater dilectissime pristini erroris tui consilium deponere:nũc miror te in ipso adhuc permanere sicut epistola quam ad me misisti clamat. Nam ita est dignatio tua:sicut sitiẽs nimio calore accẽsus:si inuenerit aquã coenosam & se ingurgitauerit:postea etiam si lympidam & frigidam reperiens biberit:non satis proficere potest:quandoquidem coeno semel eius cor & aĩa obruit. Deniꝙ (qđ pace tua dicã) ita & consiliũ praestantię tuae:sicut arbor curua & nodosa quae nihil in se rectum habet & aciem peruertit oculorũ. Rescribit mihi sanctitas tua:patrẽ deũ:filium deũ:spiritũsanctũ deũ:sed vnũ deũ: Quis e tribus vnus vnus deus? An forte est vna persona triformis quae hoc nomine nuncupet? Tu si voluisses & consideres de ꝓfessione tua:resideres mecum cum coepiscopis tuis puro ac pacifico animo & spũ:& conferres de his quae dei sunt:& quę ad gloriam & gratiam spiritalem pertinent. Vnde quid opus est scribere & rescribere quod nos non aedificat?

Sancti Augustini iterum ad Pascentium comitem Arrianum:superiori epistolae illius respõdentis:& vt ipse ad argumentum ex verbis Apostoli sumptum respondeat:petentis.

Epistola.CLXXVII.

V 

Iterę tuę nec ad reddẽda cõuiuia me ꝓuocare:nec a reddẽdis literis reuocare potuerũt. Ea qppe quae scripsisti mouerẽt me:si a veritate dei nõ a potestate hoĩs diceref. Dixisti cõsiliũ meũ arborẽ curuã & nodosam:q̃ nihil in se rectũ habet & aciẽ peruertit oculorũ. Quid si me diceres si a placito qđ inter nos mane statueramus/ego recessissem:& in re facillima q̃ recte placuerat curuã refragationẽ & nodos difficultatis posuisse? Neꝙ eñ aq̃ coenosa ĩgurgitatũ me iudicares:sed pfidię (qđ multo peius ẽ) ebrietate submersũ:si nõ talis post prã

diũ rediissem:qualis ante prãdiũ recessissem.Sed ecce nunqd nõ rescripsisti qđ voluisti: & nullã calũniã formidasti?Sic ergo potes &c.vt sit qđ vl nosipsi vl alii possint cõsyderare & iudicare. Q: eñ dicis triformẽ dei psonã me credere:si legere dignatus fuisses qđ aliud aliquando ꝑlixius misi: & ad ea quæ ibi scripta sunt respõdere voluisses:hoc fortasse non diceres. Sed tñ ecce: & hoc ipsum ꝙ triformẽ dei psonam dicam: & dictasti & conscriptum misisti & nullã calũniã timuisti. Ecce ostendisti verum esse quod dico:non ideo te sicut placuerat cum simul essemus verba tua dictare noluisse:quia calumniam timebas:sed quia de veritate non cõfidebas modo quia iam tibi placuit dictare:an triformẽ dei personam credam:Respondeo non me ita credere:Vna quippe forma est:qa vna(vt ita dicam)deitas:& ideo vnus deus pater & filius & spũs
1.Cor.6. sanctus.Tu autem peto digneris breuiter respnodere:quomõ accipias qđ ait apostolus:Qui adhæret meretrici:vnum corpus est:qui autem adhæret domino vnus spiritus est? Diuersi
Ioan.10. eñ sexus corpora sibi adhærentia:vnum corpus dixit:Et cum spiritus humanus nullo modo possit dicere:Ego & dominus vnum sumus:tamen cum adhæret domino vnus spiritus est: quanto magis & ille qui verissime dixit:Ego quia inseparabiliter patri cohæret:ipse pater vnus deus est?Si tamen vel hoc verbum admittit in illa diuinitate:vt dicam⁹ cohæret:qđ nunq̃ omnino vel fuit vel esse poterit vlla distantia separatum. Ad hoc responde:vtrũ tibi placeat biformẽ spiritũ dici:quando q adhæret domino vnus spũs est. Qđ si tibi non placet: nec ego triformẽ deũ dixi patrem & filiũ & spiritumsanctũ:sed vnũ deũ. Si aũt in pręsentia vis vt colloquamur:gratiam quidem habeo dignationi & beniuolentiæ tuæ.Sed sicut iã mihi aliud quod voluisti rescribere dignatus es:ita dignare rescribere dictaturos nos esse quæ dicturi sumus:& non deero volũtati tuæ quãtũ me adiuuerit de⁹.Nã si scribis & scribo:nõ nos ędificat: quõ nos ædificat?Dicis:dico:vbi post verboꝝ strepitũ nõ inueniamus qđ legendo recenseam⁹ Augustinus hæc dictaui:& relictis subscripsi. Abstineamus nos a cõuitiis ne tempus inaniter impendamus:& ad id quod agitur inter nos potius aduertamus.

Narratio altercationis inter beatum Augustinum episcopum:& comitem Pascentium Arrianum:habitæ in domo Anicia Hippone:regio pręsente Laurentio viro clarissimo iudice ab vtrisꝙ partibus electo. Epistola.CLXXVIII.



Aurentius vir clarissimus partibus & personis in cõmune positis dixit.Dei discutiendum est negotium:naturæꝙ eius in qua plęriꝙ labũtur homines: X examinanda perfectio. Si post illud totum quod pars parti:persona personæ conuitii intulit pridem:iam in vtrisꝙ maneat serenitas animorum: venerande Augustine & Pascenti nobilissime dignamini profiteri. De domino enim disputans:animus debet serenior inueniri:quia repulsis animositatis caliginibus:menti se puræ ad intelligendam naturæ suæ magnitudinẽ facilius offeret.Fidem igit vestram ex professione opinionũ primitus agnoscere volo:tum demũ requirere vtrum liceat præter scripturarum diuinarum eloquia vsurpatiue defensionis merito aliquid affirmare. Augustinus episcopus dixit:Sunt aliqua fidei necessaria a patrib⁹ posita:quæ in verbis diuersarum linguarum aliter sonant:aliud intus continent in secreto:sicut ipsa caro Christi dei & hominis pleni infirmitatem ostendebat exterius:diuinitatis virtutem gerebat interius:Tamen fidem reipublicę debens vir clarissimus Pascentius:qua ipse extitit prouocator:fidei quoꝙ suę quam Christo debeat:qua etiã suam credit animam gubernari: dignet nomen edicere:qa potestatis:ætatis etiam simulꝙ prouocatiõis eius ordo sic fieri iustissime flagitat.Mihi enim placet te iudicem præsidere:quod etiam ipsi placuisse manifestissime comprobatur. Laurentius vir clarissimus dixit:Tuę excellentię merito Pascenti vir nobilissime nos admodũ paruisse clarum est.Tremens enim in tantę rei negotio paruus præsideo cognitor formidans:ne de tantę omnipotentię natura secus aliter quid credens reatum incurrã. Sacramento enim me meum animum animamꝙ memini constrinxisse:nec tuas intentiones vlla intẽtiõe palpare:nec aliquid a iustitia longius cohibere.Tua eñ dilectiõe iudex in cognitione fidei inter vtrosꝙ videor præsidere. Partis ergo e diuerso sistentis cui defensionis verba Augustinus vir grauissimus se impensurum ostendit:postulationem qua petit:quia & ratione non caret: dignare effectu anticipare: nomenꝙ simul propriæ religionis edicere.

Pascentius vir clarissimus dixit: Nec præsens prudentissimus suæ fidei episcopus Augustinus me negare potest christianum: In patrem ingenitum: & in filium genitum & in Y spiritumsanctum me credere profiteor:sed non vnius æqualisꝙ substantię vel naturæ. Et qm

hesterna die cum laudabiliter sanctum virum & omnis sciētiæ Auxētiū nominarē: & quē idē vir e duobus fuisset secutus: vtrum Arrium an Eunomiū: idem frater Augustinus scrupulosius inquireret: Ego anathema memoratum continue Arrio & Eunomio dicere non dubitauit flagitans vt ipse quoq; homousion anathematizaret: eo q; scriptum in libris dominicis minime reperiatur. Quod facere omnino in nullo consensit: vnde se proculdubio homousianū euidēter ostendit: & q̄ pergraue sit: ipse prorsus aduertis: scripturarum authoritate calcata illud ponere quod eadem scriptura non dixit. Si quid enim præter authoritatē diuinorum voluminum ponitur: vacuum approbatur. Laurentius vir clarissim⁹ dixit: Aduertis ne venerabilis Augustine: qd pro sua prosecutione designet: vel q̄ integro prosecutionis modo sententiā suā vir clarissimus Pascentius firmet? Augustinus episcop⁹ dixit: Catholicū me homousion in sancta trinitate credentem ac professione respondeo: Firmetur tantūmodo eiusdem viri spectabilis Pascentii responsio: si nihil præterq̄ quod scriptum est quisq̄ nostrum debeat vel audeat in defensiōe fidei applicans nominare. Aut enim licebit & nulli/maxime grecis/vbi fides orta est/denegabit: aut non licebit & calūnia iustissime repelletur. Postea tamen homousion verbum græcum vnitatem ostendens: quid contineat: quid habeat: quidve maneat: exponet. Laurentius vir clarissimus dixit. Etiam ab Augustino honorabili viro rectissime respōdetur. Aut enim vt ipse prosecutus est: licebit aliquid quod scriptum non est defendere fidei merito ponere: & ponendum est licite: Aut non licebit: & vtrunq; penitus denegandum est integre: vndē opus non est agnito iam vocabulo sonante professionem vlterius quicq̄ inquirere nisi vt ipsum homousion nobis venerabilis Augustinus suę religionis episcopus scriptum ostēdat in

Z lege. Augustinus episcopus respondit: Rectissimam iustitiæ lineam tenens: O nobilissime fidei vir præsidens: agnosce rationemq; perpende: quia de tuo non solum alii sapientissimi viri iudicio iudicabunt: verumetiam deus verissimus qui est omnium iudex plenius iudicabit. Nō enim differentis dei spernendum est: nonnunq̄ & in præsenti iudex vltor assurgit. Fidei ergo nostræ iam dignare rationem inquirere: symbolumq; quo fides vtcūq; constat: singulos præcipe tuis auribus coram omnibus recitare. Laurētius vir clarissimus dixit: A iustitia nulla ratione discordat: vt ipse digneris qui petitor es: Pascenti vir clarissime: tuæ fidei symbolum recitare. Tūc Pascentius sono clariori symbolum recitans: credere se in deum patrē omnipotentem: inuisibilem: ingenitum & incapabilem dixit: & in Iesum Christum filium ei⁹ deū

& natum ante sæcula: per quem facta sunt omnia: & in spiritum sanctum. Augustinus episcopus respondit: Memorem esse amplitudinem vestram in dei negotio: præsidens cognitor prosecutionis nostræ non dubito: quia vir clarissimus Pascentius nihil ponendum esse in fidei ratione: pręterq̄ qd scripturæ continent: asseruit: qui licet fidei catholicę homousion verbum p̄ macula nominis secundum suos authores nitatur opponere: ex eo q; posuit vel potius vetuit: hinc magis & homousion a græcis sacerdotibus positum verbum in assertionem fidei dici debere recte defendimus: & aliqua quæ scripta non sunt: ab ipsis potius temere posita vel dicta modo probamus. Laurentius vir clarissim⁹ dixit: Cursim vt video honorabilis Augustin⁹ negotii præsentis calcem se obtinuisse declarat: seseq; doctorum astruens aliqua quæ scripta non sunt tuæ Pascenti clarissime authores fidei posuisse quæ sequeris. Quæ si in lege non posita: & a vobis propria vsurpatione fidei merito posita esse docuerit: iam quærendum erit: quia iam licere manifestum erit: quid in intimis homousion verbum habeat: ad quam rem pertineat: cuiq; rei recte hoc verbum adhibitum iudicetur: iusteq; inuentum vel positum ipsa fidei perfectio roborabit. Pascenti⁹ vir clarissim⁹ dixit: Non decet nos aliquid sine auctoritate scripturarum ponere diuinarum: qd est tamen seposito calumnię artificio qd dicit vel p̄ponit e diuerso defendēs frater Augustinus: absq; legis authoritate nos alicui posuisse vel dicere: publicet palā: & si cōuicerit: nec homousion iniuste ab ipsis positū: etiā ego iam publice cōclamabo: statimq; eorū cōmunioni soci⁹ fio. Laurentius vir clarissimus dixit: Nihil tā optimū: tam q; libertati fideiq; & animę congruū q̄ longa tergiuersatione quam potuit stoliditas enutrire ocy⁹ derelicta: animositatis/qua deo fit iniuria/obstinata aliquādiu nebula repellat: atq; quæ occulta in linguis variis sunt euidētiore luce pandātur. Sed ne in longū negotiū iam prope victoria pacatum oratio protrahat diuturna: quod absq; legis authoritate a Pascentio viro clarissimo vel ab eius authoribus reclamas positum: dignare iam Augustine vir sanctissime pu

9 blicare. Augustinus episcopus respondit: In assertione fidei patrem ingenitum & incapabilem dixit: cum nec ingenitum nec incapabilem scriptura patrem alicubi testet. Qui licet

ingenitus pater sit:quia hoc ipsum vtriq; confitemur:tamen hoc nulliꝰ scripturę seu vete-
ris seu nouæ cõtinet textus. Est enim ingenitus:qui a nullo est genitus:sed hoc est q; ingenitꝰ
genitus:vtpote de deo deus. Non enim quia Adam ingenitꝰ approbatur idcirco est homo: &
Abel quia de ipso est genitus nõ ē homo:hominem genuit qđ est ingenitus homo:deus qđ est
genuit eiudẽ substantię:eiusdem essentię sine tempore sibi coæternũ genuit:ante quem nihil
est temporis:non accipit modũ. Est igitur ingenitus pater:quia vt dictum est:a nullo est geni
tus:sed est genito coæternus:quomodo ignis in substantia sua in qua est a creatore creatꝰ: est
quidem ingenitus:sed genitus a se splendori consubstantialis est & coæternus. Hanc dei trini
tatis substantiam vnam homousion verbo græci complecti breuiter maluerunt. Non enĩ no-
men est:sed terribilis est in verbo huiuscemodi sonãs. Qđ verbum aperte ipse filiꝰ declarat cũ
Ioan.10. dicit:Ego & pr̃ vnũ sumus. In isto vno consistit substantia vna. Nam ex eo q; est vna: & ipse fi-
Matthei.11. lius manet in ea. Vnde etiam iam circũamictꝰ carnis verę trabea dicit: Nemo nouit filium ni
si pater:neq; patrẽ quis nouit nisi filius: & cui voluerit filius reuelare. Ecce & filius per se ipm̃
inuisibilis approbatur. Quid est qđ quasi acutius in fidei ponere assertione nituntur:incapabi
lem aũt nec legunt nec iuste defendunt. Quomodo enim incapabilis pater quem capit filius
Ioan.14. totum:ipso dicẽte:Ego in patre & pater in me? De quo etiam Paulus apostolus dicit: Quoniã
Phil.2. cum in forma dei esset nõ rapinam arbitratꝰ est esse æqualis deo. Qui formam implet dei nihil
habet minus deo. Quomodo ergo incapabilis pater dicit̃ qui capitur totus a filio? Ecce enim
quæ scripta nõ sunt in lege vspiam:a vobis temere ponunt̃ in symbolo: vbi nihil magis aliter
oportet inseri præter q̃ scripturæ veridicę cõtinet modus. Cur vobis de homousion verbo vi-
sum est si dei catholicæ inuidiam excitare:quæ substantiam dei vnam simpliciter credens:hoc
verbũ a gręcis patribus in assertionẽ fidei defendendo accepit? In concione eñ hoc est in sym-
bolo quod est inter animas nostras & deum:quid visum est hominibus aliquibus ponere quæ
scripta nõ reperiuntur in lege? Neq; enim alicubi ingenitus aut incapabilis pater. Laudantes
enim deum dicere solemus in precibus eius magnitudinem admirãtes: Qui capit omnia: quẽ
capit nemo:scilicet hominum. Nã totus capitur a filio:cuius formam implet filius vnius in-
commutabilis naturę secreto. Ergo neq; solus inuisibilis pater:sed & filiꝰ inuisibilis. Sicut ho-
minibus inuisibilis pater:ita inuisibilis hominibus filius secundũ illud secretũ qđ manet in pa
tre. Nõ ergo iuste positus est inuisibilis solus pater in symbolo:sed inuisibilis tota trinitas deꝰ
1.Timoth.1. excepta carne suscepta a filio:de qua dicit apostolus: Inuisibili soli deo honor & gloria in sæcu
la sæculorum. Totus ergo habitat pater in filio:cuius patris formam idem filius non ex par-
te:sed implet in pleno. Hanc apostoli Pauli sentẽtiã qua dicit intimatq; dei mortalibꝰ secreta: A
Phil.2. Qui cũ in forma dei esset:aliqui male pronuntiantes:male sentiendo bene digesta non esse au-
sum filium dei per imparilitatem æqualem:sed per rapinam fieri deo patri prorsus affirmant:
quod inique sentitur. Si enim diceret: Qui cum deus esset non rapinam arbitratus est esse se æ
qualem deo:posset angustiis fidei suę quilibet qualiscunq; etsi debile de qua sine mora exclude
retur spatium inuenire. Nunc vero:quia cum in forma dei esset:dixit:omnem machinationis
2.Cor.5. iniustæ aditum interclusit. Vbi est forma nihil habet prorsus minꝰ omnino natura: Deꝰ eñ
(ait idem apostolus) erat in Christo mũdũ reconciliãs sibi. Quomodo enim susciperet minor
maiorem:nisi se vna natura cognosceret parem? Neq; enim liniamentis spatiisq; membrorum
Ioã.14. hæc dei forma distenditur:vt pater filium in se suscipiat habitantem:aut in se filius patrẽ ostẽ
dat manentem: Sicut ipse ait: Pater in me manens facit opera mea:aut euacuatur cum spiritũ
sanctum suum pater & filius omnem craturam suam proferat illustrantem:quomodo cogita
ri non potest:quomodo explicari non potest? Simul secum vnum est quod secundum incõmu
tabilem omnino substantiam in trinitate deus est. Ecce quid est homousion quod exprobratur
iniuste. Non enim verbum solum:sed res in verbo:nec solus sermo sonans auribus:sed substã
tia vna est dei credenda in mentibus. Si enim in homine credente in se totus deus credendꝰ est
habitare:quomodo filium totum in se pater:aut filius patrem nõ credatur excipere? Ac p hoc
ipse in patre: & pater in eo manet: & ex patre & filio sanctus credendus est spiritus: non solum
processisse:sed peragenda opera trinitatis omnino procedere: sicut eadẽ trinitas Abraam ami
cum suum in vnitate nominis dignata est visitare. Quid est quod calumniantur de homou B
sion verbo græco:quia scriptum in lege minime inueniatur? Cur non vident culpam suã? Cur
sibi non displicent cum ponunt in symbolo verba vel nomina quæ non sunt vlla scriptura dige
sta? Qui disponit arguere non faciat vnde alium nititur accusare. Inficiũt de verbo simplici &

ratione fidei pleno quasi de stipula oculum fratris: & suum sauciatum præter scripturas ponē
do quod credunt: tanq̃ de immanitate nõ peruident trabis. Ecce homousion recte probamus
positum: & in assertionem fidei qua trinitatis vnitas a catholicis creditur a græcis patribꝰ di
ctum. Quid si græcus ipse magis obiiciat: nõ latino: non barbaro: sed ibi magis licere verba ad
fidem pertinentia diuulgare. Nam sciendum est: Amen & alleluia: qđ nec latino nec barbaro li
cet in suam linguam transferre: hebræo cunctas gentes vocabulo decantare. Nõ enim in Afri-
ca aut in cuncta Barbaria: sed in Syria vel græcia: vbi & ipsa caro voluit de virgine nasci domi
nica: decuit vel oportuit verba fidei compendiose firmare. Deniq; non latino: non barbaro sti-
lo venerandus ille Moyses: non prophetę: non apostoli: non ipsi euãgelistæ: sed aut hebręo: aut
græco scripturas eloquio dominicas firmauerunt: quas postea viri probati ac disertissimi: in
omnibus periti linguis: de hebræo primitus in græco: de græco in latino stilo edisserere cũ la-
bore nimio maturarunt. Homousion ergo exponitur: vnius substantiæ pater & filius & spiri-
tus sanctus. Nemo ergo iam calumnietur verbo: quia licet scriptum non sit qđ habet interius
vel sonat: ostendit: non per aliquem alium: sed per vnam diuinitatis substantiam in qua filius
patri loquitur dicens: Tua omnia mea sunt: & mea tua. Iam ipsi viderint qualiter ausi fuerint Ioan.17.
nomina quæ scripta in lege non sunt: vel verba in symbolo continuare: non aliud nisi ostende-
C re genitum ab ingeniti (q; sit incapabilis) potentia patris filium segregare. Deꝰ enim pater sub
stantia sua genuit filium æqualem sibi: docet hoc veridicus ille secretorum interius diuinorũ
Ioannes: Propterea iudæi volebant (inquit) eũ interficere: quia nõ solum soluebat sabbatum: Ioan.5.
sed & patrem suum dicebat deum: æqualem se faciens deo. Consubstantialem itaq; sibi genuit
filium pater: quia non accepit tanq̃ creatura indigens vnde genuisset: tota copia quod ipse est
hoc genuit: perfectum genuit: quia sine tempore est ipse: qui genuit & quem genuit. Si homo
generet quod est: deus non potuit generare quod est? Accepit homo ab ipso deo: & tamen licet
acceperit hoc generat quod accepit: a nullo accipiens pater deus quod est generare nõ potuit?
Hanc æqualitatem substantiæ homousion sermo græcus ostendit: nihil austerum: sed optimũ
dulceq;: & hoc quod credendum est humanis cordibus introducit. Etsi enim verbum ipsum
in lege scriptum non inuenitur: quia æqualis est patri filius: per beatum Ioannem primitus: &
per Paulum postea comprobatur. Ioannes enim æqualitatem dixit: Paulus formam impleuit.
In duobus (inquit scriptura) aut tribus testibus stabit omne verbum. Per duos eni verissimos Deut.17.
testes iam probauimus vnius substantiæ esse æqualesq; patrem & filium: Addamus & tertiũ: Matth.18.
Thomam illum discipulum post dubitationem fortius cõfitentem dominum & deum: quem
nec resurrexisse crediderat crucifixum: Dominus meus (inquit) & deus meus. Approbat filiꝰ Ioan.20.
dictum: quia se cognoscit a sua creatura iustissime deum & dominum proclamatum patri vti
q; & sanctospiritui coæternum. Homousion vtiq; verbum est græcum: & Christus græcum
est nomen. Qui accusat per iniustitiam de verbo quod non intelligit: fidem non accipiat: & de
nomine nomen. Homousion verbum vnius eiusdemq; substantiæ sonat in græco: non quenq̃
infirmum: sed patrem & filium & spiritum sanctum. Iam ergo nemo improbet quasi verbum:
sed aperte separet quisquis & quod non potest: Homousion patrem & filium & spiritum san-
ctum. Contra hoc pugnetur quod possidet qđ habet qđ docet verbum græcum: non contra
ipsum verbum quod auribus retinuit syllabis articulatum: contra diuitias: contra æqualita-
tem naturæ quã possidet uerbum ipsum græcum: non contra exteriorem veluti corticem ab
D eo qui se audere dicit si præualet repugnetur. Absit: Erubescamꝰ catholici in vniuerso manē
tes nos appellari propter fidem veram vnius eiusdemq; substantiæ: a nonnullis verbum græ-
cum non intelligentes homousiones: qui nos appellari gaudemus de Christi nomine christia-
nos: Neq; enim in parte accipiendum est verbũ gręcũ: & in parte alia refellendum. Nemo ergo
vtat̃ Christi noĩe ex vocabulo gręco. Erubescat se dici christianũ: quia nomen est græcum. Nõ
accipiatur Paulus qui dicit Romanis scribens: In quo clamamus abba pater: in vno noĩe dua- Ro.8.
bus vtitur linguis. Dicit enim abba gręco vocabulo patrem: & latine nominat identidẽ patrẽ
Contemnat̃ idem apostolus Paulus & in nouissimis partibus ad Corinthios epistolæ primæ:
vbi plebem arguens simul græco & syro vtitur verbo. Si quis (inquit) non amat dominum: sit 1.Cor.16.
anathema maranatha. Anathema græco sermone dixit condemnatus: maranatha: donec do-
minus redeat. Iam ergo nemo appellet oleum quo fideles vnguntur græco nomine chrisma:
Homousion reprobatur vnam trinitatem resonans eandemq; naturam: Quid est enim quod

dixit beatissimus Paulus: Si quis non amat dominum: nisi si quis humiliat se deo! Non ergo re
cte dicitur dominum amare: qui dei & domini vnius audet substantiam separare: de quo dici-
Deut.6. tur in lege: Audi israel dominus deus tuus deus vnus est. Non corpore vtiq; liniamẽtisq; cor-
poreis extensus: sed vna pater & filius & spiritus sanctus deitate perfectus. Plura quidẽ græ
co verbo definita reperiuntur in lege: Sed pro multis hæc pauca quę dicta sunt: sapientib⁹ cre-
Ioan.17. do sufficere. Si ęqualitas non est: non auderet inferior dicere superiori: Omnia mea tua sunt: E
& tua mea: Nec auderet dicere: Volo vt vbi ego sum & isti sint mecum. Non inquã diceret vo
lo: sed diceret supplicans rogo. Absurdũ igit̃ non est vt in conciliis patrum græco verbo pa-
tris & filii & spiritussancti vna substãcia firmaretur: cũ super apostolos primitus sancti spiri-
Act.2. tus propria largitate linguarũ varietas fundaretur. Audiuim⁹ enim eos (ait scriptura Actuũ
apostolorũ) loquentes variis linguis magnalia dei. Magnalia vtiq; sunt non deorũ: sed dei græ
ca lingua vnã substantiam credi patris & filii & spiritussancti. Hebraice igitur gręce & latine
super crucem domini a Pilato fuit causa eius scripta. Si licuit vt græca lingua: vel immo pmi-
sit ipse dominus vt causa mortis eius esset scripta: cur abhorret vt substantia eius qua de⁹ est
æqualis cũ patre: græco vocabulo approbetur ostensa! Si minime licet patris & filii & spiritus
sancti vnam substantiam lingua exeri græca: ergo nec deum laudari decet & barbara. Sicut eñ
græca lingua quod est homousion vna dicitur vel creditur a fidelibus trinitatis omnino sub-
stantia: sic vna rogatur vt misereatur a cunctis latinis & barbaris vnius dei natura: vt a laudi-
bus dei vnus nec ipsa lingua barbara sit vt latinis aliena. Latine enim dicitur: domine misere-
re. Sola ergo hæc misericordia ab ipso vno deo patre & filio & spiritusancto lingua debet he-
bræa vel græca: & ipsa ad postremum postulari latina: non autem & barbara. Si enim licet
dicere: non solum barbaris lingua sua: sed etiam Romanis sihoraarmẽ: quod interpretatur:
domine miserere: cur non liceret in conciliis patrum in ipsa terra græcorum: vnde vbiq;
destinata est fides: lingua propria homousion confiteri: quod est patris & filii & spiritus
sancti vna substãtia! Nam subiectionem filii patri debitam ex carnis infirmitate susceptã: etiã
nos quia iustum est verissime confitemur: in qua eũ infirmitate: non solum subditum: sed & ser
Psal.115. uum euidentissime confitemur: ipso dicente in pphetia ad patrem: O dñe qa ego seruus tuus:
ego seruus tuus: & filius ancillæ tuæ: id est Mariæ. Patet ergo in quo sit ęqualis patri filius: in
quo sit non solum subditus aut inferior: sed etiam humilissimus seruus. Ipse inquã ostendit in
quo sit humilis: in quo sit æqualis: vnde omnipotens: vnde infirmus: vnde abiectus: vnde spe-
ciosus: vnde diues: vnde egestati subiectus. Laurentius vir clarissimus dixit: Euidentissime F
claruit defensionẽ assertionis fidei suæ Augustinum virum clarissimũ communisse: multaq;
magis tuos authores vir clarissime Pascẽti absq; scriptura temere posuisse: nec esse nomẽ fidei
homousion: sed ęqualitatem magis ipsius trinitatis. Sed si inueniuntur in lege verba quæ im-
probata sunt: dignare vir nobilissime respondere: vt certe nobis pares ire possitis. Nam pcul-
dubio intueris a nobis præsentẽ virum Augustinũ suis assertionibus nimiũ transilire. Apud
te enim nobilissime vir eligo quã apud deum perẽnis reatus culpas incurrere. Pascentius vir
clarissimus respondit: Scripta quæ proposui: non sunt quidem in lege: sed debere propter ho-
norem patris astrui recte defenduntur. Laurentius vir clarissimus dixit: Sic ergo & homousiõ
quod in dubium veniebat te proponente: et si scriptum non est: res ipsa tamen quæ latet ĩ ver
bo vera est. Credatur honorifice vnitati: ne fiat iniuria trinitati.

Sancti Augustini ad Probam & Iulianam de conuersione neptis Demetriadis gratulantis:
exultantis: atq; laudantis q; Christo sit desponsata: & ad perseuerantiam exhortantis.

Epistola.CLXXIX.


Ominarum honore dignissimis: merito illustrib⁹ & prę̃stãtissimis filiab⁹ Pro G
bę & Iulianę: Augustin⁹ in domino salutẽ. Implestis gaudio cor nostrum: tã-
to iucundius: quanto charius: tanto gratius: quanto citius. Vestrę nãq; stir
pis sanctimoniã virginalẽ: quoniã quacũq; innotuistis / ac p hoc vbiq; / fama
celeberrima p̃dicat: volocissimũ volatũ ei⁹ fideliore atq; certiore literarũ nun
tio p̃uenistis: & prius nos fecistis exultare de cognito tã excellẽti bono q̃ dubi
tare de audito. Quis verbis explicet: q̃s digno p̃conio p̃sequat̃: quãtũ incõpa
rabiliter gloriosi⁹ atq; fructuosius habeat ex vestro sanguine foeminas virgines Christus: q̃ vi-
ros consules mũdus! Nam volumina temporum si magnum atq; præclarum est nominis di-

gnitate signare:quanto est maius atq; præclarius cordis & corporis integritate transcendere? Magis itaq; gaudeat puella nobilis genere:nobilior sanctitate:q; fit per diuinũ cõsortium præcipuam in cœlis consequutura sublimitatem:q̃ si esset per humanum connubium prolem pro pagatura sublimem. Generosius quippe elegit Aniciana posteritas tam illustrem familiã bea re nuptias nesciendo:q̃ multiplicare pariendo:& in carne iam imitari vitam angelorũ:q̃ ex car ne adhuc numerum augere mortalium. Hęc est vberior fœcundiorq; felicitas:non ventre gra uescere:sed mente grandescere:non lactescere pectore:sed corde candescere:non visceribus ter ram:sed cœlum orationibus parturire. Dominarum honore dignissimæ filiæ/perfruamini in il la quod defuit vobis:perseueret vsq; in finem adhærens coniugio quod non habet finem. Imitẽ tur eam multæ familiæ dominam:ignobiles nobilem:fragiliter excelsæ excelsius humilem:vir gines quæ sibi optant Aniciorum claritatem:eligant sanctitatem. Illud enim quantalibet cupi ditate quando assequentur?hoc autem si plene cupierint mox habebunt. Protegat vos incolumes & feliciores dextera altissimi:dominæ honore dignissimæ & præstantissimæ filiæ. pignora sanctitatis vestræ:præcipue ipsam sanctitatem præcipuam debito vestris meritis officio dilectione domini salutamus. Velationis apophoretum gratissime accepimus.

Sancti Augustini ad Honoratum:quæstioni illius qua sibi cõsuli petit:quid in periculis oc currentibus sit faciendum:amplissime respondentis:& firma ac dilucida sententia diffinientis qua ratione tempore imminentis persecutionis episcopi & clerici dei ministri fugere possint: qua etiam conditione hoc ipsis nequaq̃ sit permissum. Epistola.CLXXX.

H Ancto fratri & coepiscopo Honorato: Augustin⁹ in domino salutem. Charitati tuæ misso exemplo epistolæ quam fratri Quoduultdeo/nostro coepiscopo scripsi:putabam me hoc onere caruisse quod mihi imposuisti quærendo consilium quid in his periculis quæ tempora nostra inuenerunt facere debeatis. Quis enim epistolam illam breuiter scripserim:nihil tamen me prætermisisse arbitror:quod & respondenti dicere:& quęrenti audire sufficeret: quandoquidem dixi:nec eos esse prohibendos qui ad loca si possunt munita migrare desyderant:& ministerii nostri vincula quibus nos Christi charitas alligauit:ne deseramus ecclesias quibus seruire debemus:non esse rumpenda. Ista quippe verba sunt quæ in illa epistola posui. Restat ergo inquam vt nos quorum ministerium quantulecunq; plebi dei vbi sumus manenti:ita necessarium est vt sine hoc eam non oporteat remanere. Dicamus domino: Esto nobis in deum protectorem & in locum munitum. Sed hoc consilium tibi propterea non sufficit:vt scribis:ne contra domini præceptum vel exemplum facere nitamur: vbi fugiendũ esse de ciuitate in ciuitatem monet. Recolimus enim verba dicentis: Cum autem persequanẽ vos in ciuitate ista: fugite in aliam. Quis autem credat ita hoc dominum fieri voluisse: vt necessario ministerio sine quo viuere nequeunt desererẽtur greges quos suo sanguine comparauit? Nunquid hoc fecit ipse quando portantibus parẽtibus in Aegyptum paruulus fugit: qui nondum ecclesias congregauerat:quas ab eo desertas fuisse dicamus? Nunquid quando apostolus Paulus ne illum comprehẽderet inimicus:per fenestram in sporta submissus est: & effugit manus eius:deserta est quæ ibi erat ecclesia necessario ministerio:& non ab aliis fratribus ibidem constitutis quod oportebat impletum est? Eis quippe volentibus hoc apostolus fecerat: vt seipsum seruaret ecclesiæ:quem proprie persecutor ille quærebat. Faciant ergo serui Christi:ministri verbi & sacramenti eius:quod præcepit siue permisit. Fugiant omnino de ciuitate in ciuitatem:quando eorum quisq̃ specialiter a persecutoribus quæritur:vt ab aliis qui nõ ita requiruntur: non deseratur ecclesia:sed præbeant cibaria conseruis suis quos aliter viuere non posse nouerũt. Cum autem omniũ:id est episcoporum & clericorum est commune periculũ: hi qui aliis indigent non deserantur ab his quibus indigent. Aut igitur ad loca munita omnes transeant:aut qui habent remanẽdi necessitatem:non relinquantur ab eis per quos illorum est ecclesiastica supplenda necessitas:vt aut pariter viuant:aut pariter sufferant quod eos pater familias volet perpeti. Quod si contigerit vt siue alii maius: alii minus: siue omnes æqualiter patiantur:qui eorum sint qui pro aliis patiuntur apparet: illi scilicet qui:cum se possint talibus malis eripere fugiendo:ne aliorum necessitatem desererent manere maluerũt. Hinc maxime probatur illa charitas:quam Ioannes apostolus commendat dicens:Sicut Christus animam suã pro nobis posuit:sic & nos debemus animas pro fratribus ponere. Nam qui fugiunt

Psal.30. Matthęi.10 Matthæi.2 2.Corin.11. Actu.9. 1.Ioannis.3.

I

vel ſuis deuincti neceſſitatibus fugere non poſſunt:ſi comprehenſi patiuntur:pro ſeipſis: non
pro fratribus vtiq; patiuntur.Qui vero propterea patiunt:quia fratres qui eis ad Chriſtianã
ſalutem indigebãt deſerere noluerũt:ſine dubio ſuas animas pro fratribus ponunt. Vnde il
lud quoniã epiſcopũ quẽdam dixiſſe audiuimus:Si dominus nobis imperauit fugam in eis per
ſecutionibus vbi poteſt fructus eſſe martyrii:quanto magis debemus fugere ſteriles paſſiones
quando eſt barbaricus & hoſtilis incurſus. Verum eſt quidẽ & acceptabile:Sed his quos eccle
ſiaſtici officii non tenent vincula.Nam qui clades hoſtiles ideo non fugit cũ poſſit effugere ne
deſerat miniſterium Chriſti ſine quo non poſſunt homines vel fieri vel viuere Chriſtiani:ma
iorem charitatis inuenit fructũ:q̃ qui nõ propter fratres:ſed propter ſeipſum fugiens atq; cõ
prehenſus non negat Chriſtum ſuſcipitq; martyriũ. Quid eſt ergo quod in epiſtola tua prio
re poſuiſti? Dicis enim: ſi in eccleſiis perſiſtendũ eſt:quid ſimus nobis vel populo profuturi nõ K
video:niſi vt ante oculos noſtros viri cadant:fœminæ conſtuprentur:incẽdantur eccleſię:nos
ſub tormentis deficiamus:cũ de nobis quæritur quod nõ habemus.Potẽs eſt quidem deus au
dire preces familiæ ſuæ:& hæc quæ formidant auertere:nec ideo tamen propter iſta quę incer
ta ſunt debet noſtri officii eſſe certa deſertio ſine quo eſt plebi certa pernicies:non in rebus vitę
huius:ſed alterius incõparabiliter diligentius ſollicitiuſq; curandæ.Nã ſi certa eſſent iſta ma
la quæ timentur ne in locis in quibus ſumus forte contingant:prius inde fugerent omnes pro
pter quos ibi manendũ eſt:& nos manendi neceſſitate liberos redderent.Non enim quiſq̃ eſt q
dicat miniſtros manere oportere vbi iam non fuerint quibus neceſſe ſit miniſtrare. Ita quidã
ſancti ep̄iſcopi de Hiſpania profugerunt:prius plebibus partim fuga lapſis:partim peremptis:
partim obſidione conſumptis:partim captiuitate diſperſis.Sed multo plures illic manentibus
propter quos manerẽt ſub eorundem periculorũ denſitate manſerunt. Et ſi aliqui deſeruerũt
plebes ſuas:hoc eſt quod dicimus fieri nõ debere.Neq; enim tales docti authoritate diuina:ſed
humano vel errore decepti:vel timore ſunt victi. Cur enim ſibi putant indifferenter obtem L
perandum eſſe præcepto:vbi legunt de ciuitate in ciuitatem eſſe fugiendũ:& mercẽnariũ non
exhortẽt qui videt lupum venientẽ & fugit:& nõ eſt ei cura de ouibus. Cur nõ iſtas duas do
minicas veraſq; ſentẽtias:vnam ſcilicet vbi fuga finitur aut iubetur:alteram vbi arguitur atq;
culpatur:ſic intelligere ſtudent:vt inter ſe reperiantur non eſſe contrariæ ſicut non ſunt? Et
hoc quomodo reperitur niſi attendatur quod iam ſuperius diſputaui:tunc de locis in quibus
ſumus premente perſecutione fugiendũ eſſe Chriſti miniſtris:quãdo ibi aut plebes Chriſti nõ
fuerit cui miniſtretur:aut põt impleri p alios neceſſariũ miniſteriũ qbus nõ eſt eadem cauſa fu
giendi:ſicut in ſporta ſub miſſus:quod ſupra memoraui:fugit apoſtolus cũ a perſecutore pro
prie ipſe quæreretur:aliis vtiq; neceſſitatẽ ſimilem nõ habentibus:a qbus illic miniſteriũ abſit
vt deſereretur eccleſiæ.Sicut fugit ſanctus Athanaſius Alexãdrin⁹ ep̄s cũ eũ ſpecialiter appre
hendere Conſtantius cuperet impator:nequaq̃ a cæteris miniſtris deſerta plebe catholica q̃ in
Alexandria cõmanebat. Cũ aũt plebs manet & miniſtri fugiũt miniſteriũq; ſubtrahit: quid
erit niſi mercẽnariorũ illa fuga damnabilis qbus nõ eſt cura de ouibus? Veniet eñ lupus: non
homo:ſed diabolus q plerũq; fideles apoſtatas eſſe perſuaſit:qbus quotidianũ miniſteriũ domi
nici corporis deſuit:& peribit infirmus in tua nõ ſcientia:ſed de ignorantia frater propter quẽ
Chriſtus mortuus eſt. Qđ aũt ad eos attinet q in hac re non fallunt errore:ſed formidine ſu
perant:quare nõ potius cõtra ſuũ timorẽ dño miſerãte:atq; adiuuãte fortiter dimicãt:ne ma
2.Corin.11. la ſine cõparatione grauiora quę multo amplius ſunt tremẽda:cõtingãt. Fit hoc vbi dei chari
tas flagrat non mũdi cupiditas fumat.Charitas eñ dicit:Quis infirmat & non ego infirmor?
Quis ſcãdalizatur & nõ ego vror? Sed charitas ex deo eſt.Oremus ergo vt ab illo detur a quo
iubetur.Et per hanc magis timeamus ne oues Chriſti ſpiritalis nequitiæ gladio in corde q̃ ne
ferro in corpore trucident:vbi quãdocũq; quocũq; mortis genere morituri ſunt.Magis timea
23.q.5.magis. mus ne ſenſu interiori corrupto pereat caſtitas fidei:q̃ ne fœminæ violenter cõſtuprent in car
1.de Ciuitate dei.ca.16 &.18. ne:quia violentia non violatur pudicitia/ſi mente ſeruatur:qm̃ nec in carne violatur:qñ volũ
tas patientis ſua turpiter carne non vtitur:ſed ſine conſenſione tolerat quod alius operatur.
Magis timeamus ne lapides viui extinguantur deſerentibus nobis:q̃ ne lapides & ligna terre
norum ædificiorum incendantur præſentibus nobis. Magis timeamus ne membra corporis M
Chriſti deſtituta ſpiritali victu necentur:q̃ membra corporis noſtri oppreſſa hoſtili impetu
torqueantur.Non quia iſta nõ ſunt vitanda cũ poſſunt:ſed q2 potius ferenda ſunt qñ vitari ſi
ne impietate non poſſunt:niſi forte quiſq̃ contenderit non eſſe miniſtrũ impiũ q tunc ſubtra

hit ministerium pietati necessarium quando magis est necessarium. An non cogitamus cū ad istorum periculorum peruenitur extrema: nec est potestas vlla fugiendi: quantus in ecclesia fieri soleat ab vtroq; sexu atq; ab omni ætate concursus aliis baptismum flagitantibus: aliis recōciliationē: aliis etiā pœnitentię ipsius actionē: omnibus cōsolationē & sacramētorū cōfectionē & erogationē? Vbi si ministri desint: quantū exitiū sequat eos qui de isto sæculo vel nō regenerati exeunt vel ligati? Quantus est etiam luctus fidelium suorum q eos secū in vitæ æternæ requiē nō habebūt? Quātus deniq; gemit⁹ omniū: & quorūdā quāta blasphemia de absentia ministeriorū & ministrorū? Vide quid faciat malorū tēporaliū timor: & quāta in eo fit acquisitio malorū æternorum. Si aūt ministri assint pro viribus quas eis dñs subministrat: oībus subuenitur: Alii baptizantur: alii recōciliant: nulli dñici corporis cōmunione fraudant: oēs consolant: ædificant: exhortant: vt deū rogēt qui potēs est oīa quæ timent auertere: parati ad vtrūq; vt si nō potest ab eis calix iste trāsire: fiat volūtas ei⁹ q mali aliqd nō pōt velle. Certe iam vides quod te scripseras nō videre: quantū boni cōsequant populi Christiani: si in pręsentibus malis non eis desit præsentia ministrorū Christi: quorū vides etiā quantū obsit absentia dū sua quærunt nō quæ Iesu Christi. Nec habēt illā de qua dictū est: nō quærit quæ sua sunt. Nec imitant Phil.2.
eum qui dixit: Nō quæro qđ mihi vtile: sed qđ multis: vt salui fiant. Qui etiā psecutoris princi 1.Corin.10.
pis illius insidias nō fugisset: nisi se aliis qbus necessari⁹ erat: seruare voluisset. Propter qđ ait: Phil.1.
Compellor aūt ex duobus cōcupiscentiā habens dissolui: & esse cū Christo: multo magis optimū manere in carne necessariū propter vos.

N Hic forte quis dicat: ideo debere dei ministros fugere a talibus imminētibus malis: vt se pro vtilitate ecclesiæ tēporibus trāquillioribus seruēt. Recte hoc fit a quibusdā quādo nō desunt alii per quos suppleat ecclesiasticū ministeriū: ne ab oībus deserat. qđ fecisse Athanasiū supra diximus. Nam quantū necessariū fuerit ecclesiæ: quātūq; profuerit q vir ille māsit i carne: catholica fides nouit quæ aduersus Arrianos hæreticos ore illius & amore defensa est. Sed quādo est cōmune periculū: magisq; timendū est ne quisq̄ id facere credatur non cōsulendi volūtate: sed timore moriendi: magisq; fugiendi obsit exemplo: q̄ videndi prosit officio: nulla ratione faciendū est. Deniq; sanctus Dauid ne se cōmitteret periculis præliorū: & fortassis extingueretur: sicut ibi dictum est (lucerna Israel) a suis hoc petentibus sumpsit: non ipse præsumpsit: Alioquin multos imitatores fecisset ignauiæ: q eum crederent hoc fecisse non cōsyderatione vtilitatis aliorū: sed suę perturbatione formidinis.

O Occurrit aliquāto alia quæstio quā cōtemnere nō debemus. Si eñ hæc vtilitas negligenda nō est: vt aliqui ministri propterea fugiant imminente aliqua vastitate: vt seruent q ministrent eis quos post illā cladē residuos potuerint inuenire: quid fiet vbi omnes videntur interituri: nisi aliqui fugiant? Quid si eñ hactenus sæuiat illa pernicies: vt solos ministros ecclesiæ persequat? Quid dicam? an relinquēda est a ministris fugientibus ecclesia: ne a morientibus miserabilius relinquatur? Sed si laici non quæruntur ad mortē: possunt occultare quoquo modo episcopos & clericos suos: sicut ille adiuuerit in cui⁹ potestate sunt omnia: qui potest & nō fugientem per mirabilem cōseruare potentiā. Sed ideo quærimus quid nos facere debeamus: ne in omnib⁹ fugiēdo diuina miracula: tentare dominum iudicemur. Non quidem talis est ista tempestas: quādo laicorū & clericorū est cōmune periculum: sicut in naui vna cōmune periculū est mercatorum atq; nautarum. Verum absit vt tāti pendenda sit hæc nauis nostra vt debeant eam nautæ/& maxime gubernator periclitantē deserere: etiā si in scaphā transiliendo vel etiā natando possit effugere. Quibus enim metuimus ne nostra desertione pereāt: nō tēporalē mortē: quæ quandoq; ventura est: sed ęternā: q pōt si nō caueat venire: & pōt si caueat etiā nō venire: metuim⁹. In cōmuni aūt periculo vitæ huius cur existimamus vbicunq; fuerit hostilis incursus: oēs clericos & nō etiā oēs laicos esse morituros: vt simul finiant hanc vitā cui sunt clerici necessarii? Aut cur nō speremus sicut laicos aliquos sic etiā clericos remansuros? A quibus eñ necessariū ministeriū valeat exhiberi? Quq̄ hos inter dei ministros inde fit disceptatio qui eorū maneant: ne fuga omniū: & qui eorū fugiant: ne morte omniū deserat ecclesia. Tale quippe certamen erit inter eos vbi vtriq; ferueāt charitate & vtriq; placeāt charitati.

P Quæ disceptatio si aliter nō potuerit terminari: quantū mihi videt: qui maneant & q fugiant sorte legēdi sunt. Qui eñ dixerint se potius fugere debere: aut timidi videbuntur: quia imminens malum sustinere noluerunt: aut arrogantes quia se magis qui seruandi essent necessarios ecclesiæ iudicarunt. Deinde fortassis hi qui meliores sunt: eligant pro fratribus animas ponere: & hi seruabuntur fugiēdo quorū est minus vtilis vita: qa minor cōsulendi & gubernādi peritia. Qui tñ si pie sapiūt: cōtra

dicent eis quos vidēt & viuere potius oportere & magis mori malle q̄ fugere. Ideo sicut scriptū
Prouer.18. est: Cōtradictiones sedat sortitio: & inter potētes definit. Melius em̄ deus in huiuscemodi am
bagibus q̄ hoīes iudicāt: siue dignet ad passionis fructum vocare meliores & parcere infirmis:
siue istos facere ad mala perferenda fortiores: & huic vitæ subtrahere: quorū nō pōt & dei eccle
sia & tantū quātū illorū vita ꝓdesse. Res q̄dē fiet min⁹ vsitata si fiat ista sortitio. Sed si facta fue
rit qs eā reprehēdere audebit? Quis nō eā nisi imperitus aut auidus cōgrua ꝑdicatione lauda-
bit? Q̄d si nō placet facere: cui⁹ facti nō occurrit exemplū: nulli⁹ fuga faciat vt ecclesię ministe
riū maxime in tātis ꝑiculis necessariū ac debitū desit. Nemo excipiat ꝑsonā suā: vt si aliqua gra
tia videt excellere: ideo se dicat vita & ob hoc fuga esse digniorē. Quisq̄s em̄ hoc putat: nimiū
sibi placet. Quisq̄s aūt etiā hoc dicit oībus displicet. Sunt sane q̄ arbitrant epōs & clericos nō
fugiētes in talib⁹ ꝑiculis: sed manētes: facere vt plebes decipiant: cū ideo nō fugiūt q̄a manere Q
suos præpositos cernūt. Sed facile est hāc respōsionē vel inuidiā declinare: alloquēdo easdē ple
bes atq̄ dicēdo: nō vos decipiat q̣ de loco isto nō fugiemus. Nō em̄ propter nos: sed ꝓpter vos
potius hic manemus: ne vobis nō ministremus q̄cquid saluti vestræ quæ in Christo est noui-
mus necessariū. Si ergo fugere volueritis: & nos ab istis q̄b⁹ tenemur vinculis soluistis. Quod
tunc puto esse dicendū: quando vere videt vtile esse ad loca tutiora migrare. Quo audito si
vel oēs vel aliqui dixerint: in illius potestate sumus: cuius irā nullus quocūq̄ vadit: euadit: cu-
ius misericordiā vbicūq̄ fit pōt inuenire: q nusq̄ vult ire: siue certis necessitatibus impeditus:
siue laborare nolens: ad incerta suffugia & nō ad finiēda sed ad mutāda pericula: proculdubio
isti deserendi nō sunt ministerio Christiano. Si aūt hoc audito abire maluerint: nec illis manē
dū est q̄ ꝓpter illos manebāt: q̄a ibi iā nō sunt ꝓpter quos manere adhuc debeāt. Quicūq̄ igitē
isto modo fugit vt ecclesiæ necessariū ministeriū illo fugiente nō desit: facit q̄d dn̄s præcepit si-
ue permisit. Qui aūt sic fugit vt gregi Christi ea q̄bus spiritaliter viuit: alimēta subtrahant:
Mercēnarius ille est qui videt lupū venientē & fugit: q̄m nō est ei cura de ouib⁹. Hæc tibi quia
me cōsuluisti frater dilectissime: qua existimaui veritate & certa charitate rescripsi: sed ne me-
liorē si inueneris sequaris sententiā nō præscripsi. Melius tn̄ quod in his periculis faciam⁹: in
uenire nō possumus: q̄ orationes ad dominū deū nostrū: vt misereat nostri. Quod ipsum vt sci
licet ecclesias non desererent dei dono nonnulli prudētes & sancti viri & velle & facere merue
runt: & inter dentes obtrectantium a sui propositi intentione minime defecerunt.

Sancti Augustini ad Italicam: eius petitioni vt de inuisibili deo vtrū per oculos corporeos
possit videri scribat: satisfacientis. Epistola.CLXXXI.



Dominę eximiæ & merito præstantissimæ atq̄ in Christi charitate honorā-
dæ filiæ Italicæ: Augustinus episcopus in dn̄o salutem. Cū petiuisses vt R
de inuisibili deo vtrū p oculos corporeos possit videri scriberē: negare non
Col.3. potui: ne sanctū studiū tuū offenderē. Erige itaq̄ spiritū mētis tuæ q̄ reno
uatur in agnitione dei secūdū imaginē eius q̄ creauit eū: vbi per fidē in te ha
bitat Christus: vbi nō est Iudæus & Grecus seru⁹ & liber: mascul⁹ & fœmi
na: vbi nō morieris cū solui corpore cœperis: q̄a nec ibi marcuisti cū sis an-
nis grauis: hoc interiore tuo erecta: intende & vide quę loquor. Scimus posse deū videri: quia
Matthęi.5. scriptū est: Beati mūdo corde q̄m ipsi deū videbūt. Q̄s q̄ multi nolūt probare etiā impios visu-
Iob.1.&.2. ros deū. A diabolo quoq̄ ipsum deū visum putāt: sic accipientes q̄d scriptū est in libro Iob: Ve-
nisse cū angelis & diabolū in conspectu dei: vt etiā illud veniat in quæstionē quomodo dictū ē:
Matthęi.5. Beati mundo corde q̄m ipsi deū videbūt. Et illud: Pacē sectamini cū oībus & sanctificationē si-
Hebrę.12. ne qua nemo poterit videre deū. Multū em̄ miror: si eousq̄ progrediūt q̄ existimāt impios vi-
suros deū: & a diabolo visum deū: vt eos & mūdos esse corde: & pacē ac sanctificationē cū oib⁹
sectari asseuerent. Ac p hoc q̄d scriptū est in libro Iob: Venisse angelos in cōspectu dei: & venis
se cū eis diabolū: nō ideo diabolus deū vidisse credendus est. Ipsi em̄ dicti sunt venisse in cōspe-
ctu dei: nō deus in cōspectu eorū. Veniūt aūt in cōspectū nostrū quæ videmus: nō a quibus vi-
demur. Nam cū in cōspectu dei sunt oīa: Nunc em̄ quæritur quomō videatur deus: nō i ea spe
cie qua & in isto sæculo q̄busdā voluit apparere: q̄m nō solū cū Abraā aliisq̄ iustis: verūetiā cū
Cain fratricida loquutus est: sed quomodo videt in illo regno: vbi eū filii eius videbūt sicuti ē.
Tunc quippe satiabit in bonis desyderiū eorū. Quo desyderio flagrabat Moyses: cui loqui ad
Exo.33. deū facie ad faciē nō sufficiebat & dicebat: Ostende mihi temetipsum manifeste vt videā te: tā
Psalmo.16 q̄ diceret: quod in psalmo ex eodē desyderio canitur: Satiabor cum manifestabitur gloria tua.

S De hac visione loquēs sanctus Ambrosius: Nō in loco (inquit) deus videtur: sicut ilicē ad mā Ambrosi⁹
bre: sicut in monte Sina: sed mūdo corde. Nec corporalibus oculis deus quęrit: qbus se ōstēdit super Lucā
Abraæ: Isaac: Iacob: & aliis multis in hoc sæculo. Nec circūscribit visu: propter illud quod scri
ptum est: Posteriora mea videbis. Nec tactu tenet: quia luctatus est cū Iacob. Nec audit affatu: Exodi.33.
sicut non solum a tot sanctis: verumetiam a diabolo auditus est. Nec sentitur incessu: sicut ali Geñ.32.
quando cū in paradiso deambularet ad vesperum. Quod autem ait Apostolus: Cognoscere
etiam supereminentē scientiæ charitatē Christi vt impleamini in omnē plenitudinē dei: qua- Geñ.3.
propter si aliquit (inquiūt) minus q̄ deus habebimus: & in aliquo minores erimus: quomodo Ephe.3.
implebimur in omnē plenitudinē dei? Sed quoniā implebimur: profecto erimus ęquales. Hoc il
li dicunt qui putant nos hoc futuros omnino quod deus est. Sed cert⁹ sum quia auersaris istū
humanę mētis errorē: Scio: & recte facis: Sed quomodo intelligenda sit ista plenitudo qua di
ctum est implendos nos esse in omnē plenitudinē dei: postea si deus voluerit: pro viribus quas
dederit differemus. Nūc aūt qđ mihi proposueras: & ad explicandū difficile videbat: vtrū ex
plicatū sit diligenter attende recolendo quæ dicta sunt. Si enim quæris vtrū possit deus vide
T ri? Respondeo potest. Si quęris vnde sciam? Respondeo: quia in veracissima scriptura legitur: Matthęi.5.
Beati mūdicordes qm̄ ipsi deū videbūt. Si quæris quomodo dictus est inuisibilis si videri pōt
Respōdeo iuisibilē esse natura: videri aūt cū vult sicut vult. Plurimis em̄ visus est nō sicuti est:
sed quali specie illi placuit apparere. Si quæris quomodo eū vidit vel Cain scœleratus: vel etiā
ipse diabolus qn̄ venit cū angelis vt corā illo assisteret: si beati mundicordes qm̄ ipsi deum vide
bunt? Respondeo: nō quidē esse cōsequēs vt etiā videāt deū qui voces ab eo factas aliquādo au-
diunt. Neq3 em̄ viderunt eum qui audierunt quādo dixit ad filiū: Et clarificaui & clarificabo. Ioannis.12.
Verūtamen nō esse mirandū si aliqui etiā nō mūdicordes vidēt deū in specie quā volūtas eius
fecerit: latente inuisibili & apud se incōmutabili manente natura. Si quæris vtrū etiā sicuti ē
aliquādo possit videri? Respondeo: filiis hoc esse promissum: de qbus dictū est: Scimus quia cū 1.Ioannis.3.
apparuerit similes ei erimus: qm̄ videbimus eū sicuti est. Si quæris vnde eum videbimus? Re
spondeo: vnde angeli vident qbus tunc erimus ęquales. Nec in loco em̄ deus videt sed mundo
corde nec corporalibus oculis quærit: nec circūscribit visu: nec tactu tenet: nec audit affatu:
nec sentit incessu. Vnigenitus aūt filius q est in sinu patris deitatis naturā atq3 substantiā inso Ioannis.1.
nabiliter narrat: & ideo dignis idoneisq3 tanto cōspectu oculis etiā inuisibiliter monstrat. Ipsi
em̄ sunt mundi oculi: de qbus apostolus dicit: Illuminatos oculos cordis vestri: Et de quibus di Ephe.1.
citur: Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiā in morte: Dominus em̄ spiritus est. Vnde q ad- Psalmo.12.
hæret domino: vnus spūs est. Proinde q potest deum inuisibiliter videre: ipse eum potest incor Ioannis.4.
poraliter videre: ipse deo potest incorporaliter adhærere. Certe charitas: pax: longanimitas: 1.Corin.6.
benignitas: gaudiū: bonitas: fides: mansuetudo: continentia: virtutes sunt: & tn̄ corporalibus Gala.5.
oculis non vident: quātomagis deus ipse cuius hæc participia sunt: inuisibilis esse credēdus ē?
Nam si interior homo noster quantulūcūq3 imago eius nō de illo genita sed ab illo creata: q̄uis
adhuc renouet de die in diē: iā tn̄ in tali luce habitat quo nullus oculoꝝ corporaliū sensus acce
dit: si ea q̄ in illa luce cordis oculis intuemur: & discernunt inter se & null⁹ locorū spatiis sepa
rant: quātomagis deus lucē habitat inaccessibilē corporis sensib⁹: quo nec ipsi⁹ nisi mūdi pōt
esse cordis accessus? Nā si pacē istā quā inter nos habem⁹ corporeis oculis nō videmus: illā pa
cem quæ pręcellit oēm intellectū/qđ est deus/qbus oculis possumus intueri? Similiter & chari
tatem quā teneamus si eam videre nō possum⁹ isti oculis qbus corpora cōtēplamur: deū q ve-
ra charitas est quomodo nos visuros credimus nisi oculis cordis? Ac p hoc cū aliqd sit nostrū
inuisibile sicut homo interior: & cū optimū nostrū: hoc est mens atq3 intelligentia inuisibile sit
oculis corporis: quō id qđ est melius optimo nostro: visibile erit inferiori nostro? Sunt em̄ qui
V dam q deū ipsum omnino corpus esse p̄sumunt: putantes qcq̄d corpus nō est nullā prorsus esse
substantiā. Istos omnino cauere debem⁹. Sunt aūt alii deū qdē ipsum corp⁹ esse minime depu
tantes: sed ideo eos q ad vitā æternā resurgent etiā deū per corpus visuros putant: qm̄ talē spe-
rant spiritalis corporis qualitatē vt etiā ipsa quę caro fuerat spiritus fiat. Quod si ita est: quā
tū distet a superiori opinione: & q̄ hoc sit tolerabilius etiā si verū nō sit: puto facillime iudicari.
Primo quia multum interest: vtrum de creatore an de creatura aliter aliquid sentiatur: q̄ veri
tas habet. Deinde quia conatus mentis vtcūq3 ferendus est: volentis corpus cōuertere in spi
ritum: non in corpus deū. Postremo quia id quod ego in illa mea epistola dixi: de istis nostrę car
nis oculis: quia neq3 nunc possunt: neq3 tunc potuerunt deū videre; etiam sic verū est. Non em̄


dictū eſt:niſi de oculis corporalib⁹ ꝙ tūc nō erūt ſi corpus ipm̄ ſpūs erit:ac p hoc corporei oculi nunq̄ deū videbunt:quia cum videbitur:ſpiritus eū nō corpus videbit. Sed ad hæc iam ſatis dicta ſint:quæ ab initio huius opuſculi mei diligēter lecta & relecta cōſyderās:ſine vlla fortaſſe dubitatione perſpicies ad vidēdū deū p eius auxiliū cor mūdū te debere præparare. De corpore vero ſpiritali:ſi dominus iuuerit:opere alio experiemur qd diſputare valeamus.

Sancti Auguſtini ad Bonifacium:illum vt mores ſuos ornet pudicitia cōiugalis:ſobrietas atq; frugalitas:admonentis. Epiſtola.CLXXXII.



Omino ſublimi ſempq; magnifico filio Bonifacio:Auguſtinus epiſcopus. X
Ornet mores tuos pudicitia coniugalis:ornet ſobrietas & frugalitas. Bene enim agere & illicita non prohibere: conſenſus erroris eſt. Quædam dum de eccleſia egreditur Chriſti virgo ſacrata: ebriam Gothi her pe mentem & corpus incurrit. Habeat quæſo miles ſub comite poſitus diſciplinam. Graue eſt enim vt quem non vincit homo:vincat libido: Aut voluetur vino:qui non vincitur ferro.

Bonifacii ad Auguſtinū:ſuperiori epiſtolæ ipſius reſpondentis. Epiſtola.CLXXXIII.



Omino merito honorabili patri Auguſtino epiſcoporum ſummo:Bonifacius. Y
Tuæ ſanctitatis epiſtolam admonitu me terrificanti ſuſcepi. Etenim venerabilis papa ſi thorus ille legitimus pauidos habet acceſſus:quo debet puniri ſupplicio diuinas qui temerat rationes? Arguetur ergo profecto qui diuina atq; humana neglexit:& quem libido præuenit gladius vltor abſumet:eumq; quem inſobrium in tantis anguſtiis fama veridica publicauit: carceris periturum quocunq; ſupplicio cuſtodia retinebit.

Sancti Auguſtini iterum ad Bonifacium:aſtruentis ſolam admonitionem ſufficere:& ei q templum domini violare auſus fuerit poſſe condonari:ſi tempus pœnitentiæ diuinitus concedatur. Epiſtola.CLXXXIIII.



Go quos diligo arguo,& caſtigo:non occidi deſydero:nec carcere pleno ſqualore retrudi. Z
Sola ſufficit admonitio. Poterit enim ſi ei diuinitus concedaſ tempus pœnitentiæ condonari:qui domini templum auſus eſt violare. Sit ergo ipſe qui fecit:ſui arbiter voti. Fas enim nō eſt:vt reus epiſcopi ſuggeſtionibus occidatur:qui veniç ſi pœnituerit reſeruatur. Nam ſi in barbarorum erroribus velimus cum decet exercere vindictam: paucos reperiremus: nec ipſos animoſos ad pugnam fore.

Sancti Auguſtini iterum ad Bonifacium:ei militem trāſmarinum Africæ littus attigiſſe: & ab Italia hoſtem publicum eſſe nuntiatum referentis: ipſumq; per directionem intentionis cordis ad dominum conſolantis. Epiſtola.CLXXXV.



Omino ſublimi ſempq; magnifico filio Bonifacio:Auguſtin⁹ eps. Africæ littus vt audio miles attigit trāſmarinus:Sed hui⁹ meriti dux a catholica &
veritate diſſentit. Quid orē ſicut oportet ignoro:Ab italia hoſtis eſt publicus nūtiatus:cōtra victricia ſigna ſupbas erigēs haſtas. Pacē inter nos fieri vellē ſi ſcitē plenius qd ignoro. Adeſt quidē Africæ olim paratū in Italia bellū:ſed tamē non inuideo fili chariſſime Romaniç:Sed dico quod ſentio. Non dabit diuinitate iuuante catholicus hæretico terga. Tui cordis intentio dirigatur ad dominum:non militem timebis:non Gothū & Hunum.

Bonifacii ad beatum Auguſtinum:præcedenti epiſtolç illius reſpondentis: & vt deum pro ſe precetur petentis. Epiſtola.CLXXXVI.



Omino ſancto patri Auguſtino epō:Bonifacius. Scio ꝙ ſit tua ſanctitas p 9
mea vita ſollicita:& q̄ aduerſus me tyrānus ille ordinauerit ac diſponat:anteq̄ tuū ſacerdotiū ſcriberet:noui. Obuiam⁹ ad mortē vltro tendentibus: quos noſtrç victoriç vt credim⁹ faciet Chriſt⁹ addictos. Sed ſi erga me meoſ q; oēs aliud voluerit ordinare diuinitas:precare vt aīam liberet deus: & dabiſ cōpetēs aduerſario ſecūda vice reſpōſio. In pugna em̄ vtriuſq; deſæuit furor:ſed de⁹ iſpicit cauſam. Igiſ ora vt dixi:& vincit vna trinitas nobis.

Sancti Auguſtini iterū ad Bonifaciū:eū vt pro cōmiſſis auſibus debitā agat pœnitentiam admonentis:& oblationē interim atq; cōmunionē ipſi interdicentis. Epiſtola.CLXXXVII.

A Dilectissimo & spectabili viro filio Bonifacio: Augustinus epus. Mirot quõ 17.q.4.mi-
tam subito fidei murũ aries ruperit inimici. Noui eñ qua religiõe semp sis tor.
ecclesiã dei venerat⁹. Quo instigãte facere ausus es: hoĩem de ecclia rapuisti.
Tuus si de tuo amico forte ꝓsumeret fugitiu⁹: posset ꝓculdubio intercessor|
causa veniã ꝓmereri. Ergo si amicus intẽdit: cur deus offendit? Sed si de po Danielis.4
testate præsumit: Nabuchodonosor regẽ intẽde qui causa superbiæ in bouẽ
est ex homine cõmutatus. Non vt confundã te hæc scribo: sed vt filium meũ
charissimum moneo. Ecclesiæ igitur illæsum reuoca quẽ vt irreligiosissimus rapuisti. Oblatio vero domus tuæ a clericis ne suscipiatur indixi: Communionemq; tibi interdico: donec peracta pro ausibus vel errore a me definito: tibimet pœnitentia & tempore condonato: pro hoc facto corde contrito & humiliato dignum offeras sacrificium deo.

Bonifacii ad beatũ Augustinũ: admonitionib⁹ illi⁹ se velle obtẽperare affirmãtis: delictũq; sui cõfitẽtis: & virũ de forib⁹ ecclíæ abstractũ: illęsũ ei offerẽtis: atq; vt ecclesię introit⁹ sibi nõ neget: oblatio quoq; eius non respuat: humiliter deprecantis. Epla.CLXXXVIII.

B Humilis saluto quod primũ est. Suscepit aũt tremens sanctitatis tuæ verba verberib⁹ plena. Scio ꝙ veniæ pręparatur: q ab Augustino ꝑfectissimo sacerdote corripit: nec debet episcopo denegare qđ voluntas facit aut casus. Ipse enim sibi denegat curã qui suam medico non publicat causam. Hominem? ergo piissime pater e liminibus ecclesiæ raptũ tuis sanctis aspectibus iussio mea furorq; subduxit. Alieno nõ sunt ista facta consilio: dei & sanctorum ei⁹ regimine viuo. Illum itaq; virum morte dignissimum: quẽ vt dixi meus de ecclesiæ foribus furor abstraxit: vitæ tuis iussionibus donamus illęsum. Agnosco culpas. Indignę meæ lachrymæ iungant tuis fletibus iustis: quo possit hæc nota nigro scriptatione deleri. Ecclesiæ mihi introitus nõ neget. Illic spero veniã vbi admisi culpã. Oblatio vero domus meæ vt tua sanctitas iussit: ad cœlestis regis mensam eius manibus offeretur.

Sancti Augustini iterum ad Bonifacium: ea quę vidit illi cum cõmendatione narrantis: & pro Gudila fidelissimo ipsius seruo veniã deprecantis. Epostola.CLXXXIX.

C Domio sublimi: sempq; magnifico filio Bonifacio: Augustin⁹ eps. Dũ quodã in loco posit⁹ tuę eximietatis trãsit⁹ intuerer: placuit meis aspectib⁹ tuę sublimitatis mitis ille ac terribilis gressus. Sed postq̃ illđ leuigatũ sacro chrismate caput portã cũ paucis ciuitatis exiuit: subito vomũt eqtes dom⁹ ciuitas fũdit exercitũ: strepũt arma: cõcrepãt: tubę cũctis crispatę vẽtis stuppę depẽdẽt: ferreę tunicę virorũ fortiũ mẽbra cõstringũt: sessoris & equi tenibus setigera vestit: intẽsus gerit arcus: pulchra cũcta cõspexi: nihil melius Bonifacio comite vidi. Sed postq̃ ad palmas vt cõperi tua sublimitas venit: ad illũ breuis quidem: sed plenũ periculis maris transitũ: qđ vix aliqñ naue transit: ꝓceperas matutino tpe trãsmeate ne noctis obscuritas mali aliqd ꝓcuraret: Gudila eximietatis tuæ fidelissim⁹ seru⁹ equo ipsius maris dũ natat in brachio interdicti littoris tetigit oras: nec statim licuit reuerti profecto: maris enim tumor increscens reuersuro transitũ denegauit. Hoc illos tuos vigilãtissimos sensus latere non potuit. Iram ratio prouocauit: culpa veniã suasit ad fugã: sed felix fuga est q̃ currit ad vitam. Memoratus Gudila ad patronũ tuum sanctum Stephanum primum martyrem confugit. Ipse mihi & imperauit vt pro eodem apud religionem tuã postulator accedã. Habeat igitur quæso veniam: quoniam nec turbatus vndis equus caruit: nec gurges altus absorbuit quem deus eruit & aqua seruauit. Valeat apud te epistolaris ista rogo suggestio. Eris enim vt deprecor ab ira domini alienus: quotiẽs petitus a te offensus non fuerit Augustinus.

Bonifacii ad beatum Augustinum: superiori ipsius epistolæ respondentis: & veniam Gudilæ condonantis. Epistola.CXC.

D Domino beatissimo & venerabili sancto patri Augustino epo: Bonifaci⁹. Furẽ paratoq; q obuio bello sanctitatis tuæ frãgor ĩperio. Gudilã fortissimũ semp quẽ volo viuere virũ metuo ne eũ aliqñ ĩ virtute sua leuitas faciat iter ire. Potest quidẽ præcinctus armis quãtos inimicos reperiret trucidare. Sed apđ belligeros viros victus dicitur victor occisus. Nam equo vectus maris brachium quod natãdo prexit luxuriæ nõ fuerat: sed virtutis. Arbitror eñ ꝙ nocte cogitarit aliquid hostib⁹ facere: cui sole ingresso finis diei cõsilia pa

rata subduxit. Hoc vero dolui: q natatione longissima ab equo posset & aquis occidi. Vt iubes ergo sancti beati Stephani imperata iussa vestra refero. Spondeo enim ipsi quæ tibi: q Gudila vobis est iubentibus veniæ condonatus.

Bonifacii iterum ad beatum Augustinum significantis ei Castinum olim inimici: & persecutorem suis se nunc defensionibus commisisse: & honorem de hoc diuinæ potentię tribuentis: de puritate tamen nihilominus Castini adhuc dubitantis: & vt Augustinus ab ipso integrum de suis sensibus accipiat sacramentum postulantis. Epistola.CXCI.


Omino venerabili sancto patri Augustino epo Bonifacius. Castinus ille E priuatus ex consule vitæ meæ ac nominis (oibus vt notum est) persecutor peiores cōmittēs ac furens factione s: quasi rerū a me gestarū immemor: Edatium Italia fugiens: meis se in Africam defensionibus tradidit cōmittēdū. Omitto beatissime pater olim mihi ab eodem ingestas miserias: ostensa pericula: fugiens eum nunc vsq viuo: Thrax natus vix sciebam euasi: duraui inuido sub consule miles. Sed diuina potentia quę nouit planare sublimia & altius eleuare prostrata: fecit de superbo qd voluit: & hostem meum me quieto victoriā mihi quā nouit adduxit. Sufficit pro funere victi tanta deiectio: adorauit sarathan clauus: timuit senator barbarum caput: tremuit militem dux doloris. Dicuntur ista pater sancte corgutno. Nam veneror illustrissimum cōsulem & primum conspicio senatorem: sed ne cōsueta fallacia mali erga me vt solet aliquid moliatur: putet q se suis fraudibus Romanis ducibus profuturū & in eo versetur exitio: integrum de suis sensibus det tuæ beatitudini sacramentum si nullus in eum conuertitur dolus. Ego autem per omnia quę sancta sunt iuro: quoniam si apud eum animæ reperero puritatem: eum incolumem ac sublimem Italię reddam: frustratis inimicis ei9 & domitis. Hostis autem erit suæ animæ si aliquid in eo sinistræ partis inuenero.


Sancti Augustini ad Bonifacium: antecedenti epistolæ illius respondentis: & Castinum sacramento se prodidisse: q ab omni culpa & erroribus alienus sit asserentis: Exemplis quoq q inimicis parcendum sit: comprobantis. Epistola.CXCII.


Omino insigni meritoq sublimi filio Bonifacio: Augustinus episcop9. Vir F illustrissimus Castinus sacramento se prodidit q sit ab omni culpa & erroribus alienus. Quē tibi vt dicit fœderatus Illesonia adhuc te in palatio positū falsis suggestionibus concitabat. Sed ne totū qd tunc agebaī mittatur in mediū: detur prolixitati compendium. Dauid ille opilio regnū par cēdo inimicis obtinuit. Christus pro Iudæis qui eum crucis patibulo cōfixerūt: patrem ne irasceretur rogauit: & indignis hominibus veniam misericors cōdonauit. Credo igitur homini qui mihi fidele tradidit sacramentum: & quærit me pollicente tua defensione vitæ subsidium. Scio enim q eius salutis mihi promissa complebis.


Bonifacii ad beatum Augustinum: graue sibi bellum imminere conquerentis: & vt preces pro se domino fundat precantis. Epistola.CXCIII.


Omino venerabili sancto patri Augustino episcopo Bonifacius. Graue no G bis est bellum inimici mucro: nostra pectora pulsat. Deo funde preces vt soles: tua sit nobis comes oratio: rauca buccina: terrifica tuba: puto q & sydera terreat: hostium clamor immanis adest: sed his non terremur. Nouimus enim ista non hodie. Ergo venerande Christi sacerdos: pete deum vt iacula in hostes dirigat nostra: ac seipsi trucident mutua cæde.

Sancti Augustini ad Bonifacium: præmissæ epistolæ illius respondentis: & vt manibus arripiat arma: & oratione aures pulset authoris: consulentis. Epistola.CXCIIII.


Ilectissimo & spectabili viro Bonifacio: Augustin9 eps. Graui de pugna cōquereris: H dubites nolo: vtile tibi tuisq dabo cōsiliū: arripe manib9 arma: Orō aures pulset authoris: qa qñ pugnaī: de9 apertis oclis spectat: & partē quā īspicit iustā: sibi dat palmā.

Bonifacii ad beatū Augustinū: Multos ex aduersariis cecidisse: de suis aūt nullos vulneratos esse narrantis: & q oret vt talis de inimicis vltio sæpe procedat petentis. Epistola.CXCV.


Omino venerabili sancto patri Augustino episcopo: Bonifacius. Manus superba deo I iuuante cecidit: quæ ante paululum audax gladium erecta portabat. Multi ex aduersis ceciderunt: de nostris autem Christo iuuante nullus est vulneratus. Ora igitur venerabilis papa vt talis de inimicis vltio sæpe procedat.

Sancti Augustini ad Bonifacium: Lecto se vacare & aduentum vltimæ diei exoptare scribētis: Victoriæq; illius gaudētis: & ipm queadmodū se in regimine habere debeat instruentis.


Epistola.CXCVI.

k Omino insigni meritoq; sublimi filio Bonifacio: Augustinus episcopus. Lecto me vacare: nobilitatem tuam latere non credo: vltimumq; diem mihi exopto venire. Gaudeo tuæ victoriæ. Ciuitatem quæso serua Romanam: Tuos vt bonus rege comes. Nihil de viribus propriis præsumas: de authore glori are virtutum: & nullum curabis penitus inimicum.

Vale.

Bonifacii ad beatum Augustinum: superiori eius epistolæ respondentis: & mansionem ipsius in hac vita adhuc necessariam esse sibi confitentis: vtq; & ipse oret vt salus aliquantulum temporis condonetur exhortantis.

Epistola.CXCVII.

L Vnq̄ diuinitas preces ac lachrymas despicit peccatorū. Cupis ipse qdē de hac vita securus ad cęli regna migrare: Sed nobis opus es fessis in tantis adhuc periculis constitutis. Itaq; ora nobiscum vt tua nobis salus aliquantulum temporis condonetur.

Sancti Augustini ad Fortunatianum: cōmonētis vt fratrem eorum de quo collocuti fuerant rogare dignetur: vt sibi ignoscat si quid in ipsum durius & asperius dictum acceperit in epistola ad eundem scripta: In qua dixit istius corporis oculos nec videre deum nec esse visuros: Se quoq; modo q̄ scripserit non poenitere contestantis: Et causam cur hoc dixerit: dilucide & subtiliter explicantis: sanctorumq; doctorum authoritatibus ac diuinarum scripturarū testimoniis dicta sua corroborantis.

Epistola.CXCVIII.

M Ommonitorium sancto fratri Fortunatiano. Sicut p̄sens rogaui: & nunc cōmoneo: vt fratrē nostrū de quo collocuti sumus: videre & rogare digneris vt ignoscat mihi si qd duri⁹ & asperius in se dictum accepit in epistola: quā me illo modo scripsisse nō poenitet: q̄a dixi istius corporis oculos nec videre deū nec esse visuros: Causam quippe adiūxi cur hoc dixerim: ne scilicet deus ipse corporeus esse credatur: & in loci spatio interualloq; visibilis: Nihil eñ videre aliter isti⁹ corporis oculus potest. Et ne illud quod dictum est Facie ad faciem: sic accipiatur: tanq̄ membris corporis terminat⁹ sit de⁹. Ideo me ergo dixisse illud non poenitet: ne de ipso deo tā impie sentiamus: vt eū nō vbiq; totū: sed per localia spatia diuisibilem existimemus. Talia q̄ppe his oculis nouimus. Cæterū nihil tale de deo sentiens: sed eum incōmutabilem & incorporalem spiritum vbiq; totum esse credens. Si tantam quisq; mutationē huius corporis futuram putat: cū ex animali fuerit spiritale: vt etiam substātiā incorporalem: non locorum interuallis vel spatiis diuisibilē vel etiā mēbrorū liniamentis ac finibus terminatam: sed vbiq; totam per tale corpus videre possum⁹: volo & me doceat si verum sapit. Si autem in hoc falsum sentit: longe tolerabilius est corpori aliquid arrogare q̄ deo derogare. Et si vera est ista sententia: non erit cōtraria verbis meis quę in illa epistola posui. Isti⁹ namq; corporis oculos dixi non visuros deum: hoc intuens: q̄ istius corporis oculi omnino nō possunt cernere nisi corpora quæ ab eis aliquo loci interuallo separata sunt. Nam si nullum interuallum sit: nec ipsa corpora per eos videmus. Porro autem si in tantam sui dissimilitudinem nostra corpora mutabuntur: vt oculos habeant per quos videatur illa substantia quæ nō per locorum spatia vel diffunditur vel finitur: alibi habens aliam partem alibi aliam: in minore loco minorem: in maiore maiorē: sed vbiq; incorporaliter tota est: longe aliud erunt hęc corpora: & non erūt ipsa. Nec sola detracta mortalitate atq; corruptione & pōderis grauitate aliud erunt: sed in virturē ipsi⁹ mentis quodāmodo cōuertentur: si videre potuerunt quomodo tunc menti: nunc autem nec ipsi menti videre concessum est. Si eñ mutatis moribus dicim⁹ hoīem non esse qui fuit: si deniq; mutatis ætatib⁹ ipsum corpus non dicim⁹ esse qd fuit: quanto magis ipsum non erit tanta conuersione mutatum: vt non solum immortaliter viuat: verū etiam inuisibilem videat? Quapropter si videbunt deum: non istius corporis oculi videbunt: quia & in hoc nō erit ipsum corpus vsq; in illam vim potentiāq; mutatum: & nō est cōtraria ista opinio illis verbis epistolę meæ. Si autem hactenus non erit ipsum: quia nunc mortale tunc immortale: nunc aggrauans animam tūc nullo pōdere ad omnem motum erit facillimū ad videnda vero ea quę locorum spatiis interuallisq; cernuntur: si non aliud q̄ ipsum erit: substantiam incorporalem & vbiq; totam nullo modo videbit. Siue ergo hoc siue illud verum

Marginal notes: 2.Retra.4. — 1.Cor.13.

H

sit:secundum vtrūq; verum est:ꝙ istius corporis oculi deum non videbūt. Aut eñ istius erūt
& non videbunt:aut non erunt istius si videbunt:quoniā tanta cōmutatione / longe alterius
corporis erunt. Sed paratus sum si quid de hac re melius nouit hic frater : vel ab ipso vel ab
alio a quo didicit:discere. Qd si irridenter dicerem:etiam illud de deo corporali membrisq; ꝑ
loca diuisibili:dicerem paratum me esse discere:qd non dico :quia non irridenter loquor:& ta
lem deum non esse omnino non ambigo : & ne talis esse crederetur: illam epistolam scripsi . In
qua dum essem admonendo sollicitus ꝗ nominibus tacitis in corripiendo nimius atq; impro-
uidus fuit:nec fraternam & episcopalem personam sicut frater & episcopus quemadmodum
fuerat dignum cogitaui:Hoc non defendo:sed reprehendo.Hoc non excuso:sed accuso.Igno-
scatur peto:recordetur nostram dilectionem pristinam:& obliuiscatur offensionem nouā.Fa-
ciat certe qd non me fecisse succensuit.Habeat lenitatem in danda venia quam ego non habui
in illa epistola conscribenda. Hoc per tuam charitatem rogo : qd praesens praesentem rogare
volueram si eius haberem copiam. Quod cum conatus essem:scribente ad eum: Viro vene
rabili:nobisq; omnibus honore pręferendo:venire noluit:dolum forsitan mecum sicut pleraq;
humana sunt(quantum existimo)suspicatus:a quo me longe abesse : tu illi fac fidem quantū
potes qui praesens facilius potes.Indica ei cum quanto & ꝗ vero dolore de offensiōe animi eiꝰ
tecum fuerim collocutus.Nouerit ꝗ non eum contemnam:& quantum in illo deum timeam:
& cogitem caput nostrum in cuius corpore fratres sumꝰ. Ad locū in quo habitat:ideo mihi
putaui non esse veniendum:ne spectaculum faceremus:ridēdum alienis:nostris dolendum:no
bis pudendum.Per tuam sanctitatem & charitatem totum recte agi potest.Ab illo quippe agi
tur qui per fidem suam habitat in corde tuo:quem credo ꝙ non spernit in te cum agnoscit in
se. Ego certe in hac causa quid melius facerem non inueni:ꝗ vt veniam peterem a fratre qui
laesum se literarum mearum asperitate conquestus est . Faciet & ipse vt spero qd sibi imperari
Col.3. nouit ab eo qui per apostolum loquens ait:Donantes vobismet ipsis:si quis aduersus aliquem
Ephe.5. habet querelam:sicut & deus in Christo donauit vobis.Estote ergo imitatores dei sicut filii di
lectissimi:& ambulate in charitate sicut & Christus dilexit vos. In hac charitate ambulantes:
si quid diligentius possumus de spiritali corpore quod in resurrectione habebimus concordi-
Phil.3. ter inquiramus . Quia & si quid aliter sapimus:hoc quoq; nobis deus reuelauit si in illo mane
1.Ioan.4. amus.Qui autem manet in charitate in deo manet : & deus in illo manet : quia deus charitas
est:siue tanꝗ eius fons ineffabiliter existendo:siue illam nobis per suum spiritum largiendo.
Si ergo doceri potest:quia charitas corporalibus oculis aliquando videbitur:poterit fortassis
& deus.Si autem ista nunꝗ poterit:multominus ipse fons eius:vel si qd dici excellentius & cō
uenientius de tanta re potest. Magni quidem viri & in scripturis sanctis doctissimi: qui plu- O
rimum ecclesiam & bona studia fidelium suis literis adiuuerunt:vbi eis occasio data est:dixe-
runt inuisibilem deum inuisibiliter videri:hoc est per eam naturam quae in nobis quoq; inui
Ambrosiꝰ. sibilis est:munda scilicet mente vel corde. Beatus Ambrosius de Christo cum ageret secū-
dum id ꝙ verbum est:Nō enim corporalibus(inquit)sed spiritalibus oculis Iesus videtur.Et
paulo post:Non eum viderunt(inquit)iudaei:obcaecatum eñ erat insipiens cor eorum: Hinc
Ioan.14. ostendens:vnde videatur. Item cum de sancto spiritu loqueretur interposuit verba dñi dicē
tis:Rogabo patrem & alium paracletum dabit vobis q vobiscum sit in ęternū:spūm veritatis:
quem hic mundus nō pōt accipe:quia nō videt eū:nec cognoscit eum.Merito ergo se(inqt)in
corpore demonstrauit:qm̄ ī diuinitatis substantia nō videt. Vidimꝰ spūm:sed ī specie corpora
li.Videamus & patrem:sed quia videre non possumus:audiamus.Et paulopost: Audiamꝰ er
go inquit patrem:Inuisibilis enim pater:sed & filius inuisibilis secūdum diuinitatem . Deum
Ioan.1. enim nemo vidit vnꝗ.Cum ergo filius deus:in eo vtiq; ꝙ deus est filius:non videtur. Sanctꝰ P
Hieronymꝰ autem Hieronymus ait: Videre deum sicuti est in natura sua oculus hominis non potest.Nō
solum homo:nec angeli:nec throni:nec potestates:nec dominationes:nec omne nomen quod
noīatur:Neq; eñ creatura potest aspicere creatorem suū.His verbis vir doctissimus satis ostē
dit:quid de futuro seculo:qd ad hanc rem attinet.Quātūlibet enim oculi corporis nostri mu
tentur in melius:angelorum oculis ęquabuntur.Hic autem & ipsis & vniuersae omnino cęle-
Lucę.20. sti creaturę inuisibilem naturam dixit esse creatoris. Aut si & hinc sit quaestio : & infertur vl
Hieronymꝰ la dubitatio:vtrū non simus futuri angelis potiores:Ipsius domini est hinc apta sententia:vbi
Matth.18. ait de resurrecturis id regnū:Erunt aeq̄les angelis dei. Vnde idem ipse sanctus Hieronymus
alibi sic dicit:Homo ergo dei faciem videre non potest : Angeli autē etiā minimorū in ecclesia

semper vident faciē dei:Et nunc in speculo videmus:& in ænigmate:tunc aũt facie ad faciem: 1.Cor.13.
quando de hominib⁹ in angelos profecerim⁹.& potuerim⁹ cum apostolo dicere:Nos aũt oms 2.Cor.3.
reuelata facie gloriam dñi speculantes:in eandē imaginem transformamur a gloria in gloriam
tanq̃ a dñi spiritu:licet faciem dei iuxta naturę suæ ꝓprietatē nulla videat creatura:& tũc mē
te cernatur quando inuisibilis creditur. In his verbis hominis dei multa consyderãda sunt.
Primum:quia secundũ apertissimam dñi sententiam:etiam ipse sentit tunc nos visuros faciē
dei cum in angelos ꝓfecerimus:id est æquales angelis facti fuerimus: qđ erit vtiq̃ in resurre-
ctione mortuorum. Deinde apostolico testimonio satis apparuit:non exterioris: sed interio-
ris hominis faciem intelligendam cum videbimus facie ad faciē. De facie quippe cordis loq̃-
batur apostolus cũ diceret qđ hinc cõmemorauit.Nos aũt reuelata facie gloriam dñi speculan
tes in eandē imaginem transformamur. Q̃ si quisq̃ dubitat:recenseat eundem locum:& at-
tendat vnde apostolus loquebatur:de velamine scilicet qđ manet in lectione veteris testamen
ti:donec quisq̃ transeat ad Christum vt auferatur velamē.Ibi quippe dicit.Nos aũt reuelata
facie gloriam dñi speculantes:quæ facies in iudæis non erat reuelata:de q̃bus dicit: Velamen
super cor eorum positum est:vt ostendat cordis faciem nobis esse reuelatam velamine ablato.

Postremo ne quisq̃ ista minus intuens minusq̃ discernens:visibilē deum vel angelis vel ho-
minibus cum æquales angelis facti fuerimus:siue nunc esse:siue futurum esse crederet: euidē
tissime quid sentiret expressit dicens:Q̃ faciem dei iuxta naturę suæ proprietatem nulla vi-
deat creatura:& tunc mente cernaẽ quando inuisibilis crediẽ. Vnde sufficienter significauit:
quando visus est hoĩbus per oculos corporis:tanq̃ ipse corporeus:non eum secundũm naturę
suæ ꝓprietatē fuisse visum:In q̃ tũc mente cerniẽ qñ inuisibilis crediẽ. Qubus inuisibilis: nisi
aspectib⁹ corporalibus etiã cęlestib⁹:sicut supra de angelis & potestatibus & dominationibus
dixit:quanto magis terrestribus? Vnde alio loco euidentius dicit: Non solum patris diui-
nitatem:sed nec filii quidem & spiritussancti:quæ vna in trinitate natura est posse oculos car-
nis aspicere: sed oculos mentis.De quibus ipse saluator ait:Beati mundo corde qm̃ ipsi deum Matth.5.
videbunt. Quid hac manifestatione lucidius?Si eñ tantũmodo dixisset:Nec patris: nec filii:
nec spũssancti diuinitatē posse oculos carnis aspicere:nec deinceps addidisset:Sed oculos men
tis:forte diceretur carnem iam non esse appellandã cum corpus fuerit spiritale.Addēdo ergo
& dicendo:Sed oculos mentis:ab omni genere corporis alienauit hmõi visionē.Ne q̃s aũt pu-
taret eum de præsenti tēpore locutum:subiecit etiam a dñi testimonio volens ostendere quos
dixerat oculos mentis: quo testimonio non ꝓsentis:sed futuræ visionis promissio declaratur:
Beati mũdo corde:qm̃ ipsi deum videbũt.Beatissim⁹ quoq̃ Athanasius Alexandrinus ep̃us: Athanasius
cũ ageret aduersus Arrianos:q tm̃modo deum patrē inuisibilē dicũt:filiũ vero & spũmsanctũ
visibiles putant:ęqualem trinitatis inuisibilitatē scripturarũ sanctarũ testimoniis & diligẽtia
suæ disputationis asseruit:instantissime suadens deum non esse visum nisi assumptione crea-
turæ:secundũ deitatis autem suæ ꝓprietatem oĩno deum esse inuisibilem: id est deũ patrē &
filium & spiritumsanctum:nisi inquantum mente ac spiritu nosci potest. Gregorius etiã san Gregorius.
ctus episcopus orientalis apertissime dicit deũ a natura inuisibilē qñ patribus visus est: sicut Nazanzen⁹
Moysi cũ quo facie ad faciē loquebaẽ:alicui⁹ cõspicabilis materiæ dispositione assumpta:salua
sua inuisibilitate/videri potuisse. Hoc est qđ etiam noster dicit Ambrosius: & patrē & filiũ Ambrosius
& spiritumsanctũ ea specie videri quam volũtas elegerit:non natura formauerit. Vt & illud
verum sit:ꝙ deum nemo vidit vnq̃:quę vox ipsius dñi christi est: Et quē nēmo hominũ vidit Ioan.1.
nec videre potest:quæ vox apostoli:immo eius per apostolum Christi est:Et illa non repudien 1.Timot.6.
tur testimonia scripturarum quibus deus visus esse narratur: quia & inuisibilis est per pro-
priam deitatis naturam:Et cum vult videri potest per assumptam sicut placuerit creaturam
Porro si natura eius est inuisibilis:sicut incorruptibilis:non mutabitur vtiq̃ in futuro sæcu-
lo illa natura vt de inuisibili visibilis fiat:quia neq̃ poterit de icorruptibili corruptibilis fieri
Simul enim & incommutabilis est. Et vtiq̃ naturam eius commendauit apostolus cum duo
ista simul poneret dicens:Regi autem sęculorũ inuisibili incorruptibili soli deo honor & gl̃a 1.Timot.1.
in sęcula sęculorũ.Vnde nõ audeo ego ita distinguere vt dicã: Incorruptibili q̃dē in sæcula sæ
culorũ:Inuisibili aũt nõ in sęcula sęculorũ:sed tñ in hoc seculo. Verum q̃a nec ista testimonia
falsa esse possunt:Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt:Et scimus quia cum appa Matth.5.
ruerit:similes ei erimus:quoniam videbimus eum sicut est: negare non possumus filios dei 1.Ioan.3.
visuros deum:sed sicut videntur inuisibilia:sicut seipsum ostensurum promittebat.qui homi

Ioan.4. nibus apparebat in carne viſibilis : quādo dicebat:Et ego diligam eum & oſtendam meipſum
illi:cum ante oculos hominum conſpicuus loqueretur. Vnde aūt inuiſibilia vidētur: niſi ocu
lis cordis:de qbus paulo ante dixi:qd Hieronymus ſenſerit ad vidēdum deum! Hinc eſt etiā
Ambroſiꝰ. ꝙ memoratus Mediolanenſis epiſcopus in ipſa reſurrectione dixit: Nō facile eſſe videre deum
niſi his qui mundo corde ſunt : ideo ſcriptum eſſe:Beati mundo corde quoniā ipſi deū vide-
bunt.Quantos beatos(inquit)iam numerauerat:& tamen eis videndi deum non ꝓmiſerat fa
cultatem.Deinde adiungit & dicit:Si ergo hi qui mūdo ſunt corde deū videbūt : vtiq; alii nō
videbunt.Et ne alios illos acciperemus de quibus dictum eſt:Beati pauperes:beati mites &c.
continuo ſubiungit:Neq; enim indigni deum videbunt . Indignos vtiq; illos volens intelligi
qui licet reſurgant:deum videre non poterunt:quoniam ad damnationem reſurgent : quia ꝑ
fidem veram quę per dilectionem operaꝰ:cor mundare noluerūt.Et ideo ſequitur & dicit: Ne
q; is qui deum videre noluerit poteſt deum videre. Deinde quia occurrebat etiam impios
omnes velle videre deum:ſtatim: vt oſtenderet quæ dixit:qui deum videre noluerit:quia vti-
q; vllo modo non vult deum videre impius:quia cor mundare non vult: ꝙ ille videri poterit:
ſecutus adiūxit:& ait:Nec in loco deus videtur ſed mundo corde:nec corporalibus oculis de-
us quæritur:nec circunſcribitur viſu:nec tactu tenetur:nec auditur affatu:nec ſentitur inceſ
ſu. Quibus verbis beatus Ambroſiꝰ voluit admonere quid debeant homines præparare qui
volunt deum videre:hoc eſt cor mundare per fidem quæ per dilectionē opatur dono ſpūſſan-
cti:vnde pignus accipimus:quo illā viſionem deſyderare nouerimus. Nam de mēbris dei quę
aſſidue ſcriptura commemorat:ne quiſq̄ ſcd̄m carnis huiꝰ formā & figurā nos eſſe crederet ſi S
miles deo:propterea & eadem ſcriptura & alas habere deum dixit : quas nos vtiq; non habe-
mus. Sicut ergo cum alas audimus:protectionem intelligimus : ſic & cum audimus manus:
operationem intelligere debemus:Et cum audimus pedes:præſentationem:& cum audimus
oculos:viſionem qua cognoſcitur:& cum audimus faciem:iuſtitiam qua innoteſcit:Et ſi quid
aliud eadem ſcriptura tale commemorat: puto ſpiritualiter intelligendum'. Neq; ego hoc
tm̄ aut ego prior:ſed om̄s qui qualicunq; ſpiritali intelligentia reſiſtunt eis:qui ob hoc antro-
pomorphi nominantur.Ex quorum literis ne multa commemorando maiores moras faciam:
hoc vnum ſancti Hieronymi interpono:vt nouerit iſte frater meus ne ſe de hac re mecum ma
Hieronimꝰ gis q̄ cum prioribus agere deberet:ſi quid eum contra permouet.Cum ergo ille vir in ſcriptu
Pſal.93. ris doctiſſimus:pſalmum exponeret vbi dictum eſt:Intelligite ergo qui inſipientes eſtis in po-
pulo & ſtulti aliquando ſapite: Qui plantauit aurem nō audiet:aut qui finxit oculum non cō
ſyderat!Inter cætera iſte locꝰ(inquit)aduerſus eos maxime facit:qui anthropomorphi ſunt:
qui dicunt deum habere membra quæ etiā nos habemus. Verbi cauſa:Dicitur habere oculos
Geñ.3. Oculi domini aſpiciunt omnia:manus domini facit omnia:Et audiuit inquit Adam ſonum
pedum domini ambulātis in paradiſo : nec ſimpliciter audiuit: & humanas imbecillitates ad
dei magnificentiam referunt:Ego autem dico ꝙ deus totus oculus eſt:totus manus eſt:totus
pes eſt. Totus oculus eſt:quia omnia videt. Totus manus eſt:quia omnia operatur. Totus pes A
eſt:quia vbiq; eſt.Ergo videte quid dicat:Qui plantauit aurem non audiet:aut qui finxit ocu
los non conſyderat.Et non dixit plantauit aurem:ergo ipſe aurem non habet:Non dixit:ergo
ipſe oculos non habet:ſed quid dixit:Qui plantauit aurem non audiet : qui finxit oculos non
conſyderat:mebra tulit:efficientias dedit. Hæc omnia de literis eorū & latinorum & græco
rum q priores nobis in catholica eccleſia viuentes eloquia ſancta tractauerūt:ideo commemo
randa arbitratus ſum: vt ſciat iſte frater ſi quid aliter q̄ iſte ſentit depoſita diſſenſionis amari
tudine:& fraternæ charitatis ſuauitate ſeruata : atq; in integrū conſtituta diligenti & tran-
quilla conſyderatione quærendū vel diſcendū vel docendū.Neq; enim quorumlibet diſputa-
tiones q̄uis catholicorum & laudatorum hominum velut ſcripturas canonicas habere debe
mus:vt nobis non liceat ſalua honorificentia:q̄ illis debetur hoībus:aliquid in eorū ſcriptis im
probare atq; reſpuere:ſi forte inuenerimus quid aliter ſenſerit q̄ veritas habet:diuino adiuto
rio vel ab aliis intellecta vel a nobis. Talis ego ſum in ſcriptis aliorū:tales volo eſſe intellecto-
res meorū.Deniq; in his oībus q̄ de opuſculis ſanctorum atq; doctorū cōmemoraui : Ambro-
ſii:Hieronymi:Athanaſii:Gregorii:& ſiqua aliorum talia legere potui:quę cōmemorare lon-
gum putaui:deum non eſſe corpus:nec formę humanæ habere membra:nec eū eſſe ꝑ locorum
ſpatia diuiſibilem: & eſſe naturam incōmutabiliter inuiſibilem:nec ꝑ eādē naturā atq; ſubſtā
tiā:ſed aſſumpta viſibili ſpecie ſicut voluit apparuiſſe qbus apparuit quū : ꝑ corporis oculos in

scripturis sanctis visus ee narrat:in adiutorio dei icocusse credo & quantu ipe donat intelligo

De spirituali aut corpe qd in resurrectione habebim⁹:quanta capiat in meli⁹ comutationem:vtru i simplicitatem spus cedat:vt tot⁹ ho ia spus fit:an qd magis puto:sed nondu pleno iudicio cofirmo:ita futuru fit spitituale corp⁹:vt pter ineffabile quanda facilitate spirituale dicat: seruet tn substatia corporale q p seipsa viuere ac sentire no possit:sed p illu q ea vtit spiritu: Neqz em & nuc qa corpus dicit animale:eade est aie natura q corporis:& vtru si corpis quis ia immortalis atqz incorruptibilis natura seruabit:adiuuet tuc aliqd spum ad videndu ipsa visibilia:id est corporalia:sicut nuc tale aliqd nisi p corp⁹ videre non possum⁹: An vero etia tuc sine organo corporis valeat spus nr nosse corporalia: Neqz em de⁹ talia p sensus corporis nouit: & multa alia q in hac qstione mouere psit:fateor me nondu alicubi legisse qd mihi sufficere existimarem siue ad discedu:siue ad docedu:ac p hoc si no displicet huic fratri mea qualiscuqz cautela:interim pter qd scriptu est: Q m videbim⁹ eu sicuti est:quantu possum⁹ cor mudu ad illa visione ipso adiuuate pparem⁹. De corpore aut spirituali pacatius & diligeti⁹ inqramus:ne forte aliquid certum ac liquidum si nobis hoc vtile esse nouit:secundu scripturas suas deus dignetur demonstrare. Si em hoc inuenerit inquisitio diligentior:tantam corporis futura mutationem vt possit videre inuisibilia:no(vt opinor)talis potentia corpis menti auferet visionem vt exterior ho videre deu tunc possit:non possit interior:quasi tm foris sit de⁹ ad homine: & int⁹ non sit in homine:cum apertissime scriptu sit:vt sit de⁹ oia in oibus: Aut ita sit intus ille q sine vllis locoru spatiis vbiqz totus est: vt foris tantu videri ab exteriori hoie possit: int⁹ aut ab interiori hoie no possit. Que si absurdissime sentiutur:magis em sancti pleni erut deo no inanes intrinsec⁹:ab illo circundabunt extrinsec⁹:nec caeci intrinsec⁹ eu quo pleni erut no videbunt: & tm forinsecus oculati eu quo circundabunt videbut: restat vt interim de visione dei scdm interiorem hoiem certissimi simus. Si aut etiam corp⁹ mira comutatione hoc valuerit: aliud accedet non illud abscedet. Melius ergo illud affirmamus vnde minime dubitam⁹:qz homo interior videbit deu quo mo solus pot videre charitatem:q cu laudaret dictu est: deus charitas est: solus pot videre pace & sanctificationem sine qua nemo poterit videre deu. Neqz em charitate: pace:sanctificatione: & siq sunt similia:videt mo vllus carnalis ocul⁹:q tamen oia ia videt quantu pot metis oculus:tanto puri⁹ quanto purior: vt sine dubitatione deu nos visuros esse credamus:siue inueniamus:siue non inueniamus qd de qualitate futuri corporis qrimus cu tame corp⁹ resurrecturu & immortale atqz icorruptibile futuru no ambigam⁹:quonia hic sanctaru scripturaru sentetias apertissimas firmissimasqz retinem⁹. Si aut iste frater qd de spiritali corpe adhuc requiro:iam sibi firmat esse certissimu:nisi placidus audiero docete: ita vt ille quoqz placidus me audiat inquirente:habebit iure vnde succenseat. Nunc tn per Christu obsecro:vt de illa asperitate literaru mearum qua illum no immerito offensum esse didici:veniam mihi ab illo impetres: & me rescriptis domino adiuuante laetifices. 1.Ioan.3.

Sancti Augustini ad Editia:vehementer se doluisse narratis: qz ipa sic cu marito egerit: vt in adulterii ruina miserabiliter lapsus sit. Et ob hac causam:atqz qz sine eiusde mariti cosen su pene oia q habebat:duobus monachis taqz pauperib⁹ erogado donauerit. Qz etia pter illi⁹ arbitriu habitum mutauerit:acri rephensione increpantis. Et queadmodu se erga eundem ia ac de cetero habere debeat diligenter instruentis. Epla.CXCIX.

V Omine religiosissime filie Editie: Augustin⁹ in dno salute. Lectis lris reuerentie tue:& earu platore interrogato q interroganda restabat:vehemeter dolui sic te voluisse agere cu marito:vt aedificium continentiae qd in eo iam co strui coeperat:amissa pseuerentia in adulterii ruina miserabiliter laberet. Cum enim lugendus esset si post continentiam votam deo iamqz actu ipo moribusqz susceptam reuerteret ad coiugis carne:quato magis nuc demet sus in interitu pfundiore lugedus est:q tam abrupta dissolutione moechat irat⁹ tibi:pniciosus sibi:tanq in te acerbi⁹ saeuiat si ipe peat! Hoc aut tm mali accidit:du tu ei⁹ animum non qua debuisti moderatione tractasti:qa etsi carnali consortio ia ex consensu vobis no miscebamini:in caeteris tn rebus coniugali obsequio viro tuo mulier seruire debuisti:praesertim cum ambo essetis mebra corporis Christi. Et vtiqz si maritu infidele fidelis habuisses: agere te conuersatione subdita oportuit vt eu dno lucrareris:sicut apli monuerut. Omitto ei qz ipsam continentiam illo nondu volete no secundu sana doctrina te suscepisse cognoui. Neqz enim corporis tui debito fraudadus fuit:priusq ad illud bonu qd superat pudicitiam coniu-

galem tuæ voluntati voluntas quoq; eius accederet: nisi forte non legeras: nec audieras: vel
1.Cor.7. non attenderas apostolum dicentem: Bonū est homini mulierē non tangere. Propter fornicationem aūt vnusqsq; vxorem suam habeat: & vnaquæq; suum virū habeat. Vxori vir debitū reddat: similiter aūt & vxor viro. Vxor nō habet potestatē corporis sui sed vir. Similiter autē & vir non habet potestatem corporis sui sed mulier. Nolite fraudare inuicem nisi ex consensu ad tempus vt vacetis orationi: & iterum ad id ipsum estote: ne vos tentet Sathanas pter intē
33.q.5.secundum verba. perantiam vestram. Secundum hæc verba apostolica etiam si se ipse continere voluisset: & tu noluisses: debitum tibi reddere cogeretur: & illi deus imputaret continentiam: si non suæ sed tuæ cedens infirmitati: ne in adulterii damnabile flagitium caderes: maritalem tibi concubitum non negaret: quanto magis te quā magis subiectam esse decuerat: ne ipse quoq; in adulterium diabolica tentatione traheretur: in reddendo huiusmodi debito voluntati eius obtemperare conuenerat: cum tibi voluntatem continendi acceptaret deus: quia propterea non faceres ne periret maritus! Sed hoc vt dixi merito omitto: quoniam postea tibi nolenti sibi ad reddenda coniugalia debita consentire: ad eadem continentiæ pacta ipse consensit: & tecum continentissime diu vixit: suoq; consensu a pacto illo quo ei debitum carnis negabas: ipse te absoluit. Non ergo iam in tua causa ista vertitur quæstio: vtrum redire debeas ad concubitum
33.q.5.quod deo. viri. Qd eī deo pari consensu ambo voueratis: perseuerāter vsq; in finem reddere ambo debuistis: a quo proposito si lapsus est ille: tu saltem constantissime perseuera. Qd te non exhortarer nisi quia tibi ad hoc ipse consenserat. Nam si nunq̄ tenuisses eius assensum: numerus te nullus defendisset annorum: Sed post q̄tumlibet tempus me cōsuluisses: nihil tibi aliud respōderem: nisi qd ait apostolus: Vxor non habet potestatem corporis sui sed vir: de qua potestate sic tibi iā pmiserat cōtinentiam: vt eam tecum & ipse susciperet. Sed illud est qd minus te ob X
seruasse contristor: quia tanto humilius & obedientius ei obsequi in domestica conuersatione
33.q.5.quod deo. debuisti: quanto ille religiosius tibi rem tam magnā etiam imitando cōcesserat. Nō enim quia pariter temperabatis a commixtione carnali: ideo tuus maritus esse destiterat: immo vero tāto sanctius inter vos coniuges manebatis: quanto sanctiora concorditer placita seruabatis. Nihil ergo de tua veste: nihil de tuo auro vel argento vel quacunq; pecunia: aut rebus vllis terrenis tuis sine arbitrio eius facere debuisti: ne scandalizares hominem q deo tecum maiora vouerat: & ab eo qd de tua carne licita ptāte posset exigere: continēter abstinuerat. Deniq; factū est vt vinculū cōtinētiæ quo se dilectus innexuerat: conteptus abrūperet: & iratus tibi nō parceret sibi. Sicut eī mihi retulit plator epistolę tuę: cum cognouisset q; oīa vel pene omnia quę habebas nescio quibus duobus transeuntibus monachis tanq̄ pauperibus erogāda donaueris tunc ille detestans eos tecum: & non dei seruos: sed domus alienæ penetratores & tuos captiuatores & deprædatores putans: tam sanctam sarcinam quam tecum subierat indignatus abiecit. Infirmus eī erat: & ideo tibi quæ in communi proposito fortior videbaris: nō erat præsumptione turbandus: quia etiam si ad ipsas eleemosynas largius faciendas forte pigrius mouebat: posset & ista condiscere si tuis inopinatis non feriretur expēsis: sed expectatis inuitaret obsequiis: vt etiā hoc qd temere sola fecisti: multo consultius dilectione cōcordi multoq; ordinatius & honestius ambo faceretis: ne blasphemarent serui dei: si tamen hi fuerūt: qui marito absente atq; nesciente: ab ignota muliere & aliena vxore tanta sumpserunt: & laudaretur deus in operibus vestris quorū esset tam fida societas: vt a vobis cōmuniter teneretur nō solū summa castitas: verūetiā gloriosa paupertas. Nunc autem inconsyderata festinatione attende qd feceris: Vt eī de illis monachis a quibus teipse non ędificatā sed spoliatā esse conqueritur: ego bene sentiam: nec homini præ ira turbatum oculum habenti cōtra dei fortasse famulos facile cōsentiā: Nunqd tantū bonū est q; pauperū carnem largioribus eleemosynis refecisti: quantū malum est q; viri tui mētem a tā bono pposito subruisti! An cuiusq̄ tibi vitę temporalis salus charior esse debuerat: q̄ huius æterna! Nonne si ampliorem misericordiam cogitans ideo pauperibus res tuas erogare differres: ne scandalizatus maritus tuus deo periret: vberiores tibi deus eleemosynas iputaret! Proinde si recolis qd acquiueras qñ lucrata fueras virū tuū: vt tecum Christo sctiore castitate fuiret: intellige p illas eleemosynas tuas qbus cor eius euersū ē: q̄to grauiore dāno pcussa fueris: q̄ sunt illa lucra q̄ cęlestia cogitabas. Si eī habet ibi magnū locū panis fractus esurienti: quantū locū ibi credēda est habere misericordia qua homo eripit diabolo tāq̄ leoni rugienti: & quē deuoret inquirenti! Neq; hoc ita dicimus: vt si qsq̄ scandalizatus fue Y
rit de bonis operibus nostris: ab eis desistendū putemus: sed alia causa est alienarū: alia necessa

tiarũ ĩ ſocietate aliqua pſonarũ:alia fidelis:alia infidelis:alia parẽtũ erga filios:alia filiorũ erga
parẽtes:alia poſtremo ea q̃ ĩ his rebꝰ vel maxime ĩtuẽda ẽ viri & vxoris:vbi mulierẽ coniugatã
nõ licet dicere:Facio qđ volo de meo:cũ & ipſa nõ ſit ſua ſed capitis ſui:hoc eſt viri ſui. Nã ſic
q̃dã(vt cõmemorat apl' s Petrꝰ)mulieres ſanctę q̃ in deũ ſpabãt ornabãt ſe ſubiectę ſuis viris:ſi 1.Petri.3.
cut Sara obſeq̃bat Abrahę dñm eũ vocãs:cuiꝰ iq̃t factę eſtis filię cũ ad chriſtianas nõ ad iudeas
fœminas loq̃ret.Quid aũt mirũ ſi pater cõmunẽ filiũ nolebat huiꝰ vitę ſubſtentaculis a matre
nudari:ignorãs qd ſectaturꝰ eẽt:cũ ĩ ętate grãdiuſcula eẽ cœpiſſet:vtrũ monachi pſeſſionẽ:an
eccl'iaſticũ miniſteriũ:an cõiugalis neceſſitudinis vĩculũ?Quis eĩ ad meliora excitãdi & eru-
diẽdi ſint filii ſctõrũ:vnuſq̃ſq; tñ ppriũ donũ habet a deo:aliꝰ ſic:aliꝰ aũt ſic.Niſi forte talia p-
ſpiciẽs & pcauẽs rephẽdẽdꝰ eſt pater:cũ beatꝰ apl's dicat: Quiſq̃s aũt ſuis & maxĩe domeſticis 1.Cor.7.
nõ puidet:fidẽ denegat:& eſt infideli deterior. Cũ vero de faciẽdis ipis eleemoſynis loq̃ret:ait 1.Timo.5.
Nõ vt aliis refectio ſit:vobis aũt anguſtia.Pariter ergo cõſiliũ de oĩbꝰ haberetis:pariter mode
raremini qd theſaurizãdũ eẽt ĩ cęlo:qd ad vitę huiꝰ ſufficiẽtiã vobis & vr̃is vr̃oq; filio reliquet
dũ:ne aliis eẽt refectio:vobis anguſtia.Et ĩ his diſponendis atq; faciẽdis ſi qd tibi forte meliꝰ vi
deret ſuggereres viro reuerẽter:eiuſdẽq; authoritatẽ tanq̃ tui capitis ſeq̃reris obedienter:vt
Z oẽs q ſani ſapiũt ad quos poſſet hoc bonũ vr̃m fama pferre:de domꝰ veſtrę fructu ac pace gau
derẽt:& aduerſariꝰ reuereret nihil habẽs de vobis dicere praui.Porro ſi de faciẽdis eleemoſy-
nis & in paupes ĩpendẽdis rebꝰ tuis:de quo bono ope & magno tã euidẽtia pcepta ſunt dñica
viro tuo fideli & tecũ ſanctę cõtinẽtię pacta ſeruãte cõſiliũ cõicare deberes: eiuſdẽq; nõ ſperne
re voluntatẽ:Quãto magis de habitu atq; veſtitu nihil tibi pter eius arbitrium mutandũ vel 1.Timot.2.
vſurpandum fuit:vnde nihil diuinitus legimꝰ imperatũ.Scriptum eſt q̃dem:mulieres eſſe de
bere in habitu ornato:auriq; circumpoſitio:& intortio criniũ:& cętera huiuſmodi q̃ vel ad in
anẽ pompã vel ad illecebrã ferme haberi ſolẽt:merito reprehẽſa ſunt.Sed eſt q̃dã p modulo p- 33.q.5.qđ
ſonę habitus matronalis a viduali veſte diſtinctus:q põt fidelibꝰ cõiugatis ſalua religionis ob deo.
ſeruãtia cõuenire.Hũc te maritus ſi deponere noluit : ne te velut viduã illo viuente iactares:
puto q̃a nõ fuerat ĩ hac re vſq; ad diſſenſionis ſcãdalũ pducendꝰ:magis inobediẽtię malo: q̃ vl
lius abſtinẽtię bono.Quid eĩ ẽ abſurdiꝰ q̃ mulierẽ de humili veſte viro ſupbire : cui te potius
expediret obtẽpare candidis moribꝰ:q̃ nigellis veſtibꝰ repugnare? Quia etſi te indumentũ mo
nachę delectabat:etiã hoc gratiꝰ poſſet marito obſeruato exoratoq; ſumi:q̃ illo ĩconſulto cõtẽ
ptoq; pſumi.Qđ ſi oĩno nõ ſineret:qd tuo pppoſito depiret? Abſit vt hic diſpliceres deo q; cõiu
ge tuo nõdũ defuncto:nõ ĩdueereris ſicut Anna:ſed ſicut Suſanna.Neq; eĩ & ille q tecũ iã cœ-
perat cuſtodire tã magnũ cõtinẽtię bonũ:etiã ſi cõiugale nõ viduale voluiſſet vt accipes indu
mẽtũ:ad ĩdecẽtẽ quoq; te cõpuliſſet ornatũ.Qđ & ſi aliq̃ dura cõditiõe cogereris : poſſes hẽre
in ſupbo cultu cor humile.Nẽpe apđ pr̃es:Heſter illa regina deũ timẽs:deũ colẽs: deo ſubdita:
marito regi alienigenę:nõ eũdẽ ſecũ colẽti deũ:tñ ſubiecta ſeruiebat;Quę cũ extremo picul-
nõ ſua tñ ſed etiã gentis ſuę q̃ tũc erat ppl's dei/dño pſternerẽt orãdo:ĩ ipa oõne ſua dixit: ita
ſibi eẽ ornatũ regiũ ſicut pãnũ mẽſtrualẽ:& ita orantẽ cõfeſtim exaudiuit q cordis ĩſpector eã
verũ dicere ſciuit.Et vtiq; maritũ habebat multarũ mulierũ virũ:& deorũ alienorũ falſorũq;
cultorem.Tu aũt ſi & ille ĩ ppoſito qđ tecũ ſuſcepat pduraret:nec ad te offenſus ĩ flagitiũ cor
ruiſſet:maritũ habebas nõ ſolũ fidelẽ & verũ deũ tecũ colẽtẽ:ſed etiã continẽtẽ:q pculdubio p
poſiti vr̃i nõ ĩmemor:etſi ad cõiugalia te cogeret ĩdumẽta:ad ſupba tñ ornamẽta nõ cogeret.
Hęc tibi ſcripſi:qm̃ me conſulendũ putaſti:nõ vt tuũ rectũ inſtitutũ ſermone meo frãgerẽ:ſed
& q; te inordinate & incaute agẽte viri tui factum dolerẽ.De cuius reparatione debes vehemen
tiſſime cogitare ſi vere ad Chriſtũ vis ptinere.Indue itaq; humilitatẽ mẽtis:& vt te deꝰ cõſer-
uet pſeuerãtẽ:noli maritũ cõtẽnere peuntẽ.Fũde p illo pias & aſſiduas orationes. Sacrifica la
chrymas tãq̃ vulnerati ſanguinẽ cordis:Et ſcribe ad eũ ſatiſfactionẽ:petẽs veniã:q̃a in eũ pecca
ſti:q; pter eiꝰ cõſiliũ & volũtatẽ de rebꝰ tuis feciſti qđ faciẽdũ putaſti:nõ vt te pœniteat tribu
iſſe paupibꝰ:ſed eũ boni tui opis participẽ & moderatorem habere noluiſſe.Promitte de cæte
ro ĩ adiutorio dñi ſi & illũ ſuę turpitudinis pœnituerit : & cõtinẽtiã quã deſeruerit repetiue-
rit:te illi ſicut decet in oĩbꝰ ſeruiturã:ne forte:vt ait apl's:det illi deus pœnitentiã & reſipiſcat 2.Timot.2.
de diaboli laqueis:a quo captiuꝰ tenet ſecũdũ ipſiꝰ volũtatẽ.Filiũ aũt vr̃m qm̃ de legitimis eũ
& honeſtis nuptiis ſuſcepiſti:magis ĩ patris q̃ ĩ tua eſſe poteſtate q̃s neſciat? Et ideo negari nõ
põt vbicũq; illũ eſſe cognouerit:& iure popoſcerit : ac per hoc vt ſecũdum tuam voluntatem
in dei poſſit nutriri & erudiri ſapientia:neceſſaria eſt illi etiam veſtra concordia.

Sancti Augustini ad Asellicum: Lris illi⁹ de cauendi iudaismi disceptatione respondēdo testimoniis Pauli apostoli comprobantis: christianos maxime ex gentibus venientes: iudaizare non oportere: & quæ sit vtilitas legis pulchre declarantis: erroresq̄ aliquorū confutantis. Tractando præterea quæstionem: vtrum qui christianus est: etiam iudæus vel israelita dicendus sit: diffiniētis ꝙ si hoc esse non carne: sed spiritu intelligatur: non debere ipsum nomen sibi in consuetudine sermonis imponere: sed spiritali intelligentia retinere. Epistola.CC.



Omino beatissimo fratri & episcopo Asellico: Augustinus in domino salutem. 9
Literas sanctitatis tuæ quas ad venerabilem senem Donatianum de cauendi iudaismi disceptatione misisti: ad me ipse dignatus est mittere: atq̄ vt eis responderem petendo vehementius impetrauit: quem veritus contemnere: vt possum domino adiuuante respondeo: gratum existimans etiam charitati tuæ: ꝙ ad te scribēdo illi iubenti quem pro suis meritis ambo veneramur: obtemperare non renui. Christianos maxime ex gentibus venientes iudaizare non oportere: Paulus apostolus docet vbi ait: Dixi Petro coram omnibus
Gal.2. Si tu cum sis iudæus gentiliter & non iudaice viuis: quemadmodum gentes cogis iudaizare? Et secutus adiunxit: Nos natura iudęi: & non ex gentibus peccatores. Scientes aūt quoniā nō iustificatur homo ex opibus legis: nisi p fidem Iesu Christi: & nos ī Iesu Christo credim⁹ vt iustificemur p fidē Christi: & nō ex operibus legis: qm̄ ex operibus legis: nō iustificabiť oīs caro. Non solū aūt illa opera legis q̄ sunt in veteribus sacramentis: & nunc reuelato testamēto nouo nō obseruātur a christianis: sicuti est circūcisio pputii & sabbati carnalis vacatio: & a qbusdā escis abstinētia: & pecorū ī sacrificiis imolatio: & Neomenia & azimū: & cætera huiusmodi: verūetiā illud qđ in lege dictū est: Nō cōcupisces: qđ vtiq̄ & christian⁹ null⁹ ābigit eē dicēdū: nō iustificat hoīem nisi p fidē Iesu Christi: & gratiā dei p Iesum Christū dn̄m nr̄m. Idē ipe qppe di
Ro.7. cit apl's. Quid ergo dicem⁹? Lex pctm̄ est? Absit. Sed pctm̄ nō cognoui nisi p legē. Nā cōcupiscētiā nesciebā nisi lex diceret: Nō concupisces. Occasione aūt accepta: pctm̄ p mādatū opatū est in me oēm cōcupiscentiā. Sine lege enim pctm̄ mortuū est. Ego aūt viuebā aliqn̄ sine lege. Adueniente aūt mādato pctm̄ reuixit. Ego aūt mortuus sum: & inuētū est mihi mandatū: qđ erat in vitā: hoc est ī mortē. Pctm̄ eī occasione accepta p mādatū fefellit me: & p illud occidit: itaq̄ lex qdē sancta: & mādatū sanctū: & iustū: & bonū. Qđ ergo bonū est mihi factū est mors? Absit Sed peccatū vt appareat pctm̄: p bonū mihi opatū est mortem: vt fiat sup modū pctm̄ peccans per mandatum. Scimus eñ quia lex spiritalis est: Ego autē carnalis sum: venundatus sub pctō Qđ enim operor ignoro. Non eñ qđ volo hoc ago: sed qđ odi illud facio. Si autem quod nolo hoc facio: consentio legi quoniam bona est. Videm⁹ itaq̄ in his aplicis verbis legē nō solū nō esse pctm̄: sed etiam esse sanctā: & mādatū sanctū & iustū & bonū: qđ dictum est: nō cōcupisces Sed pctm̄ p bonū fallit: & p illud occidit eos: q cū sint carnales: putāt suis virib⁹ legē spiritalē se posse complere: & per hoc fiunt non solum peccatores: qđ essent etiā si legem non accepissent: sed etiam pvaricatores: quod non essent nisi legem accepissent. Sic enim alio loco dicit: Vbi A
Ro.4. lex non est: nec prævaricatio. Lex ergo subintrauit: sicut alibi ipse testatur: vt abundaret deli-
Ro.5. ctum. Vbi autem abundauit delictum: superabūdauit & gratia. Hæc est igitur vtilitas legis: qa ostendit hoīem sibi ipsi: vt sciat infirmitatem suā: & videat quemadmodū p phibitionē augeatur potius carnalis cōcupiscētia q̄ sanetur. Appetuntur eñ ardenti⁹ quæ vetanť: dū id qđ spiritaliter iubetur carnalis obseruare compellitur. Vt aūt sit spiritalis q legem impleat spiritalē: non sit ipsa lege: sed gratia: hoc est nō impio: sed beneficio: non iubente litera: sed adiuuāte spiritu. Incipit aūt homo secūdū gratiā in interiori hoīe renouari: vt mente agat quod amat: nec carni consentiat agēti qđ odit: id est non vt omnino non concupiscant: sed vt post concupiscentias suas non eat. Qđ quidē tā magnū est: vt si oīni modo fieret: & q̄uis insint dū sumus in corpore mortis huius desyderia peccati: nulli eorū tñ adhiberem⁹ assensum: non esset vnde
Matth.6. diceremus patri nostro qui est in coelis: Dimitte nobis debita nostra. Nec tñ ideo tales iā essemus quales erimus cum mortale hoc induerit immortalitatē. Tunc eñ nō solū nullo desyderio peccati obediemus: sed nulla erunt desyderia talia qbus non obedire iubeamur. Nūc ergo vbi diciť: Iā nō ego operor illud: sed id qđ in me habitat pctm̄: de concupiscētia carnis dicitur:
Ro.6. quæ opatur in nobis motus suos etiā qn̄ eis non obediemus: dum non regnat pctm̄ in nostro mortali corpore ad obediēdū desyderiis eius: nec exhibemus membra nostra arma iniquitatis peccato: in qua iustitia nondū cōsummata perseuerāter pficiētes: ad ei⁹ cōsūmationē q̄uq̄ ve

niemus vbi peccati cōcupiscētia non cohibēda atq; frenāda:sed nulla sit. Hæc enim lex posuit dicēdo:Non cōcupisces:non q; hic valeamus:sed ad qđ proficiēdo tēdamus. Verū hoc fit non lege quę hoc imperat:sed fide quæ hoc impetrat:nō litera qua iubet:sed spiritu quo sanat:Nō ergo meritis operātis hoīs:sed largiētis gratia saluatoris. Vtilitas itaq; legis est vt hominē de sua infirmitate cōuincat:& gratię medicinā quę ī Christo est implorare cōpellat. Oīs enim qui innocauerit nomē dñi ī saluus erit.Quomodo ergo inuocabūt in quē nō crediderūt?Quomodo credēt quē nō audierūt? Vnde paulopost dicit:Igitur fides ex auditu:auditus autē per Roma.10.
B verbū Christi. Quæ cū ita sint:Qui se israelitas esse carnaliter gaudēt:sed pręter gratiā Christi:in lege gloriant:hi sunt de quib⁹ idem apostolus ait:Q; ignorātes dei iustitiā & suā volentes cōstituere:iustitię dei nō sunt subiecti.Dei quippe dixit iustitiā:quę homini ex deo est:Suā vero:quā putāt sibi sufficere ad faciēda mādata sine adiutorio & dono eius q legē dedit. His autē similes sunt qui cū profiteant se esse christianos:ipsi gratię Christi sic aduersant:vt se humanis virib⁹ diuina existimēt implere mādata:ac sic etiā ipsi ignorātes dei iustitiā:& suā volētes cōstituere:iustitiæ dei nō sunt subiecti.Nō quidē noīe:sed tantū errore iudaizātes. Hoc genus hominū capita sibi inuenerāt Pelagiū & Cælestinū impietatis huius assertores acerrimos.Qui recēti iudicio dei p diligētes & fideles seruos eius etiā catholica cōmunione priuati sunt:& ppter cor impœnitēs adhuc in sua dānatione psistunt.Quisquis ab isto carnali & animali:atq; ideo nō immerito reprehēsibili atq; dānabili iudaismo esse quęrit alienus: nō solum veteres illas obseruatiōes a se facere debet alienas:quæ iā reuelato testamēto nouo postea q̄ venerūt ea quæ p illas significabant esse futura:pculdubio esse necessaria destiterūt: vt nō iudicetur in cibo & potu & in parte diei festi & neomeniæ & sabbatorū:qđ est vmbra futurorū:verūetiam illa quę in lege ita pcepta sunt vt valeāt ad infirmādos mores fideliū:id est vt abnegātes impietatē & seculares cupiditates:tēperāter & iuste & pie viuamus in hoc sæculo. Vnde est etiā hoc qđ ex lege maxime cōmēdandū elegit apostol⁹:Non cōcupisces: & quęcūq; de deo Roma.7.
& proximo diligēdo sine vllis figuris sacramentorū præcipiūtur in lege:In quib⁹ duobus præ Matth.22.
ceptis:etiā ipse dñs Christ⁹ dicit:totā legē prophetasq; pēdere: sic accipit:sic amplectit:sic obseruāda esse nō dubitat:vt quicqđ in eis pfecit:nō sibi tribuat:sed gratiæ dei p Iesum Christū
C dñm nostrū. Verūtamen cū quisq; isto modo fuerit verus germanusq; christianus:vtrū etiā iudæus ne israelita dicēdus sit merito quęrit. Qđ quidē si nō carne sed spiritu hoc esse intelligitur: non debet ipsum nomē sibi in cōsuetudine sermonis imponere: sed spiritali intelligētia retinere:ne propter ambiguitatē vocabuli quā nō discernit quotidiana locutione:illud profiteri videatur qđ est inimicū nomini christiano. Hanc autē quęstionē:id est vtrū qui christianus est:etiā iudęus vel israelita possit intelligi:Idem beat⁹ nobis aperit & dissoluit apostol⁹ vbi dicit:Circūcisio quidē prodest si legem custodias.Si autē præuaricator legis sis:circūcisio tua Roma.2.
præputiū facta est.Si igitur præputiū iustitias legis custodiat:nōne præputiū eius in circūcisionē reputabit:& iudicabit qđ ex natura est præputiū legē perficiens te qui per literā & circūcisionē præuaricator legis es?Nō enim qui in manifesto iudęus est:neq; quæ in manifesta carne est circūcisio:sed qui in abscōdito iudęus est & circūcisione cordis:qui spiritu nō litera:cuius laus nō ex hominib⁹:sed ex deo est. Cū igitur audiam⁹ apostolū Christi cōmēdantē nobis iudęū in abscōdito:nō in carnis circūcisiōe:sed cordis:& spiritu nō litera:quis est iste nisi christianus?Sic itaq; sumus iudæi:nō carnaliter sed spiritaliter: queādmodū sumus semē Abraæ:nō secundū carnē sicut illi q de ipso noīe carnali supbia gloriant:sed secūdum spiritū fidei quo nō illi.Scim⁹ eīn nos nō fuisse pmissos:quādo ei dixit deus:Patrē multarū gētiū posui te.Et q̄ Gen.17.
multa de hac re dicat apostol⁹:nouimus.Dicimus eīn inquit:qm̄ deputata est Abrahæ fides ad Roma.4.
iustitiā.Quomodo ergo deputata est?An cū in circūcisiōe esset:an cū esset in pręputio? Nō in circūcisione:sed in pręputio.Et signū accepit circūcisionis signaculū iustitię & fidei quę est in
D præputio vt sit pater omniū credentiū per pręputiū: vt deputet & illis ad iustitiā: vt sit pater circūcisionis:nō his solū qui ex circūcisione sunt:sed & his qui sequunt vestigia:quæ est in pręputio fidei patris nostri Abraam. Et paulopost:Ideo inqt ex fide:vt secūdum gratiā firma sit Vbi supra.
promissio omni semini:nō ei tātum qđ ex lege est: sed & ei qđ ex fide est Abraam qui est pater omniū nostrū:sicut scriptū est:Quia patrē multarū gentiū posui te.Item ad Galatas:Abraam Gen.17.
inquit credidit deo & deputatū est illi ad iustitiā. Intelligite ergo : qm̄ qui ex fide: hi sunt filii Gal.3.
Abraam.Prouidēs autē scriptura:quia ex fide iustificat gētes deus:prænūtiauit Abrææ: quia benedicētur in te oēs gētes:ita vt qui ex fide sunt benedicant cū fideli Abraam. Iam aliquato

post in eadē epistola: Fratres(inquit)secundū hominē dico tamen hominis confirmatū testa-
mētum nemo irritum facit aut superordinat. Abraæ dictæ sunt promissiones & semini eius.
Non dicit: & seminibus:tanq̄ in multis; sed tanq̄ in vno: & semini tuo qđ est Christus. Item
paulopost: Omnes enim vos inquit vnū estis in Christo Iesu. Si autē vos Christi: ergo Abraæ
semen estis secundū promissionē hæredes. Secundū istum ergo intellectum apostolicū inue-
niuntur iudæi qui christiani non sunt: cū ex carne Abraæ originē ducant:nō esse filii Abraæ.
Cū enim dicit:Intelligite ergo quoniā qui ex fide: hi sunt filii Abraæ: pfecto significat eos qui
ex fide nō sunt:nō esse filios Abraæ: Ac per hoc nisi iudæis eo modo sit pater Abraam quomo
do est nobis:quid eis prodest φ de carne eius exorti sunt: & nomē sine virtute tenuerūt! Cum
autē ad Christū transeunt: & incipiunt esse ex fide filii Abraæ:tunc erunt iudæi:nō in manife
sto:sed in abscōdito:circūcisione cordis:spiritu nō litera: quorū laus nō fit ex hominib⁹ sed ex
deo. Ab hac autē fide alienati:in ramis fractis deputabūtur ex illa olea:in cuius radice idem di
cit apostolus:inserere oleastrū:id est gentes.qđ vtiq; nō fit per carnē:sed p fidem:neq; per legē:
sed per gratiā:nec per literā:sed per spiritum:neq; carnis circūcisione: sed cordis:nec in mani-
festo:sed in abscōdito:nec laude ex hominibus: sed ex deo:vt sit vnusquisq; christian⁹ sicut nō
carnalis sed spiritalis Abraæ filius:ita nō carnalis sed spiritalis iudęus:nec carnalis sed spirita
Roma.9. lis israelita. Nam & de isto nomine sic apostol⁹ loquitur: Non enim omnes qui ex israel hi sunt
israel:neq; qui sunt semen Abraam omnes filii:sed in Isaac vocabitur tibi semen:hoc est non hi
qui filii carnis hi filii dei: sed filii promissionis deputātur in semine. Nonne mirabilia magna
sunt ista profundūq; mysterium:vt multi ex israel nati sint israel: & multi non sint filii cū sint
semen Abraæ! Quomodo enim nō sunt:quomodo sunt:nisi quia nō sunt filii pmissionis ad
Christi gratiā pertinentes:sed filii carnis nomen inane gestantes: ac per hoc nec illi sunt israel
sicut sumus nos:nec nos sumus israel sicut sunt illi. Nos enim sumus secundū spiritalē rege-
nerationem:illi secundū carnalem generationem. Intuendū est quippe ac discernēdum: alium D
esse israel qui ppter carnem nomē accepit:alium vero qui propter spiritū rem quæ illo nomi-
ne significatur obtinuit. Nunq̄ enim ex Agar ancilla Saræ nati sunt israelitæ. Nōne Hismael
ex illa natus est: & non israelitarum gentem suo semine propagauit! De Sara nāq; venit israel
per Isaac:qui ex pmissione natus est Abraæ: Tamē cum secundū propaginem carnis se ita res
habeat:venitur ad intellectum spiritalē: & inueniuntur ad Saram nō pertinere carnales israe
litæ:qui ex illa carnis originem ducūt: & pertinere ad eam potius christiani qui non secūdum
Hismael filii sunt carnis:sed secūdum Isaac filii sunt promissionis:nō ad ipsius Isaac carnale se
Gal.4. men:sed ad spiritale mysteriū pertinētes. Ita quippe ad Galatas apostolus loquitur: Dicite mi-
hi sub lege esse volentes:Legem nō audistis! Scriptum est enim φ Abraam duos filios habuit:
vnum de ancilla: & vnum de libera. Sed ille quidem qui de ancilla:secūdum carnem natus est:
qui autem de libera per repromissionē. quæ sunt in allegoria. Hæc enim sunt duo testamenta:
Vnum quidē a monte Sina in seruitutē generans qđ est Agar: Sina enim mons est in Arabia
qui coniunctus est huic quę nunc est Hierusalem: & seruit cum filiis suis. Quę autem sursum
Esa.54. est hierusalem libera est quæ est mater nostra. Scriptum est enim: Lætare sterilis quę nō paris:
erūpe & clama quæ non parturis:quia multi filii desertæ magis q̄ eius quæ habet virum. Nos
autē fratres secūdum Isaac pmissionis filii sumus: Sed sicut tūc qui secūdum carnē natus fue
rat:persequebatur eum qui secūdum spiritum:ita & nunc. Sed quid dicit scriptura! Eiice an-
cillam & filium eius:Non enim hæres erit filius ancillæ cū filio liberæ. qua libertate Christus
nos liberauit. Ecce secūdum istam spiritalē atq; apostolicam intelligētiam nos potius perti-
nemus ad liberam Saram:qui ex illa nullam carnis propaginē trahimus. Iudęi autem qui ex il
la carnis propaginem trahunt:ad Agar potius ancillam pertinere monstrātur: de qua carnis
propagationē non trahunt. In nepotibus etiam Abraæ & Saræ:id est filiis Isaac & Rebeccæ: E
illis geminis: Esau & Iacob qui postea vocatus est israel: hoc ipsum magnum & profundū my-
sterium reperitur. De quo idem apostolus loquens:cum per Isaac promissionis filios cōmemo-
Roma.9. rasset ad Christi gratiam pertinētes: Non solū autē illa(inquit)sed & Rebecca ex vno concu-
bitu habens Isaac patris nostri. Nondum enim natis:nec qui egerint aliquid boni aut mali:vt
secūdum electionem propositū dei maneret:nō ex operibus:sed ex vocante dictum est ei: quia
Malachię.1. maior seruiet minori:sicut scriptum est: Iacob dilexi: Esau autem odio habui. Hęc certe doctri
na apostolica atq; catholica satis euidēter indicat nobis secūdum originē carnis ad Saram iu-
dæos:id est israelitas pertinere: Secūdum autem mysterium spiritus ad Saram christianos:ad

Agar iudæos. Item ſecundum originem carnis ad Eſau:qui dictus eſt etiam Edom:gentem
idumęorum:Ad Iacob autem qui dictus eſt etiam Iſrael:gentem iudæorum. Porro ſecũdum
myſterium ſpiritus ad Eſau iudæos:ad iſrael pertinere chriſtianos.Ita quippe impletur quod
ſcriptum eſt:Maior ſeruiet minori:id eſt prior natus populus Iudæorum: poſteriori nato po-
pulo chriſtianorum. Ecce quẽadmodum ſumus iſrael adoptione diuina: nõ humana cogna
tione gloriantes: nec in manifeſto: ſed in occulto:nec litera: ſed ſpiritu:nec carnis: ſed cordis
F circũciſione iudæi. Quæ cum ita ſe habeant: nec tamen debemus conſuetudinem ſermonis
humani inepta loquacitate confundere:& in rebus diſcernendis frequentata vocabula pertur
bata ſignificatione miſcere:vt eos qui chriſtiani ſunt: & appellatiõe vſitatiſſima chriſtiani vo
cãtur:inuſitato vocabulo aliquis affectet appellare iudæos:vel cum ſit ipſe voceturq; chriſtia
nus:iſraelita potius nomine delectetur: & quod in myſterio debet ſemper intelligere:parcius
autem ore proferre: hæc in quotidiana loquendi cõſuetudine magis eligat frequẽtare inepta
inſolentia: & ſi dici poteſt: imperita ſcientia. Nunquid enim apoſtoli per quos ea didicimus
iſta neſciebant: quomodo nos potius ſumus ſemen Abraæ ſecũdum Iſaac promiſſionis hære-
des:& iudæi ſpiritu non litera:cordis circũciſione non carnis: & non ſecũdum carnem iſrael:
ſed iſrael dei? Sciebant itaq; iſta multo ſapientius certiuſq; q̃ nos: & tamen in loquendi con
ſuetudine iudęos & iſraelitas eos appellabant qui ſecũdum carnem de Abraæ ſtirpe tunc exi-
ſtebant. Nãq; ait apoſtolus:Iudæi ſigna petunt:& græci ſapientiam quærunt:Nos autẽ præ- 1.Corin.1.
dicamus Chriſtum crucifixum:iudęis quidem ſcandalum:gentibus autẽ ſtultitiam:Ipſis au-
tem vocatis iudæis & græcis:Chriſtum dei virtutem & dei ſapientiam. Quod dixit græcos:
hos etiam gentium nomine ſignificauit:eo ꝙ hæc lingua maxime excellit in gentibus.Iudęos
tamen ipſos vocauit quos omnes hoc nomine appellãt.Nam ſi chriſtiani ipſi ſunt iudæi: chri
ſtianis eſt ergo ſcandalum Chriſtus crucifixus:de quo dictum eſt: Iudęis quidem ſcandalum.
Quis hæc niſi inſaniſſimus ſentiat? Item dicit:Sine offenſione eſtote iudæis & græcis & ec- 1.Corin.10
cleſię dei.Quomodo iſta diſtingueret ſi & eccleſiam dei in quotidiana loquendi conſuetudine
iudæos appellare deberet? Item ait:Quos & vocauit nõ ſolum ex iudæis:ſed etiam ex genti- Roma.9.
bus.Quomodo vocauit ex iudæis ſi potius ex non iudæis vocauit vt eſſent iudæi? Item de
iſraelitis:Quid ergo dicemus inquit? Quia gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam apprehen- Vbi ſupra.
derunt iuſtitiam:Iſrael autem perſequens legem iuſtitiæ:in legem iuſtitiæ nõ peruenit.Qua-
re?Quia nõ ex fide:ſed quaſi ex operibus. Offenderũt enim in lapidem offenſionis. Item Ad Roma.10.
iſrael autem quid dicit?Tota die extendi manus meas ad populum non credentem & contra-
dicentem.Et ſecutus adiungit: Dico ergo: Nunquid repulit deus plebem ſuam? Abſit. Nam Roma.11.
& ego Iſraelita ſum ex ſemine Abraæ de tribu Beniamin.Non repulit deus plebem ſuam quã
præſciuit.Quomodo hic appellauit apoſtolus iſrael non credentem & contradicẽtem ſi chri-
ſtiani ſunt iſrael:vel quomodo ſe appellauit iſraelitam? Nunquid ex eo ꝙ chriſtianus factus
erat?Non vtiq;:Sed ex eo ꝙ ſecundum carnem fuerat ex ſemine Abraam:de tribu Beniamin:
quod non ſumus nos ſecũdum carnem:q̃uis ſecũdum fidem ſumus ſemen Abraæ: ac per hoc
& iſrael. Sed aliud eſt qđ agnoſcit altioris intelligentia ſacramenti: aliud expoſcit quotidia-
na conſuetudo vocabuli. Deniq; aptius iſte neſcio quis de quo ſcripſiſti ꝙ doceat iudaizare
chriſtianos:eo modo ſicut inſinuauit ſanctitas tua:iudæum & iſraelitam vocat:vt ab eis pro-
hibeat a quibus pro temporis illius cõgruentia lex per ſanctum famulũ dei Moyſen data pro-
hibeat: & cæteras illius temporis obſeruationes iam nũc apud chriſtianos abolitas remotaſq;
perſuadeat: quas vmbras futurorũ appellat apoſtolus: vt & prophetia in illis intelligatur:&
eorum obſeruatio iam euacuata monſtretur. Vnde apparet quare ſe iſte aptius velit iſraeli-
tam iudæumq; vocitari: non ſpiritaliter: ſed omnino carnaliter. Nos autem nec illis obſer-
uationibus quæ nouo teſtamento reuelato euacuatæ ſunt:tenemur obſtricti: & præcepta le-
gis huic etiam tempori neceſſaria:qualia ſunt: Non adulterabis: non homicidium facies:non Exo.20.
concupiſces: & ſi quod eſt aliud mandatum qđ in hoc ſermone recapitulatur: Diliges proxi- Leuitici.19.
mum tuum tanq̃ teipſum: non viribus humanis quaſi veſtram conſtituentes iuſtitiam: ſed
gratia dei per Ieſum Chriſtum dominũ noſtrum:in ea iuſtitia quæ nobis ab illo eſt:obſeruan-
da eſſe didicimus:docemus. Nec tamen ideo nos negamus ſemen Abraæ:quibus dicit apo-
ſtolus:Vos ergo Abraæ ſemen:Aut iudæos in abſcondito:de qualibus idem dicit: Non enim Gal.3.
qui in manifeſto iudæus eſt: neq; quæ in manifeſto in carne eſt circunciſio: ſed qui in abſcon- Roma.2.
dito iudæus eſt:& circunciſione cordis: qui ſpiritu non litera: cuius laus non ex hominibus:

sed ex deo est:ad israelitas spiritales: ad eum scilicet pertinentes cui minori prædictū est serui turū.n esse maiorem. Sed hæc vocabula nobis non indecenter imponimus:eaq; mysteriorū intelligentia continemus:non verborum insolentia ventilamus.

Nectarii ad beatum Augustinū: quantum patriam diligat: & eam florere & incolumē esse cupiat: exponentis: & Calamēsem coloniam non leui populi sui errato ꝓlapsam conquerētis: deposcētisq; vt si res defendenda sit:innoxius defendatur: & ab innocentibus molestia separetur. Epistola.CCI.


Domino insigni & merito suscipiēdo fratri Augustino episcopo: Nectarius. Quāta sit charitas patriæ:quoniam nosti:prætereo. Sola est enim quæ parentum iure vincat affectum. Cui si vllus esset consulendi modus aut finis bonis:digne iam ab eius muneribꝰ meruimus excusari. Sed quoniā crescit in dies singulos dilectus & gratia ciuitatis: quantūq; ętas fini proxima est: tantum incolumē ac florentem relinquere patriam cupimus:idcirco gaudeo primū q; apud instructum disciplinis omnibus virum mihi hic est sermo institutus. In Calamensi colonia multa sunt quæ merito diligamus: vel q; in ea geniti sumus:vel q; eidem magna contulisse videamur officia. Hæc ergo domine prętantissime & merito suscipiende nō leui populi sui errato ꝓlapsa est. Q d quidem si iuris publici rigore metiamur:debet plecti seueriori censura. Sed episcopum fas non est nisi salutem hominibus impertire:& ꝓ statu meliore causis adesse: & apud omnipotentē deum veniam aliorum mereri delictis. Quobrem quanta possum supplicatione deposco:vt si defendenda res est:innoxius defendatur:ab innocentibus molestia separetur. Præsta hoc qđ secundū naturā tuam peruides postulari:de damnis facilis potest haberi taxatio:tantū supplicia deprecamur. Acceptior deo viuas domine insignis & merito suscipiende frater. G

Sancti Augustini ad Nectarium: epistolæ illius apertissime & ad plenum cum multa admonitione ac reprehensione respondentis. Epistola.CCII.


Domino eximio meritoq; honorabili fratri Nectario Augustinus. Iam senio frigescentibus mēbris:feruere animū tuum patrię charitate nec miror sed laudo:teq; non tantū nō tenere memoriter:verūetiam vita ac moribus demonstrare:q; nullus sit patriæ consulendi modus:aut finis bonis: non inuitus immo etiam libens accipio. Vnde supernæ cuiusdam patrię in cuius sancto amore pro nostro modulo inter eos quibus ad illam capessendā consulimus periclitamur atq; laboramus. Talem etiam teipsum ciuem habere vellemus:vt eius portiunculæ in hac terra peregrinanti:nullum consulendi modum finēq; censeres:tanto effectus melior:quanto meliori ciuitati officia debita prærogares:in eius æterna pace nullum gaudendi finem inuenturus: cuius ad tempus laboribus nullum tibi finem statueres consulendi. Verum hoc donec fiat. Neq; enim desperādum est illam te patriā posse acquirere:vel iam acquirendam prudentissime cogitare: ad quam te pater etiam qui in ista genuit antecessit. Hoc ergo donec fiat:da nobis veniam si propter patriam nostram quā cupimus nunq̄ relinquere:contristamus patriam tuam quā cupis florentem relinquere. De cuius quidem floribus si cum tua prudentia disputemus: nō est verendū ne tibi difficile persuadeatur:aut vero etiam nō facile occurrat:quēadmodū florere ciuitas debeat. Cōmemorauit poeta ille vestrarum clarissimus literarum quosdam flores Italiæ: sed nos in vestra patria nō tam experti sumus quibus floruit terra illa viris:q̄ quibus arserit armis. Immo vero nō armis sed flammis:nec arserit:sed incenderit. Q d tantum scelus si fuerit impunitum: nulla digna correctione prauorum florentem te patriam putas relicturum. O flores non plane fructuum:sed spinarum. Compara nunc vtrum malis florere patriam tuam pietate an impunitate:correctis moribus an securis a usibus. Compara ista & vide vtrum in patriæ tuæ amore nos vincas: vtrum eam magis veriusq; cupias florere q̄ nos. Intuere paululum ipsos de republica libros: vnde illum affectum amantissimi ciuis ebibisti: q; nullus sit patriæ consulendi modus aut finis bonis. Intuere obsecro te & cerne quantis ibi laudibus frugalitas & continentia prædicetur: & erga coniugale vinculum fides castiq; honesti ac probi mores:quibus cum præpollet ciuitas: vere florere dicenda est. Hi autem mores in ecclesiis toto orbe crescentibus: H


tanq̃ in sanctis auditoriis populorum docentur atq; discuntur: & maxime pietas: qua verus & verax colatur deus: quia hæc omnia quibus animus humanus diuinæ societati ad inhabitandam æternam cælestemq; ciuitatem instruitur & aptatur: non solum iubet aggredienda: I verũtiam donat implenda. Inde est q; deorum multorum falsorumq; simulacra: & prædixit euersura: & præcepit euerti. Nihil enim homines tam insatiabiles reddit vitæ peruersitate q̃ illorum deorũ imitatio: quales describuntur: & cõmendantur literis eorum. Deniq; illi doctissimi viri qui rempublicam ciuitatemq; terrenã qualis eis esse debere videbatur: magis domesticis disputationibus requirebant vel etiã describebant: q̃ publicis actionibus instituebant atq; formabant: egregios atq; laudabiles quos putabant homines/potius q̃ deos suos imitandos proponebant erudiendæ indoli iuuẽtutis. Et reuera Terentianus ille adolescens qui spectans tabulam pictam in pariete: vbi pictura inerat de adulterio regis deorum: libidinẽ qua rapiebatur stimulis etiam tantę authoritatis accendit. Nullo modo in illud flagitium vel concupiscendo laberetur: vel perpetrando immergeretur: si Catonem maluisset imitari q̃ Iouem: sed quo pacto id faceret cum in templis adorare cogeretur Iouem potius q̃ Catonem? Verũ hęc ex comœdia: quibus impiorum luxus: & sacrilega superstitio conuinceretur: proferre forsitan non debemus. Lege vel recole in eisdẽ libris q̃ prudenter disseratur nullo modo potuisse scriptiones & actiones recipi comœdiarum: nisi mores recipientium consonarent. Ita clarissimorum virorum in republica excellentium: & de republica disputantium authoritate firmatur: nequissimos homines fieri deorum imitatione peiores: non sane verorũ sed falsorum atq; fictorũ. At enim illa omnia quę antiquitus de vita deorum moribusq; cõscripta sunt: longe aliter sunt intelligenda atq; interpretanda sapientibus. Ita vero in tẽplis populis congregatis: recitari huiuscemodi salubres interpretationes heri & nudiustertius audiuim⁹. Queso te siccine cęcum est humanum genus aduersus veritatẽ: vt tam aperta & manifesta non sentiat? Tot locis pingitur: funditur: tunditur: sculpitur: scribitur: legitur: agitur: cantatur: saltatur Iuppiter adulteria tanta cõmittens: quantũ erat vt suo saltem capitolio ista prohibens legeretur? Hæc mala dedecoris impietatisq; plenissima si nemine prohibente in populis ferueant: adorentur in templis: rideantur in theatris: cum his victimas immolant: vastetur pecus etiã pauperum cum hæc histriones agunt & saltant: effundantur patrimonia diuitum: ciuitates florere dicuntur. Horum plane florũ non terra fertilis: non aliqua opulens virtus: sed illa dea Flora digna mater inuenta est: cuius ludi scænici tam effusiore & licentiore turpitudine celebrantur: vt quiuis intelligat quale dæmonium sit quod placari aliter non potest: nisi illic non aues: nõ quadrupedes: nõ deniq; sanguis humanus: sed multo scelestius pudor human⁹ tanq̃ immolatus intereat. Hæc dixi propter quod scripsisti: Quãtũ tibi ætas fini proxima est: cupere K te vt patriã tuam incolumẽ ac florentem relinquas. Tollantur iam illa omnia vana & insana: cõuertantur homines ad verum dei cultum moresq; castos & pios: tunc patriam tuam florentem videbis: non opinione stultorum: sed veritate sapientium. Cum hæc patria carnalis generationis tuæ portio fuerit: illius patriæ cui non corpore sed fide nascimur: vbi omnes sancti & fideles dei post labores velut hyemales vitæ huius: interminata æternitate florebũt. Nobis itaq; cordi est: neq; christianam amittere mansuetudinẽ: neq; perniciosum cæteris imitationis exemplum in illa ciuitate relinquere. Quomodo id agamus: aderit deus si eis non ita grauiter indignetur: Alioquin & mansuetudo quã seruare cupimus: & disciplina qua vti moderate nitimur: impediri potest: si deo aliud in occulto placet: siue iudicanti hoc tantũ malum flagello acriore plectendum: siue etiam vehementius irascenti: si non correctis nec ad se conuersis ad tempus esse voluerit impunitum. Præscribit nobis quodãmodo prudentia tua de persona episcopali: & dicis patriam tuam non leui populi sui errato prolapsam. Quod quidẽ si iuris publici rigore metiamur: debet plecti seueriori censura. Sed episcopum inquis fas non est nisi salutem hominibus impertire: & pro statu meliore causis adesse: & apud omnipotentem deum veniam aliorũ mereri delictis. Hoc omnino seruare conamur: vt seueriore censura nemo plectatur: neq; a nobis: neq; ab alio vllo intercedentibus nobis: & salutem hominibus cupimus impertire: quæ posita est in recte viuendi felicitate: non in male faciendi securitate. Veniam quoq; non tantum nostris: verum & aliorum instamus dilectis mereri: quod impetrare nisi pro correctis omnino non possumus. Adiungis etiam & dicis: Quanta possum supplicatione deposco: vt si defendenda res est innoxius defendatur: ab innocentibus molestia separetur. Accipe breuiter quæ commissa sint: & noxios ab innocentibus ipse discer-

De diuinatione dęmonũ.ca.9.

ne.Contra recentissimas leges:kalēdis Iuniis sexto:paganorum sacrilega solēnitas agitata est:
nemine prohibente: tam insolenti ausu:vt qđ nec Iuliani temporibus factum est:petulantissi-
ma turba saltantium in eodem prorsus vico ante fores transiret ecclesiæ. Quā rem illicitissi
mā atq; indignissimā clericis prohibere tentantibus:ecclesia lapidata est. Deinde post dies fer
me octo:cum leges notissimas episcopus ordini replicasset:& dum ea quæ iussa sunt velut im-
plere disponūt:iterum ecclesia lapidata est. Postridie nostris ad imponēdum perditis metum:
(qđ videbatur) apud acta dicere volētib9 publica iura negata sunt. Eodēq; ipso die ne vel di-
uinitus terrerētur:grando lapidationibus reddita est: qua transacta continuo tertiam lapida
tionem:& postremo ignes ecclesiasticis tectis atq; hominibus intulerunt:vnū seruorū dei qui
oberrans occurrere potuit occiderunt:cæteris partim vbi potuerant latitātibus:partim quo
potuerant fugientibus:cum interea contrusus atq; coartatus quodam loco se occultaret epi-
scopus: vbi se ad mortem quærentium voces audiebat:sibiq; increpantium φ eo non inuento
gratis tantū perpetrassent scelus. Gesta sunt hæc ab hora ferme decima vsq; ad noctis partē
non minimā. Nemo compescere: nemo subuenire tentauit illorum quorum esse grauis pos-
set authoritas:præter vnum peregrinū per quem & plurimi serui dei de manibus interficere
conātium liberati sunt:& multa extorta prædātibus:per quem clarum factum est:q̄ facile illa
vel omnino non fierent vel cœpta desisterent:si ciues maximeq; primates ea fieri perficiq; ve-
tuissent. Proinde in vniuersa illa ciuitate nō innocentes a nocentibus:sed minus nocentes a
nocentibus poteris fortasse discernere. Nam in paruo peccato illi sunt qui metu deterriti ma-
ximeq; ne offenderēt eos quos in illo oppido plurimū posse & inimicos ecclesię nouerāt: opem
ferre non ausi sunt. Scelerati autem omnes quibus etsi non facientibus:neq; immittētibus:ta-
men volentibus ista cōmissa sunt:sceleratiores qui cōmiserunt: sceleratissimi qui immiserūt.
Sed de immissione suspitionem putemus esse non veritatem: nec ea discutiamus quæ nisi tor
mentis eorum per quos inquirsitur inueniri omnino non possunt. Demus etiam veniam ti-
mori eorum qui potius deum pro episcopo & seruis eius deprecādum q̄ potētes inimicos ec-
clesiæ offendendos esse putauerunt. Quid eos qui restant:nulla ne censes disciplina coercen- L
dos: & proponēdum æstimas impunitū tam immanis furoris exemplū? Non præterita vindi
cando pascere iram nostrā studemus:sed misericorditer in futurū consulendo satagimus. Ha
bēt homines mali vbi & per christianos non solum mansuete:verūetiā vtiliter salubriterq; ple
ctantur. Habent enim φ corpore incolumi viuunt:habent vnde viuunt:habent vnde male vi
uunt. Duo prima salua sint:vt quos pœniteat sint:hoc optamus:hoc quātum in nobis est etiā
impēsa opera instamus. Tertium vero si deus voluerit tanq̄ putre noxiūq; resecari:valde mi
sericorditer puniet. Si autē vel amplius voluerit:vel ne hoc quidem permiserit:altioris & pro
fecto iustioris consilii ratio penes ipsum est: a nobis curam officiūq; oportet impendi quousq;
videre conceditur:deprecantibus eum vt animū nostrum approbet quo cunctis volumus es-
se cōsultum:nihilq; fieri sinat per nos quod & nobis & ecclesiæ suæ non expedire longe melius
nouit ipse q̄ nos. Modo cum apud Calamā essemus:vt nostri in tam graui dolore:vel conso-
larentur afflicti:vel sedarentur accensi: quantum potuimus quod in tēpore oportuisse existi-
mauimus cum christianis egimus. Deinde etiam ipsos paganos mali tanti caput & causam
petentes vt ab eis videremur admisimus: vt hac occasione admoneremus eos quid facere de-
berent si saperent:non tātum pro remouenda præsenti sollicitudine:verūetiam pro inquiren-
da salute perpetua:multa a nobis audierunt:multum etiam ipsi rogauerunt:sed absit vt tales
serui simus:quos ab eis rogari delectet:a quibus noster dominus non rogatur. Vnde perui-
des pro viuacitate mentis tuæ:ad hoc esse nitendū seruata māsuetudine & moderatione chri
stiana:vt aut cæteros deterreamus eorum imitari peruersitatē: aut cæteros optemus eorum
imitari correctionem. Damna quę illata sunt vel tolerantur a christianis:vel resartiuntur per
christianos. Animarū vero lucra quibus acquirendis cum periculo etiā sanguinis inhiamus:
& in loco illo quæstuosius ꝓuenire:& aliis locis illo exēplo non impediri desyderamus. Dei mi
sericordia nobis præstet de tua salute gaudere.

*Sancti Augustini ad Maximinum:Primo rationem tituli huius epistolæ reddentis:& dein
de cum dubitet vtrum ille diaconum quēdam rebaptizauerit:obsecrātis: vt sibi quid gestum
sit rescribere dignetur:rescribendi impedimenta repellendo:diligenterq; admonentis:vt si nō
rebaptizet libera voce hoc clamet. Quid ipse etiam vlterius facere decreuerit:exponentis.*

Epistola.CCIII.

M 
Omino dilectiſſimo & honorabili fratri Maximino: Auguſtinus preſbyter
eccleſię catholicæ in dño ſalutē. Priuſq̄ ad rē veniā de qua tuæ beniuolētię
ſcribere volui: tituli huiꝰ epiſtolæ ne vel te vel aliū quēpiā moueat: rationē
breuiter reddā. Dño ſcripſi: quia ſcriptū eſt: Vos ī libertatē vocati eſtis fra Gal.5.
tres: tantū ne libertatē in occaſionē carnis detis: ſed p charitatē ſeruite in-
uicē. Cū ergo vel hoc ipſo officio literarū per charitatē tibi ſeruiā: nō abſur
de te dñm voco ꝓpter vnū & verū dñm noſtrū qui nobis iſta pręcepit. Di
lectiſſimo autē ꝙ ſcripſi: nouit deus ꝙ nō ſolū te diligā: ſed ita diligā vt meipſum: quādoquidē
bene mihi ſum cōſcius bona me tibi optare q̄ mihi. Honorabili vero ꝙ addidi: nō ad hoc addi-
di vt honorarē epiſcopatū tuum: mihi enim epiſcopus nō es: neq; hoc cū cōtumelia dictū acce
peris: ſed ex animo quo in ore noſtro debet eſſe: eſt eſt: nō nō. Neq; eñ ignoras: aut quiſq̄ hoīm
qui nos nouit ignorat: neq; te eſſe epiſcopū meū: neq; me preſbyterū tuū. Honorabilē igiť ex
ea regula te libēter appello qua noui te eē hominē: & noui hoīem ad imaginē dei & ſimilitudi Gen.1.
nem factū: & in honore poſitū ipſo ordine & iure naturæ: ſi tamē intelligēdo quę intelligenda
ſunt ſerues honorē tuū. Nā ita ſcriptū eſt: Homo in honore poſitus nō intellexit: cōparatꝰ eſt Pſal.48.
iumētis inſenſatis & ſimilis factus eſt illis. Cur ergo te honorabilē inquantū homo es nō appel
lem: cū pręſertim de tua ſalute atq; correctione q̄diu in hac vita es deſperare nō audeam! Fra
trem vero vt vocē: nō te latet pręceptū nobis eſſe diuinitꝰ: vt etiā eis qui negant ſe fratres no-
ſtros eſſe: dicamꝰ: Fratres noſtri eſtis: & hoc vehemēter valet ad cauſam ꝓpter quā ſcribere vo
N lui fraternitati tuę. Iam eñ reddita ratione cur epiſtolę talē ianuā fecerim: audi placidiſſime
quę ſequitur. Ego cū in iſta regione cōſuetudinē hominū lugendā atq; plāgendā qui cū chri-
ſtiano noīe glorientur: chriſtianos rebaptizare nō dubitāt: quibꝰ verbis poterā deteſtarer: nō
defuerūt laudatores tui qui mihi dicerēt te iſta nō facere. Fateor: primo nō credidi. Deinde cō
ſyderās poſſe fieri vt animā humanā de futura vita cogitātē dei timor ſuaderet: vt ſe ab ſcele-
re apertiſſimo tēperaret: gratularꝰ credidi ꝙ tali propoſito ab eccleſia catholica nolueris eſſe
nimis alienus. Quęrebā ſane occaſionē loquendi tecū: vt ſi fieri poſſet ea quæ parua remāſerat
inter nos diſſenſio tolleref. Cū ecce ante paucos dies diaconū noſtrū Mutugēnēſem te rebapti
zaſſe nuntiatū eſt: dolui vehemēter: & illius miſerabilē lapſum: & tuū frater inopinatū ſcelus.
Noui enim quę ſit eccleſia catholica: Gētes ſunt hęreditas Chriſti: & poſſeſſio Chriſti: termini
terrę. Noſtis & vos: Nā etſi nō noſtis: aduertite: facillime a volētibus ſciri poteſt. Rebaptizare
igitur hęreticū hoīem qui hęc ſanctitatis ſigna pceperit quę chriſtiana tradidit diſciplina: oī-
no peccatū eſt. Rebaptizare aūt catholicū: immaniſſimū ſcelus eſt. Tamē nō adeo credēs: quia
de te mihi bene pſuaſum tenebā: Mutugennā ipſe prexi: & eū quidē miſerū videre nō potui: a
parētibus vero eiꝰ audiui ꝙ veſter iā etiā diaconus factꝰ ſit. Et tamē tā bene adhuc de tuo cor
de ſentio: vt eū rebaptizatū eſſe nō credā. Quare te frater dilectiſſime p diuinitatē & huma
nitatē dñi noſtri Ieſu Chriſti obſecro vt reſcribere mihi digneris qđ geſtū ſit: Et ſic reſcribere:
vt noueris me in eccleſia fratribꝰ noſtris epiſtolā tuā velle recitare. Qđ ideo ſcripſi: ne cum id
poſtea facerē qđ me nō ſperares eſſe facturū: offenderē charitatē tuam: & iuſtā de me apud cō-
munes amicos querelā deponeres. Quid ergo te impediat ad reſcribendū nō video. Si enim
rebaptizas: nihil eſt ꝙ hoīes de tuo collegio formides cū id te reſcripſeris facere qđ te illi face-
re etiā ſi nolles iuberēt. Cum autē id quātis potueris documētis faciendū eſſe defenderis: non
ſolum nō ſuccēſebūt: ſed etiā pręđicabūt. Si autē nō rebaptizas: arripe libertatē chriſtianam
frater Maximine: Arripe quæſo te: non cuiuſq̄ hoīs in contēplatione Chriſti: aut reprehēſionē
verearis: aut exhorreas poteſtatē: Trāſit honor huius ſæculi: tranſit ambitio. In futuro Chri-
ſti iudicio: nec abſidæ gradatæ: nec cathedræ velatæ: nec ſanctimonialiū occurſantiū atq; can
tātium greges adhibebunť ad defenſionē: vbi cœperit accuſare conſciētia: & conſciētiarū ar-
biter iudicare. Quæ hic honorant ibi onerant: quæ hic releuant ibi grauant. Iſta quæ pro tēpo
re propter eccleſię vtilitatē honori noſtro exhibētur: defendēt forte bonam conſciētiam: defen
O dere autē nō poterūt malam. Qđ ergo tam pio & tam religioſo animo facis: ſi tamē facis: vt
eccleſiæ catholicæ baptiſmū nō iteres: ſed approbes potius tanq̄ vnius veriſſimæ matris: quæ
omnibus gētibus & regenerādis ſinum pandit: & regeneratis vbera infundit: tanq̄ vnius poſ
ſeſſionis Chriſti: ſeſe vſq; ad terræ terminos porrigētis: ſi hoc vere facis: cur nō erūpis in exul-
tantem & liberam vocē! Cur lucernæ tuæ tam vtilem ſplendorē premis ſub modio! Cur non
diſciſſis atq; abiectis veteribus pellibus timidæ ſeruitutis: chriſtiana potius indutus fiducia

existis & dicis: Ego vnum baptismũ noui: patris & filii & spiritussancti nomine cõsecratũ atq; signatũ! Hanc formã vbi inuenio necesse est vt approbẽ: non destruo qđ dominicũ agnosco: nõ exufflo vexillum regis mei. Vestem Christi & qui diuiserũt nõ violauerunt: & illi adhuc Christum nõ resurrecturũ crediderant: sed morientẽ videbant. Si a persecutoribus vestis nõ cõcissa est pendẽtis in cruce: cur a christianis destruitur sacramentũ sedẽtis in cælo! Si veteris populi tẽporibus iudæus essem: quãdo aliud esse melius nõ possem: accepissem vtiq; circũcisionem: qđ signaculũ iustitiæ fidei tantũ illo tẽpore valuit anteq̃ domini euacuaretur aduentu: vt infantẽ filium Moysi angelus præfocasset: nisi mater arrepto calculo circũcidisset puerũ: & hoc sacramẽto imminẽtem perniciem depulisset. Hoc sacramentũ etiam Iordanẽ fluuiũ refrenauit: & reduxit in fontẽ. Hoc sacramentũ ipse dominus q̃uis euacuauerit crucifixus: tamen natus accepit. Nõ enim singula illa dãnata sunt: sed succedẽtibus opportunioribus decesserũt.

Nam sicut circũcisionẽ abstulit domini primus aduẽtus: sic baptismũ auferet secũdus aduentus. Sicut enim nũc posteaq̃ venit libertas fidei: & remotũ est seruitutis iugũ nullus christianus circũciditur carne: sic tũc regnãtibus iustis cũ domino dãnatisq; impiis nemo rebaptizabitur: sed illud qđ ista præfigurãt: id est circũcisio cordis: & mũdatio cõscientiæ manebit in æternum. Si ergo illo tẽpore iudæus essem: & veniret ad me samaritanus velletq; illo errore

Ioan.4. derelicto quẽ etiam dominus improbauit / dices: Vos adoratis qđ nescitis: nos odoramus qđ scimus: quoniã salus ex iudęis est: Vellet ergo samaritanus / quẽ samaritani circũciderãt / fieri iudæus: vacaret certe iterationis audacia: & id qđ apud hæresim factũ erat qđ pręceperat deus: non repetere sed approbare cogeremur. Qđ si in carne circũcisi hominis non inuenirem locũ vbi circũcisionem repeterẽ: quia vnum est illud membrũ: multo minus inuenitur locus in vno corde vbi baptismũ Christi repetatur. Ideo qui duplicare baptismũ vultis: necesse est omnino vt corda duplicata requiratis. Clama ergo recte te facere si non rebaptizas: & nõ solum sine trepidatione: sed etiã cum gaudio mihi inde rescribe: Nulla te tuorũ concilia frater exterreãt. Si enim hoc eis displicuerit: nõ sunt digni qui te habeant. Si autẽ placuerit: credimus de misericordia dñi qui timẽtes sibi displicere: & conãtes placere nunq̃ deserit: q inter vos & nos cito pax erit: ne propter honores nostros de qua sarcina periculosa ratio reddetur: miseræ plebes credentes in Christũ habeant in domibus suis cõmunes cibos: mẽsam Christi cõmunem habere non possint. Nõne ingemiscimus q vir & vxor vt fideliter cõiungant corpora sua: iurant sibi plęrũq; per Christũ: & ipsius corpus Christi diuersa cõmunione dilaniant! Hoc tantũ scandalum: tantus diaboli triũphus: tanta pernicies animarũ: si per tuam modestiã & prudentiam & dilectionẽ: quã debemus ei qui pro nobis suum sanguinẽ fudit: ablata de medio in his regionibus fuerit: quis explicet verbis quã tibi palmã præparet dominus: vt ad cætera mẽbra sanãda quæ per totã Africam tabefacta miserabiliter iacent: a te proficiscatur tã imitabile medicinę documentũ! Quia vereor quoniã cor meum videre nõ potes: ne tibi cum insultatione potius q̃ cum dilectiõe loqui videar. Sed certe amplius quid faciam nõ inuenio: nisi vt inspiciendum sermonẽ meum tibi offeram: animã deo. Tollamus de medio inania obiecta quæ a partibus imperitis iactari contra inuicem solent. Nec tu obiicias tẽpora machariana: nec ego sæuiciam circũcellionũ. Si hoc ad te non pertinet: nec illud ad me. Area dominica nondũ ventilata est: sine paleis esse nõ potest. Nos oremus atq; agamus quantũ possumus vt frumentũ simus. Ergo rebaptizato diacono nostro silere non possum: Scio enim q mihi silentiũ perniciosum sit. Non enim cogito in ecclesiasticis honoribus tẽpora ventosa trãsigere: sed cogito me principi pastorum omniũ rationem de cõmissis ouibus redditurũ. Si forte nolles vt hæc tibi scriberẽ: oportet te frater ignoscere timori meo: Multũ enim timeo ne me tacente & dissimulãte: alii quoq; rebaptizẽtur a vobis. Decreui ergo quantũ vires & facultatẽ dominus præbere dignatur: causam istam sic agere: vt pacificis cõsolationibus nostris oẽs qui nobis cõmunicãt nouerint ab hæresibus aut schismatibus quantũ catholica distet ecclesia: & quantũ sit cauenda pernicies vel zizaniorum vel præcisorũ de vite domini sarmentorũ. Quã collationẽ mecum si libenti animo susceperis: vt cõcordibus nobis amborũ literæ populis recitentur: ineffabili exultabo lætitia. Si autẽ id æquo animo nõ accipis: quid faciã frater: nisi vt te quoq; inuito epistolas nostras populo catholico legam quo esse possit instructior! Quod si rescribere dignatus nõ fueris: vel meas solas legere decreui: vt saltẽ diffidẽtia vestra cognita rebaptizari erubescãt. Neq; id agã cum miles pręsens est: ne quis vestrũ arbitretur tumultuosius me agere voluisse q̃ ratio pacis desyderat: sed post abscessum militis: vt oẽs qui nos audiũt intelligant nõ hoc esse propositi mei: vt

inuiti hoies ad cuiusq̃ cōmunionē cogant̄:sed vt quietissime quærentibus veritas innotescat Cessabit a nr̄is partib⁹ timor tēporaliū potestatū.Cesset etiā a vestris partib⁹ terror cōgregatorū circūcellionū.Re agamus:ratione agamus:diuinarū scripturarū authoritatib⁹ agam⁹:quieti atq̃ tranq̃lli quantū possumus petamus:quæram⁹:pulsemus:vt accipiamus & inueniamus:& aperiat̄ nobis:ne forte fieri posset vt adiuuāte dn̄o cōcordes conatus & orationes nostras tāta deformitas atq̃ impietas Africanarū regionū de vr̄is terris incipiat aboleri.Si non credis post discessum militū me velle agere:post discessum militum tu rescribe.Si em̄ ego prę sente milite lr̄as meas legere populo voluero:plata ep̄la mea demonstrabit me fidei violatorē Qđ mia dn̄i auertat a morib⁹:atq̃ instituto meo qđ mihi p iugū suū inspirare dignatus est. Ep̄s meus beniuolētię tuæ fortasse potius lr̄as misisset si esset p̄sens:aut ego illo vel iubēte vel permittēte scripsissem:Sed illo absente cū diaconi rebaptizatio recēs esse dicit̄:frigescere actionē ipam dilatiōe non passus sum:de fraterna & vera morte acerbissimi doloris aculeis excitatus:Quē dolorē meū adiuuāte mia & p̄uidētia dn̄i:pacis fortasse cōpensatio lenitura est. Deus & dn̄s noster tibi mentē pacatā inspirare dignet̄:dn̄e dilectissime frater.

Sancti Augustini ad Donatū presbyterū partis Donati:illi dolorē cordis & sollicitudinē pro salute ei⁹ exponētis.Et errorē ipius quo æstimat neminē ad bonū esse cogendū:scripturis sc̄tis atq̃ exēplis cōfutātis:Euasiones quoq̃ eiusdē & obiectiones argute refellētis:cū diligenti admonitione vt resipiscat:& ad ecclię vnitatē redeat. Epistola.CCIIII.

Q  Donato presbytero partis Donati:Augustinus ep̄s ecclīæ catholicæ.Si possesvidere dolorē cordis mei & sollicitudinē p salute tua:fortassis misereris aīæ tuę:placēs deo in audiendo verbo:nō nr̄o sed ipius:nec eius scripturas sic in memoria tua figeres vt cōtra eas cor clauderes. Displicet tibi qa traheris ad salutē:cū tā multos nr̄os ad perniciē traxeris. Quid enim volumus nisi te cōprehendi & p̄sentari & seruari ne pereas? Q; aūt in corpore læsus es:ipse tibi fecisti:qui iumento tibi mox admoto vti noluisti:& te ad terrā grauiter collisisti.Nā vtiq̃ alius q̃ adductus est tecū collega tuus illęsus venit:q̃ talia sibi ipse nō fecit.Sed neq̃ hoc putas tibi fieri debuisse:qa neminē estimas cogendū esse ad bonū Attende quid ap̄ls dixerit:Qui episcopatū desyderat bonū opus cōcupiscit:Et tn̄ tā multi vt episcopatū suscipiāt tenent̄ inuiti:perducunt̄:includunt̄:custodiunt̄:patiunt̄:tantaq̃ nolūt donec eis assit volūtas suscipiendi opis boni:Quātomagis vos ab errore pernicioso in quo vobis inimici estis:trahendi estis:& perducēdi ad veritatē vel cognoscendā vel eligendā:nō solū vt honorē salubriter habeatis:sed etiā ne pessime pereatis? Dicis deū dedisse liberū arbitriū: Ideo nō debere cogi hoiem nec ad bonū:quare ergo illi de quibus supra dixi cogunt̄ ad bonū? Attende ergo qđ cōsyderare nō vis.Ideo volūtas bona misericorditer impendit̄:vt mala voluntas hois dirigat̄.Nā quis nesciat nec dānari hoiem nisi merito malę volūtatis:nec liberari nisi bonā habuerit voluntatē?Nō tn̄ ideo qui diligunt̄:malæ suæ voluntati impune & crudeliter permittendi sunt:sed vbi potestas dat̄:& a malo phibendi:& ad bonū cogendi. Nā si voluntas mala semp suæ permittēda est libertati:quare isrælitę recusantes & murmurantes tā duris flagellis a malo phibebant̄:& ad terrā pmissionis cōpellebant̄?Si volūtas mala suæ permittēda est libertati:qre Paulus nō est permissus vti pessima volūtate q̃ persequebat̄ ecclesiā: sed pstratus est vt excæcaret̄:& excæcatus est vt mutaret̄:mutatus vt mitteretur: missus vt qualia fecerat in errore:talia p veritate pateret̄? Si volūtas mala semper suæ permittēda est libertati:quare monet ur patet in scripturis sanctis:filium durū nō solum verbis corripere:sed etiam latera eius tundere:vt ad bonam disciplinam coactus & domitus dirigatur? Vnde itē dicit:Tu quidē percutis eum virga:animā aūt eius liberas a morte?Si mala volūtas semp suę permittenda est libertati:quare corripiunt̄ negligētes pastores:& dicit̄ eis:Errātē nō reuocastis:perditā ouem non inquisistis?Et vos oues Christi estis:characterē dn̄icū portatis in sacramento qđ accepistis:sed erratis & peritis.Non ideo vobis displiceamus:quia reuocam⁹ errantes:& quærimus perditos.Melius em̄ facimus voluntatē dn̄i monētis vt vos ad eius ouile redire cogamus:q̃ cōsentiamus voluntati ouiū errantiū vt perire vos permittamus.Noli ergo iam dicere qđ te assidue audio dicere:Sic volo errare:sic volo perire.Melius em̄ nos hoc omnino non permittimus quantū possumus.Modo q̃ te in puteū vt morereris misisti: vtiq̃ libera volūtate fecisti.Sed q̃ crudeles essent serui dei si huic malæ tuæ voluntati te permitterent: & nō te de illa morte liberarēt?Quis eos nō merito culparet?quis nō impios recte iudicaret? Et

23.q.4.displicet.

1.Timoth.3.

Eccli.30.

Prouer.23.

R

1.de Ciuitate dei.ca.17.

tñ tu te volẽs in aquã misistivt morereris:Illi te nolentẽ de aqua leuauerunt ne morereris. Tu fecisti scđm voluntatẽ tuã:sed in perniciẽ tuã.Illi contra voluntatẽ tuã:sed propter salutẽ tuã Si ergo salus ista corporalis sic custodienda est:vt etiã in nolentib⁹ ab eis qui eos diligũt serue tur:quantomagis illa spiritalis in cuius desertione mors ęterna metuitur.Q̃ſ ꝗ in ista morte: quã tibi tuipse inferre voluisti:nõ solũ ad tps:sed etiã in æternũ morereris: qa et si nõ ad salutẽ non ad eccl'iæ pacẽ:nõ ad Christi corporis vnitatẽ:nõ ad sanctã & indiuiduã charitatẽ:sed ad mala aliqua cogereris:nec sic tibiipse mortẽ inferre debuisti.Consydera scripturas diuinas: & discute quãtũ potes: & vide vtrũ hoc fecerit aliquis aliqñ iustorũ atq fideliũ: cum ab eis tãta mala perpessi sint qui eos ad æternũ interitũ nõ ad vitã æternã quo tu cõpelleris adigebant.

1.Cor.13. Audiui ꝙ dixeris apostolũ Paulũ significasse hoc fieri debere vbi ait : Etsi tradidero corpus meum vt ardeã:qa videlicet oĩa bona dicebat:ꝗ sine charitate nihil prosunt:sicut sunt linguę hoim & angelorũ: & oĩa sacramenta: & oĩs scientia: & oĩs prophetia: & oĩs fides:ita vt montes transferantur & rerum suarũ distributio pauperibus pfit:ideo videt tibi etiã hoc inter bona numerasse vt sibi quisq inferat mortẽ.Sed attende diligenter & agnosce queadmodum dicat scriptura: ꝙ tradat quisq suũ corpus vt ardeat:Non vtiq vt ipse se in ignẽ mittat:quãdo per

1.de Ciuitate dei.ca.18. & .19. sequentẽ patit inimicũ:sed qñ ei pponit:vt aut mali aliquid faciat:aut mali aliquid patiatur: eligat nõ facere mala:ꝗ nõ pati mala:Atq ita corpus suũ tradat in potestatem interfectoris:si cut tres illi viri fecerunt q aureã statuã cogebant adorare: & nisi facerent minabatur eis ille q

Danielis.3. cogebat:caminũ ignis ardentẽ.Idolũ adorare noluerũt:nõ ipsi se in ignẽ miserunt : & tñ etiã de illis sic scriptũ est:ꝙ tradiderũt corpa sua:vt neq seruirẽt neq adorarent vllũ deũ: sed deũ

1.Cor.13. suum.Ecce quõ dixit apl's:Si tradidero corpus meũ vt ardeam.Qđ autẽ sequit vide.Si chari tatem nõ habeã nihil mihi pdet.Ad istã charitatẽ vocaris:ab ista charitate perire non sineris & putas tibi aliquid pdesse si teipse pręcipites in interitũ:cum tibi nihil pdesset: etiã si alter te occideret charitatis inimicũ?Foris aũt ab eccl'ia constitutus & separatus a cõpage vnitatis & vinculo charitatis:æterno supplicio punireris etiã si pro Christi noĩe viuus incẽdereris. Hoc est eñ qđ ait apl's:Etsi tradidero corpus meum vt ardeã:charitatẽ aũt nõ habeam:nihil mihi pdest.Reuoca ergo animũ ad sanã cõsyderationẽ: & sobriam cogitationem:attende diligẽter vtrũ ad errorẽ & impietatẽ voceris: & patere pro veritate quaslibet molestias. Si aũt tu poti⁹ in errore atq in impietate versaris:quo aũt vocaris ibi est veritas & pietas: quia ibi est Christiana vnitas & sanctispirit⁹charitas:quid adhuc tibi esse conaris inimicus?Ideo præstitit misericordia dei vt & nos & epi vestri tam frequẽti numerosoq conuentu Carthaginem venire mus:atq inter nos de ipa dissensione ordinatissime conferremus.Gesta cõscripta sunt:nostrę etiam subscriptiones tenentur.Lege vel patere vt tibi legatur: & tũc elige quod volueris. Audiui ꝙ dixeris posse te nobiscũ de ipsis gestis aliquid agere si omittamus verba episcoporum vestrorũ vbi dixerunt:Nec causa causæ:nec persona personæ præiudicat.Hęc verba vis omit tamus:vbi per eos nescientes veritas ipsa locuta est.Sed tu dicturus es hic eos errasse: & in fal sam sententiam incautius cecidisse.Nos autem dicimus hoc eos verum dixisse: & hoc per te ipsum facillime probamus.Si enim episcopi vestri electi ab vniuersa parte Donati qui causam omnium sustinerent:et si quid egissent gratum & acceptum cæteri haberent: tamen in eo ꝙ illos temere & non recte dixisse arbitraris:non vis vt tibi prędiudicent. Verum ergo dixerunt quia nec causa causæ:nec persona personæ præiudicat.Et ibi debes agnoscere:quia etsi persona tot episcoporum tuorum in illis septem constitutorum non vis vt pręiudicet personę Donati Mutugẽnensis presbyteri:quanto minus nõ debet præiudicare Cęciliani persona:etiam si mali aliquid in illo esset inuentum: vniuersæ vnitati Christi : quæ non in vna villa Mutugenna concluditur: sed toto terrarum orbe diffunditur ? Sed ecce facimus quod voluisti : sic tecum agimus ac si non dixerint vestri: nec causa causæ:nec persona personæ pręiudicat:Tu inueni quid illic dicere debuerint cum eis obiecta esset causa & persona Primiani : qui damnatores suos: & damnauit cum cæteris: & damnatos ac detestatos in suo rursus honore susce pit: & baptismum quem mortui dederant ; quia de ipsis in illa præclara sententia dictum erat ; ꝙ mortuorum funeribus plena sint littora:agnoscere potius & acceptare ꝗ exufflare & rescindere maluit totumq resoluit.Quod male intelligentes dicere soletis : Qui baptizatur

Eccli.34. a mortuo: & iterum tangit mortuum:quid ei prodest lauacrũ ei⁹?Si ergo nõ diceret: nec causa causæ: nec persona psonæ pręiudicat:ei tenerent in causa Primiani.Cũ autẽ hoc dixerunt immunem fecerunt ecclesiam catholicam:sicut nos asserebamus:a causa Cæciliani .Sed cæ

V tera lege:& cætera discute. Vide vtrum in ipm Cęcilianum de cuius persona præiudicare co nabantur ecclesiæ:aliquid mali probare potuerint. Vide vtrum nō potius etiam pro illa mul ta egerint:& pluribus lectionibus quas contra se protulerunt & recitauerūt causam eius bo nam omnino firmauerint. Lege ista vel legantur tibi. Consyder, omnia:rettacta diligenter & elige quid sequaris: vtrum nobiscū in Christi pace in ecclesiæ catholicæ vnitate: in fraterna charitate gaudere: an pronefaria dissensione:pro Donati parte: pro sacrilega diuisiōe impor
V tunitatem nostræ circa te dilectionis diutius sustinere. Attendis enim & sæpe repetis (sicut audio) quod in euangelio scriptum est: recessisse a domino septuaginta discipulos:& arbitrio suæ malæ atq; impiæ discessionis fuisse permissos:cæterisq; duodecim qui remanserant fuisse responsum: Nunquid & vos vultis ire? Et non attendis:quia tunc primū ecclesia nouello ger mine pullulabat: nondumq; in ea fuerat completa illa prophetia: Et adorabunt eum omnes reges terræ:omnes gentes seruient illi. Quod vtiq; quantomagis impletur:tanto maiore vti tur ecclesia potestate:vt non solum inuitet:sed etiam cogat ad bonum. Hoc tunc dñs signifi care volebat:qui q̄uis haberet magnam potestatem:prius tamen elegit commendare humili tatem. Hoc & in illa conuiuii similitudine satis euidenter ostendit: vbi misit ad inuitatos: & venire noluerunt:& ait seruo: Exi in plateas & vicos ciuitatis:& pauperes & debiles & cæcos & claudos introduc huc. Et ait seruus domino: Factum est vt imperasti:& adhuc locus est. Et ait dominus seruo: Exi in vias & sepes & cōpelle intrare vt impleatur domus mea. Vide nūc quemadmodum de his qui prius venerunt dictum est: Introduc eos:non dictum est compelle Ita significata sunt ecclesiæ primordia adhuc crescentis vt essent vires etiam cōpellēndi. Pro inde quia oportebat eius iam viribus & magnitudine roborata etiam cōpelli homines ad cō uiuium salutis æternę:postea q̄ dictū est: Factum est quod iussisti:& adhuc est locus: Exi (in quit) in vias & sepes & compelle intrare. Quapropter si ambularetis quieti extra hoc conui uium sanctę vnitatis ecclesiæ:tanq̄ in viis vos inueniremus: Nunc vero quia per multa mala & sæua quæ in nostros committitis:tanq̄ spinis & asperitate pleni estis:vos tanq̄ in sepib⁹ in uenimus:& intrare compellimus. Qui compellitur quo nō vult cogitur: Sed cū intrauerit iā volens pascitur. Cohibe itaq; iā iniquū & impacatū animū vt in vera ecclesia Christi inueni as salutare conuiuium.

23.q.4.displicet.

Ioan.6.

Psal.71.

Lucæ.14.

Sancti Augustini ad Aurelium Carthaginensis ecclesię epm: Causam exponētis ob quā libros de sancta trinitate p se iuuenem inchoatos & postea relictos:iam terminare & illi mitte tere curauerit:petentis quoq; vt hāc epistolā ad caput eorundē librorū iubeat anteponi.

Epistola.CCIIII.



X Domino beatissimo & syncerissima charitate:venerabili fratri & cōsacerdo ti papæ Aurelio: Augustinus in dño salutē. De trinitate q̄ deus & summ⁹ & verus ē:libros iuuenis inchoaui: senex edidi. Dimiserā quippe hoc opus posteaq̄ cōperi prereptos mihi esse siue surreptos anteq̄ eos absoluerem:& retractatos/vt mea dispositio fuerat/expolirē. Nō eñi singillati: sed oēs si mul edere ea ratione decreuerā: qua precedētibus consequētes inquisitiōe necterent. Cū ergo per eos hoīes qui priusq̄ vellē ad quoldā illorū perueni re potuerūt: dispositio mea negsset impleri: interruptā dictatiōne reliquerā: cogitās hoc ipm in aliquib⁹ meis scriptis cōqueri: vt scirent q possent nō a me fuisse eosdē libros editos: sed ab latos: priusq̄ mihi editione mea digni viderent. Verū multorū fratrū vehemētissima postula tione & maxime tua iussione compulsus: opus tam laboriosum adiuuāte dño terminare cura ui: eosq; emēdatos nō vt volui: sed vt potui: ne ab illis q surrepti iā in manus hoīm exierāt: plu rimū discreparēt: venerationi tuę per filiū nostrū diaconū charissimū misi. Et cuicūq; audien dos: describēdos: legēdosq; permisi: i quib⁹ si seruati mea dispositio potuisset: essent pfecto etsi easdē snias habētes: multo tñ enodatiores atq; planiores quātū rerū tātarū explicandarū dif ficultas & facultas nra pateret. Sūt autē q primos quatuor vel potius quīq; etiā sine procemi is habēt: & duodecimū sine extrema parte nō parua. Sed si eis hęc editio potuerit innotescere omnia si voluerint emēdabūt. Peto sane vt hāc epistolā seorsum quidē: sed tñ ad caput eorun dem librorum iubeas anteponi. Vale.

2.Retra.15.

Sancti Augustini ad Cyrillū Hierosolymitanū episcopū: de magnificis admirādisq; san cti Hieronymi virtutibus ac pręconiis: elegātissimo stilo differentis.

Epistola.CCV.



Loriosissimi christianæ fidei Athletæ: sanctæ matris ecclesiæ lapidis angu- Y
laris: in quo admodũ firmata cõsistit: Nunc vero in cęlesti gloria dei syderis radiantis olim Hieronymi presbyteri laudes venerabilis pater Cyrille: silẽdũ ne putas: aut lingua balburiẽtis pueri: vt virũ pollutũ labiis me locuturũ fore teris? Cæli enarrant gloriã dei: & omnia quæ fecit dominus eum in sanctis suis laudant. Silere debet rationalis creatura a laude dei: vt irrationabili nõ silente? Taceam: aut loquar? Cum si taceam lapidibus iubetur clamare. Qui q̃uis indignus & insufficiens laudator existã: cum non sit pulchra in ore peccatoris laus: tamẽ ab eiusdem laudibus minime cessabo. Firmetur itaq; man⁹ nostra: & lingua nostra palato non inhæreat: quoniã certe magnus est iste vir sanctissimus: mirabilis: & metuendus super omnes: qui in circuitu nostro sunt: magnus certe in vitæ excellentissimæ sanctitate magnus in sapientiæ ineffabilis profunditate: magnus in maioris nunc gloriæ quãtitate. Mirabilis in prodigiis insuetis: Metuendus ob sibi a dño traditã potestatem. Q̃s itaq; magn⁹ sit iste gloriosissimus Hieronymus: in suæ vitæ excellentissimus sanctitate: patefaceret mea lingua: cum pręcipue cunctorum non sufficerent mortalium linguæ vt eius excellentiam explicarent? Liceat ergo dici: alter hic Helias: alter hic Samuel: alter hic Ioãnes baptista vitæ excel- Z
lentissimæ sanctitate. Helias & Ioannes eremitæ magnis ciborum & vestium asperitatibus carnem macerauerunt. Non minoris vitæ Hieronymus gloriosissimus: eremita idem p quadriennium in eremo ferarum tantum socius perstitit. Quinquaginta annis vt venerabilis Eusebii literæ: quas pridie recepi: plenius fatebantur: & vt me certius tu idem nosti: vinum & siceram aliqualiter non gustauit. Ab omni carnium & etiam piscium esu ita se abstinuit q; vix ea nominare volebat. Coctum quid non nisi in vltima ægritudine bis comedit. Cilicino sacco carnem veluti ethylipis macerans: desuper pannovilissimo se tegebat. Stratum alium nisi terrã nunq̃ sciuit. Non nisi semel fructibus aut hærbarum foliis siue radicibus pastus in die: post vesperas se orationibus prębens: deinceps vsq; ad secundam noctis horam quotidiẽ vigilabat: postmodũ vero somno fessus in terra dormiens vsq; ad mediam noctem quiescebat. Qua quidem continue surgens lectionibus & scripturis sanctissimis: quibus tota radiat ecclesia vti lapidibus pretiosis/intẽtus: vsq; ad eius horam perdurabat. Ita leuissima flebat peccata: vt quis eum æstimasset hominem interemisse. Ter in die carnem duris verberibus flagellauit: ita vt ex eius corpore riuuli sanguinis effluebant. Quin verbum otiosum aliquod vt pestem maximam fugiebat. Sibi otium nullum erat: semp aut sacris lectionibus: aut scribendo: aut docẽdo cunctos exercitabatur Quid plura loquar? Si sanctorum singulorum perquirerẽ vitas: eo vt puto maiorem neminem inuenirem. Sed quia superius Samuelem nominauimus: fuisse hunc Samuelem ostendamus. Hic certe Samuel: qui de vanis literarum studiisverberibus euocat⁹ X
sacræ scripturæ ministerio deputatur. In cuius lumine diuina gratia influente: vtriusq; testamenti lumen vidimus: & in cuius brachiis hæreticorum pars maxima est dispersa. Hic certe gloria virtutis nostrę transferẽs vtrũq; testamẽtũ ex hebræorum lingua in gręcam pariter & latinam: disponensq; ipsum posteris in æternum: declarans ænigmata & obscura dubia & nodosa: pręparans officiorũ seriẽ cunctis ecclesiæ ministris: totã pene ecclíam ædificauit: Vñ bene magnus apparet in sapientię ineffabilis pfunditate. Liberales asit sciẽtias ita perfecte sciuit q; relatione omniũ nullus sibi similis apparet adhuc. De scripturis vero sacris vti multarum suarum epistolaꝝ: Hebraicorũ: Græcorũ: Chaldæorũ: Persarũ: & Medorum: Arabicorum: & pene omniũ nationũ linguas & lras: tanq̃ si fuisset in eisdẽ natus & educatus sciuit. Quid plura dicã? Quæ Hieronymus ignorauit in natura: nullus hominum vnq̃ sciuit. Non me ista ve- &
nerabilis pater existimes dicere: vt putem te Hieronymi & vitam & virtutes peius me scire: cum sibi socius extiteris multo tpe. Sed testor deum: quoniam ob tam ineffabilis viri sanctitatem: si voluissem tacere: non potuissem. Confitenẽ mirabilia & sanctitatẽ suã & ipi cæli. In quibus magnus maioris gloriæ quãtitate q̃ multorũ sanctorũ habitat fine fine. Nulli itaq; dubium est infra patris mansiones: ipm vnam ex maioribus & sublimioribus sedibus obtinere. Cũ enim homo idem scdm opera pręmietur: & iste perfectioris penevitę extiterit: clare patet ipm vnum de maioribus & sublimioribus cælestis Hierusalem ciuibus fore. Quod vt a nobis plenius & certius credatur: in mũdo pt æ cunctis/quorum nostra recordatur ætas/ valde mirabilis apparet prodigiis insuetis: & miraculis infinitis: quorum mihi aliqua venerabilis Eusebius suis literis declarauit. De cæteris vero prodigiis quæ mirabiliter fiunt quotidie: vt quo

tidie intelligo relatibus plurimorum auidus peraudire:tibi ipe pater charissime supplico:vt
mihi in breui volumine quęcunq; poteris vera &vtilia miracula collecta q̃citius facultas ade
rit:eiusdem Hieronymi sanctissimi deuotione transmittere nõ deneges.Sed vt multa merita
Hieronymi sanctissimi nõ lateant:quid erga me diuina annuente clementia/in ipo sui obitus
9 die acciderit:enarrabo. Eodẽ nãq; die & hora qua exut⁹ putredinis & immunditiæ carnis to
ga Hieronymus sanctissimus vestimẽtũ perpetuę immortalitatis/inęstimabilis lætitiæ & glo
riæ induit:dũ Hippone in cellula mea quiescens auide cogitãs quales inessent animab⁹beato
rũ;q cũ Christo gaudẽt:glorię:& lętitiarũ quãtitas:cupiẽs inde ex hac materia breuẽ cõpone
re tractatũ:precib⁹cõpulsus nr̃i Seueri quondã venerabilis Martini Turonensis epi discipuli
charta:calamo:pugillariq; in manibus susceptis:breuẽ vellẽ scribere epl'am sanctissimo Hiero
nymo destinandã:vt quicqd ex hoc sentiret respõderet.Sciebã eñ i tã difficili quęstione a nul
lo viuentiũ me posse doceri euidẽtius.Cũq; iã scribẽs salutationis exordium Hieronymo prę
notarẽ:ineffabile subito lumẽ nr̃is inuisum tẽporib⁹nostrisq; minime linguis declarandũ : cũ
ineffabili inauditaq; odorũ oĩm fragrãtia cellulã in qua stabã intrauit:hora cõpletorii.Quo a
me viso:stupore admirationeq; cõmotus:animi & mẽbrorũ virtutes repẽte amisi.Nesciebam
eñ tunc q; dextera mirabilis dei exaltasset seruum suũ:notas faciẽs in populis virtutes suas.
Nesciebã eteni q; deus antiq̃ miserationis seruũ suũ fidelẽ a carnis immũditiis dissoluisset: &
tã sublimẽ ei in cælo sedẽ parasset.Nesciebã certe inuestigabiles vias dñi.Nesciebã thesauros
infinitæ dei sapiẽtię & scientię.Secreta & occulta dei iudicia nõ agnoscebã: qm̃ quos vult fa
cit sua ineffabili sapientia ad sui agnitionem venire.Quos aũt prædestinat vocat:iustificat:&
beatificat:put decernit fieri.Itaq; quia talẽ oculi mei nunq̃ pspexerãt lucẽ:olfactus me⁹odorẽ
nõ senserat:tã nouis:tã inauditis miris obstupebã.Inter hæc autẽ meis in me perstrepentibus
cogitationibus quid hoc esset:de luce hęc dicẽs verba:vox emicuit:Augustine:Augustine qd
quęris?Putas ne breui immittere vasculo mare totum?Breui includere pugillo terrarũ orbẽ?
Cælum firmare ne vsitatos exerceat motus?Quæ oculus nullius hominũ videre potuit tuus
videbit?Quæ auris nulla per somnũ hausit audiet tua?Quæ cor humanum nullatenus intel
lexit:nec etiam cogitauit:existimas te posse intelligere?Infinitæ rei quis erit finis ? Immensa q̃
mensura metieris?Potius totum mare in artissimo clauderetur vasculo: Potius terrarum or
bem paruulus teneret pugillus:Potius cælum a motu continuo desisteret:q̃ gaudiorũ & glo
riæ quibus beatorum animæ sine fine potiuntur minorẽ intelligeres particulam: nisi vti ego
experientia doceretis.Discurre adhuc breue temporis spatium. Impossibilia facere ne cone
ris:donec impleatur vitæ cursus.Hic non quæras quæ non alibi:nisi quo tam feliciter prope
ro:inueniri possunt.Hic satage talia exercere opera:vt postmodũ ibi quę aliqualiter hic intel
ligere cupis:in æternum habeas.Inde qui intrant nullatenus exeunt. Ad hæc ego pauore stu
pens:admiratione tam inuisa pene amens omni quasi vigore carens: his verbis aliqualem su
mens audaciam:tremebunda voce dixi:Fas vtinam mihi foret:qui tam felix es:tam gloriosus
tam honorifice ad illa properans gaudia:qui tam dulcia eloquia gutturi meo faris:non ambi
gere.At ille inquit. Nomen meum quæris:Hieronymi illius presbyteri/cui transmittendam
epistolam iam scribens coepisti /sum anima:quæ hac in hora in Bethleẽ Iuda carnis onere de
posito:Christo omniq; cælesti comitata cohorte:omni decorata pulchritudine: omni illustra
ta splendore:illo induta immortalitatis deaurato vestimento:circumamicta omnium bonorũ
& gaudiorum varietate:terrenorum omnium triumphatrix:omni diademate coronata: om
ni beatitudine et felicitate vallata . Tã nullum etenim deinceps expecto gloriæ defectum:sed
augmentum.Tam gloriose tamq; ineffabiliter pergo ad regna cælorũ sine fine mansura.Qñ
iterum iungar corpori glorificando & non morituro:sed gloriam quam nunc sola habeo ha
A bituro:in illa scilicet vniuersæ carnis resurrectionis die. Tunc ego amplius animi in me col
lectis viribus:præ gaudio a lachrymis non cessans:sic respondi: Vtinam virorum eximie tui
mererer fieri pedissequus.Sed quęso tui seruuli:q̃q̃ vilissimi:quem dilexistis in mundo nimia
charitatis affectione: recorderis:vt tuis interuentionibus a peccatis emẽder:tua gubernatio
ne recto calle inoffenso pede procedam:tuis defensionibus assiduis ab inimicis mihi cõtinue
insidiantibus protegar:tuoq; sancto ductu salutis attingam portum.Placeret vtinam volun
tati tuæ aliqua mihi interroganti respondere.At illa:Qđ optas dicito:me omni tuæ volun
tati responsuram sciens. Vellem inquã intelligere: Vtrum beatorũ animæ quædam velle pos
sint: quæ obtinere nequeant.At illa. Vnũ Augustine noueris:q; sanctorum animæ ita in illa

narum acceptor deus:sed singulorum merita decernens : & reddens vnicuiq; quod meruit.
Ast si cuiq̃ videatur minorem Ioanne & apostolis Hieronymum : parum videatur minorem
ipsum obtinere:cum & illius sanctitatis merita:illius laboris grauia:illius scripturæ & veris-
simæ translationis vtriusq; testamenti:officiorumq; ordinationis fructus:non solum presen-
tibus:sed etiam futuris perspicaciter cernat:paulominus fore nil ipsum ab eisdem in gloria
discordem(Verum testor deum)puto iudicabit.Porro ne aliquibus deridendi laqueũ initia
re videar:dum Ioanni & apostolis in sanctitate & gloria æqualem esse Hieronymum sanctissi
mum fateor : vnum quod expletis nondum diebꝰ quatuor in visione vidi enarrabo . Veritas
non lateat:& ne quis me has laudes retexere credat:vel amore carnali : quo homo a veritatis
cognitione maxime deuiat:vel vesanæ mentis imperitia:vel alia quacunq; causa velit:Sed me
hoc nõ ambigat ab hoĩe intellexisse minime : sed per reuelationẽ quã dedit deus omnipotẽs
D qui suos exaltat sanctos:& exaltando magnificat.Quarta præeunte nocte mihi auide cogitã-
ti:quid laudis:quid ve debitæ reuerentiæ Hieronymi in breui retexerem epistola:demonstra
uit hoc modo.Dum itaq; vt dixi:disponẽs hanc epistolam tibi scribere: cogitarem aptam lau
dis materiam inuenire:hora adueniente noctis mediæ:me somnus oppressit: & ecce maxima
mihi affuit angelorum multitudo:inter quos fulgentes plus infinito sole duo erãt viri:ita si-
miles & vniformes vt nulla in eis videretur differentia: qua alter ab altero differre posset:ni-
si q; tria serta ferebat alter in capite ex auro & lapidibus pretiosis:alter vero duo.Hi candidis
simis induti colobiis:vndiq; auro & gemmis contextis:tantæ erant pulchritudinis:vt nõ va-
leat quispiam imaginare.Accedentes itaq; illi ambo:prope me sub silentio paulisper steterũt.
Deinde ille qui tria ferebat serta:his me verbis fuit allocutus:Cogitas Augustine:quid debe-
as laudis de Hieronymo in veritate proferre.Et certe diu cogitans nõdũ nosti: sed huc ambo
venimus:vt eius tibi gloriam indicemus.Hic certe meus socius quẽ vides:Hieronymus ipse
est:qui sicut æqualis mihi in vitæ sanctitate fuit:ita per oĩa in gloria æqualis est: & q̃ possum:
& ipe potest:& quæ volo & ipse vult:& sicuti deũ video:& ipe videt:& cognoscit & intelligit.
In quo omnis nostra & sanctorũ omnium consistit gloria & beatitudo.Nec habet maiorem vl'
minorẽ gloriã alter ab altero sanctorũ nisi inquantum magis & minus diuinã contemplatur
speciem siue cognoscit.Sertum vero tertiũ quod plus illo fero:aureola martyrii est:qđ vitam
finiuit corporis.Qui etsi in mundo ob labores:pœnitentias:ęrũnas:afflictiones:verbera:con-
tumelias:& hoĩm opprobria:& derisiones:& cætera valde grauia:quę ita pacifice pertulit:ita
gaudẽter ꝑpter deũ:vt infirmitatibus exultaret:& verus martyr extiterit:& pręmia marty-
rii nõ amiserit:tñ quia gladio vitam non finiuit:aureolam quæ in signum datur martyrii: ta
lis non habet.Serta vero duo alia quæ habemus:aureolæ sunt:quæ solum virginibus & do-
ctoribus dantur:vt ab aliis discernanť.Ad hęc vt mihi videbať respondi:Quis eñ es dñe mi?
Et ille:Ioannes(inquit)baptista sum:qui huc ad te descẽdi:vt nũtiarẽ tibi Hieronymi gloriã
quatenus ipam gentibus nũties.Hoc eñ noueris:q̃a honor & reuerẽtia q̃ singulis sanctorum
exhibeť:cæteris omnibꝰ exhibeť:ne putes vt in cælo sit aliqua inuidia:vt in mundo.Sicut eñ
in mũdo quilibet hoĩm cæteris præesse potius vellet q̃ subesse:ita in cælo ꝑpter charitatẽ in-
effabilem qua se inuicem diligunt beatæ animæ : quilibet sanctorum ita alterius gloria gau-
det:sicut sua.Quin & vellet quisq; maior sibi esset ęqualis & pene maior:quia gloria esset sua
ita minor maioris gloria gaudet sicuti eam haberet:nec vellet eam habere vt ille non haberet
immo potius de sua(si fas esset)impartiret. Vnde gloria singulorũ est gloria cunctorũ:& glo
ria cunctorum est gloria singulorum.His dictis:societas omnis illa discessit : & expergefactus
ita a somno:tantos in me subito sensi charitatis ardores:quantos in me nunq̃ senseram. Nam
deinceps hactenus nunq̃ aliqualis in me vel inuidiæ:vel superbiæ:siue arrogantię fuit appeti
tus vel cogitatio . Testis enim est deus qui omnia anteq̃ fiant nouit:q; inde tantus in me exti
tit charitatis feruor:q; plus alieno bono gaudeo q̃ meo:plus affecto omnibꝰ subesse:q̃ supra es
se.Hęc idcirco dixerim:nõ vt laudis acq̃rã famã:sed vt q̃s hęc nõ putet vana fuisse sõnia q̃bus
sępe deludiť mẽs nr̃a.Sępe etenim deus abscõdita & maxima p somnia reserat . Magnificemꝰ
E ergo opa sua:q̃m perfecta sunt:nec est in eis iniq̃tas.Sanctũ dñi Hieronymũ ꝑpter deũ cũ quo
regnat secure magnificemꝰ:q̃m in vita sua magnifice fecit : in morte sua magnifica recepit.
Quapropter magnꝰ est in medio nr̃i:& sanctus & excelsus in vitę excellentissimæ sctitate.Ma
gnus sctũs & excelsus in sapiẽtię ineffabilis ꝓfunditate.Magnꝰ sanctus & ꝑexcelsus in maio-


ris nunc glíę quātitate.Mirabilis & laudabilis & gloriosus in ꝓdigiis inuisis:inauditis: & in-
suetis:metuēdus:colēdus:& venerādus:ob sibi traditā a dño potestatē:honorē:& glíam sem-
piternā.Magnificemus ergo obsecro eū:ne taceam⁹:qm̄ maior est omni laude.Notas faciam⁹
in populis glíæ suę laudes.Nō mireť homo si eū quē deus magnificauit & coluit:laudamus.
Nō hoīem pigeat venerari & colere:quē deus coluit & venerat⁹ est.Nō putet quispiā Ioāni &
apostolis in glía & sctītate æquādo Hieronymū:Ioāni & aplís exercere iniuriā:qm̄ ipm illis ꝑ
stare & glía & sanctitate si possent optarent.Glía em̄ & beatitudo eius eorum est glía:& beati
tudo eorū est sua.Honor laus & reuerētia a nobis exhibita Hieronymo:eoꝝ singulis exhibeť:
& q̄ illis singillatim exhibeť:Hieronymo exhibeť.Si ergo cupis Ioannē baptistā & aplós vene-
rari:simul venerare illū:qm̄ ipis ꝑ oīa est æqualis.Secura igiť mente:omni depulsa formidine:
Ioannē baptistā Hieronymo æqualē:& nō maiorē:qm̄ nullus maior surrexit omni deuotione
& reuerētia:fateamur:qm̄ si minorē facimus:Ioannis glíę derogamus:& magis iniurias exer-
cemus ad laudes.Huius mei imparis sermonis opus:q̄q̄ insufficienter:q̄q̄ vilissime:q̄q̄ nihil:
tñ deuote & reuerēter expletū:ad te venerabilis pater puro corde:& magna animi deuoti af-
fectione dirigo:supplicās vt ingenioli mei verbula q̄ de meæ peritię paupertie in laudes eximii
Hieronymi obtuli:nō deridendo:sed charitate debita æquanimiter tolerando legas:Et q̄ mi-
nus debita dixi ad tanti viri laudes:& meę imputes imperitię & eplæ breuitati:& eius laudū
immēsæ immēsitati.Qm̄ certe si oīm mortaliū linguæ solū eius laudes ꝓmerent:minus debi
to satis esset.Mei peccatoris venerabilis pater esto memor:vt dū in illo steteris loco:quo illud
sacrū exitmii Hieronymi cadauer quiescit:eius me interuētionibus cōmēdes.Qm̄ nulli dubi
um est:ꝙ ea quæ optat idem Hieronymus:potest cōtinuo obtinere.Non enim suo aliqualiter
defraudatur desyderio.

Beati Cyrilli ad sanctū Augustinū:de miraculis beati Hieronymi presbyteri post mor-
tē celebratis:accurate disertissimeq́ȝ scribentis. Epistola.CCVI.



Enerabili epōrū eximio Augustino Hipponēsi præsuli:Cyrillus Hiero F
solymitanus pōtifex:& oīm sacerdorū infimus:illius sequi vestigia:cu-
ius sanctitas radiare nō cessat:Illius scilicet Hieronymi gloriosi:cui⁹ me
moria in benedictiōe in sæculū sæculi.Qui quātus sit & tu similiter bñ
nosti:eius vsus maxime colloquiis & doctrinis:de quo me vellem disse-
rere cum sim reprobus in toto:& indignus quasi reputo audaciā.Sed ta
men quia tua me cogit dilectio:vt tibi aliqua scribam de ꝓdigiis hoīb⁹ i
suetis:q̄ per illū in diebus nostris fecit dñs:vt eū celebrē in mundo faceret:& cunctis homini-
bus gloriosum:tñ tuis cōfisus oratiōib⁹:opus aggrediar vt tua poscit deuotio:& breuilogo ꝑ
stringā de multis pauca.Gloriosum huius viri obitū:visionēq́ȝ meā:necnō & mirifica tūc tē-
poris peracta te nosse nō ambigo.Nā vir vtiq́ȝ reuerēdus & memorię obliuioni nō dandæ:Eu
sebius nobilis Cremonēsis eius discipulus:in quo magistri refulsit sanctitas & doctrina:cuius
sapientiā & ꝓbitatē & excellentiā nō ignoras:q post bienniū a nostræ mortalitatis miseria ere
ptus:suū prædilectissimum beatū Hieronymū in cæli patria est secutus:vt nobis indicāt ei⁹
crebra miracula:de quibus etiā inferius aliqualiter ptractabo:reuerendo patri Damaso Por-
tuensi epō:& Theodonio Romanorū senatori eius fratri:Seuero ꝓbissimo viro:Eustochio san
ctissimæ mulieri:& tibi & multis aliis quos singillatim nominari nō eget:tūc rpis ꝑ suas lras
totius eius obitus seriē intimauit.Vñ amplius ea q̄ nosti reiterare fore superfluū:& dicendo-
rū impedimentū.His ergo omissis ad eiusdem q̄ nō cessant cōtinue clarere miracula noster se
stilus vertat:vt tua poscit deuotio.Et primo ab Eusebio viro sanctissimo eiusdē Hieronymi
sanctissimi discipulo sumat initium.

Error ortus post obitū btī Hieronymi. Ratio errantium.



Ost obitum gloriosi Hieronymi:quędā hęresis inter gręcos:id est secta:surrexit:quę
ad latinos vsq́ȝ deuenit:quę suis nefandis nitebatur rationibus ꝓbare:ꝙ aīæ beatorū G
vsq́ȝ ad vniuersalis iudicii diē:in quo eorū corporib⁹ erant iterū cōiungendę:visione
& cognitione diuina:in qua tota cōsistit beatitudo sanctorū:priuabanť:Et dānatoꝝ aīæ simi
liter vsq́ȝ ad diē illū nullis cruciabanť poenis.Quorum ratio talis erat:Sicut aīa cum corpore
meruit vel peccauit:ita cū corpore prēmia recepit siue poenas.Afferebāt etiā illius sectæ peGs
simi:nullū fore purgatorii locū:in quo aīæ q̄ nondū de suis pctīs in mūdo plenā egissēt pniam
purgarenť.Qua qdē secta pestifera crebrescēte:tātus in nos dolor irruit:vt nos amplius pige

ret viuere. Quocirca meis cunctis suffraganeis epis:& aliis viris catholicis conuocatis:eis ieiunia & orationes indixi:vt suam sic agitari fidem diuina non pmitteret bonitas. Mira res:& forte huic similis nunq̃ visa. Tribus expletis diebus ieiuniorum & orationum:subsequenti nocte gloriosus Hieronymus suo prædilectissimo filio Eusebio orationibus incūbenti manifeste apparens:benignaq; cū allocutione cōfortans ei dixit:in hac secta pestifera minime formidare cum sibi finis iam ponendus erat. Quē Eusebius nimio fulgentē splēdore: ita vt eū oculus humanus aspicere nō valeret:intuitus:quasi de graui somno euigilās:dulces p oculos fundēs lachrymas:ita vt pene formare vocē posset:quātū poterat clamare coepit:Pater meus Hieronymus es?Quare meā societatē spernis?Certe teneā te:nec dimittā:nec sine tuo quē dilexisti filio gradieris. Ad quē gloriosus Hieronym⁹:Nō te fili dilectissime deserā:Cōfortare: Nāq; vicesimo die me seq̃ris:& simul in gaudio pmanebimus sine fine. Sed Cyrillo cunctisq; fratribus nuncia:vt die crastina iuxta psepe dñi:vbi meum quiescit corpus:oēs in vnū cōueniant:tā catholici q̃ etiā illi⁹ sectę viri. Et tu triū hominūq; in hac sunt vrbe hac nocte defuncti:cadauera inhumata in locū in quo meū est humanū corpus facies deportari:sup qbus saccū quo vtebar ponēs:statim vitæ pristinę redditi:hāc radicitus hęresim extirpabūt. Cui vale dicēs gloriosus Hieronym⁹ disparuit. Mane aūt facto: ad me q̃ Bethleem tūc erā:venerabilis Eusebius veniens:cuncta q̃ viderat enarrauit. Quo immēsas creatori gratias agēs: & glorioso Hieronymo oibus iu pdicto loco:in quo p nobis de intemerata virgine natus est:& vbi etiā sacratissim am Hieronymi cadauer humatū est cōgregatis:pdictorū defunctorū cadauera deferri fecit. O mira erga hoīes dei miseratio & dispēsatio. Quot modis in se sperātes scit iuuare! Q ūti & quot honoribus suos exaltat sanctos! Fiebat interea ab illius sectę cultoribus derisio:crederib⁹q; foret exinanita manus dñi. Lætetur itaq; oīs fideliū coet⁹:& deo in voce exultationis psallāt:qui suscipim⁹ misericordiā in medio tēpli sui. Accedēs nāq; vir venerabilis Eusebius ad singulorū cadauera flexis genibus manibusq; in cælū extēsis:cūctis audiētibus sic orauit:Deus cui nihil est impossibile:nihil graue:inuicte fortitudinis & virtutis:q facis mirabilia magna sol⁹:& nullum in te sperātiū spernis:nūc preces tuorum exaudi fidelium:& vt tua quā dedisti fides:intemerata inuiolataq; p secula maneat:ac etiā vt horū error appareat:& p merita & intercessiōes gloriosi tui Hieronymi dilecti:introduc in hæc cadauera aias q̃s de ipsis egredi voluisti. Qua qdē oratione finita: singulū sacco quo supra carnē gloriosus Hieronymus vtebat̄ tangens cadauer:ptinus in eū vitæ spiritū introduxit. Qui hoīes apertis oculis: oībusq; vitæ signis ostēsis sunt pfecte resuscitati:& coeperunt beararū animarū gloriā: & peccatorum poenas:tā purgatorii:q̃ inferni clara voce omnibus intimare. Nam vt mihi postmodū interrogāti dixerūt: beatus Hieronymus eos conduxerat secū in paradisum:purgatoriū:& infernum : vt quæ ibi agebant̄:patefaceret vniuersis. Sibiq; dixerat q ad corpora redirēt:& de ppetratis peccatis ibi agerēt poenitentiam:qui eo die & hora qua venerabilis Eusebius migraturus erat:& ipsi morituri erāt:ac etiam si bene agerent poenitētiā cū eo gl'iam adepturi:Q d & factū est:vt inferius declarabo. His igit̄ pactis:multitudo maxima populorū tā fidelium q̃ etiā illius sectę defensorum:q ad tā grāde concurrerāt spectaculū:tā certū indiciū & veritatis experimētū:necnon beati Hieronymi merita egregia cernens:magnis vocibus immēsas gratias referēt creatori: q suos in se sperātes nō deserit. Et sic Augustine charissime:pius dñs nauiculā suę fidei sacratissimę in huius mundi mari eructantibus malorū hoīm fluctibus agitari pmittit : sed minime naufragari. Quo qdē forti q̃so esto aīo:viriliter age:nō formides contra fidei persecutores magnanimus dimicare:sub vmbra alarū tā pii patris:q suorū fideliū pces inefficaces nō finit: dūmodo tota spe & puro fiant aīo. Nō eñ nostrę nequeunt exaudiri pces:nisi cū in deo nostra nō pfecte spes consistit:vel quia petim⁹ nō petēda. Ad ipsum ergo dñm non tātū ore : sed toto corde clamemus dū affligimur. Et ipse qui dominat̄ in virtute sua: & nos quotidie oculo respicit pietatis : nō pmittet nos tētari supra id qd possumus. Sed ne nimis deuius a proposito modo gradiar:ad incepta redeam:& venerabilis Eusebii obitū explens: primo & virorum illorum trium similiter:quos resuscitatos nosti:migrationem scribens:qa eadem hora fiunt & die qua Eusebius de huius mundi & valle miserię exēptus:aliqua Hieronymi miracula de multis introducam postmodum.

Recursus ad dominū cōtra errorē.

Exauditio miraculosa.

Aduentente autē die quo venerabilis Eusebius a beato Hieronymo in visione de qua supra fatus sum:se migraturū sciebat:die tertia pcunte languore febrium cōcussus valide:se sup terram:magistri non immemor:nudum deferri fecit a fratribus:& fin-

Dies lāguoris beati Eusebii.

gulum fratrũ benigna consolatione confortauit:& vt in sancto manerent ꝓposito admonuit. Deinde saccum quo gloriosus induebat Hieronymus deferri fecit:& supra se poni iussit. Ordinauitq; se nudũ instar gloriosi magistri in ecclesia:in qua iacebat sanctum Hieronymi cadauer:sepeliri. Posthęc communione sacratissimi corporis Iesu Christi se muniens: domino se & beato Hieronymo cõmendauit. Et per triduum locutione corporaliq; visione priuatus:circũstantibus fratribus alternatim psalterium:passiones domini:& alia sacra cõtinue legentibus iacuit. Durum quippe & cunctis recte in mũdo degentibus formidabile hoc qđ narro. Die autem quo moriturus erat:per duas horas ante animæ beatæ exitum venerabilis Eusebius tam terribiles actus cœpit peragere:ꝙ circũstantes monachi pauore perterriti:velut amẽtes in terra iacebant. Nam quandoq; transuersis oculis:manibus ictis:facie terribili:voceq; duraq; quasi sedens clamabat:Non faciã:nõ faciã:mẽtiris:mentiris. Posthęc ad terram rediens:faciem firmabat in terram:quãtũ potuit clamans: Adiuuate me fratres ne peream. Qđ monachi videntes:lachrymantes & trementes eum interrogauerunt. Quid habes pater? Ad quos ille. Nõ vides dæmonum agmina:quæ me debellare cupiunt? Et illi:Quid te facturum volebant:cum dicebas:non faciam? Et ille:Conantur namq; vt diuini nominis blasphemus inueniar: & ideo hoc me non facere clamabam. Et illi. Quare pater faciem abscondebas in terrã? Et ille: Ne eius aspectum cernerem:qui tam turpis & terribilis est ꝙ omnes pene formidines quæ in mundo sunt:respectu eius nihil sunt. Inter hæc verba actus priores reiterans:sic ad extremã horã videlicet deuenit. Fratres autem qui astabant:pauore & dolore perterriti velut mortui stabant quid facerent nescientes. Gloriosus deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate sua:benign⁹ & se amantibus misericors:sanctos suos non derelinquit in tempore necessitatis. Ad extremam nãq; horam venerabili Eusebio perueniẽte:gloriosus Hieronymus apparuit:eum benigne cõfortans. Cuius aduentu omnis illa dæmonũ turba:quasi infinita:eius timore perterrita ab eo velut euanuit:vt plures testantur monachi qui propriis oculis dispensatione diuina se hoc vidisse dicunt. Sed hoc magis approbatur:nam omnes circunstantes audierunt has ab Eusebio voces. Vnde venis pater? Quare tantum moratus es? Cui subito cunctis audientibus alia vox respondit:Expecta fili:ne formides:quia te non deseram:quem tantum diligo. Qua audita voce:breui inde decursa morula:venerabilis Eusebius expirauit. Qua quidẽ hora & illi tres qui resuscitati sunt migrauere:& vt puto cum Eusebio ad ęterna gaudia puenerunt. Nam per illos omnes viginti dies quibus postq̃ vt nosti resuscitati sunt:se in tanta pœnitentia tradiderunt:ꝙ sine dubio æterna beatitudine potiunt. Silentio prætermittẽdum nequaq̃ puto:quę ab iisdem tribus viris p illos dies quibus vixerũt didici. Cõtinue toto hoc tẽpore cũ aliquo eorũ secreta vita illius quã post hãc breuẽ & momentaneã expectamus:rimari cupiens: alternã diẽ ducens ad vesperam. Sed q̃uis multa ab eisdem didicerim:tamen ad præsens breuitatis causa quędam tantum referam:cætera vero alias ea dicturus omittam. Quadam vice ad vnum eorũ me iuisse contigit:quem dure lachrymantẽ:nec meis verbis cõsolationẽ aliquã admittẽtẽ: operiens:tanti fletus causam ab eo cœpi inquirere. Qui pluries de hoc a me interrogatus:nec tamen ad interrogata respondẽs:tandem meis coactus importunitatibus sic respõdit: Si quæ pridie sum expertus non ignorares:tibi inesset semper causa fletus. Ad quem ego:Quæso: vt quæ vidisti edisseras: Tunc ille paulisper tacẽs dixit: Quales credis pœnas & tormenta:nõ solum damnatis:sed etiam in purgatorio existẽtibus præparari? Ad quem ego: De incertis quę vera potest proferri sententia:vt enim puto nostris quibus affligimur pœnis ęquari non possunt. Ad qđ ille:Si omnes quæ in mundo cogitari possent pœnæ:tormẽta:afflictiones: minori quæ illic habetur pœnę & tormẽto comparent:solatia erunt. Mallet enĩ quilibet viuẽtium si illas experientia nosceret pœnas:vsq; ad finem mundi omnibus his simul sine remedio cruciari pœnis:quas omnes homines ab Adam hucusq; singillatim ptulerunt:q̃ vno die in inferno:siue in purgatorio:minori quę illic habetur pœna torqueri. Et ideo si causam mei fletus interrogas:timor pœnarum est quæ peccatoribus iuste danť. Scio nãq; erga deum meum peccasse:& ipsum iustum fore non dubito. Qua de re nõ mireris si plango:cũ potius si non plangerẽ vehementer admirari deberes. Sed potius admirare quare hoĩes qui se mori non dubitãt: salutẽ aliorum experimẽto tanta hic securitate viuũt: nec tãtas cogitãt euadere pœnas. Ad hæc dolore tact⁹ intrinseco:ita vt vix verba formare possem dixi:Heu qđ audio! Sed quæso in quo tormenta differũt infernalia ab his quæ sunt in purgatorio dicas? Et ille: Nihil inter se differũt:quia eędẽ sunt magnitudine pœnę purgatorii & inferni. Sed vnũ ẽ quo differre possunt:

Marginalia: Res formidabilis ipso die mortis eius. — Pœnarũ purgatorii grauitas. — Cõparatio pœnarũ infernalium & purgatorii. — K

qa infernales finẽ nõ expectãt:sed augmẽtũ:scilicet in iudicii vniuersalis die:qñ corpora ibidẽ cruciabunt cũ aiabus:& purgatorii sunt cũ fine.Nã post expletã pœnitẽtiã inde exempti gaudiis beatissimis pfruent.Ad hæc ego:Sũt oibus in purgatorio existẽtibus ęqualia tormẽta vel diuersa?Ad hæc ille:Diuersa qdẽ.In aliqbus maiora:aliqbus vero leuiora iuxta magnitudinẽ peccatorũ.Nã in patria etiã beatorũ oẽs aię gloriosę diuinã cõtẽplant spẽciẽ:in quo ois cõsistit glia.Quę q̃uis singulę tãta habeãt gaudia:quãta velle vel cogitare possũt:tñ gaudiis nõ sunt pares:qa maiora hęc possidet:minora illa:iuxta opa q̃ fecerunt.Sed si tibi aliq̃ ex hoc oriret admiratio:vt sanctis possit inesse diuersitas gaudiorũ:quorum causa est solus ipse deus: in quo nulla potuit vnq̃ fore diuersitas:Solutio satis patet.Nã cũ diuina cõtẽplatio & cognitio siue intelligẽtia sit tota merces & gloria:in aliquo põt esse sanctorũ minor: in aliquo vero maior. Idcirco cũ oẽs simul aiæ deum sicuti est videãt & cognoscãt: aliqua minus videt & intelligit: & sic minor sibi inest gloria:aliqua vero clarius videt & subtilius intelligit: & sic maiorẽ possidet gloriã.Sic etiã de illorũ miserorũ dãnatorũ pœnis dici põt.Nã cũ oẽs aię damnatorum in vno consistant pœnarũ loco:tñ diuersis crucianẽ pœnis iuxta vitiorũ qualitates.Tantũ siqdẽ differt inter christianorũ q̃ ibi torquenẽ pœnas & paganorum:vt paganorũ cruciamẽta respectu eorũ q̃ falsi christiani & peccatores sustinẽt:sint quasi nulla:q̃q̃ ineffabilia sunt: nec a viuentibus cogitabilia vt dignũ est. Nam illi gratiam dei in vacuũ receperũt: nec voluerunt a peccatis corrigi:dũ vixerũt: sacris cõtinue vociferantib⁹ scripturis:quas p nihilo putauere. Tũ ego:horribile est inquã qd dicis:& vtinã sedulo mortaliũ insisteret mẽtibus:vt vel tantarum pœnarum terrore a prauis cessarẽt: si nollẽt amore glorię.Sed quęso quid erga te pridie excũte anima pactum est:breuiter innotesce.Ad qd ille.Adueniẽte(inqt)mortis meę hora:tãta in loco quo migraturus iacebam:nefandorum affuit spirituũ multitudo:q præ multitudine dinumerari oino nõ possunt:quorũ species talis etat:q ea nil pœnosius:nil ve horribilius excogitari potest.Potius em̃ quilibet hoĩm flãmis ardẽtibus arsurũ se exponeret:q̃ earũ formarũ ictu oculi visione potiri.qui ad me veniẽtes:oĩa quæcũq pp̃trauĩ opera contra deũ: ad meã memoriã reuocabãt:suadẽtes mihi vt amplius diuinam misericordiam quã tam grauiter offenderam:non sperarem.Et certe noueris q nisi me diuina miseratio adiuuisset:eis resistere nõ valebam.Nam dum omni vigore spiritus destitutus:eorum verbis paulominus assentirẽ: gloriosus affuit Hieronymus: magno vallatus agmine angelorũ:septies sole splendidior:me cõfortans.Qui vbi illos spiritus immundos fuit intuitus:me tam dure exacerbantes:valde commotus erga eos:voce terribili eis dixit:Quid ad hunc nequitiæ & oĩs maledictionis spirit⁹ venistis?Nesciebatis hũc meis fore fouendum auxiliis?Protinus hunc relinquentes abite: & vestras ab eo elongate nequitias:quantum distat oriens ab occasu. Hic illa maledictorum spirituum societas perterrita:diris vlulatibus & clamoribus limen loci in quo iacebam excessit. Tunc gloriosus Hieronymus aliqbus imperãs angelis:ne a me discederẽt:sed quousq reuerteretur expectarent:cum cæteris angelis festinãter abscessit.Eodẽ quoq abeũte: angeli qui ad me custodiendum remanserant:me confortare cœpere:blanda & dulcia promittentes:si forti animo perdurarem.Inter hæc autem consolationis eloquia:hora quasi decursa:secũdo beatus Hieronymus veniens:stansq in limine velociter(inquit)venite.Tunc subito anima corp⁹ relinquens tam grauiter & acerbe:q certe quãtę fuerint pressuræ & angustiæ:intellectu nõ caperet mens humana:nisi vt ego p experiẽtiã didicisset.Si em̃ oĩs humanorũ intelligentia:quas vellet angustias & dolores existimaret:respectu animæ dissolutionis a corpore:tamen illa pro nihilo cõputaret.Hęc & alia non minus ardua:& valde mortalibus formidãda:quæ p lõgitudine præsenti operi nõ inscribã:eo loquẽte:icipiebat claudi dies:occasu solis: quo necesse fuit qd ei post mortẽ cõtigerit nõ explere.Sed quia præ cæteris affectabam sequẽti die duob⁹ aliis cũ eo insimul cõuocatis:ad narrationis illi⁹ seriẽ redii:hoc cupiẽs ab illis etiã duobus aliis peraudire:vt triũ testimonio solidius edocerer.Itaq cũ hi iam dictare inciperẽt:sic respõdi. Q̃q̃ hæc vtilia sint:nec cederet in vacuum sæpius ipsa fari:tñ his quæ iam audiui omissis: quæso vt quid vobis post dissolutionem corporis euenerit:meo hianti detegatis animo. Ad hoc ille qui mihi quæ audisti transacto narrauerat die.Qd Cyrille(inquit)interrogas:nõ est possibile plene fari:quoniam spiritalia nostris minime sensibus comprehendunt.Scis nanq non te ex animẽ fore:tamen quid aut qualis sit anima nõ agnoscis.Deum certe scis omnium esse principium & finẽ:a quo incipiunt omnia atq tendũt:& tñ quid sit deus:aut qualis: dũ carnis isti⁹ grauissimę corruptibile portas onus:non intelligis: nisi p speculũ in enigmate:sic etiam de an

Diuersitas pœnarũ inferni.

Diuersitas gaudiorũ cęlestium.

Differentia pœnarũ dãnatorũ christianorũ & paganorũ.

Quęstio de aia istius resuscitati hora mortis.

Rñsio terribilis.

De grauitate visiõis dęmonũ ante exitum aiæ.

Acerbitas exitus aiæ a corpore.

Quæstio de aiab⁹ istorũ post egressionem.

Respõsionis difficultas.

gelis:& cęteris incorporeis idem liquet.Cũ eñ multa q̃ sunt notissima in natura nr̃ę paruę in telligentię defectu intelligere nõ possumus:supcælestia & spiritalia om̃ino aliena a naturę co I

Responsio p circunlocutionem.

gnitione:quõ intelligemus? Vt dicis(inquã) est:sed vti potes:q̃so dicas.At ille: Circũloquar (inqt)id qd̃ optas:& dicã paulominus qd̃ nõ possum.At hi q mecũ ea quę pridie dixi:sunt ex perti:si ita est testificabunt.Mea pridie aĩa a corpore tot vt supra fatus sum pressuris & dolo

Præsentatio animæ ante iudicem.

ribus dissoluta:subito ictu oculi ineffabiliter fuit ante dei iudicãtis p̃sentiã deportata . Sed a qbus:& quõ nõ agnosco.Nec certe mirũ:Nã nunc carnis mole aggrauor:tũc aũt erat aĩa sine carne.Fuerũt etiã ibidẽ istorũ aĩæ: terroribus incogitabilibus/qd iudex ageret formidantes. Heu cur mortales nesciũt:qbus hoc eueniet qd̃ tũc nobis:certe si illius nõ foret ignorãtia:totiens nõ peccarẽt.Nullũ quę toto tẽpore gessimus peccatorũ iudicẽ latere potuit: imo cuncta quę fecimus:tanq̃ si forẽt pręsentia:cũctis astãtibus clara erãt:ita vt minimũ nostrorũ cogitã

Accusatio a dęmonib⁹ & peccatis.

minũ:sicuti fuerat apparebat.Consydera nãq; qbus & quot agitabamur terroribus. Hic dæmonũ multitudo stabat:mala testificãtes q̃ fecim⁹:locũ/modũ/& tẽpora declarãtes:Hinc nos metipsi q̃ obiiciebant:nullatenus cõtradicere poteramus: tũ qa iudicẽ cũcta scientẽ:tũ qa ipsum qlibet nostrũ iustissimũ cognoscebat.Heu qd dicã!Quã sentẽtiã p̃stolabamur! ob ei⁹ memoriã nunc formido.Hincinde mala vndiq; vindictã iudici acclamabãt.Cũq; iã nihil deesset

Succursus beati Hieronymi.

nisi sentẽtiã publicari q̃ peccatoribus digna dat:Ecce gloriosus Hieronymus cunctis splendi H dior astris:a beato Ioanne baptista:summoq; apostolorum Petro:necnon angelorũ ingẽti multitudine comitatus:ad præsidentis iudicis thronũ veniẽs:nostrã sententiã suspẽdi modico tẽporis:nostrq; sibi dari ob reuerentiã & deuotionem:quã sibi contuleramus:& p̃pter erroris destruendi necessitatem vt voluit impetrauit.Deinde nos secum ducens:omni illa beata vallatus societate:vbi fidelium animæ inęstimabili gloria perpetuo perfruunt:quę ibi gerebantur: vt redderemus testimonium:declarauit.Post hęc ad purgatorium & infernum nos deducens non solum quæ ibi erant indicauit:sed voluit vt pœnarum experiẽtiam probaremus. His igitur omnibus sic peractis : hora qua nostra cadauera sacco quo beatus vsus fuit Hieronymus: tetigit venerabilis Eusebius:idem gloriosus Hieronymus nobis imperauit:vt ad corpora rediremus:mandans vt de his quæ vidimus testaremur:promittensq; nobis vicesimo die: si de perpetratis peccatis nos contingeret debitam pœnitentiam exercere:cum beato Eusebio : qui tunc erat ex hoc sæculo migraturus:gloriam finis nesciam adipisci. Sicq; corporibus nostræ animæ sunt coniunctæ.Multa siquidem Augustine charissime formidanda:quæ mortaliũ im O pressa mentibus ab eisdem labentium omnium terrenorum amorem & curam peruigilẽ:qua tot aberrant homines(vt puto)funditus extirparẽt:patenter didici:quæ si his chartis imprimerem:plus cogitato opus procederet:nec essem compos subscribere iam promissa . Itaq; cũ de proximo te expectem visitaturum gloriosi Hieronymi reliquias:vt tuæ quas pridie recepi literæ fatebantur : hæc omnia hoc fine claudam : tangens venerabilis Eusebii sepulturam:vt ad miracula redeam enarranda:quæ superius sum pollicitus enarrare.Obitus namq; Eusebii venerabilis & triũ hominũ prędictorum seriẽ in præcedentibus:q̃ breuius potui:inserui:quędã tibi vt puto affectuosa interponẽs.Sed p̃dictorũ sepulturæ series ita patet. Mortuo nãq;

Post mortẽ Eusebii miracula. Primum. Secundum.

venerabili Eusebio:plura sunt miracula cũctis visa:quæ p̃cedentis vitæ sanctitatem testãtur. Quorũ ad præsens duo solum dicam.Monachus qdam cuiusdã cœnobii præ lachrymis & vigiliis priuatus corporali lumine oculorum:statim vt Eusebii corpus venerandum facie tetigit:pristinæ lucis gratiam est adeptus.Dęmoniacus aũt qdam dum sacrum corpus ad ecclesiam duceremus:eidem obuians est protinus liberatus.Iuxta ecclesiã in qua gloriosi Hieronymi cadauer sanctissimũ est humatũ:venerabilis Eusebii corpus honore debito nudũ magistri instar sepeliuimus.In cuius etiam cœmiterio hoĩm illorũ triũ q eadẽ sunt hora mortui:fuere corpora tumulata.His ergo dictis venerabilis Eusebii cuncta sileant: vt prægrandia & ineffabilia locum teneant p̃digia eximii beati Hieronymi iam promissa.

IN amœno & iocũdissimo siqdẽ gestorũ sanctissimi Hieronymi prato posit⁹: vti sertũ P faciẽs: p̃cipuos & decoros miraculorum flores ad huius opusculi venustatem:& nostræ posterorumve saluti vtiles pro posse legam.Quorum om̃ium quid pridie erga Sabinianũ hæresiarchã pestiferũ:quẽ agnoscis: pactũ est: primo dicã.Sabinian⁹ nãq; hęreticorũ fautor:duas in Christo asserẽs volũtates: & qd̃ peius est / inter se q̃nq; discordes. Ad cuius tam inopinabilis falsitatis p̃bationẽ introducebat illud qd̃ in euangelio Christus dixit:Pater

Matth.26.

si fieri põt:transeat a me calix iste : Eliciẽs ex hoc rationes grauissimas:& pene inextricabiles:

ꝙ paſſionē voluerit vna fugere volūtate:& altera eandē coacte ſubire oportuerit paſſionē. Et
ex his dicebat ꝙ multa Chriſtus voluit:q̄ obtinere nō potuit:tātū in nos doloris exercuit: vt
magnitudinē explicare nequeamus.Peruertebat nāq; idē peſtifer anguis & lupus rapax ſe ve
ſtimento ouiū induens:nobis cōmiſſum gregē:Et vt ſęuitiā diri pectoris efficacius exerceret:
opuſculū qddā cōpilauerat:falſis ꝓbās rationibus hoc ſic eē.Qđ qdē opuſculū vt fidē ei dare
mus:glorioſo Hieronymo totius veritatis ſpeculo intitulauerat.Cuius falſitatis notitiam cō
periens:ſciens tibi Hieronymū epiſtolam ſuper huius erroris deſtructione non multum ante
ſui obitum edidiſſe:prædictum Hęreſiarcham cum ſuis diſcipulis:& eiuſdem nequitiæ mini
ſtris inuitaui quodam dominico die in eccleſiam Hieroſolymitanam ad diſputandum & ſuū
errorem nequiſſimum comprobandum.Quo nāq; de vniuerſis meis ſuffraganeis epīs:& aliis
q̄ pluribus orthodoxis:necnō & ipſo hęreſiarcha cum ſuis nefandis diſcipulis in prædicta ec-
cleſia adunatis:diſputatio a nona incepta:ad veſperas vſq; tetendit.Cū aūt idē hęreſiarcha cō
tra nos opuſculum ab ipſo falſo cōpoſitū:qđ glorioſo intitulabať Hieronymo allegaret:has tā
tas beati Hieronymi iniurias ferre nō valēs:bonę memorię Syluan⁹ ſanctæ Nazareth eccleſię
archiepiſcopus(q tāta beatū Hieronymū affectione animi & deuotione colebat: vt ſi qd face-
ret:diuinum nomē:& beati Hieronymi ꝑmittebat. Vñ q̄ſi ab oībus Hieronymus dicebať)
ꝑdicto hęreſiarchę ꝓtinus aſſurrexit:dire eū increpās:ꝙ tot & tātas exercuiſſet nequitias.Dū
aūt inter eos longa oriref cōtentio:& vterq; opprobria ſibi inuicem ꝓ poſſe diceret:in fine ſic
ambo pariter ſtatuerūt:ꝙ ſi vſq; in ſubſequētis diei hora nona beatus Hieronymus hoc opus
falſo cōpoſitum euidēter oſtenderet:prędictus hęreſiarcha capite puniretur ſin autē archiepi
ſcopus.Quibus finitis ſinguli ad ꝓpria remearunt.Per totam autem noctem quiſq; noſtrum
orationibus vacans orabat:vt nobis in opportunitatibus auxilium eueniret a domino: q ne-
minem vnq̄ in ſe ſperantium ſpreuit.Magnus dominus & laudabilis nimis: cuius certe ſapiē Pſal.144.
tiæ non eſt numerus.Statuto autē die & hora:lætus hęreſiarcha in eccleſiā cū ſuis nequitię fi
liis veniens:huc illucq; diſcurrens quærebat dei ſeruum:tanq̄ leo rugiens paratus eum deuo
rare:veluti ſi foret deus non intelligens:nec ſuorum ſeruorum preces exaudiens. Sed tamen
cum ſolidius ſe fatuus ſtare crederet:miſerabilius cecidit.Stabat autem oīs fidelium cōcio
in eccleſia:qlibet ſancti Hieronymi clamans nomē.Clauſerat ſiquidē glorioſus Hieronym⁹au
res:fingēs ſe dormire orationes ſupplicantiū nō intēdēs:vt mirabilior appareret. At ego to-
tus ꝑfuſus lachrymis:ſtupens & admirās:cur Hieronymus ſic abeſſet: qd deinceps accideret
expectabam.Deniq; cū nil miraculi appareret:ſęuire cœpit hęreſiarcha canina rabie:vt Sylua
nus qđ ꝓmiſerat:iā expleret.Ad locū aūt quo decollādus erat Syluanus ſanctiſſimus:gaudēs
& intrepidus tanq̄ ad nuptias veniēs:epōs & oēs alios catholicos:q ad hęc cōcurrerāt:his cō-
fortabat verbis:Exultate mecū chariſſimi:gaudete & nolite cōtriſtari: qm̄ nō derelinqt deus
ſperantes in ſe.Si nō exaudiat:plus meis iā ꝑpetratis merui peccatis. Poſt hæc genua flectens:
Sācte inqt Hieronyme adeſto mihi ſi placet:q̄q̄ hoc & maiori ſum dignus ſupplicio: ſi ne fal
ſitas locū teneat veritati ſuccurre.Qđ ſi fas non eſt:vt adiuuet:ꝓpitius mihi eſto in hora mor
tis:vt gloriæ finis neſcię nō ſim expers.Hęc dicēs:ſpiculatori collū prębuit:vt feriat ipſum ro
gat.Eleuat aūt ſpiculator enſem:antiſtitis venerandi caput vno ictu cupiēs amputare.Adeſt
ſubito Hieronymus glorioſus cunctis cernētibus:manu extenſa tenet enſem: Syluano impe-
rans vt exurgat.Deinde hęreſiarchā increpans:ſcripturas falſo compoſitas innuens: eiq; mi-
nans:ab omnibus euanuit oculis.Qđ huic eius ſimilibus vtinam eueniret. Confeſtim vt glorio
ſus Hieronymus diſparuit:hæreſiarchę caput terrā petiit a corpore detruncatū: tanq̄ ſi enſe
ſpiculatoris manus amputaſſet ictu vno.Qđ tā mirabile:cuncti vidētes q aderāt:ilico ſtupe-
facti:deo gratias egerūt & Hieronymo glorioſo:& ad veritatis tramitē hęreſiarchæ diſcipuli
rediere.Ecce quātū venerabilis antiſtitis fiducia in dño & beato Hieronymo fuit efficax: q ꝓ
veritate mori minime formidauit.Exēplar certe factus eſt venerandus antiſtes cæteris Chri
ſtianis.Non eñ Chriſtianus ille eſt:q ꝓ veritate mori timet.Si eñ Chriſtus ꝓ nobis aīam po-
ſuit:vt nos ab omni redimeret ſeruitute:& nos ꝓ ipſo cū tēpus eſt:aīas ponere minime timea
mus.Quia nemo niſi legitime certans:poteſt coronam gloriæ obtinere.

Q VErum quia de Syluano aliqd dictū noſti:aliud qddā nō minus:vt puto mirabile erga
eum factum narro:cuius tot fuerunt teſtes:quot Nazareth vrbs & Bethleem tenēt:
q ꝓpriis oculis hoc viderūt. Serpēs ille antiqu⁹ diabolus ob ſuam deiectus ſupbiā in
inferni ꝓfundū:venerandi antiſtitis Syluani nimię inuidens ſanctitati:in eū dolis vt callidior

cunctis animātibus grauiter est cōmotus:q vt virū dei infamē redderet:quaten⁹ qui suo san-ctitatis exēplo releuabanť ad rectę cōuersationis semitas:suo casu deciderēt ad peiora: Nocte quadā formā sancti viri sumēs:cuidā mulieri nobilissimę iā in stratu qescēti apparuit:& se ad eā illicite accedere fingens:consensum sui corpis ingrebat. Ad qd pertertita mulier viri igno rans speciē dū se cum hoīe solā in thalamo cerneret:nec quid faceret sciret: diras coepit voces emittere illa:vt clamoribus assiduis oēs excitarenť dormiētes:& nō solū de illa domo:sed etiā cōuicini. Qui oēs ad pdictę mulieris thalamū accurrētes:qd hōc eēt interrogauere pauidam mulierē. Interea callidus serpēs sub thoro se ponēs coepit latere. Qui currerāt hęc audiētes:qs hic homo fuerit:vbiq pquitere inceperūt. Verū illi diu pscrutātes:tādē ad locū venientes vbi pestifer latebat āguis:aliena specie occultatū hoīem inuenerūt. Qui eūdē cādelis accēsis intuē tes:Syluanū archiepiscopū crediderūt. Ad qd oēs q aderāt stupefacti:& veluti amētes effecti: quasi qd agerent:qd ve dicerent ignorabant:sciētes eiusdē sanctitatis nomen. Et qa hoc tā de-testabile inopinabileq cernebāt:eū interrogauerunt cur tātas nequitias perpetrasset. At ille: Quid(inquit)malū feci:si mulier haec me ad huiusmodi negotium inuitauit! Qd mulier au diens:eū fore mēdacē lachrymās corrīspōdit. Tūc ille:vt hoīes illos erga dei virum ad maius odium incitaret:quatenus illum citius diffamarēt:talia coepit:& tā abhortenda verba farī:q nullus prę turbatione aurib⁹ poterat sustinere. Quocirca eū cōtumeliis & opprobriis exacer bātes:coacte extra domiciliū expulerunt. Mane aūt facto quae gesta fuerāt enarrātes:Sylua-nū archiepiscopū hypocritā & dignū incēdio acclamabāt. Qua de re quasi tota est Nazareth cōmota versus archiepiscopū:ita vt audiēdo eius nomē qlibet blasphemaret. Mira huius viri patiētia:& magnę sanctitatis indiciū. Volat ad innoxii antistitis aures tanti fama discriminis os tū nō moueť ad iiurias. Inter tot aduersa cor manet imobile:ad nullā se vertēs impatiētiā. Gratias diuino semp agēs nomini:sua hoc confiteť noxia meruisse. Heu qd dicā Augustine: Nō solū iiurias & opprobria ferre vt possum fugio:sed etiā qa verbulis frāgor:pmia opto:nec de laboribus curo:qq sciā ad regna caelorū nō aliter quępiā:nisi laborū & afflictionū tramite puenire. Quid eīn aliud debeo iudicare:cum me a sanctis morib⁹ & vita discordē inuenio:ni si & discordē in morte & praemio reperiri! Flebilia & grauia mihi assunt:si sanctoꝝ vitā & me am recordor. Miro qppe auditu sanctorū gesta reuoluūt hoīes:vti ego:& tū nil ipsi volūt pera gere. Porro hoc ad meā detegēdā isipiētiā est:qd dicā. Pluries me ab eiusdē Syluani ore audis-se scio:nunq tantū se felicē fuisse:quantū cū se ab hoībus despici & cōculcari cernebat. Creuit istātū ei⁹ infamia:q ei⁹ opinio vsq ad Alexādriā:Cyprū:& p ciuitates affines pene ore oīm est delata. Atq limē dom⁹ innoxii antistitis calx tangere nō audebat. Manens vero in supnis dńs spectator omniū:suos finit labi sanctos in tribulationū aerūnas:vt tūc fideles patiētia eos red-dat:sed eos exigēte necessitate in pssuris minime derelinqt. Reuoluto itaq anno quo diaboli astutia talia erga dei hoīem ppetrauerat:ciuitatē Nazareth:vt illarū gentiū aliqualiter scāda lum mitigaret: vir dei occulte deserēs:ad ecclesiam in qua gloriosi Hieronymi humatū qui-escit corpus:tanq ad refugii portum veniens:se in sepulturae loco posuit,oraturus. Quo per duarū horarū spatiū sic manente:vir qdam nequitię spiritu inflāmatus:in prędictā ecclesiam intrās: sanctūq reperiens sup sepulturam in oratione positum: ad eum velut draco cucurrit ei improperans q mulierum mentes ad libidinosas suas voluptates continue incitaret. Cui agnus innocens Syluanus se despici gaudens humilitate solita: vt iste saepe ei diceret blandis colloquiis inuitabat. Qd pessimus ille latro audiēs:gladiū ex vagina suo pēdēte lateri /impu-dica trahēs dextera ipsum:vt in Syluani antistitis guttur imergeret eleuauit. Cui cū hoc ver bum:Succurre Hieronyme gloriose:venerandus antistes opponeret: in guttur ppriū eleua-tū gladium immersit viri illius dextera retrouersa: Et sic vt decebat seipsum vir nequissim⁹ interemit:vt in lacum caderet:quem effodit. Admirabile hoc: sed non minus est mirabile: id qd restat. Casu itaq alius supueniēs vir neqssimus:hoc qd vltione diuina ppetratum fuerat: vt vidit:ptinus gladium arripiēs:a dei viro hominē illum aestimans interemptum: Syluanū interficere conabatur. Ne nimia verba loquar:id qd primo acciderat:huic euenit. Quin non-dū vir iste secūdus in terram ceciderat:q duo alii viri ecclesiā intrauere. Qui id videntes:di-uini ignari iudicii:hoc tantū fuisse pactum scelus a dei hoīe putauerūt. Quorum vnus id prę alio graue ferens:furia vesanię vndiq inflāmatus:latro coepit quantū poterat exclamare:vs-quequo tua viget malitia! Tu mulieres ad tuas libidinosas cogis voluptates:& hoīes interfi-cis in occulto:certe tuae hodie neqtiae finis erit:& subito p posse cucurrit: vt eū extingueret

R

vibrato & denudato ense. At vbi Syluanus more solito: Succurre gloriose Hieronyme: exclamauit: vir ille/vt duo primi/se manu & ense ꝓprio īterfecit. Vir aūt alius q cum ipso venerat hoc intuens tremebundus ob visionem ad ecclesię fores cucurrit. Qui id qdē maleficiis factū putās: quantū poterat exclamare cœpit: Huc oēs accurrite: ecce maleficus Syluanus archieps nō solū mulieres vituperat: sed suis etiā incātationibus necat hoīes toto ꝑ posse. Fit his audītis nimius virorū & mulierū cōcursus: verberāt aerē voces: cōbustione dignū Syluanū archiepiscopū neqssimū acclamātes. Hæc ad meas sonāt aures. Tristis ego & lachrymans ad tantū ꝑgo monstrū. Stabat agnus inter lupos atrocissimos sæuiētes vt canes: famelici rabie nō minima: mitissimus & lętus tanq̄ fungēs ꝓsperis: nil dicēs aliud nisi hoc iuste patior: qa in deū meū peccaui grauiter. Verberatꝰ vir innocēs. Capitꝰ ab oīb⁹ vt ad supplicia: tāto lętior: quāto pœna grauior: deducatꝰ. At dū ego manu silētiū populo: eius optans furorē nimiū mitigare: insinuo: eo amplius iracūdia & furore populus inflāmatꝰ. Cūq; iā capt⁹ Syluanus extra ecclesiam duceretꝰ: subito gloriosus Hieronymus: vt visum est: de loco in quo iacebat surgēs: tāto circūfusus lumine ꝙ radiis in eū intuētiū oculi vibrarentꝰ: cūctis apparuit suo deuotissimo antistiti auxilia donaturus: q sua dextera Syluani venerādi capiēs dexterā: his q eundē captū retinebāt antistitē voce terribili vt eundē dimitterēt imperauit. Tātę sigdē fuit virtutis hæc visio: vt ante q̄ finiretꝰ vox talis: oēs repēte tātus timor inuasit: ꝙ omi vigore corpis destituti in terrā velut mortui cecidere. Inter hæc mulier quędā a nefando spiritu obūbrata: catenis vincta: compedibus: manicisq; ferreis alligata: pluriū hoīm manibus liberationis obtinēdę causa: ad ecclesiam deportatꝰ. At vbi mulieris pes tangit limen: vlulatus & voces terribiles: miserere mei gloriose Hieronyme: nā ꝑ te crucior ante tēpus: diabolus emittere non cessabat. Cui Hieronymus gloriosus: Nefande (inqt) spūs ab hac exi famula dei: & tuas detege quas erga Syluanū egisti fallacias: in Syluani forma oībus te demōstrās. Tūc diabolus: vt gloriosus Hieronymus iusserat vt ab oībus Syluanus eps putaretꝰ: apparuit: & rē quā fecerat: vt infamē redderet dei famulū enarrauit. His dictis: diris clamoribus & vlulatibus nefandus spūs de tēplo disparuit. Qđ vbi tā mirabile negotiū est pactum: gloriosus Hieronymus antistitis sui dexterā nō derelinquēs. Quid optas (inqt) voce leui Syluane charissime: tibi placitū me facturū? At ille: Mi dñe vt me hic amplius nō relinqs. Ad quē gl'iosus Hieronym⁹ correspōdit: Qđ postulas ita fiat. Post me velociter ergo veni: hęc dicēs cūctorū visui se negauit. Interuallo aūt horę vnius facto Syluanus archieps expirauit. Fit ob hoc cūctis stupor & admiratio inaudita. Vndiq; mulierū & virorū: necnō & puerorū cōfluit multitudo. Lachrymarū effusione terra madet: voces/lamentationes/vlulatus/gemitus/& suspiria in Rama sonāt. Quilibet se reum eo ꝙ in Syluanū commisisset: veniā petēs clamabat. Per totā aūt sequentē noctē gentiū multitudo ab ecclesia nō recedit. Itaq; mane facto clero ad antistitis funus ꝑparato: corpus eiusdē ad Nazareth ecclesiam deportatꝰ: tam istius ciuitatis q̄ illius scilicet Bethleē populi multitudine comitatū. In qua quidem ecclesia Nazareth: corpus illud venerandū humauimus vt decebat. Longa certe adhuc verba ac etiā admirāda forēt. At vero nunc Syluani venerandi præsulis actus finiā: quædam alia non minus grandia breui verborum schemate narraturus.

ENarrandū puto qddā satis mirabile: qđ ꝑtim relatione veridicorū testiū didici: ꝑtim oculoꝝ visu. Duo viri nobilissimi in rebus trāsitoriis locupletes: licet catholicæ fidei veritatis inscii: tū vt in gētili ritu geniti satis boni: gloriosi Hieronymi mirabilia audiētes: ex ciuitate Alexādria multis adunatis opibus: deuotione eiusdē feruidi cœperunt iter vt eiusdē gloriosi Hieronymi reliqas visitarēt. Cūq; iā īcepto itinere quoddā a tramite deuii introissent nemus: vbi nulla hoīm: aut equoꝝ vestigia videbantꝰ: beati Hieronymi inuocātes nomē: eiusdē se custodię tradiderūt. In eodē sigdē nemore: qdā latronū habēs sub se plures quingentis latronibus habitabat princeps: hos & illos ad aliqđ ꝑdestinās iter: vt trāseūtes interficerēt: & ad eūdē & cęteros spolia reportarēt. Is itaq; princeps hos transeūtes intuēs: tribus cōuocatis latronibus: vt ad eos interficiēdū accederēt: imperauit. Qui sui principis implere iussa cupiētes: assumptis armis: illorsum qua gradiebantꝰ Alexādrini cōcito cursu tēdūt. Magna sigdē gloriosi Hieronymi merita: magna & ꝓdigia: forte (vt puto) a sanctis modicis talia vnq̄ visa. Accelerāt latrones: vt transeūtes mactēt. Sed dū ꝓpe fuerint: quos prius solum cernebāt duos: paulominus innumerabiles esse vidēt. Inter quos vir præibat tāto lumine circūlustrās: vt intuēdi in eū aliqualiter fas nō esset. Apprehēdit timor: stupor & admiratio hos latrones: qđ aliud possint facere nesciūt nisi ad latrones alios remeare. Aut vbi iā forēt lōge redeūtes re

crouerfi:solū duos vt prius hoīes reuiderūt.Mirant nimis latrones:& se illusos arbitrātes:coe perunt ad transeuntes hoīes retrogradi.At vbi appropinquarūt:vti prius viderāt:nunc vide runt.Magis ac magis stupefacti latrones cernētes in vacuū se redisse:terga verterunt: & velo citer ad suū qd hi fecissent expectārē principē deuenerūt.Increpat eos princeps quid tam diu pegissent.Sed cum rē gestā audisset:eos insipiētes & fatuos existimās:duodecim aliis latroni bus cōuocatis:cū eisdē versus hoīes trāseuntes meat cursim.A lōge duos cernūt:sed ppinqua vti primi viderant:sic & isti.Eorundē ptinus tremūt bases:trepidat cor:fiunt velut amentes omni vigore animi destituti.Tandē in se redeūtes:eos latēter sequunt cupientes qd deinceps accidat edoceri.Trepidāt vero huius nescii transeuntes hos videntes hoīes: & inter se qui hi sint auide pcontant.Deniq iam occasu solis inclinata die:cum qd in nocte faciāt nesciāt:illos duodecim latrones viatores existimātes:ad eosdē cōsulēdū statuūt declinare. At vbi ad latro nes veniēdi iter carpūt:eosdē latrones solū duos cernunt:Quo vigore latrones adepti trāseū tibus & ipsi ptinus obuiarūt.Qui omnes inuicē iūcti se simul salutarunt.Interim interrogāt latrones:qui sint:vnde veniāt:& quo pergant.At illi inquiunt:Sumus de Alexādria: inde ve nientes Bethleē petimus vt gloriosi Hieronymi reliquias visitem⁹. Ad hec latronū princeps: Qui(inquit)fuerūt viri q hucusq vobiscū tātūmodo veniebant.Mirant hos talia fari viato res:& se postq̄ nemus intrauerunt;neminem nisi ipsos & tres alios vidisse:vel audisse dicunt. Quæ gesta fuerant:tūc latronū narrat princeps:illos obsecrat: vt ipsis ob quā causam hoc ac ciderit:si noscūt:debeāt indicare.Quib⁹ illi:ob aliā causam:nisi qa gloriosi Hieronymi custo diç se dederūt:hoc euenisse se nescire dicūt.Ad hoc latrōes spū sancto q vbi vult spirat subito inspirante:omni quā prius habebāt ferocitate deposita: in terrā eorū pedibus puoluti:p exco gitatis flagitiis veniā postulantes:illos ad latrones alios pduxerūt.Sed qd dicā nō min⁹ patet ad contuendū.Hora prima noctis ad latrones expectantes deueniūt:post hoc qd acciderat de clarant:eosdem suppliciter exorātes:vt hi flagitiis solitis iam expulsis:ad gloriosum visitādū cadauer Hieronymi secū itēt.Fit his verbis cęteris latronibus irrisio.Promittūt sigdē suo pri cipi & illis aliis necē durissimā: si audeant amplius ista fari. Non cessantibus illis priora iterū loq verba:latronū q̄plurimi canis rabie furibundi mox in eos insurgūt ensibus denudatis. Po tuerūt nēpe rhōphæas eleuare:sed ipsis gloriosi Hieronymi auxilia postulantibus enses depo nere donec illi qui fuerant occidendi a Hieronymo postularūt:nullatenus valuerunt.O inef fabilis clementia saluatoris:quot modis quos vult facit ad agnitionem sui noīs deuenire!Re pēte hęc tam insueta oīs illa latronum videns cōcio:altis deo & glorioso Hieronymo voci bus debitas agūt laudes:eiusdē se vouētes religas visitare.Facto igit mane plures trecētis ho minibus:q tūc rēporis ibi erant talia pptrātes:cū eisdē Alexandrinis ex illo exeuntes nemore ad gloriosi Hieronymi tumulū deuenerūt:cunctis tā insueta pdigia enarrātes.Baptizant ita q gentiles Alexādrini:& cūctis mūdi vanitatibus cōculcatis religiosam in quodam coenobio vitam ducunt.Latrones aūt illis similiter ad lucem veritatis sanctæq & laudabilis vitæ diui na gratia & gloriosi Hieronymi meritis peruenerunt.

Sicuti Cōstātinopolitanis literis hac de re mihi specialiter directis trāsacto non longo dierum spatio intellexi: simile pene miraculū illi qd supra fatus sum: duob⁹ accidit Romanis iuuenibus:a Romana vrbe Bethleē veniētibus:p gloriosi Hieronymi visi tādo corpore.Qd tractabo sicuti breuius potero.Cum igit duo illi iuuenes cuidā appropin quarēt ruri:a Cōstantinopoli per duodecim forte distante miliariorū spatiū:anteq̄ tus a duo bus miliaribus introirent:eadem fere hora duos contigerat homines interimi. Quorū mor tis rumore prædictæ resonante ruri:loci eiusdē viri congregati circūquaq: quis horum fue rit interfector coeperunt ingrere vehementer.Cūq diligēter pergrerent: adesse certum nemi nē nisi prædictos iuuenes:qui iam prope venerant:reperientes eosdē ptinus tenuerunt: ab eis dem credentes fore homines interfectos.Mirātur itaq huius ignari iuuenes: & horum se nil scire totis nisibus coniurabāt. At illi eorum pro nihilo computantes verba: captos eosdem ad rus conantur ducere festinanter. Post hoc de rure: q ad eosdem viros iustitia non specta bat:cum accusationibus ad Constantinopolitanum dominum capti iuuenes destinant.Quin ne nimis longus fiam verbis: qd non fecerant tormentorum rigore iuuenibus iam confessis: adiicitur more solito sententia decollandi.Heu quale cor audiendo tot lamenta innocētium: quos & iuuentutis & pulchritudinis maxima venustas & ortus nobilissimus decorabant:pos set se a lachrymis continere!Flentes itaq iuuenes: grauibus lachrymis pallidas facies irri

gãtes:vlulatus:gemitusq; & suspiria pmere nõ cessantes:Gloriose dicebant Hieronyme:hoc
tale ne est præmiũ qđ obsequẽtib⁹ tibi pstas! Est tale qđ labore tui meruim⁹ itineris! Heu Ro
mana vrbs nostri presciа ortus:nõ sic re credebamus nesciam nostræ finis. Ad locũ namq; tan
ti supplicii:ibidẽ gentiũ multitudine maxima expectante:innoxii iuuenes cõducunt. O ineffa
bilis misericordia dei nostri:qua cælũ redũdat & terra:nec ad se currentis obliuiscatur misere
ri. Flexis in loco quo plectendi erant genibus:in cælũ vtiq; iuuenes manibus eleuatis:Glorio-
se magna voce inquiunt Hieronyme nostræ salutis & auxilii portus:nostręq; spei anchora sa
luberrima & vitalis:hac inclita hora nostris indignis supplicationib⁹ pias aures:vt si hoc quo
punimur scelus non gessimus:tuas liberationis opes pietate solita sentiamus. Qz si fecimus:
exigente iustitia cõdẽnemur. Hæc vbi dixerunt:colla extendunt carnificibus ferienda:nil di-
centes aliud:q̃:Succurre:succurre Hieronyme glíose. Quid mirũ si tot lachrymis cũctorũ ad
se currentiũ misericors opifer Hieronymus se a miserendo non potuit abstinere:cũ circũstan
tiũ oĩm:& carnificũ corda ad cõpassioné mouerent! Eleuatis siquidẽ ensib⁹:iuuenũ carnifices
colla feriunt:ac colla percussionũ signa vti porphyretici lapides forent recipiunt. Mirãtur car
nifices:credentes se ictus fefellisse:denuo eleuant vt plus possunt enses & feriunt:sed enses vti
essent paleæ iuuenes nunq̃ lędunt. Orit ex hoc inter astantes admiratio: & stupor vehemen-
tissimus omnes capit. Hincinde gentium ad tam insuetam visioné cõfluit multitudo. Audit
hoc & ipse sententiæ lator:& currit:Iubet iterum carnificibus:vt se vidente denuo feriant:&
tamen omnimode illęsa iuuenũ colla manent. Stupens magis ac magis iudex:tantiq; ignarus
miraculi:nil scit aliud cur hæc fiant:q̃ veneficia cogitare. Pręcepit itaq; ministris omni mora
postposita:nudos tradi arsuros iuuenes rogi flammis. Circa illos mox copiosus ignis accẽdit
infundit lignis oleũ & pix:vt eorũ vita citius destruat. Quid mirãdũ si cõpos ptegẽdi abensi
b⁹ glíosus Hieronym⁹ a flãmis suis se inuocãtes sedulis vocib⁹ iuuenes potuit liberare! Sursũ
igniũ flãmæ in imensum scandũt. At iuuenes sub alis consistentes Hieronymi glíosi salubri-
ter pmanẽt veluti in amœno si quiescerẽt viridario & iucũdo. Post hæc iudex verũ hoc ascri-
bendũ miraculis an veneficiis:certius cupiẽs experiri:vt si hi diebus octo suspensi viuerent:
quo vellent:abirent soluti & liberi censuit. Suspensis itaq; illis:mox Hieronymi gloriosi præ-
sentia minime defuit:qui plantas manibus tenens pedũ illæsos:& viuaces statutis dieb⁹. mira
biliter obseruauit. Currit igitur octauo die tot⁹ ciuitatis & circũadiacentiũ villarũ viri:cur
rit & iudex. Cernũt clare gloriosum miraculũ:patefacientibus q viderunt:q ad custodiendos
iuuenes fuerãt deputati. Mirant oẽs:vocibus in excelsis laudes pagunt creatori & Hierony-
mo glorioso. Mox de eculeo innoxii iuuenes deponuntur:& maximis honorum exequiis ab oĩ
populo venerant. Verum ceu in vrbem Constantinopolitanam capti & dolore vehementissi-
mo intrauerãt:liberi:honorifice:& cum gaudio ineffabili exierunt. Et tandem annuente deo
a multis Constantinopolitani populi comitati Bethleẽ attingentes:veneratione debita glori
osi Hieronymi reliquias visitarunt. Statimq; deposita sæculariũ oĩ cura:cœnobiũ in quo ius-
sit gloriosus Hieronymus intrauerũt:& vacantes die noctuq; pœnitẽtiæ & orationibus cele
bri vita sanctitatis perspicue in prædicto cœnobio adhuc manent.

V Magnæ admirationis gaudii deuotionisq; tam præcedens iuuenum miraculum exti-
tit:sed multæ formidinis cõstat sequens in sacris ordinibus maxime cõstitutis. Apđ
superioré Thebaidem quoddam dominarum fuisse ante duos annos dicitur eximi-
um & diues monasterium:omni pulchritudine & excellentia decoratũ. In quo pene ducentæ
dominæ vitæ honestæ religionis reclusione continua decorisq; moribus permanebãt. Ad hoc
qui insunt figant aures:ne quod vna hauserit auricula: fundat altera. Nauis quantumcunq;
sana sit & integra:modicũ:immo nihil prodest si alta volens secare maria:paruum qđ fundo
inest foramẽ relinquat:vt dira naufragia non admittat. Cur hæc sim fatus præsentis narrati
onis historia reserabit. Multis itaq; pollens prædictum monasterium virtutibus:vnum pessi
mum/quo ruit/ symoniæ vitium retinebat. Nam instigante diabolo:in eisdem dominab⁹ hæc
obseruabat abusio:vt si quam vellent in monialem recipere:non tantum intuitu charitatis &
misericordię recipiendęq; bonitate:quantũ recipiebant respectu pecunię. Nulla enim in mo-
nasterium intrare mansura poterat: nisi certa pecuniæ quantitas secum iret. In hoc siqui-
dem erat monasterio sanctimonialis quædam domina:ętate grandæua:quæ ab infantia sua ie
iuniis & oronibus:oĩ resoluta cœno deo vixerat:q̃ vitium illud q̃plurimũ abhorrebat. Cui no
cte quadã (vt erat solita) in oratiõe positæ:glíosus Hieronym⁹ apparẽs: locum illũ imenso lu

strans lumine eidem praecepit: vt ad abbatissam caeterasq; illius coenobii moniales mane pergeret: nuntians q̃ nisi a peccato iam inueterato manum extraherent: vltionem diuinam subito expectarent. His dictis disparuit. Praeterita visione insueta sanctimonialis domina: quis hic fuerit iubens talia nũtiari in seipsam auide pertractans: totam illam noctem peregit insomnẽ. Crepusculo diei adueniente: omnes in capitulo moniales propulsato tintinabulo cõgregauit. Quibus admirantibus ad quae forent tanta festinatione in capitulo conuocatae: sanctimonialis domina ex earum assurgẽs medio: quae viderat & audierat omnibus patefecit. Fit illico ex hoc monialibus cunctis irrisio: hanc exclamant fatuam: multisq; garriunt derisionibus hanc forte ill a nimia ebrietate somniasse. Illa vero accepta contumelia: patientiae scuto se muniens de earũ siquidem ptinacia nimiũ dolens: sed de sua despectione gaudens: ad solitas rediit orõnes: supplicans continuo: ne suis monialibus quod audierat eueniret. Transactis igitur dieb[9] decem: nocte media praedictae sanctimoniali dominae hac de re deuotis orationibus incumbẽti: gloriosus iterum apparuit Hieronymus: eidem vt quae prius nũtiauerat monialibus i denuo intrepide nũtiaret allocutione mandauit benigna. Ad quẽ illa: Quis (inquit) es domine talia mihi mandans? Hieronymus (inquiens) sũ: ab eiusdẽ euanuit oculis. Illa vero sciens earũ duriciẽ: quid ageret: qd ve diceret: nesciebat. Tandẽ malẽs a monialib[9] insana & ebria reputari q̃ diuinis cõtraire pceptis: cõgregatis iterũ monialibus q̃ viderat & audierat voluit intimare. Ast vt eã assurgere moniales pestiferae conspexerunt: diuini nesciae iudicii sibi de primo af futuri: anteq̃ verba inciperet e capitulo cũ magnis cachinnationib[9] exierunt. Quin trãsactis insup diebus tribus dormienti pdictae sanctimoniali dñae gloriosus Hieronym[9] ineffabili q̃si societate vallatus angelorũ: nocte apparẽs media eã excitauit: eiq; iussit ptin[9] vt de illo exiret monasterio: nec subito futuram sententiã expectaret. Cũ illa vero multis lachrymis supplicaret: ne hoc fieret: gloriosus inquit Hieronymus: Ad abbatissam & caeteras pergito oĩni mora postposita: eisdẽ nuntians: q̃ nisi poeniteant: hac nocte diuinã sentiẽt vltionẽ. Si autẽ in sua permanebunt duricia: statim exiens amplius in monasterio nõ moreris. His fintis abscessit. Hęc igit audiẽs sanctimonialis anxia / plenaq; tristitiis capitulũ adiit: & cãpanã coepit vehementer vt ad capitulum accederent moniales / resonare. Quo abbatissa de somno euigilãs: cognoscẽsq; ab hac fore campanam pulsatam: cum iracundia ad capitulum properauit. At vbi illã vidit diris eam minis increpans: nullũ voluit audire verbũ: pmittens q̃ nisi cessaret hoc agere: secum in monasterio amplius nõ maneret. Cui sanctimonialis domĩa: ne tardes (inquit) quaeso agere quae promittis. Profecto me noscas hoc in loco amplius non mansuram. Gloriosus equidẽ Hieronymus apparens mihi tãtummodo hoc statim monasterio futurũ iudiciũ patefecit. Haec audiẽs abbatissa deridere coepit: hanc aestimans vesano capite ista fari: & ostiariã conuocãs iussit vt hãc de monasterio protinus effugaret: mãdans eidem: vt aliqua hora sic extra dimissam postmodũ faceret introire: vt sic ab inceptis operibus iam cessaret. Hac de re laeta sanctimonialis dña q̃ citi[9] potuit e monasterio est egressa: lachrymis tñ fusa doloribusq; repleta p his q̃ monasterio nouerat euenire. Terribilis siquidẽ deus fortis atq; potens: & qs resistet ei? Heu cur eum homines nõ formidant: scientes se nullatenus posse ab eius effugere manibus: vt eius in eos magnum & inenarrabile iudicium nnn comprehendant: saltem his miseri terreantur exemplis. Audiant q̃ in suis confidũt diuitiis: q̃q; in ira cõcitant excelsum dñm suae auaritiae siccitate: quale huic monasterio a deo propter pecunias faciẽ auertẽti de caelo est iudicium iaculatum. Pene limen ostii sanctimonialis dña excesserat: q̃ subito totum corruit monasteriũ: omnes opprimens moniales: ita vt ex eis viua aliqua nõ remansit. Sanctimonialis vero illa in quodam venerabili dominarum monasterio: quod est apud inferiorem Thebaidem hactenus sanctitate praecipua viua manet.

XI

ignum censui praemissis miraculis aliqua alia diuini cõtra peccãtes manifesti iudicii declaratiua iũgere: vt si forte p iudiciorũ multitudine peccatorum corda tenacia & plus q̃ lapidea in carnea verterentur: quaten[9] cũ se ob peccata cernerẽt beluas: rõnẽ et cognitionẽ sui conarent vt fierẽt hoies adipisci. Abiecta etenĩ rõne qua sũt hoies: ĩfra bruta animalia rediguñt. Gręcorũ quidã hęretic[9] die quadã cũ sacerdote quodã in Hierosolymitana ecclesia publicae disputabat. Cũq; sacerdos ob suae pris defensionẽ authoritatẽ quandam gloriosi Hieronymi allegaret: vt graeci destrueret rõnes: temerario pestifer graecus ore gloriosum fuisse Hieronymum totius veritatis lumen / mentitũ nõ erubuit voce fari. At q voce talem nequitiam perpetrauerat: vocem deinceps vllatenus non formauit.

Y Q Vidam insuper alius hæreticus pestifer Arrianorum in quadam disputatione cui-
dam gloriosi Hieronymi authoritatem contra eum inducenti: vt mētitur sua teme-
ritate respondit: subito fuit diuina vltione percussus. Nam nōdum verbum voce fi-
mens clamare p totum diem sine aliqua cessatione nō desiit: Miserere mei Hieronyme gl'iose:
quia a te poenis durissimis torqueor. Et hoc p totum illū diem quantis vocib⁹ poterat clamās
hora cōpletorii miserabiliter cunctis qui ad hæc concurrerant cernentibus expirauit.

Z H Aereticus qdā ali⁹ pestiferæ hęresis Arrianæ: cui añ meū obitū finē plus imponat do
minus: in ecclesia Sion gloriosi Hieronymi imaginem cernēs: Vtinam (inquit) sic te
cū viuebas meis manibus tenuissem: quia te meo gladio iugulassem. Hæc vt dicta de
dit: gladium euaginans tota vi ipsum in imaginis illius guttur infixit. Q̄ magnus iste Hiero
nymus tot faciens mirabilia: cui secūdū sua opera filiis nō apparet! potuit equidē imbecillis in
imaginis gutture gladiū figere dextera: sed de imagine gladiū & a gladio manū quousq; res
innotuit: extrahere nullatenus fuit compos. Mox quoq; ex percussionis loco tanq̄ ex hominis
corpore viui sanguinis vnda fluxit: quę vsq; modo p miraculo declarando fluere nunq̄ cessat.
Eadē insup hora: qua res sic acta est: iudici in atrio existenti idem gloriosus Hieronymus cum
gladio gutturi infixo apparens: pro offensione huiusmodi vindictam fieri postulauit: narrās
equidē sibi factam. & hæc dicens abiit. Stupefactus itaq; iudex: cū cæteris qui astabant: ad eccle
siam pperans: hæreticum manu gladium infixum tenentem repperit. Qui protinus vt hi vi
derunt: manum fuit compos a gladio remouendi. Captus itaq; hæreticus in sua pmanens du-
ritia: ob aliud se non dolere: nisi q; viuum non teneret Hieronymum: garriens a populi multi
tudine lapidibus: & ensibus: & lanceis iugulatur.

& N Epos meus Ioānes quē agnoscis: oīni fulgens pulchritudine: quē mihi in locū filii ad
optaui: vt puto tibi pridie quid ei euenerit: enarrauit: sed tamē vt præstantius memo
riæ cōmendetur: silētio nō transibo. Captus itaq; idē Ioannes añ duos annos a Persis
et Persarū regis ministris vēditus: ppter eminentē suā pulchritudinē: ad regis exercēda obse
quia deputatur. Cūq; p annū in curia nō paruo dolore & tædio pmansisset: eodē reuolutionis
anni die prandenti regi seruiēs: præ tristitia se a lachrymis nō potuit cōtinere. Hoc rex intu-
ens: lachrymarū ab eo aui de quærit causam. Qua cōperta: in quodā eū castro custodiri fecit.
Ibi nocte quadā existēte diris lachrymis vndiq; madefacto: in sōnis eidē gloriosus Hieronym⁹
veniens: manūq; eius (vt sibi videbaẗ) capiens: ad ciuitatē Hierusalem secum duxit. Experge
factus mane: putans se in castro a militibus retineri: in domo qua maneo se inuenit. Qui admi
ratione velut amens quasi vtrum in castro vel in domicilio meo staret: nullatenus discernebat
In se postremo rediens emissa voce dormiētē familiam excitauit. Currunt igitur ad me famu
li adesse Ioannem ineffabili gaudio nuntiantes. Quare dubius accurrens: quē a Persis vinctū
putabā: pręsentē cerno. Quo quidē quid ei acciderat enarrāte: deo & glorioso Hieronymo lau
des maximę persoluuntur.

9 S Anctimonialis quędam domina: omnium pene pulcherrima fœminarū: ætate iuuen
cula: sed animi sapientia valde cana: beati Hieronymi deuotissima: in quodam coeno
bio dominarum multa sanctitate (vt opinor) adhuc viuit: Cui qđ audies diciẗ conti
gisse. Sit mulier hæc aliis in exēplū: quæ huc illucq; p plateas & vicos discurrere non cessant:
sua stultorū hominum illaqueātes animas visione. Nullo tot diabolus aīmas rete capit: quot
laqueo pessimo mulierū. Sanctimonialis hæc: vt omniū dominarū testimonio cōprobaẗ: nūq̄
nisi eam maxima cōpellat necessitas extra suam cellā gradū figit. Neq; enim aliud agit opus
quin aut orationibus vacat: aut lectionibus & meditatiōibus implicatur: aut corp⁹ reficit dor
miendo. His dirus serpens antiquus diabolus operibus inuidens: vt eam a sancto proposito re
uocaret: cuiusdam nobilissimi iuuenis animum, in eiusdem sanctimonialis intātum incitauit
concupiscentiam: q; nil poterat die noctuq; aliud nisi quomodo posset eam attingere cogita-
re. Circa monasterium veri luminis obcæcatus continue pergens: nullum remedium aliud re
perire quibat. Tāta nāq; inscitiæ nube caligatus extitit: vt multotiens se suis pnitiosis turba-
tū affectib⁹ cernēs: voluerit se aqs tradere suffocādum. Stulti amoris stultū iuuenē catena de
die i diē strīgit: vt hęc ad sctimonialis aures resonēt ob suā nō audet pudicitiā. Qua de re ol
ad hoc auxilio destitut⁹: quēdā iueniēs magū: veneficia dæmonū incātationes nefādis artib⁹
exercētē: magnā pmittit si qđ optat expt⁹ fuerit: pecuniæ quātitatē. Tūc veneficioꝝ mag⁹ su
is carminibus conuocatum dæmonē decipiendi causa, nocte media festine ad sanctam desti-

nat monialem. Ad cellulã itaq̃ accedẽs dæmon trãsire vltra cellulæ Hieronymi imaginis in cella pictæ timore nimio nequit limen. Mira res Augustine: vt multiplicib⁹ patet exẽplis: Tãtus gloriosi Hieronymi timor diabolo inest: vt etiam suę picturæ non audeat apparere. Nã si cui ab eodẽ obsesso corpori prciosa demonstret imago: ab eodẽ cõtinuo diabolus effugat. Igit cõmissũ explẽdi opus nequã spirit⁹ desperãs: ad mittentẽ reuertit: sibiq̃ negari ad monialẽ introitũ pandit ob gloriosi Hieronymi imaginẽ cellæ pictã: quẽ deridẽs magus dimisit. Moxq̃ cõuocatũ aliũ dæmonẽ q̃ põt mittit citius ad huiusmodi opa finiẽda. Fitq̃ scẽdo id qđ primo. At secundus p horã forte manẽs coactus excelsas cœpit voces emittere: Si me Hieronyme hic finis recedere: huc vlterius nõ reuertar. Ad hæc stupefacta mulier: q̃ in orõnibus in cellula inhærebat: qs istas fundat voces nimio pauore pcontaf. Non cessante diabolo sic clamare: excitatæ illius cœnobii moniales: timore pcussæ grãdi tremulæ ad illã accurrũt cellã: cruce dñi pcœte. At vbi illũ fore nequã spiritũ sciũt: eundẽ cõiurãt: vt debeat q̃ de causa venerit: intimare. Narrãs equidẽ diabolus rei seriẽ: seq̃ gemitibus & vlulatibus pãdẽs catenis igneis vinctũ a Hieronymo retineri: rogat eas vt suis mereaf pcibus abeũdi gratiã inuenire. At vbi hæc moniales audiunt: deo & glorioso Hieronymo laudes reddunt: suppliciter postulantes vt dæmonẽ hunc nullatenus reuersurũ de eodẽ cœnobio effugaret. Vix orationũ verbis finitis: diabolus magnis stridoribus ex eodẽ loco recedens magũ adiit: eũq̃ capiẽs rãtis verberib⁹ & cruciatib⁹ flagellauit: vt p multa horarũ spatia aliqđ vitale signũ paulomin⁹ appareret: diris clamans vocibus: Mei cruciatus causa fuisti ad illã me destinãs monialẽ. Certe in te iisdẽ verberibus vindicabor. Inter hæc aũt verba tã horr ida: magus cũ se pene pniciei piritũ cerneret: suas videns artes nullũ sibi auxiliũ adhibere: ad toti⁹ refugii portũ Hieronymũ gloriosum iã naufragus se dirigẽs: Gl'iose (inqt) Hieronyme: huic ad tuã clementiã subueni misero accurrenti ei solita misericordiæ dona pgrandia nõ denegãs. Promitto nãq̃ si tuis hac hora iut⁹ auxiliis: pniciei tã horribili nõ succũbã: q̃ deinceps cũctis exut⁹ fallaciis: a tuis obsequiis non recedam His finitis: velut fumus ab eodẽ nequã spiritus euanuit. Per annũ autẽ idẽ iacuit verberibus magus intãtũ sui corpis impos: q̃ nõ nisi alieno auxilio potuit se mouere. Mox idẽ accepta pœnitentia magus: anteq̃ de lecto surgeret: cunctis cõbustis codicib⁹: qbus artes illas neqssimas exercebat: venditisq̃ oĩbus q̃ habebat & paupibus erogatis: cõpleto anno in illa se ob pœnitentiã pagendã in quadã spelũca claudens eremo ĩ qua p quadr ienniũ gl'iosus stetit Hieronym⁹ multa sanctitate & vitæ & pœnitẽtiæ asperitate pollet. Huc q̃so iuuenes oẽs currant: & insani iuuenis exẽplo discãt: ne qđ illi cõtigit: sibi postmodũ doleãt cõtigisse. Insanus itaq̃ iuuenis tãtis circũligatus luxuriæ laqueis: vidẽs se oĩmode suæ miserrimę voluptatis desyderio nefandissimo defraudari: quadã nocte laqueo se suspẽdit: & sic ifelix tpali vita poti⁹ & ppetua priuauit. Ecce quot malorũ causã tue pissimũ luxurię vitiũ fore liquet. Nil tã ruinę aĩmę pariter & corpis prõptũ: quãtũ istud neqssimũ arbitror scel⁹. Ex ipso nãq̃ homicidia: ebrietates: cõtētiones: & pene vniuersa oriũt mala: vt veteris & noui testamẽti infinitis patet exẽplis: necnõ & cõtinuis manifestisq̃ expientiis declaraf. Ad hoc aũt vt maior iuuenibus deť astutia se tuẽdi (Nã status vllus periculosior non est insipientis iuuẽtutis statu) aliud censui exẽplũ mei nepotis Rufi: ætatis forte annorũ decem & octo: q̃ q̃ dolore nimio: subrogare.

NOn est ambiguũ ista quæ incipio enarrare magnis tribulationibus meæ memoriæ reuocari: sed tñ vt præmissum est: vt omnibus & maxime iuuenibus proueniat in exẽplum: silentio illa nequeo præterire. Nepos quidã meus: Rufus nomĩe: vtroq̃ priuatus parente anniculus ad meas deuenit manus (qui vtinam ex matris visceribus non exisset ne illi quod sustinet: contigisset) quem tanta diligẽtia suo infortunio enutriui vt a pluribus a me genitus putaretur. Crescẽs itaq̃ in diem puer infelix ætate: sed non sapientia: ingẽti pulchritudine corporis: sed non animæ decorisq̃ & probis moribus: honestate: bonitate: & multæ sapientiæ elegantia / q̃ q̃ vane / decoratus: cũctis dilectiõe supflua colebatur. Is namq̃ in decimoctauo ætatis suæ anno imbecillis & miserrimus expirauit. Propter quem tantus ab omnibus insonuit luctus: vt vix per mensem finem potuerit inuenire. Sed certe luctus pro eo qđ euenerat non suffecit. Ast ego eius nimiæ incumbẽs dilectioni: pluries gloriosum rogaui Hieronymum: vt mihi quid nepoti meo accideral reuelaret. Igitur meis annuens gloriosus Hieronymus precibus: obtinui quod gliscebam. Oranti eñ mihi die quodam hora nona: tãt⁹ euenit fœtor: q̃ narib⁹ nullatenus poteram tolerare. Hæc dum mecum tacitus reputans: vñ hic tantus adesset fœtor / admirarer: supra meum verticem eleuatis oculis: infelicẽ nepotem vidi A

terribilis visionis:ita q in eum visum imprimere nõ audebã. Nã catenis igneis circũligatus fornacis instar flammas foetidissimas eructabat. Ad hanc itaq visionẽ subito me tam vehemẽs timor irrepsit:vt dũ pluries loqui vellẽ:formandi vocẽ nullatenus cõpos eram. Postremo aliquantulũ in me rediens:si meus erat nepos voce coepi pquirere tremebunda. Ad hæc ille vlulatibus & suspiriis: Vtinam(inquit)nõ fuissẽ:ne tã diris esse in cruciatibus deputarus. Nã sciás me tartareis mansionibus perpetuis tẽporibus pmansurũ. Heu quid dicã! His dictis tantus mihi dolor affuit:vt sim pluries admiratus quõ vita prinus nõ discessit. Longis aũt expletis colloquiis:ab eodem sciscitatus fui:cur diuinæ fuisset misericordiæ sic expers:cũ in mũdo tot virturib⁹ sic polleret. Pro nulla(inquit)me scias causa fore damnatũ:nisi qa in ludis maxime delectabar. At qa i morte accepta poenitẽtia q̃ stulta ignorãtia postposui cõfiteri:diuinã nõ merui veniam adipisci. Et hæc dicẽs:a meis disparuit oculis. Talis autem eo abeunte remãsit foetor:vt in locũ illũ hacten⁹ null⁹ audeat introire. Ecce quantũ turpissimũ ludi scelus diuinæ abhorrent maiestatis oculi. Timeamus ergo ne nos bonorũ rapiat inermes tã repentinus interitus ne non poenitere nos vitiorum contingat dũ tẽpus inest:quia postmodũ poenitentia foret frustra. Vt igitur Christianus tantæ ruinæ ludi pcul effugiat nefas:immo vt omnium memoria deleatur:exempla alia quædam q̃ breuius potero surrogabo.

B IN Samaria qndecim nondũ expletis diebus:dum miser quidam ludens quasi omnia quæ habere poterat cõsumpsisset:gloriosi coepit Hieronymi nomen ausu temerariõ blasphemare. Quem nefanda blasphemiæ vix finientem verba videntibus & stupentibus cunctis:mox e cælo fulmen veniens interemit.

C TRibus aliis in Tyro ludentibus hoc accidit qđ enarro. Cũ eñ illi suũ vellẽt incipere ludum:vt hi qui se hoc ab eisdẽ audisse & totã rei seriẽ etiam se vidisse fantur:& referũt: sic dixerũt. Quãcũq potes exerce vim Hieronyme:qa te inuito ludũ istũ alacriter finiemus. His ita dictis suũ incoeperunt ludũ:quo quidẽ primordiato:quasi vno elapso instanti se terra aperiens:illos solum absorbuit:ita vt nil ex eis amplius fuerit visum.

D QVod visu noscitur:verissimo testimonio comprobatur. Idcirco quæ dico q̃ q̃ multis possent comprobari testibus:tamen meipso teste q ea visione propria didici comprobabo. Iuxta meam in qua Hierusalem habito ędem:nobilissim⁹ quidã miles fuit:trãsitoriis nimirum locuples:qui vnicum habens filium:eiusdem stultissimi amoris cęcitate percussus:non solum a prauis eum non corrigere:sed etiam eũ ipsemet praua instruere conabat. Parentes fatui & isti similes/mẽtis quæso oculos huc inclinent:vt quis finis eueniat:non ignorent. Multi enim homines magnas aiæ & corporis inciderunt ruinas ob prauorũ parentum insipientiam. Crescens namq illius militis fili⁹: cũctis moribus bonis destitutus:de die in diẽ peierando:totum suum tempus amittens in ludis & blasphemiis:cunctisq immunditiis patre causante annum contigit duodenũ. Qui quodã aduesperascente die solitis cum pfe ludis insistens:ludum eodem vt gliscebat non habẽte:primo prupit in hæc verba: Si quid ille potest Hieronymus qui ludos prohibet:iam exerceat:nã se inuito hinc nõ nisi victor exurgã. Verũ hæc duntaxat ipso prosequente:nequã spũs teterrimi hominis specie cunctis videntibus locũ in quo ludebat veloci gradu adiens:eundem puerum infelicem rapuit. Sed quo eum detulit nulli hactenus hoim est cõpertum: Verum vt puto eũ detulit in infernũ. Eadẽ nãq hora casu ad quandã meæ dom⁹ fenestrã:quæ loco in quo ludentes degebãt pater & filius:ex opposito sita est:me posuerã:quo me videre fuit necesse veritate perspicua seriem tam formidãdæ rei gestæ. Discant ergo iuuenes in iuuentutis tpe:qđ cæteris est præstanti⁹:expetendis morib⁹ se fulcire:ne vilibus caducisq morib⁹ iuuenilis animus informatus statũ in canicie nequeat pmutare. Qđ eñ nouæ chartæ inscribit: defacili nõ deletur. Discãt etiã parentes fatui filios correctionibus & verberibus erudire:nec vitiorũ sinant vepres radices figere nõ faciliter euellẽdas ne flendi & hic & in futuro cedant euẽt⁹. Nam nisi fallor ad ęternorũ gaudiorũ patriã deueniẽdi artissima & sine ambiguitate aliqua a paucissimis certa cognita extet via. Eundi ad perditionem iter latissimũ:& multis immo pene infinitis limitib⁹ plenũ fore cõstat. Qđlibet eñ mortaliũ peccatorũ ad pditionẽ suũ tramitem struit. Quot dum hominum:nõ solum paganorum sed etiã illorũ quos sacri baptismatis vnda lauit. Nam de paganis nulla oritur quæstio q nõ damnentur:maiorem fore liquet numerũ multiplicibus insistentiũ flagitiis:quorum nulla pene vnq̃ cognoscit emẽdatio. Quinimo/Respectiue qdẽ dico pariter bonis & malis hoĩb⁹ cõsyderatis:non est q faciat bonũ:nõ est vsq ad vnũ:sed omnes post suas improbas & pessimas am

bulant voluptates.Consequenter concludi debet:q̄ ad æternæ beatitudinis gaudia rarissimi gradiantur.Infinite quinimmo.Oēs pene sacræ scripturę authoritates hoc testant.Infinita si q̄dē exempla possem⁹ pspicaciter intueri:ad huiusmodi veritatē sufficienti⁹ demonstrādam. Hoc ex omnibus vnum censeri decet:nec ab hoc discrepari potest:nullū scilicet ad æterna mō aliquo peruenire posse gaudia:nisi omnibus non particulariter:sed totaliter vitiis extirpatis virtutum studeat itinere festinare.His iam fine dato:exēpla & pdigia quædā iam huius ope ris fini propinquus breuiter introducam:Et duo.præcipue admiranda:quæ a venerabili viro Nicolao Cretensis insulę archiepiscopo referente didici:primo dicam.

Venerabilis idē archiepiscopus pridie gloriosi Hieronymi deuotiōe nimia Bethleem veniens:vt eiusdem cunctis honoribus colendas reliquias visitaret:vt totus charita te feruidus redire noluit:donec me sua gratissima visitatione eximiis lætitiis adimpleret.Qui vti donorum præcipuus vt gratissima mihi donaria superabūdantissime more so lito impertiret:me visitare minime contentus: mecum dignatus est iam diebus pluribus com morari:& etiā adhuc manet:q̄d vtinā tēpore longo duret.In Christo nāq̄ Augustine charissi me venerabilis idem pōtifex te salutat.Q̄ pluries igit̄ mihi suorum verborum audio venera bilis idem pontifex enarrauit:q̄ hoc tale in ciuitate Candia contigisse.Sacerdos quidā suus suę maioris ecclesiæ custos:impudicus:luxuriæ & ebrietati dedit⁹:nondū completo anno de hoc sæculo migrauit.Cuius corpore in cæterorum sepulto barathro sacerdotum: vt eius punitio cunctis innotesceret ad exemplum:subsequenti nocte tantus in ecclesia:eiusq̄ cœmiteriis fuit strepitus: q̄ rumore nimio in vrbe illa commorantes excitati: pauore ingenti velut amentes ad ecclesiam cucurrerunt.Stant itaq̄ omnes circa ecclesiā strepitus vehementes:cāpanarū q̄ sonitus audientes.Diuinā quidē exorant clementiā:quatenus cur ista fiant debeat reuelare sed nullū exauditionis sentiunt adiuuamē.Diluculo hoc cessante:cuncta quæ fuerant in ecclesia reperiunt reuoluta:& quasi vndiq̄ flāmis,ignīū violata.Ad hoc memoratus pontifex orationes indicens populo:quid sequenti eueniat nocte præcipit expectari.Ne nimis succumbā verbis:sequenti nocte duplex strepitus & pauoris tribulatio est secuta.Qua de re:replet⁹ populus amaritudine & dolore:cernens nullū sibi a domino adiutorium euenire:sicut vulnerati qui in monumentis proiecti dormiunt:existebant.Die autē elucescente:oībus in ecclesia orationibus congregatis:gloriosus Hieronymus subito septies sole splendidior in ecclesiā veniens:ad altareq̄ gradiens cunctis videntibus & mirantibus per horam forte sub silentio manens:obstupenti populo:hoc propter sacerdotis illius miserū cadauer sacris indigne locis conditū ad terrorē peccantiū contigisse intimauit:eidemq̄ mandans vt cadauer miserū tartareis post resurrectionē omniū mansionibus deputandū dissepultū flāmis traderent protinus concremandū.Alioquin incepta pestilētia non abiret.Et sic ab intuentium oculis est inuisus. Q̄d vt ordinauerat lætabundus populus protinus adimpleuit:deo & beato Hieronymo laudes præcipuas persoluendo.Et sic pestis illa cessauit. Qui deinceps beatissimū Hieronymū oēs vnanimiter deuotione maxima inceperunt colere.

In eadem insuper ciuitate quidam pulcherrimus extitit iuuenis:Titus nomine: honestis moribus:luculentus: carnali non ignobiliori natus progenie: prædiues valde: totam pene deuotionem & fiduciam habens in beato Hieronymo.Hic siquidem iuuenis virgineo nitens candore : in eiusdem sanctæ virginitatis proposito vsq̄ ad vicesimum annum probis vitæ moribus perdurauit.Quo itaq̄ tempore sui fratris nefando consilio incitat⁹:spretis iam nobilissimis virginitatis gemmis:auri pretiosissimum metallū calcans:ad carnis spurcitias & lutū ac fœtorē vehementer declinans:puellā quandā omni pulchritudine corporis renitentem sibi in matrimonio copulauit.In cuius amoris feribus ita se capiens q̄ aliud,pręter ipsam poterat minime cogitare:de die in diem cœpit diuina obsequia obliuisci. At quia miser dereliquit iustitiam:oblitus fuit deum alentem se:oblitus fuit sibi dominus misereri.Completo namq̄ anno:quo cum puella iuuenis insensatus steterat:nō vt in matrimonio:sed causa explendæ libidinis copulatus:suggerēte diabolica astutia:iuuenis frater puellæ illaqueatus amore auide diu quærens eius amplexibus frui:tandem quod optauerat est adeptus.Huc accurrant iuuenes & exemplo iuuenis sint experti.Fiunt nota iuueni puellæ viro iam peracta.Tacens idem cogitat auide quo valeat modo certitudinem reperire.Expectat dieb⁹ aliquot se simulās hoc nescire.Ast die q̄dā ordiat vrbē deserēs pegre pficisci.Et latēs p diē in ciuitate:nocte media domū veniēs:reseratis seris a puella seruitrice clā vt prius simul

ordinauerant ambo vsq ad thalamū in quo ei⁹ frater & vxor in lecto stabāt pcedēs sibi postu lat apiri. Mirantur illi & timore pterriti vehemēti: pulsanti negligūt ostiū reserare. Tādē cōfractis feris thalami iuuenis ira & furore nimio fornacis instar ardētis vndiq inflamat⁹: vxorē primo euaginato gladio interfecit. Deinde sub thoro pprio latitātē fratrē inueniēs interemit. His ita gestis ex ciuitate exiēs: multo tpe p mundū huc illucq errās cū qbusdā aliis cœpit quosdā trāseūtes in itinere depdari: ac etiā iugulare. Permanēti itaq eidē Tito p decē annos talib⁹ negotiis iplicato: gloriosissim⁹ Hieronym⁹ salubre refugiū & vitale: die quadā iā adueſperascēte luce in modū mercatoris se mōstrauit: ne ille solūmō habitē deuotiōis pmiis priuaret. Nā ille q̄q tot & tāta vitia abhorrēda cōtinue exerceret: tñ in beato Hieronymo deuotionē aliquā retinebat: ita vt eidē quotidie se cōmēdās boni aliqd dieb⁹ singulis ad ei⁹ honorem facere nullaten⁹ postponebat. Cernēs itaq Titus mercatorē: nefandis sociis ad solita nequitiæ opa cōuocatis cōcito cū eisdē pgēs cursu vibratis lāceis Hieronymo mercatoris instar obuiant veniēti. Moxq in eū insurgēs a sociis eundē pcepit retineri: donec ei⁹ lateri gladi⁹ infigat. Deinde manū eleuat: interficiēdi gladiū retinenrē: vt scelus tm̄ valeat iā explere. Ad hęc Hieronym⁹ gloriosus: Amore (inqt) Hieronymi (quē tu diligis) aliqua loquēdi breuis licētia mihi det. Postmodū si volueris facito id qd optas. Ad hęc & Titus: Amore (inqt) ei⁹ quē noiasti: & loquēdi & viuēdi licētia tibi vt postulas cōcedat: tm̄ quæ portas mercimonia iā depone. At gloriosus Hieronymus: Ego ipse sum Hieronymus q huc pter tuā liberationē veni: ne mihi a te impēsa obseqa in vacuū preterirēt. Te tot quę gessisti peccaminū iā pœniteat: ad teipsum redeas: ne formides: hucusq me noueris pter tuā salutem & aiæ & corporis supplicē erga te apud iratā diuinā iustitiā extitisse: ne in te dignas tibi sęuitias exerceret. Ad pœnitentiæ igitur q̄citius perge callē: & peccatoꝝ onera iam depone: alioquin me tui custodē & supplicē nō habebis. His dictis Hieronym⁹ gloriosus ab illoꝝ oculis disparuit. Ad hoc stupefact⁹ Titus: & q cū illo erant timore & admiratiōe tam ingēti ad terram pcidēs: p horā non potuit eleuari. Tunc subito in Titū: & qui cū illo erāt spiritussancti gratia est effusa: & lux eos cælitus illustrauit. Qui ptin⁹ in viros alteros iā mutati: spretis cunctis spurcitiis vitiorum: ad pœnitentiæ tramitem rediere. Deinde ad eremorum antra deuia & ignota pperantes: in magnis se corporū asperitatibus: & vita sanctissima tradiderunt.

G Miraculum aliud qd veridicoꝝ testimonio solidissime in superioribus Aegypti partibus peractū intellexi: quatenus hominibus & maxime iuuenibus quātūcunq castis prouenıat in exemplū ad euitandū periculū mulierū pcedenti miraculo addere cogito fore gratū. Monach⁹ quidā iuuenis & decorus: honestate pręcipuus: morū maturus: qui senex virginalis pudicitiæ custos: cunctisq illius monasterii monachis speculum sanctitatis: gloriosissimi Hieronymi amator deuotissim⁹ fuit. xii. degēs annis in monasterio: cōtinue orationibus vacās & studio scripturarū. Hic amore castitatis timens ne cor aliqualiter violaret: mulierū visus ineffabiliter abhorrebat: ita vt eius memoriā formidaret. Huic pposito diabolus antiquus serpens & hominum inimicus inuidēs: suæ nequitiæ inueteratæ cōtra eū dolos & artes multiplices incitauit: cōtinue cogitationū stimulis iuuenē pessimus tentator affligēs die noctuq a tentationibus duobus mensibus nō cessauit. Iuuenis vero puidus sese domini & beati Hieronymi (cuius dilectionis ardore feruebat) cōmendans custodiæ victrici: tentamēta diabolica ieiuniis & orationibus triūphabat. Cōfluant huc quęso iuuenes atq senes: & quāti fit casus mulierū fallax pulchritudo hic doceantur maxime per exemplū. Cernēs se asperis perfidus diabolus a iuuene superari: tanq̄ leo rugiēs subtiliores nocēdi artes cœpit quærere: vt iuuenē deuoraret: fit itaq inter eos pugna grauis. Hinc astutiis cōsuetis castra aduersus iuuenē struit pessimus inimic⁹: hinc iuuenis oratiōes & gloriosi Hieronymi protectio castrorū sternunt munitiones: & vires eorum triūpho nobili vilipendūt. Interea genitoris ad mortem ægrotātis visitationis causa ingruente: ex monasterio in ciuitatē ad paternā ędem venire iuuenis est cōpulsus. Nam se pater dolore nimiū moriturum si visione frustraretur filii: crebris clamoribus acclamabat. Ob hoc dolens monachus: timens ne mulierū visu cor mundum & virgineo candore nitidum violaret: potius nisi fratrum sui cœnobii fuisset supplicationibus inclinatus: erga patrem crudelitatem volebat pter dominum exercere: q̄ eidē infirmanti compati a monasterio recedendo. Sciebat enim monacho nil tā nocuum: detestabile & mortale: q̄ vicos & ciuitates & gentiū multitudinē circūire. Nulla certe permanet in hoīe quies mētis: qui multoꝝ verbositatib⁹ & vaniloquiis implicatur. Qd aqua piscib⁹: monachis

idem praecipue filentiű operatur.In paterna itaq manēs ęde monachus: diebus tribus taedio H
tam vehemēti affect⁹ est:q sibi potius videbatur tetris se fore carceribus mancipatum.Com pleto die tertio:dű cű sorore sua quadā pulchritudinis inauditae/infirmitatis causa patris crura simul cōtingeret cōfricare:casu sororis dextera eiusdē tangente dexteram: tam diris li bidinis & eiusdē sororis ineptę & abominabilis concupiscētiae fuit subito iaculis cor eiusdem monachi instigante diabolo vulneratű:q pene eam ad illicita:& omnino ab hoībus abhorren da:nisi extitisset timor verecundię:inuitabat.Heu quid dicā!Quę monachis illis inerit obser uātia castitatis:q continue mulierű visibus potiuntur insimul colloquendo!Sic manet in casti tate homo faciē intuens assidue mulierű:sicut manet palea stans in igne. Fallax certe & ruinae maxime propinquus casus:ineuitabileq periculi est foeminae pulchritudo.Timor certe mo nacho euenit: quem timebat:& sibi accidit:qđ tanto tempore verebatur:nec sine exēplo ma ximo aliorum:non illud iustum est parentibus obedire:in quo animae periculum formidatur. A monasterio inuite monachus egreditur:sed ardore libidinis tam nefandae cor inflammāte nil aliud q̄ sororis hoc nescientis scelus/faciem improbis oculorum visibus videre cogitans:pe ne vnq̄ fuisse monasteriű recordatur.Sanatur interim pater:at monachus excusationib⁹ ad inuentis tardat de die in diem ad monasterium remeare. Manente eodem in paterna domo tribus mensibus:hinc monachos:hinc patrem maxima mouit admiratio:omnemq familiam cur istum tam vehemens irrepserit mutatio:& alteratio inaudita.Ignorant siquidem rei cau sam:idcirco effectű eos cōtingit ignorare. Ad monasteriű cű duob⁹ ad se ex monasterio desti natis monachis tandem reuertitur:illud referens taedium redeundo: quod prius detulerat exeundo. Coepit itaq in monasterio corpus degere monachi: cor vero a sorore aliqualiter non recedit:hoc sibi fit studium scripturarum:vt attingat pessima quae affectat. Haec cōte plátio diuinorű:vt peccatorű modum inueniat explendorum.Percutitur alienus sui:& a ve ritatis cognitione deuius continue a diabolo:cuius iugo grauissimo imbecille collű submisit libidinis nouę telis.Sicut fumus deficiűt dies eius:cōfringunt sicut in frixorio ossa eius:& in firmatur dolorib⁹ vita ei⁹:irratiōabili fit filis aīali.Obliuiscit in toto diuinā clemētiā exora re:tota die cogitās:qs mod⁹ appareat habilis:vt poculű mortis valeat degustare. Heu q̄ sunt inopes & miseri:& oib⁹ bonis egentes & exules:q a dño se elōgāt.Tāto fit peius brutis aīalib⁹ vir in peccatis:qb⁹ ab aīa de⁹ maiori spatio elōgat q̄ id quo caelű a terra distat:& oriēs ab oc casu:q̄ eisdē pstat cű diuina gratia est fulcitus.Cogitanti deniq monacho: veritatis luminis I nescio:nefandissimę & auditui horribilis voluptatis adipiscēdae reperire modű:mali cōsilii se minator diabol⁹:hoc sibi tale insinuat cōsiliű occulto cogitamine vani cordis:vt scilicet intē pestae noctis medio cűctis dormiētibus:veste deposita monachali:sumptoq habitu laicali ex monasterio exiēs:paternas clā adeat mansiōes:& domű crepusculo noctis latenter intrās sub choro sororis lateat:donec dormiente ipsa ad eandē accedat:suę voluptatis libidines expletu rus.Placet insanę mentis imperitię consilium erogatum:studetq ipsum toto posse q̄ potest breuius effectui mancipare.Sequentis igitur aduenienti noctis medio sub silētio ad fores coe nobii claues gerēs manib⁹ pperat:sed ad ostia veniēs p totā illā noctem huc illucq discurrēs quo sint in loco posita non inuenit.Stupore & admiratiōe pterit⁹ cur hęc sint nesciens intue ri:iam matutinali qua ad laudes debitas dñicas monachi excubabant ppinquante hora: com pellit ille ad cellulā retrogradi.Manet in cellula ille admirās p diē illű: pponit sequenti nocte facere qđ nō fecit:audet imbecillis dextera quae non pōt:sperat stultű pecus cōtra leonem pu gnans triumphi gloriā adipisci.Quid insensate reris!Putas agere vile pecus quae leo fortissi mus Hieronymus cōtradicit!Cessa imagini gloriosissimi Hieronymi genua flectere: ipsum vlterius nō salutes:& tibi potestas ptinus cōcedetur: vt cadas in foueam quam effodis: vt di ra naufragia iā admittas. Non possunt impensa gloriosissimo Hieronymo seruitia quoquo modo fiant:mercedibus vacuari.Retinebat siquidē in cellula monachus ille deuius & errans & diabolico dñio mancipatus:imaginē gloriosi Hieronymi tabula insignatā: cui dieb⁹ singu lis antiqua cōsuetudine flectēs genua:se eidē pluries cōmendabat. Idcirco vt eius mira clemē tia cunctis innotesceret:illo eű die retinebat ne malű faceret qđ volebat.Ignorās vero hęc ille monachus:subseqnti nocte ad coenobii iterű fores pergit. Sed qđ praecedenti nocte fecerat:id hac fecit.Ne igitur inhęream verbis:per vnű fere mensem singulis noctibus cōtinue hoc eue K nit.Cōpleto itaq vt puto mensis circulo:in somnis beatus Hieronymus sanctissimo cuidam illius monasterii monacho apparuit in strato suo quiescēti nocte:eidē reuelādo qđ iste mona

chus faciebat: mandásq; illi vt debeat eidē monacho sic erranti declarare quomodo ipse eum ob sibi impensam reuerentiam custodiuit vt ostia non videret ad cogitatum perpetrandum scelus: & q̃ nisi sibi velox de inceptis subsequatur emendatio sese de ipsi⁹ custodia remouebit: discessitq; ptin⁹ ab eodē. Mane aūt facto: q̄ viderat monachus: alteri monacho enarrauit. At ille se quid hic dicat nō intelligere pluribus detestans sacramētis cœpit dicere ppter cerebri vacuitatem hæc somnia euenisse. Tacet monachus & recedit: hic gaudēs pponit nocte sequenti/nullā amplius exhibēs solitā Hieronymo reuerētiā/ostia monasterii ad nequā opus qđ tam diu affectauerat pagendū: ad suū libitū reserare. Vt breuiter dicam: Qđ miser diu hianti aīo cogitauerat: mala opandi a Hieronymo honore solito priuato sibi tradita potestate: vt voluit sic effecit: sed tñ in fine gloriosissimi Hironymi clemētia nō defecit. Recedēs itaq; ille de monasterio nocturna hora: alieno habitu occultatus: patris domū adueniēs: p diē illū vndiq; circuiuit. Cūq; noctis crepusculo domū intrasset: ad lectū in quo virgo soror qescere tūc solebat clā pcedēs: tā diu sub eodē latitauit q̄diu sororē dormire potuit æstimare. Tūc idē exiēs expoliatis vestib⁹/sororis se dextero lateri applicauit. Ad hęc soror leui somno dormiēs excitat̃: & virū iuxta se manu sentiēs admodū expauescēs: diris emissis clamorib⁹ ad se oēs pariter euocauit. Currunt ad puellæ thalamū cūcti cū lumine: & tandē in lecto inueniūt hūc iacētē. Mirant̃ parētes & stupēt: cernūt hoc cūcti q cucurrerāt & cōdolent. Interrogat a filio pater discriminis tāti cām: reatū suū fili⁹ silētio cōfitet̃. Vt eñ dixi: voluit gloriosus Hieronym⁹ hūc suā stultitiā experiri: vt in posterū humilior & astutior fieret ad cauendū: & in p̄lio se tuēdū: & ne amplius exēplo suo qs de sanctitate cōfideret & speraret. Quāto eñ maior inest homini sanctitas: dū in mari mundi hui⁹ pcelloso: & inimicoꝝ agminibus pleno: imbecilli carnis nauicula nauigat: tāto maior est timor & astutia se tuendi. Infinitas pessimus ille tētator diabolus nocēdi possidet artes. Qui incaut⁹ pgit: leuissime capit̃. Qui in cūctis timet: ab oībus diabolis hic timetur. Certe plus nil nocet: q̄ spreto alioꝝ cōsilio/vt ppria volūtas pcipit ambulare. Qui suæ tm̃ volūtati credit: in cunctis quę facit finem odibilem adinueniet. Magnus exēplo iam finito timor de fragilitate nostra maxima/ & de diabolica calliditate & astutia nobis oībus demōstratur: magna spes venię peccatoribus declarat̃. Cernēs nanq; se monachus sic a diabolo deturbatū: delusum: ac etiā in tanta miseria captiuatū: ptinus suffragiis gloriosissimi Hieronymi: cuius semper deuotus extiterat: suam miseriā & culpā vehementissimā recognoscēs in seipsum rediit: & de eadē paterna exiens domo: omni retardatione abiecta lugens & dolens: ad fontem pœnitentiæ properauit. Deinde vero in suo monasterio per annos duos in tanta se abstinentiæ asperitate afflixit: vt foret cor hominū insufficiēs cogitare: & completo annorum duoꝝ spatio: ante dies modicos ex hoc sæculo feliciter expirauit.

L Venerabilis Damasi Portuēsis epi pridie receptis literis: aliqua eis īscripta corde auido intellexi: quæ ob eius reuerētiā nō dimittā. Romæ cardinalis quidam Cęlestinus nomine: Hieronymi gloriosi æmulus & detractor: dum die quodam in conuentu existens cardinaliū: more solito ore audaci & temerario in eiusdē iniuriæ verba proruperat: dolore subito viscerū impellente: ad occulta naturæ loca pperans: viscera omnia ptinus emanauit: & anteq̄ illinc recederet expirauit.

M Alius quoq; pr̄sbyter cardinalis Andreas nomine: isti nō similis: sed gloriosissimi Hieronymi deuotissimus atq; cultor: pridie in eadem Romana vrbe multis circū astantibus expirauit. Qui cum iam in ecclesia esset paratis exequiis: quæ solent fidelium tumulandis exhiberi corporibus: assistente summo pontifice cum pene toto clero & populo Romanorum: qui ad eundem Andream conuenerant honorandum: emissis vlulatibus & crebris gemitibus in feretro cunctis stupentibus: & veluti amentibus effectis: tanq̄ si a somni dormitione excitaretur: mirabiliter exurrexit. Cumq; a Romano pontifice, remoto de ecclesia maiori beati Petri apostoli vniuerso populo: clausisq; foribus interrogaretur: intulit ista verba: Dum starem diuino examini iudicandus: & iam per vestium & ciborum quibus hactenus vsus eram: nimiam superfluitatem tartareis cruciatibus condānarer: subito adueniens quidam sole splendidior: niueq; candidior: quē fuisse gloriosum Hieronymū ad se inuicē referentibus qui astabant intellexi: pręsidenti iudici flexis genibus animā meo corpori iūgi porrectis pcib⁹ impetrauit. Quib⁹ finitis verbis: in ictu oculi inde recedēs aīa vti cernitis corpori est cōiūcta. Ad hoc miratur summus pontifex & cæteri audientes. Fiunt hæc nota populo extra ecclesiam expectanti: confractis ecclesiæ foribus protinus ecclesiam intraut: omnes magnis

vocibus deum & gloriosum Hieronymum collaudantes.

MVlta nos mentis afflictio cõmouet & cõtristat: intellecto ꝙ ꝗplurimi episcoporum N
deũ & dominum Iesum Christum:cuius vicem gerunt: abnegantes terrenorũ quo-
rũ deus venter est:vestigiis inhærentes:de stipẽdiis pauperũ & sanguine Iesu Chri
sti: delicatissimis ferculis:cũ histrionibꝰ & cæteris diuitibus suã ventris replent ingluuiem:
ad fœditatẽ luxuriæ incitandã. Vestimentorũq; de die in diẽ supfluitatibus abutũtur: de pau
peribus quorum mercedẽ raptã manu latrocinii deuorãt:fame morientibus & frigore: non
curantes. Hi certe non episcopi:sed diaboli. Episcopus aũt aut sanctissimus: aut diabolicus.
Magni certe meriti status ẽpalis:sed periculi infiniti. Leuissimũ peccatũ aliis imputãdũ:gra-
uissimum episcopo imputatur. Pontificis etenim vitium in subditos diffunditur per exẽplũ.
Maiora recipienti:ratio maior crescit. Quot enim ouium Christi vel negligẽtia episcopi: vel
exẽplo:in peccata deuiant:de tot tenetur domino reddere rationẽ. Heu quid Augustine cha-
rissime dicam? Graue nobis inest pondus:grauis sarcina. Sed debiles ego habens humeros:qd
portabo? Sũt certe angustiæ mihi:vndiq; me torquentes. At dum graues mihi prõptos casus
intueor:timore maximo succrescente/cõtinue affligor & contristor. Securius est episcopalem
statum fugere ꝗ appetere. Laudo certe ẽpatum tanꝗ vicariatum dñi nostri Iesu Christi: sed
illis qui in eo vitam agunt militũ terrenoꝝ:qui mundi gloriã & põpas appetunt:non collau-
dõ:immo eis consulo vt effugiant quantũ possunt. Melius certe fuisset eis cum terrenis vitã
agere terrenoꝝ:ꝗ in pontificali culmine hæc agentes ad infima & pfundiora loca decidere:
tanto præ cæteris cruciandi:quanto præ cæteris plura donaria receperunt. Intelligens itaq;
episcopoꝝ plurimos:potius nomen gerere ꝗ essentiam:potius lupos rapaces fore Christi oui
um ꝗ pastores:destructores magis esse Christi ecclesię ꝗ rectores: qui Christianorum eleemo
synas deprędãtes:mercedẽ pauperum lupinis faucibus in superfluitatibus ciborum & vestiũ
deuorant & consumunt:quod absurdũ est:abominabile:& deflendum. Hæc idcirco dixerim:
vt talis abominatio cunctis gentibus innotescat:quatenus si deum nõ metuunt: hoies veren-
tes suis aliqualiter abominationibus retardentur. Audiant quæso hi tales episcopi: quæ nar-
randa proponimus:& saltem alioꝝ calamitatibus terreantur.

IN superioribꝰ Aegypti partibꝰ in deserto quodã ab hominibus propter vitæ incom
moda inhabitabili:quidam degebat monachus Helias noĩe:antiqssimꝰ & magnę vitę O.
sanctitate radiãs:q in vita beatissimi Hieronymi eidẽ familiarissimꝰ valde fuit:quem
idẽ beatissimꝰ Hieronymꝰ habuisse ꝓphetiæ spiritum pluries enarrauit. Hic die quodã (vt
plures mihi tẽstificanť monachi:vita venerabiles fideq; digni:qui se dixerunt ab eiusdem san
cti viri ore multotiens peraudisse) solitis incũbens orationibus: somno repẽtino adueniente:
aliquãtulũ obdormiuit:& ecce in visione quo quidem modo multotiens deus omnipotẽs grã
dia & occulta suis fidelibꝰ reserat sacramenta:in quodã palatio miræ pulchritudinis ineffa-
bilis & a mortalibꝰ nunꝗ visæ:vt sibi videbatur: erat. Cũ per horã per palatiũ illud huc illuc
q; gradiens:eius admiraretur pulchritudinẽ vehementẽ: vidit quoddam pręparari tribunal
a quibusdã nimię pulchritudinis iuuenibꝰ:stratis tapetibꝰ & vestibꝰ auro & gẽmis ac multa
artificii varietate decoratis circũquaq; pariete inuoluto. In quo post modũ rex quidam maxi
mus & decorus:cuius aspectus tantę erat suauitatis: vt nil vellet aliud qui habere magna de-
syderat virorum sole lucidior comitatus societate veniẽs se posuit vt iudicia exerceret. Inter
hæc cuiusdã anima quem fuisse Anconitanum præsulem ab aliquibus ibidem consistentibus
postmodũ intellexit nequã spiritibꝰ:catenis igneisq; vinculis vincta instar fornacis flammas
erumpẽs sulphureas: deportata maiestati regię pręsentať. Quæ prius ꝗ de aliquo interroga-
retur:cœpit diris vocibus se infernalibus mãsionibus dignissimã acclamare: hanc inter cæte
ras maxime assignãs principalẽ causam:qm vanis põpis intẽtus: in cõuiuiis & vestibus & hu
iusmodi stultitiis delectabatur. Quibus finitis:lata per iudicem sententia:vt pœnis infernali
bus traderetur:donec corpori iuncta duplices pœnas in perpetuũ sustineret: mox illã secũ fe
rẽs oĩs illa nequã spirituũ turba:inde diris clamoribꝰ recesserunt. Deinde alteriꝰ cuiusdam
anima:quam fuisse Theodonii senatoris fratris venerabilis Damasi pręędicti epi Portuensis si
militer intellexit:ante maiestatẽ regiam circũstãtibus multis nequam spiritibus eum grauis-
sime accusantibus pręsentatur. Cũq; a diabolis in longũ accusatio traheretur:& nullus exad-
uerso aliqua responderet:vir quidam septies sole splendidior:& vt sibi videbatur pene cæte-
ris astantibus eminentior: ad regis sedens dexteram: in pedibus se erexit. Quo quidem sur-

gente silentiū rex manu ꝓpria a cunctis fieri imperauit: tūc q steterat oībꝰ opponēs accusantibus: hūc suū fuisse fidelissimū & deuotū: & ei cōtinue exhibuisse reuerentiā specialem: eisdem mox loquēdi audaciā abstulit: & taciturnitate ꝑnotauit. Postmodū vero is flectēs ante regem genua: huic suo fidelissimo veniā & æternā requiē solita pietate & mīa infinita clementissime elargiri: ita tñ ꝙ ꝓ cōmissis in mūdo flagitiis in purgatorio purgaret̄: suis ꝓcibꝰ vt voluit est adeptꝰ. Tūc oīs illa nefandoꝝ spirituū multitudo gemēs & vlulās de illo loco ꝓtinus se remouit. Interuallo aūt facto horæ vniꝰ: iuuenis qdā pulcherrimꝰ cōcito gradu ꝑ palatiū veniens ad hūcq̧ accedēs: q tam eminēs & ꝑclarus in auxiliū exurrexerat Theodonii senatoris: se fore dixit a Petro patricio Romanorū eius deuotissimo missum: quatenus eiusdē ꝓces exaudiens: sibi impetrare a dño filiū dignaretur. Ad hæc rex: Qđ (inquit) a filio meo Hieronymo Petrꝰ postulat: certe fiat. His omnibus sic finitis: a somno illo mox Helias monachus excitatur: laudes immensas deo reddēs: & Hieronymo glorioso. Qui diē illū in quo tam miranda viderat prænotās: eodē postea intellexit die episcopū Anconitanū & Theodoniū senatorem ex hoc sęculo migrauisse. Quo liquide patet: hæc vana somnia nō fuisse.

MAgnam putabas Augustine charissime aliquibus admirationē inducere veluti si qd nouū & inauditū ei ꝓponēs: dū in tuis pristinis literis quas recepi: Ioanni baptistę & cęteris apostolis Hieronymū sanctissimū æqualē in sanctitate & gloria: rationibus sine dubio efficacibus: & visionibus mirificis cōprobabas. Certe non est aliqualis ambiguitasꝰ verissima & omni fide & deuotione dignissima ista fore. Nec puto aliquibus eius vitā sanctissimā: & eius tanta prodigia hominibus insueta nō ignorantibus: admirationis aliquid euenire. Sed quoniā tales tuæ fuerūt rationes: ad veritatē hmōi declarandā: quis meas leuissimas & imperitas nūc illis opponere nō deceret: omissis oībꝰ visionem mirabilē quā venerabilis vir Cyrillus episcopus Alexandrinus se vidisse suis ad me diebus pluribus iam elapsis destinatis literis affirmabat breuiter introducā. Post beati Hieronymi obitū gloriosum: anno cōpleto: in die natiuitatis gloriosissimi Ioānis dñi ꝓcursoris: laudibꝰ expletis matutinis dū memoratꝰ pōtifex more solito in ecclesia solus: ante altare eiusdē ꝓcursoris domini gloriosi: flexis genibꝰ ipsius gloriā & excellentiā multa spūs dulcedine cōtemplaret̄: repentino somno aliquātulum obdormiuit: & ecce in ecclesiam vt sibi clarissime videbatur binatim quorūdā speciosissimoꝝ hominū vltra humanā æstimationē cantus alternatim suauissimos concinentiū turba vehementissima / miro ordine veniebat. Deinde binatim oēs ad altare ꝓcedētes: & ibidē flectentes genua: ad sedendū singuli se ponebāt. Cumq̧ illorū hominū iam esset ecclesia valde plena: post oēs duo viri eminētiores cæteris in toto silēs atq̧ pates infinito sole lucidiores: stola induti cādidissima: auro & gēmis vndiq̧ ineffabiliter rutilante: veniētes: ecclesiā pariter intrauerūt. Ad quoꝝ introitū oēs in ecclesia residētes: ꝓtinꝰ flexis genibus eisdē summā reuerentiā ꝑsoluerūt. Tunc duo illi viri ante altare ab eisdē reuerentia exhibita: in duabus cathedris aureis mira lapidū ꝓciosorū varietate & pulchritudine decoratis: sibi a qbusdā pulcherrimis iuuenibus ꝓparatis: ambo pariter cōsederūt: & sic silētes aliquātulū ꝑmāserūt. Interim inter illos silentio: cœpit alter eoꝝ duorū alterū impellere ad loquendū. Cumq̧ lōga adinuicē altercatio oriretur: vt quis primo inciperet prædicare: cœperūt singuli: vt Hieronymus Ioannis / cuius erat die illa solēnitas / laudes & magnificētias explicaret: magnis vocibꝰ acclamare. Quo vnꝰ illoꝝ sermonē mox incipiēs: laudes beatissimi ꝓcursoris dñi tanta loquelæ dulcedine: tantoq̧ verborū ornatu: necnō & sentētiæ grauitate cōtexuit: ꝙ fas nō esset linguæ hoīm declarare. Finito itaq̧ sermone illo: alter quē Ioannē baptistā cuncti q aderāt nominabāt: eidē grates referēs multiplices: hoc circūstātibꝰ ad eius honorē & gloriā est locutꝰ: Socius iste meꝰ charissimus Hieronymus: æqualis mihi in gloria: æqualis etiā in sanctitate: seriē mearum laudū est hactenꝰ ꝓsecutus: idcirco dignū est vt eius laudibus nunc insistā. Hic vere lux est ecclesiæ: tenebras effugans erroꝝ: & cunctos illuminās hoīes veritatis claritate cęcos. Hic fons est aquę sapientiæ salutaris: ad quē sitiētes dū accedunt: largissime satiant̄. Hic arbor altissima: cuius cacumen cælū ascendit: sub cuius doctrinæ frondibus de suaui eiusdem oris fructu: aues cæli scilicet hoīes multū intelligentes: & bestiæ terræ scilicet hoīes parū intelligētes vberrime saciantur: Hic mecū fuit in sæculo eremita: & certe non minus me carnem abstinentiis macerauit: Hic mecū virgo nitidus atq̧ purus: Hic mecū fuit ꝓphetico spū illustratus: Hic mecum doctor extitit veritatis. Ego propter iustitiam & veritatem vitam corpoream dereliqui: hic etsi sic non amiserit vitam corporalē ꝓpter iustitię & doctrinæ suæ perspicacissimę veritatē:

tempus suũ tñ totũ gessit in sęculo in martyrio: afflictionibus: & dolore. Ego Christianę fidei præcucurri nuntius & gentiũ inuitator: hic postmodũ veniens eiusdẽ extitit sustentator: & ab hæreticis eandẽ lacerãtib⁹ defensator. Ego semel in baptismate manib⁹ ꝓpriis Christũ tetigi in Iordane: hic ipsũ nõ solũ manib⁹ ꝓpriis habuit multotiens in altari: sed & ore ꝓprio mãducauit. Hic mihi in sanctitate ꝑ oĩa fuit æqualis: nũc eñ ęquali ambo æternę vitę pmio insimul cõgaudem⁹. Hæc & alia multa ꝓsequẽte beato Ioãne: q̃ idẽ beatus Cyrillus nõ potuit totaliter memoriæ cõmẽdare: iã hora diei prima adueniẽte ecclesiã custos intrans: epm̃ ĩtuitus dormientẽ eundẽ manib⁹ excitauit. Expergefact⁹ itaq; pontifex stupore: admiratione: & gaudio admodum plen⁹: quæ viderat custodi cum lachrymis enarrauit: deinde illo die missam solennissime celebrans: visionem mirabilem omni populo declarauit.



Vnt infinito plura quæ dici possent miracula verissima: & vtilia enarrãda: q̃ ea quæ in breui hoc opusculo sunt inscripta. Sed ne prolixitate operis aliquid legentibus tędii oriatur: vno solo miraculo qd nondũ expleto mẽse in Bethleem peractum est: perfectus huic operi finis erit. Die dominico transacto post octauas pentecostes: omnibus meis suffraganeis episcopis: & multitudine maxima tam virorum q̃ mulierũ in ecclesia in qua sanctissimum quiescit Hieronymi cadauer insimul congregatis: honore debito & veneratione tam debita q̃ deuota: primo egomet sacris indutus vestibus: ad loci foueæ: in qua corpus venerandum iacet: accedẽs: terrã cœpi effodere sepulturæ: quatenus sacratissimum illud corpus inde ablatum in tumulo marmoreo mira pulchritudine vndiq; decorato (qd hac de causa fuerãt fabricatum) postmodum poneretur. Cum iam fouea foret vacua cunctis cernentib⁹ corpus sanctissimum in medio foueæ: tanq̃ in aere a nulla parte terram tangens permanebat integrum: nec corruptione aliqua violatum. Quod inde eleuantes cum odore tam vehementissimo & suaui: q; talem olfactus hominum nunq̃ sensit: collocauimus in altari, quatenus a populo reliquiæ sanctissimę viderentur. Quę aũt illo die me cunctisq; qui aderant: astantibus sunt peracta miracula gloriosa: explicare ea nullaten⁹ cõpos essem. Cæci sedecim illas reliq̃as tangentes: facie visum protinus receperunt. Tres ꝓcipue dæmoniaci catenis vincti: in illam ecclesiam plurimorum hominum manibus deportati: sunt protinus liberati. Mulieris cuiusdam viduæ pauperculæ puerulus: eius vnicus filius: in ecclesia fuit prę gentium multitudine suffocatus: quem mater inueniens: dolens & lugens: mox in vlnis puerile cadauer ad foueã in qua sepultum fuerat corpus Hieronymi gloriosi deferens: eum in foueam proiecit: hęc dicẽs verba: Sancte Hieronyme gloriose: hinc non recedam: donec restituas mihi vnicum meũ filium: quem amisi. Mirabilis certe deus in sanctis suis: faciens prodigia insueta. Statim vt terram extincti puerculi corpus tetigit: eidem anima est coniuncta. Quidam vir corpus cuiusdã sui filii de sepultura in qua per triduum steterat extractum: mox ad foueam illam detulit: & illud in foueam sic proiecit: qui iuuenis fuit illico vitæ pristinæ restitutus. Innumerabilia pene forent miracula: quæ peracta sunt a mane vsq; ad vesperas: quo quidem tempore gloriosum Hieronymi cadauer de fouea dissepultum in altari extitit collocatum. Sed tamen ad huiusmodi miracula vlterius non procedam. Vnum quod nocte sequenti accidit non silebo.



N hora siquidem vespertina corpus illud sacratissimum in monumento qd preparauimus: posuimus: sed mane monumentũ vacuum est inuentum: & corpus sanctissimum foueæ pristinæ inuenimus restitutum. Qd dum ego plurimum admirarer: nocte sequenti mihi dormienti beatus Hieronymus apparens in visione: plurima mihi grandia patefecit. Sed inter cætera talia mihi verba dixit: Noueris Cyrille: q; corpus meum de fouea in qua iacet: nullatenus extrahetur: quousq; ciuitas Hierusalem ab infidelibus capietur. Quo quidem tempore Romam delatum: ibidem multo tempore requiescet. Ad hæc expergefactus: quæ videram cunctis episcopis & aliis viris catholicis enarraui. Quid & quando hæc euenient: aliter non agnosco. Si quid vtile aut bonum in hac epistola dixi: non meis sed gloriosissimi Hieronymi meritis imputetur. Si quid vero superfluum inutile & non bonum: solum meę insipientię & negligentię causa hoc accidisse: ab omnibus iudicetur. Mei Augustine charissime in tuis orationibus memor esto.

DIVI Aurelii Augustini Hipponẽsis episcopi Epistolarũ Libri Finis. Parrhisiis in Chalcographia Ascensiana. Anno. MDXV. ad decimũquartũ Calendas Iulias.

Præcipuarum sententiarum ac materiarũ in hoc epistolari a beato Augustino disertissime digestarum cum indicatione vbi vnaquæq; earum in ipso libro reperiatur: breuis ordinataq; annotatio.

Directio lectoris.

Lector prompte & expedite cupiens inueni re ea quæ hic annotata sunt: animaduertat no tas numerorum indicare ordinẽ numeralẽ alphabetorũ in minoribus ipsius operis marginibus cõsignatorũ: In quorũ marginum capitibus etiã huiusmodi notę sunt expressę. Literas vero eisdẽ notis hic appositas: sciat repsentare literas eorũdẽ alphabetorũ: qbus singula quæ inueniri desyderantur: ad oculũ ostenduntur.

quibusdam personis pro extirpatione vitiorũ facienda est.xlvi.K.L.
Ex potestatis officio vtiliter inquieti corrigũtur.x.H.T.V.xxviii.Q.
Non sẽp sęuit q corripit.x.H.I.V.xiiii.O.
Correctio non est negligenda licet ex ea aliqui non emendentur.x.I.
Correctioni vtili doctrina salubris est adhibẽda:ne quasi iproba dominatio videatur: & doctrinæ terror:ne vetustate consuetudinis auditores obdurentur.Ibidem.
Non omnis qui corripit inimicus est:nec oĩs q parcit amicus.x.K.xlii.R.
Correctio nõ debet fieri odio nocẽdi: sed dilectione sanandi.x.M.N.xi.P.Q.xii.S.T.xiii.H
Vtiliores sunt inimici iurgantes q̃ amici corripere metuentes.iiii.M.in fi.xxxix.A.
Correctio non ẽ fugiẽda etiam a minore.v.L.i fine.
Correctio multitudinis non imperãdo aut minando:sed monendo potius fieri debet & scripturis docendo.xvii.⁹.
Aliqui corrigẽdi sunt seuerius:alii vigilanti⁹ inuestigandi:alii tractãdi sunt leni⁹:sed nõ segnius docendi ne pereant.xxvi.A.
Q; magister:parẽtes:& episcopi:corrigere possunt subditos virgarũ verberibus.xl.X.
Q; variis modis errãtes corrigunt.xlii.K.
Plectendo & ignoscẽdo hoc solũ bñ agit vt vita hoim corrigatur.xiiii.P.
Correptio non ẽ differẽda vsq ad mortem cũ sit cui prodesse possit.xiiii.O.
Corripere debemus pximos quos cernim⁹ delinquentes.xxii.K.xxviii.Q.
Incorrigibiles tolerandi sunt.xi.P.in fine.
Qui in correptione modũ excedit in subditis nõ ab ipsis sed a deo veniã petat.xxviii.T.
Corruptio inest oĩbus creaturis & quare.v.E.
Corruptio qõo dicit nõ possidere icorruptionem.xxxviii.S.X.Y.
De costa piscis magni apud Carthaginẽ.xii.I.
Cre Deus multa creauit ex naturis sex primis diebus institutis.vi.P.Q.
Plus valet creare q̃ fingere.vii.B.
Cur non creauit meliora.xxvii.F.
Cur creauit malos futuros.xvii.G.
Oĩs creatura ptim corpalis est:& partim spiritalis:& spiritalis corporali præponit.xii.C.
Oĩa creata vel creanda in creatrice trinitate subsistunt.xxv.R.S.
Creaturæ oẽs ideo mutabiles & defectibiles sunt:quia ex nihilo sunt.xv.E.
Creaturæ rationales pticipatione creatoris sunt meliores.xxxiiii.A.

Decus creaturæ rationalis in libertate positũ est.xxxvii.A.
Credere nihil aliud est q̃ fidẽ habere.v.&.i fi.
Vtrũ liberũ sit credere vel nõ credere.xiii.C.
Credere posse donũ dei est gratuitũ.xxvi.B.F
Credere nemo potest nisi volens & tñ non nisi dei gratia.xxvii.X.Y.
Vtrum q credamus in deum & euangelio cõsentiamus sit donum dei aut proprię voluntatis.xxvii.R.S.T.V.
Credere oportet quæ nec sensib⁹ corporis nec animi contuitu percipimus.xxx.T.in medio.
Credere & videre differũt.xxx.V.X.
Melius est nõ visum credere qd verũ est:q̃ putare te verũ videre qd falsum est.xxi.G.
Qui vera ratione qd credebat intelligit pręponendus est ei qui cupit adhuc intelligere qd credit:si autem nec cupit:& ea quæ intelligenda sunt tantũ credenda existimat:cui rei fides prosit ignorat.xxi.G.
Ad hoc credunt qui recte credũt vt innocent in quem credunt:& vt valeant facere quod in præceptis acceperunt.xxii.O.P.
Cur ille credit ille non credit cum ambo idem audiũt verbum dei.xxvi.E.in fine.
Qd nos credimus factum de Christo hoc antiqui credebant futurũ.xi.Z.xvi.H.xxii.V.xxiiii.G.in fine.H.xl.G.
Vtrũ gentes potuerunt credere nisi iudęi nõ credidissent.xvi.R.xvii.G.H.
Credibiliũ triplex differentia.xxi.H.
Cri Si crimen est ppeium:nescire crimẽ alienum: nullus locus innocẽtię reseruat.x.S.
Crimen alienũ & incognitũ nõ grauat.xlii.P.
Crispinus iudicatus hæreticus ad Cæsarem appellat.xviii.Q.xlii.E.in fine.
Cru Tunc cruciatur caro cum membra mortificatur.xxxii.X.
Quæ est crux quam dominus portari iubet.ix.B.xxxii.X.
Crucis latitudo:longitudo:altitudo:& pfundum quæ sit.xxxi.F.xxxii.X.xxxiii.D.xxxiiii.C.D.O.
Cu Vtrum cupi an cupiri sit modus infinitiuus xxxix.M.in fine.
Cucurbita qd sit & quid figurat.iiii.B.C.S.V.M.xii.L
Cupidus animã suã venalẽ habet p re quã cupit & deũ deridet.xxix.P.
Cupiditas nõ est sine supbia:& quales facit homines.xxix.H.
Cupiditas est contraria deo.Ibidem.
Cupiditates qb⁹ mũd⁹ diligi ẽ vincendę sunt.xviii.Z.⁹.

Dii non sunt mēbra vnius magni & veri dei. ix.M.&.O.in fine.
Dii nō sunt colendi ꝑpter felicitatē præsentis vitæ: neq; ꝑpter vitā post mortem.xxv.O.
Deos semper fuisse & ad liberandos cultores suos vbiq; valuisse quidā dicūt: sed pro varietate rerum tēporum & locorū sibi voluisse seruiri.xi.Y.
Dii falsi sunt præuaricatores angeli: & cur diuinos honores expetunt.xii.B.D.
Plus valet imitari exempla clarissimorū virorum q̄ falsorum deorum.xlvi.L.
Dii q̄ turpibus placantur obsequiis.Ibidem.
Deorum & dearū plura noīa recitanť.ix.M.P
Et si sunt qui dicantur dii in cælo & in terra: exponitur.xliii.M.
Dia Diabolus quomodo dicať potestas tenebrarū: & princeps potestatis aeris.xxvii.X.Y.xxx.H
Diabolus cur cōparatur aquiloni.xxxiii.9.
Diabolus quid sit.xxx.I.
Quomodo dicitur pater mendacii.Ibidem.
Diabolus ꝑ tria seducit hoīem.xxxvi.P.&.Q.
Cur primū hominem deiecit.xxx.I.
Diabolus sic superatur.xxx.H.xxxviii.Z.&.
Diabol⁹ sēp cōtraria suadet Christo.xxix.H
Q; sit crudelis exactor.xxx.I.in medio.
Q; sit iniquorum accusator.xxx.K.
Dies Dies passionis Christi cur non ad eundem redit anni diē sicut dies natiuitatis. xxxii.B.H.
Quomodo aliqd dicatur illo die fieri propter sacramenti celebrationē: qđ tamē non illo die sed olim factum esse constat.v.&.
De mysterio diei dominicę.xxxii.Q.
Dies septimus cur nō habuit vesperā.Ibidem
Dies septim⁹ cur solus sanctificatur. xxxii.R.
Dies dominica non ex sabbato iudæorum: sed ex resurrectione domini cœpit habere festiuitatem: & cur octaua.xxxii.V.
Dies dominica præponitur sabbato fide resurrectionis: nō consuetudine refectionis. xxi. T.
Dies iudicii timēdus est & sperād⁹.xxxviii.C.
Dies domini quomodo dicatur longe esse aut prope.xix.9.
Dies nouissim⁹ in quo quenq; inuenerit suus: in hoc cōprehēdet eū mundi nouissim⁹.xx.A.
Dies domini cur furi cōparetur.xx.D.
Nisi fuissent breuiati dies illi non fieret salua omnis caro: exponitur.xix.Y.&.xx.K.P.Q.
Dies nouissimi quomodo leguntur fuisse temporibus apostolorum.xx.N.
Dies ideo mali dicuntur.xx.Q.
Dies significat prosperitatem.xxxiii.K.
Dili Diliges dominū deum tuū ex toto corde &c. exponitur.i.R.v.N.xxviii.&.

In dilectione dei nullus modus imponiť: quia ipse modus est sine modo.viii.T.in fine.
Deus præcipue est diligendus: quia nihil melius eo: cui si aliqd præponimus vel æquamus nos ipsos diligere nescimus.xiiii.B.
Parum diligit deum qui nō ab illo sed a seipso bonum se arbitratur.xxxiiii.P.
Diligentibus deum omnia cooperātur in bonum: exponitur.xl.E.
Plus diligēdus est Christus q̄ parētes.xxix.K.
Cum præcipiť vt homo diligat deū: seipsum & proximū: nō tamē ex hoc tria præcepta sed duo data sunt.xiiii.B.in medio.
Deus non vult verbis diligi: sed corde puro & operibus iustis.xxix.M.
Qui Christo credit nō diligit infimū: nō supbit in medio: sed summo tot⁹ inhęret.xvii.Y.
Deū diligam⁹ propter se & ꝓximos sicut nos si eos ad similē dilectionē ꝑducim⁹. xxxiiii.X.
Quēadmodū debet homo diligere ꝓximū sicut seipsum.xiiii.B.in fine.
Dilectio proximi sic ꝓlatur.xxx.B.
Dilectio proximi tranquillať cor: sed odiū perturbat.xxix.L.
Non carnalem: sed spiritalem debemus habere dilectionem.xxviii.T.in fine.
Dilectio facit cōmune qđ propriū est.viii.Z.
Dilectio dum impenditur & redditur adhuc debetur.xvii.X.xxxvi.H.I.
Oībus debetur dilectio: etsi nō ex mutua charitate tamē pro cōitate naturę.xxxiiii.V.in fi.
Malos odisse quia mali sunt facile est: sed rarū & pium eosdē diligere quia hoīes sunt.xiiii.F.
Sic diligendi sunt mali vt nō sint mali: sed vt sanetur ægroti.xiiii.L.in fine.
De dilectione inimicorum.xiiii.G.xviii.9.
Inimicum non diligimus nisi velimus eū esse bonum.xvii.X.
Dilectio fortis est vt mors: exponitur.vii.M.
Diluuiū significat baptismū & iudicium extremum.xxv.A.B.
Dim Qui non vult dimittere proximo suo non spe ret orationis suæ effectum.xxviii.T.
Dio Dioscorus architheater q̄ miraculose ad fidē conuertitur.xviii.K.
Dis Ad discēdū nulla ętas absidat.i.B.vi.G.vii.Y
Contra eos qui ad discendum rapiuntur non nisi vt laudentur: vel ne vituperētur. xiiii.X.Y.Z.&.
De disciplina claustralium in incessu: habitu & motibus.xxviii.O.
De discordiæ malo.iiii.M.xxviii.I.K.
Discordiæ nunq̄ sunt amandę licet quandoq; ex charitate nascanť & charitatē ꝑbēt.xxii.K.

coerceat:nō tamen occidat.xxxv.X.
Donatū proconsulē in administratione & virtute ab omnib⁹ cōmendatū: hortatur ne vulgi laudibus corrumpatur.xxxv.Y.
De Donato episcopo hæresiarcha.xli.A.ī me. F.in fine.G.xlii.F.G.Z.et.xliii.A.
Q₃ pars Donati apud Carthaginē primo Maiorini dicebatur.xviii.L.
Donatistæ a Donato hæresiarcha dicūtur: & de eorū crudelitate.x.P.Z.xiii.Q.
Donatistæ vocanť Machariani.xl.&.in fine. xli.N.O.Z.xlvi.P.
Donatistæ quid proprie credant: vel a fide vera discrepant.xii.O.P.
Ad Donatistas laicos scribit epistolam.xl.T.
Ad laicos Donatistas admonitio vt ad vnitatē ecclesię redeant.xlii.D.&.
Ad primarios donatistarū scribit literas quibus illi respondere noluerunt.xl.9.
Ad Donatistas ex concilio circensi.xxxiv.N.
Donatistę cur se ab vnitate ecclesię diuiserūt.
Donatistæ prius imperatorū implo (xii.Q. rant auxilium qd catholicis cōtra eos fieri debere denegant.xii.R.
Q₃ in donatistas cōuersę sint leges imperiales sicut in accusatores Danielis leones: nisi ꝙ leges eis prosint quæ videtur esse aduersæ. xii. S.T.qd probatur exemplis.xviii.O.
Donatistæ sibi fallaciter quærūt martyrii glo riam cū persecutionē patiunť.xii.V.X.Y.
De donatistarū nimia crudelitate:vel ī se vel ī alios:q̄ merito erat legib⁹ coercenda. xi.Y.Z.
Quomodo leges pecuniales cōtra oēs (&.9. hęreticos ꝓmulgatas specialiter ī Donotistarū seueritatē catholici fetri precanť imperatorē:sed mīa dei nō obtinuerūt.xiii.E.xviii.Q.
Donatistæ incredibiles cædes exercēt in epm Vagiensem:ob qd accusati īperator maluit eorū errorē oīno corrigere:q̄ tātūmodo sæuiēdi auferre licentiā.xiii.E.in fi.F.xviii.P.Q.xxxv.
Q₃ plures donatistarū post datas le (L.Z. ges cognoscētes distātiam erroris & veritatis ad vnitatē ecclesię redierūt:alii simulādo communicauerūt:vel ꝓpter eorū paucitatē pertinaces latuerūt:pro quorū cōuersione catholici clerici horrēda perpessi sunt.xiii.G.xxxv.&
Donatistæ qd catholicis faciunt sibi nō imputant:& qd sibi faciūt catholicis imputāt. xiii. H.xviii.R.xlvi.Q.
Donatistæ ꝓcisi sunt ab vnitate ecclę.xiii.N.
Inter donatistas & Cęciliani iudicātes etiam si extra ecclesiam ordinati in suis honorib⁹ recipi censuerunt.xiii.Q.
Donatistæ frustrate nituntur disputationem inter se & catholicos: quia suā partē malā sciebant:ob qd dantur exceptores vtrisq₃ partib⁹. xxxix.O.
Donatistæ glorianť maiores suos Cęcilianum episcopū accusasse apud imperatorē.xxxix.R.
Dormire pro mori ponitur.xxxiiii.K. Dor
EBrietas quāta mala facit.xxix.S.in fi. Eb
Ebrietates & comessationes ita a quibusdā licitę putātur:vt etiā in honorem martyrū & solatia mortuorū sup eorū sepulchra celebrentur.xvii.9.
Q₃ ecclesia sit vnica.xxxiii.V. Ec
Ecclīa ꝙ sit vna etiā heretici ꝑfitenť.xxxix.P.
Q₃ vniuersæ ecclesiæ septenario numero cōmēdantur.xl.&.in medio.
Ecclesiā catholicā nulli licet ignorare.xlii.Z.
Ecclesia cōparatur ciuitati supra montē positæ quæ abscondi non potest.xlii.Z.
Ecclesia solis:lunæ:stellarū & nubis noīe appellatur.xx.X.xxxii.N.xx.Y.
Ecclesia dicitur regina.xxii.A.in fine.B.
Ecclesia est spiritalis mater fideliū:& præ carnalibus matribus parit:nutrit &c̄.viii.9.
Pro ecclesia toto orbe diffusa meli⁹ interpretatur: mons sion: latera aquilonis: ciuitas regis magni: q̄ pro parte donati quæ in sola Africa est:vbi pascis:vbi cubas in meridie.xi.A.
Ecclesiā Christi nō in aliqua mundi parte: sed toto orbe diffundi testimoniis scripturarū ꝓbatur.x. Z.xii.P.xl.&.xlii.L.&.
Ecclesiā in oībus gētibus diffundi : ex ei⁹ noīs interptatiōe qua catholica dicit ꝓbatur.x.9.
Conuincit dicētes ideo apud se esse ecclesiam Christi: quia numero pauciores sint & iustiores.xi.B.O.
Ecclesiā catholicā paruā in maiorū cōparatione: non tamen paruam toto orbe inter tot malos diffusam ostenditur.xi.C.
Ecclesia mixtim instar sagenæ euangelicę bonos & malos trahit.xi.E.
Ecclesia in terris nō amittit nisi malos: & ī cælum nō admittit nisi bonos.xli.L.in fine.
Ecclesia non ideo perit: quia sacramēta cū malis cōmunia habet:probatur ex dictis Cypriani martyris.xi.G.H.I.
Si aliam ecclesiam q̄ quæ secundū euāgelium toto orbe diffunditur etiam angelus prædicaret:non est audiendus.xli.&.
Ecclesia adhuc habet quo crescat:& ꝙ nulla relinquitur īsula vbi non sit ecclesia Christi.xx. &.xxii.A.in fine.B.
Ecclesiam Christi calūniatores ī diuinis libris nolunt agnoscere:cum ipsum Christum præter scripturas nesciant.xii.P.

Fides catholica discernitur a fide humanorũ placitorum atq; pactorũ.xxxix.Z.in fine.
Vnitas fidei non impeditur diuersis obseruationibus ecclesię.xxii.A.in fine.
Q; veritate fidei catholicæ omne impium & miserum vincitur.xxiiii.Q.
Fidem deserere q̃ malum sit.xxvii.S.
Fidei minister est prædicator non dator.xxvi.E.xxvii.Y.Z.
Cur fidem aliqui suscipiunt non in ea permãsuri.xxvii.Z.in fine.
Fides cõparatur pisci.xxxiiii.Y.in medio.
Fidem suam aliquis videt in corde suo.xxx.X

Fig Res veteris testamenti figuræ erant futurorum.xxv.B.
In vna figura diuersę res quãdoq; vnum significant.Ibidem.

Fil Filius dei incõmutabilis & coæternus est patri.xxv.T.
Filius nõ nisi alicui⁹ patris filius dicit.xliii.K.
Filius nõ est pater aut spiritussanctus:sed tantũ patris fili⁹.xviii.E.i fi.xxv.R.xliii.K.M.i fi.
Filius non ex deo patre quẽadmodũ creatura quam ex nihilo creauit: sed pater de substãtia sua coæternũ sibi genuit:qđ probatur exemplo.xviii.F.
Filius nõ ideo est alterius substãtię q̃ pater:qa de patre deo est & ille de nullo.xviii.G.
Filius non sic accepit vnde æqualis esset quasi prius fuerit inæqualis:sed natus ęqualis:sicut semper natus:ita semper æqualis.xviii.H.
Filius nõ est fact⁹ per seipsum nec fact⁹ sed natus:quia omnia per ipsum facta sunt.xxxix.H
Filius tot⁹ est in patre & pater in filio.xliiii.A
Filius est verbum dei:veritas & sapientia: inuisibilis:incorruptibilis: candor lucis ęternæ & semper nascitur.xliii.P.9.
Quomodo secundũ Salomonem deus legitur non habere filium:& habere filium.xii.H.
Filius non ideo maior est patre: quia iste veritas:ille verus est.xliii.O.
Solus filius assumpsit humanã naturã in vnitatem personæ in qua apparuit.xxv.S.
Filius ante incarnationem iustis & impiis cõgruis sicut voluit alloquebaẽ visis.xxv.C.xxx Z.in medio.xlv.Q.
Filius assumens hominẽ mãsit deus nõ ab homine consumptus est de⁹.xviii.H.in fine.xxv.S.in fine.xxxiii.F.G.xliii.N.in fine.
Filius nõ ita infusus est vtero virginis ex qua nasceretur vt curam gubernandæ vniuersitatis amitteret.i.C.G.
Idem probatur exemplo.i.H.
Q; simul fuit tot⁹ i vtero virginis & i cęlo.i.I
Q; nullas ibi passus est angustias secũdũ deitatem:sed corpus sibi coaptauit.i.K.
Filius non accepit principium ex virgine vt esset.xxx.Z.&.in medio.
Q; accepit infirmitates nostras non iniquitates.xxxvi.Z.
Q; filius secundum deitatem non sit creatura.xxxii.S.
De filio multa in scripturis secundum formã dei & secũdum formã serui indistincte dicuntur.xliii.H.
Filius est eiusdẽ substantiæ cũ patre & spiritu sancto in forma dei & minor i forma serui: qđ exẽplis & authoritatib⁹ pbaẽ.xliii.I.9.xviii.G
Filius nõ per rapinã ęqualis est patri.xliiii.A.
Filius secundũ susceptam formã minor est patre & spiritusancto & seipso: nec solum subditus patri: sed etiã seru⁹.xviii.G.xliiii.E.in fi.
Eundẽ filium hominis quẽ & filium dei fatemur crucifixum.xliii.L.in fine.
Filiũ hoĩs separare a filio dei fas nõ est.xliii.O
Filius dei naturalis & filii dei adoptiui sic differunt.xiiii.L.in medio.xxxiii.F.G.
Vtrũ filii dei possint dici nisi omnino fuerint absq; peccato effecti.xxvii.L.M.
Filiorum dei nomen cur tam sæpe in scripturis nobis imponitur.xxxvii.R.
Filii dei quomodo dicãtur nondũ fideles: aut nondum baptizati.xvi.I.
Cur filii pmissiõis ptinẽt ad Isaac.xxxiii.Y.Z.
Quoties volui congregare filios tuos &c̃.exponitur.xxvii.K.
Filius magis est in potestate patris q̃ matris.xlv.&.in fine.
Filii boni opera bona: filii nequã opera mala.xvi.9.

Fin Fingere quid sit.xix.H.
Qui fingit singillatim corda eorum: exponitur.xl.K.in fine.M.
Finis actionum non debet cõstitui i rebus cõmutabilibus:sed i bono incommutabili qđ est deus.xiii.Z.&.9.xv.D.
Finis I exordio actiõis cogitãdus est.xxxvii.L.
Vtrum infinito potest fieri additio.xv.K.
Infinitum qua ratione dicitur de re incorporea.Ibidem.

Fla Vtrum dei flatus ille in Adam idem ipse sit anima.xxxviii.&.
Vtrũ omnẽ flatũ ex illo vno flatu sicut omne corpus hoĩs ex vno corpore faciat deus.xl.L.

Flo Florẽtinã ad scribẽdũ si quę ab eo scire cupiat hortatur:& se nõ negaturũ pollicet.xxvi.D

For Vbi est forma dei nihil habet prorsus minus omnino natura.xliiii.A.

ritū.x.B.in me.xxvi.D.
De gratia dei & libero arbitrio difficillima q̄stio est. & q̄d pie credendū & sapienter intelligendum orandū est.x.C.
Cū gratia dei p̄dicat̄ necessaria ipsis volūtatibus hoīm conuertendis & conseruandis: non ideo deserenda est bona vita.x.G.
Sine gratia dei homo nō potest īplere mādata dei.xxii.L.in medio.N.Q.xxiii.M.N.X.9. xxiiii.B.xxviii.L.
Gr̄æ dei sunt īimici q credūt illā nō necessariā ad salutē.xxii.O.P.xxiiii.B.xxiii.T.
Gr̄a nō tollit volūtatem sed iuuat.xxii.Q.R.
Gr̄a dei impossibilia possibilia facit.xxiii.B.
Gratiā dei q̄dam asserunt esse legem: siue naturalē:siue conscriptā.xxiii.M.
Gratiā dei nobis esse necessariam: rationibus & authoritatibus p̄batur.Ibidem.et.R.S.
Gr̄am dei nō ianiter postulamus.xxiii.N.Y.
Nullam gratiam dei cōsequunt̄: q sine illo eā assequi posse cōfidunt.xxiii.Q.xxv. &.in fine.
Q̄ȝ alia sit gratia & liberū arbitriū:alia remissio peccatorum:alia legis præceptū.xxiiii.D.
Gratia differt a lege.xxiiii.E.
Gratia non est natura:sed qua saluatur natura.xxiiii.F.xxvi.D.
Q̄ȝ gr̄a dei dat̄ sine vllis meritis & sine acceptione p̄sonarū: p̄bat̄ ex verbis ap̄lī.xxvi.B.C.O.
Gr̄a dei nō oībus dat̄: & q̄b⁹ nō dat̄ iusto dei iudicio non datur.xxvi.E.G.K.xvii. H.ī fi.O.
Gr̄ę meritū nō p̄cessit fides:nec meritū orōnis p̄cedit vt donū gr̄ę cōseq̄t̄.xxvi.G.H.xxvii.V
Int gr̄ę munera ipa orō habet̄.xxvi.H. N.cir.fi
Ante gratiam nullū est meritum hominis quo p̄cipiat gratiam.xxvi.I.
Gratia dei quō dicatur vita ęterna cū pro meritis reddatur. Ibidem.
Cur gratia recte biūq; viuēdi aliis datur aliis negatur.xxvi.K.
Cum gratia liberat nihil iustum inuenit in eo quem liberat.xxvi. L.M.N.
Nemo ab illo q̄d originaliter trahit:nec ab his q̄ p̄pria vita vł̄ itelligēdo vł̄ nolēdo intelligere cōmiserit liberat̄ & iustificat̄ nisi gr̄a dei.26.N
Q̄ȝ gr̄a dei nō s̄cdm meritū opū p̄sentiū vł̄ futurorū dat̄:ex duobus geminis Iacob & Esau oñdit̄.xxvi.P.Q.xxvii.C.xl.G.H.
Gratia nō cōfert̄ ob merita parentū.xxvi.Q.
Gratia dei p Christū oēs a reatu primorū parētū transfert ad vitā:nō solū pc̄tā delendo:sed etiam recte viuendo.xxvi.Z.
Opa ex gratia facta nō frustrant̄: q̄a opa ex gr̄a non ex operib⁹ gratia.Ibidem.
Hō priusq̄ gr̄a iustificet̄ nō ē nisi īpi⁹.xxvi.&.
Vtrū gr̄am bn̄ operandi mereatur fides.Ibidē
Gratia dei p̄uenit oīa merita q̄uantumcunq̄ sint præcedentia.xxvii.A.
Cognoscere gr̄am dei gratis dari ē ex gr̄a.Ibid
Q̄ȝ indulgentior & maior est gr̄a q̄ puulis vt baptizentur datur.Ibidem in fine.xxvii.B.
Gratia quomō distinguitur a poena. xxvii.B.
Cum gratia homini datur nō habet vnde glorieī:& cum vindicta reddit̄ nō habet cur iuste queratur.Ibidem. & F.G.H.
Cū per gratiā deus diligendo discernit quos merita operū non discernūt: non ideo est iniquus.xxvii.D.E.
Gratior ē gr̄a vbi iusta posset eē vīdicta.27. D
Gr̄a dei ad singulos act⁹ dat̄ nō t̄n s̄ecūdū merita nostra.xxvii.L.M.in fine.Y.in fi.&.
Gratia non ita concedit̄: q̄si ad nō peccādum forte & firmū fit liberū arbitrium.xxvii.N.
Gratia nō ideo dat̄ vt q̄d iubetur per liberum arbitriū facili⁹ possit īpleri p gr̄am.Ibidem.
Sine gratia dei hō non potuit seruare naturā cōditā:nec recuperare amissā.xxvii.O.in fine.
Per gratiā liberū arbitriū mouet̄ ad vera credenda.xxvii.P.R.S.
Gratia dei nihil iucundius est infirmis qua sanantur:vel pigris qua excitant̄: vel nolētibus qua iuuantur.xxvii.P.
Vtrum gratia possit aliquid opari in homine præter liberū arbitrium.xxvii.R.
Q̄ȝ gr̄a dei nō cōsistit in libero arbitrio:vel in lege:aut doctrina.xxvii.S.in fi.T.V.X.Y.
Gr̄a p̄uenit volūtatē bonam & dat ipa merita probatur verbis psalmistæ.xxvii.S.T.
Gr̄a dei cōuertit cōtrarias volūtates.xxvii.V
Idē p̄batur ex verbis apostoli.xxvii.X.Y.
Gratia non est doctrina: sed facit prodesse doctrinam.xxvii.Z.
Gratiam dei præuenire in hominibus bonaȝ voluntatum merita & cor lapideū auferre:testimoniis probatur.xxviii.B.C.
Gr̄a non est natura atq; doctrina.xxxviii.E.
Deus gratia sua non solum adiuuat vt sciam⁹ quid sit agendum:sed vt amando agamus q̄d discendo iam scimus.xxxviii.H.
Quæ p gratia Pelagianistę dicūt ita ambigua sunt vt possint referri ad naturam vel doctrinam:vel ad remissionem peccatorū. xxxviii.I.
Gratia Christi antiquos iustos viuere fecit ex fide.xl.G.in medio.
Quid gratia gratis cōferat discat iustificatus a damnato:cum quo eadem iustitia fuerat ipse damnandus.xl.H.
Gratia Christi in veteri testamento latuit figuris obumbrantibus.xxiii.E.F.

Ia Ianuario episcopo Augustinus de diuersis obseruationibus ecclesiasticis. xxxii.A.H.
De Iacobo adolescẽte seducto a Pelagio.24.F.
Ad Ianuarium de diuersis consuetudinibus ecclesiarum.xxxii.H.
Ad Ianuariũ primę sedis ptis Donati de nouo gñe & inauditę crudelitatis psecutiõe donatistarũ & circũcellionũ cõtra catholicos.xviii.L
Ido Idololatrę in quo sint rephẽdendi.xii.B.
Idololatræ nõ per hoc excusantur q eleganter interpretant sua simulacra.xii.C.
Si de idolothytis liceat vti christiano.xxxix.X.
Nõ ideo reliqua sunt immunda: si ex area aut torculari aliqd idolis ĩmolat: aut a paganis p conseruandis frugibus per deos iurat.xxxix.&.9.
Talis peccat si fieri permittit vbi phibendi potestas adest.xxxix.9.
Cum idola aut luci vertunt iusta ptãte:nõ licet in priuatos vsus:sed in cõmunes aut in honorem dei conuerti.xxxix.9.in medio.
vtrũ peccet q cibũ postea mãducauerit nesciẽs quẽ pri⁹ tãq idolothytũ respuit.39.X.xl.A.
Vtrũ vesci liceat qđ in agro idolo consecrato crescit.xxxix.Y.in me.&.xl.A.
Vtrũ de puteo aut fonte idolo consecrato liceat haurire.xxxix.Y.in.prin.et.xl.A.in medio.
Vtrũ liceat christiano mãducare aut vendere & de pretio vti qđ aliqs mentiens dixerit idolothytum.xxxix.X.
Vtrũ tpe extremę necessitatis liceat edere de idolothyto.xxxix.X.cir.fi.xl.B.cir.finem.
Ie Vtrum non ieiunare sabbato malũ sit cũ hoc consuetudo quorũdam locorum habeat.v.A.
Vtrum sabbato liceat ieiunare.xxi.N.
De quodã vrbico:q non solũ vniuersam ecclesiã lacerare nõ timuit:sed nec ipsis quoq cõsuetudinem videt defendere: inuenit pepercisse Romanis q sabbato ieiunant.xxi.O.
Quõ prefatus Vrbicus gaudiũ manducantibus & luctum sabbato ieiunantibus deputat ex scripturę verbis.xxi.P.
Ieiunare bis in sabbato cũ supbo pharisæo est infructuosum:sed in hoĩe fideliter humili etiã plus ieiunare religiosum.xxi.Q.
Cõtra eũ q excepto dñico sex ceteris diebus ieiunare cõpellit:nec eos q min⁹ q̃ sex dieb⁹ i hebdomada ieiunãt putat legitime ieiunare:nec deo eẽ deuotos: nec maculas erroris q̃ de ista mortalitate contrahũtur abluere.xxi.R.S.T.
Ieiunare dñico die scãdalũ ẽ.xxi.S.T.xxii.D.
De testimoniis scripturarũ q̃ sonare videntur sabbato ieiunandum.xxi.X.Y.Z.

Vtrum aliquis ieiunio etsi non promeretur offendat.xxi.X.in fine.
Ieiunium deo charum est cũ oratione & eleemosyna.xxi.Z.
Cur quinquaginta dies post pascha ecclesia nõ ieiunat.Ibidem in fine.
Vtrum ieiuniũ sabbati sit institutum a beato Petro aplo p victoria Simonis magi.xxii.A.
Ieiunium est pceptum:sed qbus dieb⁹:nec dñi nec aplorũ pcepto inuenitur expssum.22.C.G
In ieiuniis sabbati tuti⁹ est eorũ cũ qbus viuim⁹ custodiẽda inoffensa societas.22.I.xxxii.B.
Ieiunare sabbato facilior causa est; sed dominico die ieiunare magnum scandalũ & detestabile crimen.xxii.D.
Quidã ieiunauit tempore Augustini quadraginta diebus.Ibidem.
Sicut Moyses & Helias nihil contra sabbatorũ prãdia egerunt ieiunando quadraginta dieb⁹: ita q potuerit septẽ dieb⁹ ieiunãdo trãsire non sibi eligat dñicũ diem.Ibidem.
Ieiunium cõtinuatum si in hebdomada soluẽdũ ẽ nullo cõgruẽti⁹ q̃ dñico die soluit.Ibidẽ.
Apostoli non ieiunabãt dñicis diebus vt qdã fingunt.xxii.E.
Qñ nõ plures dies sine refectiõe cõtinuãdi vouet:iret ieiunio; dies dñic⁹nõ ponat.Ibiđ i fi.
Cur ecclesia ieiunat q̃rta & sexta feriis.xxii.F.
Ieiunium significat humilitatem.xxii.G.
Cur ecclesiæ orientales relaxant sabbato ieiunium:& Romana sabbato ieiunet.Ibidem.
Tempora ieiuniorũ seruanda sunt iuxta consuetudinem eorum cũ quibus viuim⁹. xxii.I. xxxii.B.
Ieiunare quadraginta diebus exemplo Moysi & Christi nõ cogit nos ieiunare sabbato aut dominico die.xxi.V.Y.
Ieiunium quadragesimale cur in prima parte anni celebratur.xxxii.Y.
Ieiunia cur relaxant tẽpore paschali. xxxii.&.
Vtrum ieiunãdũ sit q̃nta feria ante pascha & post cœnam offerendũ: an ieiunãdum & post oblationem cœnandum.xxxii.D.E.G.
Ieiuniis est corpus regendũ non frangendum xxxvii.T.in medio.
Ieiunandũ est quantum valitudo permittit. xxviii.N.
Ieiunium temperatum & præcipue diebus ieiuniorum medela est corporis & aiæ.xxix.S.
Q duplex est ieiuniũ: corporis scilicet & animæ.xxix.9.circa finem.
In nomine Iesu totum culmen authoritatis lumenq; rationis atq; in vna eius ecclesia humano generi recreando atq; reformando est

O's iustitia duobus modis impletur.xxix.B.
Iustitia generaliter oibus mădatur.xxxvii.G
Iustitia pfecta est deū toto corde amare illiq̃ tota adhęrere voluntate.xxviii.&.
Ille iustus pbatur ante deum qui corpore sanctus est & corde.xxxvii.C.
Iustitia est hoīs interioris pulchritudo.ii.M.
Iustitiam nemo male habet: & qui non dilexerit eam non habet.xiiii.V.
Iustitia sic amāda est vt nec poenę corporis ab eius opibus nos cohibere debeant.xxxviii.N.
Iustitiam quasi solet imitari vindicandi libido quæ vitium est.vii.L.
Iustitiæ inimic⁹ est q poenę timore nō peccat: amicus si eius amore non peccet.xxxviii.M.
Iustitię plus seruitutis debet̃ q̃ peccato.38.N.
Sicut iustissimus est qui non poenarum terrore reuocatur ab operibus charitatis: sic iniqssimus quē nō poenæ deterrent ab immundis operibus sordidæ voluptatis.Ibidem.
Tūc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se &c.exponitur.xiii.M.
Iuuenalis satyricus poeta.ii.L.in fine.

La Laboris solatiū ē spes pmii.xxxviii.A
Nullus labor durus:nullū tēpus lōgum videri debet quo gloria æternitatis acquiratur.xxxviii.C.in fine.
Ibi labor vbi multa qrunt̃ & diligunt̃.ix.X.
Vbi multæ lachrymæ:ibi spiritalis ignis accendit̃.xxix.X.
Lampades significant bona opera.xxxiiii.I.L.
Ad Largū Augustinus vt vana seculi:q̃ si inexpta cōcupierat:iā experta contēnat.xxi.D.
Latria est seruit⁹ q̃ soli deo debet̃.12.C.18.E.F.
Latro crucifixus cū Christo quomodo eodem die fuit in paradiso.xv.S.T.xxiiii.Y.
Ille laudat veracit̃ deū q veracit̃ amat.33.X.
Multi laudāt̃ quoꝝ facta nō laudant̃.xvii.V.
Laudare debemus ex charitate syncera nō ex adulatione.xxxvi.H.
Laudari velle alterius vituperatione est viliū personarum.xxxvii.R.in medio.
Sępe laudam⁹ alios cū recipiēdæ laudis.37.T
Vanitas laudis humanæ cum non satiauerit auidū spiritū:cogit ipsum in aliū referre vberius:quasi fluuius ducat influuium: vt nō sit finis miseriæ.xiiii.⁹.
Laude hūana nō est vtēdū vt instrumēto ad psuadēdū hoīb⁹ vera & salubria.Ibidem.
Si facile est cuiq̃ laude carere dū denegat̃: difficile est tñ ea nō delectari cū offert̃.xviii.A.
In laudib⁹ hoīm q̃ cogitare debeamus.Ibidē.
Laudans aliquem de bono qđ putat esse in illo:cogit eum quodāmodo vt talis esse cupiat qualem se credit a quo laudatur.xxxv.V.
Qui laudatur ab amico velut a seipso laudatur.xxxvi.L.
Ibi est a vanitate remota laudatio: vbi etiā vituperatio ab offensione secura est.xxxv.Y.
Laudationes defunctorū sunt magis pro consolatione viuorum.xxxv.S.T.
De Laurentio iudice viro clarissimo inter Pascentium comitem arrianum: & Augustinū catholicum disputantes.xliii.X.

Le Lectionē sępe interrumpat oratio:& fit tpata: cui cōsiliū nō lassitudo finē iponat.xxxvii.X.
Lethargici qui sint & quos figurant.xlii.R.
Lex vniuersitatis est vt orta occidāt: & aucta senescant.ii.T.in fine.
De duplici lege:scripturæ scilicet & naturæ: & quō hō vtranq̃ preuaricatus sit.xxii.X.
De lege naturali scripta in cordib⁹ hominum qua bonū & malū discernūt: sub qua viuebāt patres ante legem scriptam.xxx⁹ii.B.C.D.
Cur tam diu vixerant homines sine lege scripta.xxxvii.F.
Lex dei duplici gñe mādatorū distinguit̃ malum phibēs:& bonum imperās.xxxvii.N.
Lex data est vt manifesti⁹ sibiipsum ostēderet hominē ne supbus animus human⁹ a seipso se posse esse iustū putaret.37.F.40.G.46.A.
Lex p literā iubet nō p spm̄ iuuat.xxvi.⁹.
Lex ostēdit peccatum nō viuificat a pctō.27.Y. in fine.xlvi.A.
Lex subintrauit vt abundaret delictum:exponitur.xvii.X.
Qꝫ non sufficit homini ad bene operādum si ne gratia dei.xxii.O.P.Q.xxvi.⁹.
Lex docet quid velle debeamus:sed gratia adiuuat vt quod volumus valeam⁹.xxiii.R.
Lex docēdo & iubendo sine gratia impleri nō potest.xxxviii.I.O.
Vt spiritalis sit qui legem impleat spiritalem non sit ipsa lege sed gratia.xlvi.A.
Lex distinguitur a gratia.xxiiii.E.
Legis veteris memoria quid conferat ad salutem quæ fide quæritur.xvi.X.in medio.
Aliud est legem dei habere in memoria:aliud in intellectu & affectu.xvii.B.in fine.
Legis veteris cur districtior fuit vidicta q̃ noua.xiiii.N.
Verū q legē in vno nō seruauerit sit omnium reus quę in lege sunt.vii.F.P.Q.R.
Lex libertatis est lex charitatis.vii.R.xxv.Y.
Lex vet⁹ nō est seruāda post euāgeliū:ex actibus apostolorum ostenditur.iii.R.S.T.
Qui legē docet seruādā p⁹ acceptū euāgeliū hęresim sapit & ī barathrū diaboli deuoluit̃.

neq̨ fine concludit.i.B.
Homo ſapiens eſſe debet:ſi eſt vt maneat:ſi nō dum eſt vt fiat:deus autem ſapiens eſſe non debet ſed eſt.xxv.I.in fine.
Sapientia ſumma & vera eſt in primo præcepto:Diliges dominum deum &c.Ac per hoc ſapientia eſt charitas.xxxiii.X.
Quæ ſit vera ſapientia.xiii.Z.
Sapientia non eſt maior in maiore:nec minor ĩ minore:nec minor in vno q̃ in duobus:ſed tota in ſingulis.xv.V.
Cur aliqua quæ videntur habere rationem ſapientiæ reprehendantur.xvi.S.xvii.M.
Quicquid propter ſapientiam adipiſcendam quæritur:aut de moribus:aut de natura:aut de ratione quæſtionem habet.xv.F.
Sapientia quos primo alligauerit & exercitatoriis laboribus edomuerit ſoluit poſtea:liberatiſq̨ ſeſe donat ad fruendum:Et quos primo tēporalibus nexibus erudiuerit poſt æternis amplexibus alligabit.ix.C.
Vtrum in ſapientia proficiens ſapientiam habeat an ille qui in ea perfectus ſit.vii.N.
Sapientiam mundi ſectās ſtultus & mutus eſt deo.vii.Y.
Sat Sathan quomodo venit in cōſpectu dei.xxx.Y xliiii.R.
Sathanas quomodo trāſfigurat ſe in angelum lucis.xlii.C.
Sc Scandala oportet fieri:nec ideo debemus deficere:ſed conſtanter in virtute perſeuerare.xxxvi.L.M.xii.P.
Qui de ſcandalis non dolent nō eſt in eis Chriſti charitas:& qui de eis gaudent abundat in illis malignitas diaboli.xxxvi.N.Q.
Scire velle non debemus propter laudem vel famam:cōtra illud Perſii:Scire tuum nihil eſt &c.xiiii.X.Y.Z.
Scire velle omnium philoſophorum opiniones non expedit.xv.H.I.K.L.
Qui ſe ſcire mentitur nunq̃ ſcire meretur. xl.L.
Scientia mēti tribuitur:ſiue per corporis ſenſus ſiue per ipſum animum aliquid perceptū cognitumq̨ retineat.xxx.V.in fine.
Omnes ſcientiæ quorūlibet philoſophorum: duobus præceptis ex quibus Chriſtus dicit totam legem propheta ſq̨ pendere:nullo modo ſunt comparandæ.i.R.v.N.
Scientia ſine charitate non ſolum ſuperflua eſt ſed & pernicioſa.vii.M.in fine.xxxiii.C.
Scientia ſic adhibeatur vt per eā fructus charitatis aſſurgat.xxxiii.C.
Q: perſuaſione ſcientiæ homines facilius mittantur in errorem.xvii.K.
Scientia noſtra conſtat ex viſis rebus & creditis.xxx.V.
Scientia ſumma eſt diſcernere vitia & virtutes.xxxvii.S.
Schiſma fit hæreſis cum in eo perſeueratur. xli.X.
Schiſmatici puniuntur a deo.xli.K.in fine.X. xliii.A.B.
Quid inter ſchiſma quodlibet & vnam eccleſiam interſit nemo ſollicitus de ſtatu animæ ſuæ atq̨ ob hoc ſine pertinacia inquirendæ voluntati domini intentus eſt qui bono demonſtratore vſus non dinoſcat.xxxv.V.in fine.
Scripturæ ſacræ commendatio:& quæ præcipue ſint legendæ.i.A.
Scripturæ ſacræ maxima eſt profunditas.i.F.
Modus dicēdi quo ſacra ſcriptura contexitur omnib⁹ eſt acceſſibilis paucis penetrabilis.i.S.
Conuenit reipublicæ.i.T.X.ii.C.
Contra diuinam ſcripturam ſi ratio quantūlibet acuta redditur fallit veri ſimilitudine: quia vera eſſe non poteſt:et ſi manifeſte rationi eius authoritas obiicitur:non intelligit eam qui hoc facit.ii.X.
In ſcriptura ſacra iniquum eſt credere aliquod eſſe mendacium.iii.A.B.v.F.
Q: nullus debet fauere mendacio.iii.B.
Si admiſerit aliquod mendacium officioſum nihil reſeruabit veritatis.iii.E.
Cur in ſcriptura ſacra mendacia non ſint admittenda.iiii.V.in fine.v.G.xxx.Y.
Cum ex ſcripturis ſacris quorundam error cōuincitur:falſitatem apoſtolis quidam quaſi falſe ſcripſerint tribuunt.iiii.X.in fine.
Scripturis non credere nefas eſt:credere pietas xxx.S.
Q: non mentiantur ex aliqua parte nec vnq̃ ſibi ipſis contrarientur.xxx.Y.
Quæ ſcripturarum confirmantur authoritate:ſine dubitatione etiam ſi non aſſint ſenſibus:credenda ſunt.xxx.T.
Plus credendum eſt ſcripturis ſacris nondum intellectis:q̃ ſcriptis doctorum q̃uis lucidis. xxxi.H.
Quod præter authoritatem ſacræ ſcripturæ ponitur vacuum approbatur.xliii.Y.
Non decet ſine ſcripturarum authoritate aliquid ponere.xliii.&.
Vbi res naturaliter obſcura noſtrum modulum vincit:& aperte diuina ſcriptura non ſubuenit:temere hinc aliquid definire humana coniectura non præſumat.xliii.L.
Scriptura ſancta in ſummo & cœleſti authori

FINIS.



294

30



